SYROPOULOS

HISTORIA UNIONIS NON VERAE

1660

VERA HISTORIA UNIONIS NON VERÆ INTER GRÆCOS ET LATINOS:

SIVE

CONCILII FLORENTINI EXACTISSIMA NARRATIO,

Græcè ſcripta per

SYLVESTRVM SGVROPVLVM
Magnum Eccleſiarcham, atque unum è quinque
Crucigeris & intimis Conſiliariis
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,
Qui Concilio interfuit.

Tranſtulit in Sermonem Latinum, Notaſque ad Calcem Libri adjecit,
Sereniſſimi, Sacratiſſimi, Invictiſſimique
CAROLI SECVNDI,
Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis, Defenſoris
Fidei, &c. Sacellanus domeſticus ſeu ordinarius,
ROBERTUS CREYGHTON,
S. Th. Doctor, & S. Burianæ Decanus.

Liber è Manuſcripto Codice nunc primùm in lucem prodiens, multùm expetitus, multúmque utilis iſtorum temporum artificia ſcire deſiderantibus, & veritatem amantium è manibus nunquam deponendus.

Τῶν διαπραξαμένων οὐ τοῦ διηγημένου τὸ πταῖσμα τυγχάνει.
Autor Sect. 3. Cap. 18.

HAGÆ-COMITIS
Ex Typographia Adriani Vlacq.
M. DC. LX.

Serenißimæ, & Sacratißimæ, atque Invictissimæ Majestati

CAROLI SECUNDI,

Magnæ Britanniæ, Galliæ & Hiberniæ Regis, Fidei defensoris, Domini & Heri, & Regis mei, æternum adorandi.

CUM tam hujus pensi ratione, quod tua Majestas Serenissima mihi demandavit, quam debitissimi officii, & sempiterni obsequii necessitate impellar, ad Tuæ Majestatis genua procumbere, mecumque unà principem Orientis adducere, tua patrocinia implorantem, contra obtrectatorum odia, quæ nunc non minus perhorrescit, quam olim Turcarum arma: Nihil uterque nostrum grandius à Deo assequi contenderet, quam Tuam Majestatem sublimi è solio radiantem, fulgentemque auro & purpurâ, diademate præcinctum inter Proceres tuos contemplari: Tum enim & noster Palæologus, securiora in tuo præsidio, malorum solatia, quam in Eugenii Pontificis frustra toties postulatâ

ope persentiret; & ego sub umbra Tuæ Majestatis delitescerem, tutus à malevolorum morsibus, qui honesta quæque ac præclara nunquam desinunt arrodere.

Spernitur ut cassa viribus omnis potentia quæ jacet. Si Apollo, qui assiduis ignibus terras complectitur, dissimulatâ luce armenta pascet, ut fingunt Poëtæ, sceptro non alio quam lituo pastorali donabitur: & præstantissima suadeat homo projectæ sortis ac miser, non magis sapere videbitur, fælicitate nimiâ tumentibus, quam vilis hortulanus, quem inter areolas de cucurbitis serendis philosophari contingit: Adeo ad blandientis fortunæ nutum mortales vim omnem judicii ac rationis attemperant. Quid igitur ab istorum censuris mihi spondeam, tot annorum erroribus perfunctus, quam calumnias, probra, convitia, maledicta? Quæ sanè ut illi proclivius ingererent, ita & ipse æquiori animo perferrem, si talis perhiberer, qualem illi me somniant: Famelicum extorrem, Urbes exteras pervagantem, qua stipis exiguæ spes per professoriam linguam extrahenda emicaret. Sum conditionis nonnihil attenuatæ, fateor, sed absque flagitio meo, quorum hoc Dei in me singulari providentiæ, illud istorum hominum improbitati attribuendum censeo: Nulla tamen in me, eousque prævaluit miseria, ut in eorum numero me recenserem, qui sub Fortunæ sævientis rotâ proculcati gemunt, aut ut mea nullius sortis latifundia, cum istorum hominum emolumentis, & omni opulentiâ permutarem: Me ultra Cræsum divitiis auxit cælestis Indulgentia, quæ facultatem impertiit Tuæ Majestati famulandi, in eà qualicunque fortuna quæ te deseruit. Suprà mille patrimonia solus Tuæ Majestatis

ſtatis conſpectus nobis omnibus eluceſcit: Te qui intimo affectu ambiunt, à lautiori magnificentia tua ſegregatum colunt, vultumque tuum tam mirifica, tam ſancta ſerenitate inter tot procellas renidentem, majori cum veneratione adorant, quam ſi regno potita hæreditario quicquid eſt ab Herculis freto, ad Garamantas & Indos, Tua Majeſtas Sereniſſima Britanniis tuis adjeciſſet.

Controvertant cervicoſi rebelles, ſerramque invicem reciprocent, an ea fides, quæ ſubditos ad perpetua ſuorum Principum caſtra vocat, tum retinenda ſit, cum falſum libertatis nomen popularium animos pererrat? Nos legis primigeniæ à Natura impreſſæ nunquam diſpudebit, quæ conſcientias in omni gravi diſcrimine tranquillat, dum qui à Tua Majeſtate deſciverunt, vanâ ſpe magnæ potentiæ ludificati, ſic libertatem verterunt in licentiam, ut à tot ſcelerum labyrinthis, niſi per inevitabilem ruinam ſe nequeant extricare: Præſtat ſemper in læta certitudine, iniqua pati, quam à proſperis, ſed inhoneſtis, in lubrica rerum præſagia, & incertos metus abripi: Hæc nos firmat anchora, hæc præcordia ſtatuminat: dumque nos divini juris humanique nitimur fundamentis, illi quibus velint amentiis, in latrocinia ruant: Ut illi nobis hanc gloriandi materiam nec auferunt, nec æmulantur, ita nec illis nos ipſorum deteſtandam impietatem invidemus: *Fruimini, prodigite*, dixit olim Maxentius cohortibus ſuis, cum Conſtantinus ultor à tergo Romæ mænibus inſtaret: Idem & illis nos, nec ſine gemitu, nec cum minori futurorum augurio pronuntiamus: *Fruimini*, Reipublicæ mancipia & vernæ, quos ſatis jamdiu conſtat, omnia ſacra & profana deorum hominumque diripuiſſe.

Idem & illi nobis, ſed nec ſine cachinno forte obganniunt: *Fruimini*, quibus præter tuam ſacratiſſimam perſonam, nihil in terris perfruendum reliquerunt.

Et quod cæleſtius beneficium? quod certius præſentium miſeriarum, aut futuræ tranquillitatis autoramentum vel nos ab immortali numine, vel fata nobis benigna elargiri valuêre? quam ut noſtrum Regem, *Noſtrum* à natalibus per infinitam proavorum ſeriem, ferme à naſcentis mundi exordio, ſine æmulo imperii hæredem: *Noſtrum*, cui Sacramenta juravimus, quæ vel injurata ab ipſis rebellibus præſtari tam leges Naturæ quam jura gentium repoſcunt: *Noſtrum*, à tot ſeditioſorum hoſtium inſidiis, tot tumultuantium populorum minis, tot circumſtridentium bellorum periculis cœlitus communitum, tot tempeſtatum, præliorumque ſuperſtitem ac redivivum aſſiduis oculis contueremur? Ut Dei benignitatem lætis animis, & per tot miracula ſtupentibus amplectimur! ut aras ſolennibus ſacrificiis ac votis imbuimus! ob perpetuam noſtri ſolis præſentiam & lucem, quæ nos mercede luculentiori inaurat, quam ſi quicquid Tagus arenâ convolvit, quicquid Oceanus fert alveis rarum ac promercale, vel quod fabularum omnium portenta ſuperat, ſi quot nummorum centena millia noſtri perduelles miſerrimæ plebeculæ quotannis intervertunt, in noſtros ſinus infunderentur.

Enimvero tempus erat, ſed atri carbonis exitiale tempus, vitæ propemodum noſtræ, libertatis, fortunarumque omnium poſtremum: Et quis illius diei, rerumque faciem luctuoſam penicillo pinget? Cum Tua Sacratiſſima Majeſtas Wigorniæ obſeſſa tot infeſtis

festis rebellium agminibus in arctum undiq; premeretur: Referenti vix constat animus, sed totus horrore contremisco, dum memoriam subit, in te uno quum pœne cuncti perieramus. Ipsa mœnia quæ te claudebant, non saluti, sed dispendio extitere, dum præpedirent, quo minus explicatis in apertum alis cum hoste fortiter congredereris: Nec minori adversariis fraudi fuit, violenta ipsorum irruptio: dum enim cæco impetu, & nimiâ vincendi aviditate, hac illac agerentur, incerti quem ferirent, & Tuæ Majestati se maturè subducendi occasionem præbuere, & sibimetipsis ademere partem maximam expectatæ, & tantum non partæ victoriæ: At quis Tuam Majestatem in eo infœlici rerum cardine versantem satis dignâ laude cumulavit, aut decoro pro meritis gloriæ præconio? qui prudentiâ incomparabili ac fortitudine dum cuncta obires, & primus eo die aciem ingredi, & ultimus recedere ausus es, ac paucissimis stipatus fortissimorum hominum turmis totam pugnæ aleam sustinere, vel infremente Fortunâ, quæ sæpe maximarum virtutum conatibus deesse amat, & sibi soli rei bellicæ gubernacula vendicare. Quanta tum perduellium fiducia? quam vehemens rabies? quam ardens odium, perenni facinorum contrà te gestorum commemoratione extimulatum? Quot manipuli ac cohortes, non quas Anglia in te armavit, sed ipsa Tartara ab ima styge evomuere? cum vix singulis contra centenos dimicaris: Non ipse Hannibal plura præstitisset quam Tua Majestas: Nec ullus antiquorũ quantacunq; virtute militari conspicuus, infaustum illius discrimen pugnæ, aut majori cum sagacitate dirigere novisset, aut minori cum damno eluctari: Tandẽ cum Magnanimitas tua, nec superari potuit, nec capi, se-

vitiæ temporum cessit, & ipsa virtus in te, probitas, innocentia, justitia, visæ sunt pati: tuiq; hostes, tantæ prædę inhiantes postquam se variis pervestigationibus fatigassent, Tua Majestas ex unguibus fœdissimorum vulpium, subito ad tuos transmarinos enatavit, non aliter quam Palladium, è Jovis gremio delapsum in terras, historiæ veteres fabulantur: Nec unquam atrociori judicio Deus comprobavit, rebellem populum suis imaginationibus infatuari posse, Tuamque Serenissimam Majestatem non modo suæ Britannię, sed totius orbis imperio (si fata annuerint) destinatam reservari.

Quis enim Tuam Majestatem in angustiora fata transmittat, qui eximium Majestatis tuæ vultum, prævalidos artus, proceram compaginem, arcanam luminum scintillationem, è latis orbibus fulgetrantem, totamque configurationem verè Regiam, vel semel oculis libaverit? Cujus singulæ partes, tam specioso venusti decoris, & tremendæ gratiæ temperamento invicem connectuntur, ut si Tuam Majestatem pari inter multos cultu, vel sine comitatu solum ignoti intuerentur, nemo non distingueret, principemque te omnium, ac Imperatorem consalutaret. Et si tot pulcherrimis Naturæ donis amplificandis, superna hucusque prospicientia theatrum non extruxerit, unde diffusis excellentiarum tuarum radiis Majestas Tua orbi magnificè inclaresceret, eam tamen brevi emersuram, ex hac indignæ sortis metâ, in spatia tuis Heroïcis virtutibus exæquata, nec ipsi hostes tui diffidunt, licet aculeis conscientiarum inquietati, ne flagitiosissimæ impietatis pœnas luant, quamdiu viribus obluctari valent, tuam gloriam supprimere, & strangulare conantur: Multo minus

amici

amici ac clientes tui ambigunt, dummodo, & totius vitæ instituta tam sancta, tam divina attoniti obstupescunt, & primordia infantiæ tuæ, tot collustrata prodigiis læti recolligunt.

Antequam nascereris, prodituro in mundum tibi stella præfulsit, Tuæ Majestatis ortum, æthereorum incolarum splendori parem cœlo attestante, & tot vatum pectora implente fatidicis carminibus, qui te cuncti jubent, explicare vela in altum quo fata vocant, & ad quærendos immortalis gloriæ titulos, fælicissimâ aurâ provehi: Mox editus in lucem ad prima incendia motuum nuperorum clangentes tubas exaudire, tormenta bellica manu tenerâ prehendere, districtos enses attrectare didicisti, & cum hac ipsâ Acherunticæ paludis Hydrâ, infami monstro perduellionis confligere, ut in cunis olim infans Hercules cum anguibus Junoniis: Traductus inde in castra puer, amictus sago pœnè dixeram pro fasciis, & pro prætentâ, paludamento Imperatorio, quo te duriorum temporum necessitas acerbissima circumdedit, præire signis inter veteranos consuevisti, turmasque armatorum ductare per Occidentalem Angliam, pusillus admodum, & decimum tertium ætatis annum vix ingressus. At quæ tum tuorum militum alacritas? quanta gaudia? quam lætę vociferationes? quoties equo vectus ante manipulos in conspectum prodires, & teipso celsior, pugnacis ac imperterriti militis speciem præberes, aut intus in contuberniis ea quotidie sectareris, quæ te omnibus bellandi encomiis ducem consummatissimæ experientiæ, aliquando posteritati contraderent. Puderet sane hæc infantilia de tua Majestate sublimi & verendâ præfari, nisi his tyrocinii tui principiis illustriora vitæ specimina

ſucceſſiſſent: quibus indies effingendis, tam acriter invigilas, ſollicitus in omnem eventum, rerumq; momenta, & compoſitus non ad voluptatem, ſuperbiam, & inanem amplitudinis oſtentationem, ſed ad Clementiam & gratiæ conciliandæ affabilitatem, ad juſtitiam, divini numinis reverentiam, humanæ conditionis miſerationem, quaſi conſcripto virtutum omnium exercitu, primum adverſus vitia bellum indicere, & recto tramite ad coronam, quę te certa manet, & famæ nunquam interituræ Laureolam graſſari decreviſſes.

Nemo enim poſt homines natos ad tantam ſanguinis claritatem, meliorem indolem, ad tam exercitam juventutem, majorem diligentiam attulit: Tum quanta in moribus amænitas enitet? in dictis quanta gravitas? in geſtu quam caſtigata ſeveritas? quam vehemens deſiderium perdiſcendi artes? callendi varias linguas & Idiomata populorum? quam ſubtile acumen in evolvendis præſtantiſſimis Scriptoribus, Hiſtoricis, Poëtis, Gallis, Hetruſcis, Hiſpanis? quam acre judicium in expendendis? quam fervida propenſitas verſandi cum litteratis, cum piis, viriſque candidi pectoris & aperti, non cum Morionibus aut ſycophantis, quales in principum ædibus plurimi conſpiciuntur, qui animo ancipiti anfractus occupant, & dictis frons plerunque diſſentit, in quâ apud generoſas mentes pudor omnis & honeſtas habitant. Si ad Majeſtatis Tuæ, fratrumque Celſiſſimorum Principum, Eboracenſis & Gloceſtriani Ducum exemplar, cæteri in Comitatu ingenia, & mores conformarent, quocunq; aula tua migraret, & cujuſcunque ſub imperii axe figeret, populares gratulabundi occurſarent, & non hyperboreos exules, ſed

tot cives Athenarum, ex veteri Lycæo aut Peripato, in eorum oras penetraſſe profiterentur.

Nulla ſiquidem tibi hora infructuoſa effluit: ſed ſi quod tempus à gravioribus conſiliis ſupervacuum accreſcit, literis impenditur: quaſi regnorum tuorum ſceptra moderaturus, hominibus rex eſſe properares, virtutibus ſubditus: Atque ita aſſiduis ſapientiæ præceptis, mentem imbuis, ut quicquid huc congeras, Muſis Charitibuſque circumfuſus, id non in ſolum propriæ virtutis profectum, ſed & in aliorum utilitatem cumulatè cedat: Teſtor hunc præ manibus Codicem: Cujus ut primùm fama ad Majeſtatis Tuæ aures pervolavit, cupido inceſſit librum perquirendi, & qualecunque munuſculum levidenſe affigendi ad Apollinis ſacraria, eorum duntaxat in gratiam & uſum, qui bonam mentem amant, & veritatem: Ut quemadmodum Sereniſſimus avus tuus, Sempiternæ memoriæ Rex Jacobus Tridentinæ Synodi Hiſtoriam ante aliquot luſtra, allatam, ex Italiâ, in Angliâ publicari curaverit, ita hæc Florentinæ, illam Tridenti celebratam, ut unius ſeculi præcurſu, ita multiplici laudis prærogativâ antevertens, ſub Majeſtatis tuæ auſpiciis in lucem emitteretur: Et ſi quam pio affectu litandi veritati, ſtudioque ſyncero Reipublicæ literariæ benefaciendi Majeſtas Tua hanc ſacrati Senatoris prolem ulnis acceptam foverit, tam fœlici operâ obſequentiſſimi tui famuli in mundum protruderetur, nihil dii ſuperi ad ſummam fælicitatem propitii, vel benigniſſimi mortales mihi tribuere poſſent, de quo magis ſerio triumpharem: verum cum imbecillitas mea, inter tot exilii, & provectæ ætatis incommoda nil proferre queat Tuæ Majeſtatis immenſæ bonitati par, aut aliorum

opinioni de me conceptę, Tuam Majeſtatem humillime oro obteſtorque, trepidanti ſubvenire: ut ſentiat orbis quantum valeat, non ambitioſè quæſitus tam ſacroſancti nominis titulus, ſed gratiæ tuæ fœcunda, ac cœleſtis aura, ad proliciendum veræ laudis incrementum: Quod ut à tuâ Sereniſſimâ Majeſtate flagrantiſſimè expeto, ita mihi vel eo confidentius futurum ſpero, quo fidelitatem, ergà tuam Sereniſſimam Majeſtatem, cunctis aliis nominibus perpetuo anteposuerim, & tuam Majeſtatem ſemper cognoverim ex ingenitâ propēſitate juſtis omnium votis, & quantum in eadem ſitum eſt generis humani emolumentis promptam conſulere: Nec enim infortunium deteſtabilius Majeſtati tuæ inflixit amiſſa tot regnorum hæreditaria poſſeſſio, quam quod beneficentiis promerendi mortales Majeſtati tuæ anſam, occaſionemque interceperit.

Quid dicam de tua incredibili æquanimitate ac patientia? Cui mortalium ex omni Annalium memoriâ plures dolendi vices ſunt oblatæ? aut quem acerbiori fata plurimarum calamitatũ concurſu cruentaruntq; ac peſſundederunt? Natum in iis temporibus, quibus ludus eſt parricidium, ac rebellio: quibus trium gentium pernitioſi aliquot ſubditi, ſenatuum ſuorum turpiſſimi paraſiti, ac lenones, ruptis divinis legibus, violatis Sacramentis, primum in patris tui glorioſum, ac Martyrio coronatum caput, deinde in tui ipſius, in totius familiæ & regii ſtemmatis, in Regni ac Monarchiæ, non Reformationem quam vocant, ſed extirpationem conjuravere: Et ſeculorum omnium antecedentium fœditates ſupergreſſi, editis poſt orbem conditum teterrimis flagitiis, regna paucorum hominum crudeliſſimæ tyrannidi ac lanienæ, Eccleſiam

igno-

ignominiosæ servituti & vastitati subjecerunt: Et tamen hæc tanta, tam ingeminata privati luctus, & publici mæroris damna, adeo infractâ animi Celsitudine, & sublimitate Majestas Tua sic pertulit, ut vix simplici suspirio, illam serenæ frontis amabilitatem fœdaret. Cui mentis firmitudini in doloribus tolerandis tam stupendam Clementiam & Misericordiam Majestas Tua semper adjunxit, ut munus nullum insignius à Deo immortali exposcere, aut ipse vellem, aut rebelles deberent, si viri essent, si Christiani quam ut infensissimi hostes tui tam ex animo pænitere possent, quam tua Majestas ignoscere.

At si omnia omnium Principum encomia & ornamenta in unam corollam conderentur, haud æquarent, inexpugnabilem animi tui constantiam, in retinendo Dei cultu puriori, & Reformata relligione asserenda: in quâ solâ, ut aliis omnibus, ità tibimet ipsi palmam præripis, ipso fastigio tuo major, quo sublimius in terris aliquando nihil unquam viguit: Et si majoribus tuis Angliæ Monarchis titulus haud perfunctorius, sed pro meritis in Ecclesiam, Defensor fidei per aliquot novissima secula accommodatus manavit, totum illud decus in te, pari cum illis succedendi jure, sed majori cum gloriâ transire debet: Prospera hominis indolem permulcent, adversa eventilant, & explorant: Non est res usque adeo difficilis, munitum potentia & pacis artibus, fælicitate & otio diffluentem, pro libitu relligionem tueri quam nullus oppugnat: Sed inter tonitrua inconcussum stare, rectum incedere per confragosa præcipitia, navem dirigere per scopulos fluctuantem: non inflecti cum tua compendia efflagitant, discriminum amolitio, malorum averruncatio, in thronum resti-

tutio: cum totius orbis vota te circundant, largiſſima præmia oſtentant, etiam cum certiori ſpe vitæ æternæ, ut falſo ſpondent: Hæc non tralatitium, aut imbellem ſpiritum, ſed diis ſimilem Heroëm, pręſentiſſimo numine ſuffultum, interiori familiaritate Dei paſtum, enutritumque, ut olim Ægeriæ ſuæ colloquiis Numam manifeſtiſſime commonſtrant: Quod ſi quot tuo ſub imperio nati ſunt, in relligionis negotio te autorem ſequerentur, & exemplum, & nec in Pontificiam ſemel excuſſam relaberentur, nec ſocia arma conjungerent cum iſtis Dæmonibus qui ſub mentitâ ſanctimonię larvâ reges obtruncant, aras ſpoliant, & ferro, flammâque ſæviunt, in quoscunque vel metus Dei, vel Majeſtatis rêverentia, ab eorum perfidia abſterret, jamdiu Majeſtas Tua ſolio paterno frueretur, & tanquam Eoum jubar veræ relligionis ac conſtantiæ, utrumque mundi cardinem, ab Herculis columnis ad Bacchi metas colluſtraret.

Non libet ultrà cancellos Hiſtoriæ noſtræ evagari: Palæologi noſtri, regna qualiacunque obtinentes longum iter trans Apenninum permenſi ſunt, ut vetera relligionis fundamenta demolirentur, & nova Florentiæ ſubſtruerent: ſed & antequam finibus egrederentur, mutaverant fidem, quia mutare deliberaverant: patrios cultus exuerant, antequam exuiſſent: At tua Majeſtas regno, & bonis omnibus ſpoliata, tribus jam luſtris abſentiæ conſumptis, fidem non modo non obtulit Romanis efformandam, qui mali Phidiæ nullam bene relligionem dearticulare norunt, ſed cunctis artibus impetita, quibus Romani poterant tam ſanctam animam pervertere, in iiſdem adhuc hæret veſtigiis,

im-

immota, illæſa, illabefacta: Nulla fortior rupes adamantina, nullus purior Cryſtalli mons, vel Ambræ ſuccus, cum primùm è fontibus maris eructatus, fluctuum agitationibus indureſcit: Nec virtuti tuæ par exemplum Conſtantinopolis unquam exhibuit, aut totus orbis Conſtantinopolis quondam municipium, ne tum quidem cum uterque ſub uno Magno floreret Conſtantino, qui originem ſuam tuæ debens Angliæ, id in ſummo apice honoris ſui ponebat, quod terrarum omnium Dominator & Princeps, imperii tui ſubditus naſceretur.

Quare citius credam ſolem, qui gyro terras luſtrat, influentia & luce deficere poſſe, quam Majeſtati Tuæ perire fructum relligionis tam ſanctè ac fideliter conſervatæ: Largam ſciat ſe mereri repenſationem, qui in adverſis nec Dei veracitati, nec ſuæ fortitudini diffidit: Quamvis enim ingentem verſat molem, qui mundi machinam providentiæ complexu fovet, nihil tamen in rebus conſpectius animadvertit, quam excelſum erectumque animum inter plurium malorum fulgura, non magis fatiſcentem, quam æneus Coloſſus inter pruinas liquitur: Et licet cunctabundus putetur Deus, nihilominus certus accurrit dum non ſentitur: quam facile concitat undoſum mare, & in tranquillitatem halcyoniam denuo compeſcit, tam populorum cogitata flectit: Et jam incipit conſtituta ab æterno ante primam miſeriarum noſtrarum labem, perficere, ut iidem oculi qui Tuam Majeſtatem inter peſſimorum hominum ſeditiones ſolio perturbatam patrimoniali viderunt, reſtitutam paterna in ſede conſpiciant: Cujus etiam tarditas ac mora hoc Majeſtati Tuæ lucrum fænerat, ut quanto ſerior, tanto omni-

 genis

genis honoribus auctior, & tuis civibus amantiſſimis carior revertaris.

Abſentiam Majeſtatis Tuæ, ab annis jam nimium multis gentes tuæ ingemuere, nec virtutibus tuis ulterius fraudare poſſunt: Miſerere triſtium, & reditui tuo immorientium: Conſcende navem, da vela ventis, nec gaudia tuorum diutius morare: Nunquam in te peccavit Britannia tua, ſed nec in parentem: Quod ut Paradoxi monſtrum mortales forſan exſibilabunt, & exſpuet orbis veſtrarum injuriarum tam diutinus tam iners teſtis: At nullum à tripode Oraculum verius: Britannia nihil in Veſtras Majeſtates commiſit: Ad arma civilia non clamavit, perduellem & fœdifragum exercitum non conſcripſit, fatale fœdus non dejeravit, Regem ſuum ad ſceleratum tribunal non ſtitit, Majeſtatem Tuam, parente, regno, civibus, ſubditiſque orbatam, ad exteras regiones non ejecit: Sola colluvies illa deformis nefariorum tenebrionum hæc cuncta execranda procudit, qui omnem verecundiam & probitatem uſque adeo decoxerant, ut cum arbitrarentur, quamdiu vigeret juſta autoritas moderati Principis, in regno locum nullum ſibi ſuperfuturum, quia honeſtum benemeritis nequiverant procurare, regnum evertere à fundamentis ſtatuerunt, ut virulentis machinationibus potiti, ipſi ſoli tot regnis, tot gentibus impune dominarentur.

Illi, illi ferale pegma ſempiterni dedecoris & infamiæ erexerunt, cujus in vertice, noſter vertex, caputque interiit, quo ſanctius nullum humanis amputatum ab humeris, in terram unquam decidit: O requieſcant Beatiſſimi Manes! cœlorum non hoſpi-

hoſpites, ſed Indigenæ veteri patriæ redonati: qui puriſſimo in æthere redimiti gloriâ radiant, & in hominum mentibus immortalitate perfruuntur: Ceſſet à nobis, noſtriſque poſteris, ceſſet atrox Nemeſis, & totum effundant ultionis venenum Dii ſuperi in ipſos autores, quos nulla benignioris Cæli Clementia, nulla humanioris vitæ conſuetudo, nec patriæ gemitus, nec tam cari capitis reverentia, nec univerſi orbis exemplum deteſtantis odium & horror, à perfidia infernali furentes revocare potuerunt: Illi, illi cœlum Acheronti permiſcuere, tria regna tot innocentum ſanguine perfluere fecerunt: Et ne qua nobis, aut ſeris in poſterum ſeculis ſpes melioris fati remaneret, Eccleſiam, regnum, regiamque proſapiam, uno quaſi ictu, à radicibus convellere conſpirarunt. Quis ad hæc obſtupefactus non expaveſcat?

Et tamen ac ſi ipſorum conſilia à Deo omnia promanaſſent, facinora quæ ſol unquam vidit flagitioſiſſima ſpecioſis nominibus obvelare ſategerunt: templa ſacrilege depeculari, prædia ſacra in profanos uſus convertere, ſacerdotes omni mortis genere, & contumeliarum proterere, Reformationem dixerunt: aliorum bona diripere, obſtantes confodere, optimorum civium patrimonia ſubhaſtare, in fiſcum redigere, gentis libertatem nuncuparunt: ut alia non fuerit fides Reformata niſi quam truculenti parricidæ fanaticis conceptibus imaginarentur, aut certior ad ruinam via, quam iiſdem ſcelerum atrociſſimorum nexibus non implicari: Interea Dei, hominumque ſpoliis ſe ditavere, de exiſtimatione ſecuri, ſi id unum præſtare poſſent, ut qui hæc detrimenta perfer-

rent, mereri, & qui perpetrarent boni patriæ cives crederentur: Huic quot præſtigiæ, fuci ac ſophiſmata? quot mendaciorum portenta? Horreſcit animus ad effrænatam impudentiam iſtorum perduellium & ſicariorum: Ipſi Alaſtores ac Diræ ſunt tutelares genii cum iſtis quadruplatoribus collati: Regem ſuum, omnium quotquot unquam regnarunt in terris ſanctiſſimum ut armis laceſſere, præliis inſidiari, perverſis dolis capere, in judicio damnare, ultimo ſupplicio afficere auſi ſunt: At hæ primitiæ tantum ſeu ſpicilegia damnorum: Quibus accuſationibus innocentiam ejus obruere, vitæ ſanctitatem denigrare conati ſunt? Quid in crudeliſſimum Neronem excogitari potuit, quod tam pio Regi infamando, per viginti annos, in ſcriptis, dictis, plebiſcitis, concionibus, familiaribus colloquiis evomere omiſerunt? Nihil tamen ardentius quærebant, quam ut libertatis patriæ aſſertores, relligionis veræ vindices audirent: Verum ſi in unius Caroli caput, eam fabam cudiſſent, (quanquam tremendum ac formidabile exemplum, nec cœlum nec terra unquam condonabit, aut obliviſcetur, & ô miſerabilem illius Principis conditionem, cujus vita à perpaucorum perduellium interpretationibus pendet) tolerabilior tamen ea qualiſcunque dementia fuiſſet, & furor: ſed Regem, Regiamque progeniem exſcindere, Eccleſiam, & regnum, ſe, ſuaſque clientelas ortas è cæno ut ranas, aut fungos è pluvia matutinâ opibus tam invidendis locupletare, quid aliud quam ſeipſos infames Architectos malorum omnium, peſtiferos Regicidas, patriæ everſores, ſub ficta pietate latitantes orbi proclamarunt?

Sed

Sed quid ego Majeſtatis tuæ ſacras aures, inſulſiſſimorum Lemurum ac furiarum, ingratâ commemoratione perfoderem? qui circumlatas in pectore ſibimetipſis pœnas quotidie ſolvunt, dum populorum execrationibus, & internis conſcientiarum flagellis ſuperſunt: Et cum dies atra venerit, quâ animas impuriſſimas exhalabunt, tam ſuo quam alieno ſanguine perfuſi ſupplicia æterna ſubibunt demeritis paria. At Majeſtatem Tuam ſplendor ornat, & virtutis vividæ excelſa radiatio, non parta temerariis fortunæ ludis, ſed exquiſitiſſimis Conſtantiæ & Magnanimitatis honeſtamentis: Quam Majeſtas Tua tot Regum vera propago, ſupra omnes Anteceſſores tuos in immenſam ſublimitatem attollens, intrà penates inferes, quando Britanniam tuam, priſtinæ fælicitati reſtitues, reſtitutus & ipſe tuæ Britanniæ. Quid enim aliud præter ardentis gloriæ lumen tot Henrici, Edoardi, Jacobi à proavis acceptum poſteris tradidere, ſicut in curſu veteres Græci Lampada ſequentibus porrigebant, ut tibi omnibus Naturæ ornamentis cumulatiſſimo tandem devolveretur? Et ſane magnopere optandum eſſet, ut vel jam aſpectus Fortunæ, tuas dotes numeris omnibus pariaret, vel parentes tui tam integrum imperium legaſſent, quam tu ſingula Heroïca munera univerſorum ſimul parentum rarâ commendatione decerpſeris: Verum cum te, tuamque familiam tam inſolenter Fortuna perſtrinxerit, & caſtigârit, nihil tibi relinquitur, præter indomitæ mentis robur, quo fata duriora ſic propellas, ut extinctum pœnè Imperium ab interitu te revocare, & in priſtinum vigorem reponere, orbis videat & obſtupeſcat.

Diriguit jam diu humanum genus in tuis infortuniis, seu æmulum exhorresceret, seu succurrere nequiret: Dehinc fælicitatem tuam & gloriam admiretur, dum te flagrantis animi magnitudine, non modo laudes gentilitias æquantem, sed provolantem ad altiora conspexerit, & pennâ quidem tanto fortiori, quanto te crudeliori calamitate maligna sors depresserit: Ut cum tuorum de te spem, & aliorum omnium expectationem meritorum tuorum amplitudine impleveris, mundumque universum rerum gestarum celebritate, nunquam desint scriptores, qui ad fines terrarum, & seculorum æternitatem nominis tui splendorem, famam, existimationem perenniter deferant: Ita vovet ex intimis præcordiis

Serenissimæ & Sacratissimæ, & Invictissimæ Majestatis Tuæ ad genua, & pedes prostratissimus, subditus, servus, & sacellanus

ROBERTVS CREYGHTON.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

NON agam tecum (Christiane Lector) ut circulatores solent, qui dum aliquid proponunt, ex portentosæ artis præstigiis, sic intuentium ora perstringunt, ut quod ostentant, pro miraculo introductum judicetur, & quantam sensui voluptatem, tantam intellectui perturbationem ingerat. Sola admirationis mater est ignorantia, dum exterior visus, dulcedine quadam speculandi mentem ad inexplorata pertrahit, ut pisciculos natandi libido in cæca nassæ foramina, ubi intercepto reditu in certissimam prædam asservantur: Et licet isti circumforanei sibi laudem cum lucro quærant, vix merentur tamen quam habent, quia nullius rei præstitæ bono animum implent, sed facultatem falsâ Imaginationis oblectatione ludificant.

At literas profitentem relligiosa decet integritas, simplexque voluntatis candor, ut quæ proferat, censuræ aliorum expendenda permittat, nec encomia captet, nec vituperia pertimescat: Quis enim ut levem non merito redarguat, qui inania semper crepat, ut populum permulceat, atque ità nominis existimationem aucupatur, ut syncеritatem ab inceptis ambitiosâ vanitate propellat? Meipsum sane ante omnia profitebor, ab ineunte adolescentiâ vehemens ardor occupavit, ut non majori cum affectu bonis literis, quam illibatæ menti præclaram, constantemque operam navarem: nec me ullum æmulationis œstrum sauciavit, si alter plus saperet, aut fælicius dictaret, sed si in pervestigandâ veritate, supergrederetur: Veritas sola triumphat immortalis, cætera omnia ad interitum festinant, & malignitati fatorum prosternenda subjiciuntur: Ipsæ licet Musæ non modo in Parnassi vertice, ut Poëtæ fingunt, sed in cœli jugo recumbunt, perennis otii serenitate halcyoniâ perfusæ, clientes tamen suos & cultores, communi rerum æstu circumvolvi patiuntur: Et quæ sæpe summis ingeniis gloriam, sed non nisi seram impertiunt, mediocribus vix alimenta vitæ subministrant: Quotus enim quisque eruditorum hominum paria laboribus præmia consecutus est? aut quem, per senticeta artium gradientem fortuna benemerentibus impia non deseruit? Quot scientiarum parentes, æternitatis albo conscriptos, in deformi senectute, obtritis palliis errare, & suæ gentes, & exteræ conspexere? qui, cum instabili cursu, studia infructuosa permiscentes, genium è sicco corpore sitientem extruserunt in mortem, ut quidam olim Leonardum Aretinum mordaciter irrisit.

Et

Et ne videar ultrà metas propositi mei in diverticula excurrere, quàm multa Græcorum nobilissima ingenia Caballino fonte intimo superpota, patriæque è ruinis profuga, cum totâ optimarum artium supellectile funditus periissent, nisi malorum solatia, & receptum in Italia reperissent? qui tamen in summo infortunio fælices, & grati advenæ, collatis in se beneficiis ampliora longe retribuerunt, dum patronos vatum factos, & hospites, & æmulos, fovere Musas, & exercere docuerunt. Quid referam Argyropylum Byzantinum, Musurum Cretensem, doctissimum Johannem Lascarim, honestissimum Chalcocondylam Demetrium? quibus eadem sors obtigit. Et hæc votorum summa fuit, ut stipendia superstitum sumptibus inservirent, & cum extinguerentur, ut cadaveribus tralatitio busto efferendis instrumenta libraria venundata sufficerent. Quid Theodorum Gazam commemorem? qui Thessalonicæ natus, Aristotelis de Animalibus historias in linguam Latinam, Marci Tullii de Senectute libros in Græcam ita transtulit, ut haud facile esset expedire an Cicero in stilo Aristotelico venustius decurreret, an Aristoteles in Ciceroniano: Sed cum utrumq; Philosophum verbis mirificè æquaret & sensibus, utriusque linguæ disertissimus Magister, mors in ejus obitu ingeniosa, præstitit, ut Italiæ in Magnâ Græciâ sepultus, utramque gentem in funere bearet. Aut quid Gazæ consimilem moribus & probitate Georgium Trapezuntium? qui Cardinalis Nicæni calamum in se concitavit, dum Aristotelem adeo insaniret Georgius, ut Platonem non modo vilipendere, sed scriptis acerbissimis proscindere auderet. Te verò qui taceam, vel satis digno elogio prædicem, ô aureis limbis inclyte, sed magis aureis ingenii rivis Emmanuel Chrysolora? qui primus à nostri Ioannis parente missus, ad eliciendam à Regibus Europæis opem, non tam periclitanti quàm pereunti patriæ, cum prope universum Occidentem peregrinationibus emensus esses, cœperas circumspicere qua Italiæ ora proxima popularium tuorum gemitus exaudires, & expirantis Græciæ extremum halitum mœsto ore legeres. Et si favissent superi, ut ullibi immortalium studiorum vestigia figeres, nobilioris gloriæ quam tuæ spem nullam, vel Latinis de Romana eloquentia, vel de Græca Græcis permisisses. Verum inquietus animi, incertus loci, nunc Florentiæ, modo Ticini, Venetiis, Romæ doctrinarum gymnasia dum aperires, penuriam erraticâ mercede haud evitasti. Tandemque Constantiæ mortuus es, cum te ad Concilium transveheres, nova spectandi avidum: ubi Pseudo-pontifices plecti, hæreticos cremari cum voluptate animadverteres, & cum dolore pari, quid tuæ genti fieret in hac Florentina, fatidicus augurio præsagires.

Salvete Heroïcæ animæ, & excelsi spiritus, καὶ ἐν ἀίδαο πύλῃσι ut Patroclum suum Achilles Homericus: Salvete Græcæ facundiæ, omniumque elegantiarum arbitri ac promi condi: qui tot ærumnis pro patriâ perfuncti, inter mortales famâ, quam nulla libabit invidia, inter cœlicolas laureolâ, quam nulla ætas deteret, in candidissimâ luce perfruimini: Jam mihi gratulor de amissione patriæ meæ, & bonorum, de fugâ, exilio, egestate, aut si quis tristior equuleus humanum genus torqueat: Nullum nomen calamitatis exhorresco, quod me vobis comparabilem reddat: quanquam si veræ virtutis ratio, aut eruditionis ineunda sit, tam infra excellentiæ vestræ immensitatem subsido, quam exporrecta domorum laquearia, quas nunc incolitis, squallorem vilissimi gurgustii transcendunt: Veruntamen, si vos à penetralibus Musarum, barbara infidelium arma exturbaverint, in eo fundamine malorum, haud impar vobis decurro, atrocissima perpessus à truculentâ gente fœdissimorum perduellium, quibus nullæ carnificum manus sufficerent, ut eorum vitæ per minutias horarum, ad interminatæ durationis tormenta extrahantur: Christiani cluant, sed Turcis ferociores qui violatis Dei hominumque legibus, & regnum everterunt, & Ecclesiam, cui propagandæ Christus sanguinem effudit: Nec te in tantâ tuorum illustrium patriotarum recensione oblivioni decet tradi, ô Magne Ecclesiarcha Sylvester Sgyropule, inter purpuratos proceres sacri senatus eximie Patritie, & Concilii Patriarchalis sublime decus! quem mira sagacissimi ingenii dexteritate, in abditissima mysteria penetrantem, Deus ipse designasse videretur, ut ex universis quotquot Synodum Florentinam adierint septingentis Patribus, tu solus ejusdem Historiâ posterorum secula locupletaris: tam sancto patriæ relligionis & veritatis tuendæ studio, ut ei fidem omnem deesse necessum sit, qui tuis integerrimis narrationibus detractum iverit: Cum nihil tibi grandius in alto pectore insederit, quam simplici, rerum gestarum propolatâ serie, mortales à mendaciorum involucris absolvere, & quæ ipse videris, quæ feceris, memoriæ temporum fideliter commendare: Sed quandoquidem in te, tuæque hunc nunquam interiturum Minervæ fœtum inciderimus, nuper è seculorum archivis erutum, ne tenebris impiè supprimeretur, fas mihi sit de utroque, quantum vel conjecturâ hariolari, vel certâ scientiâ assequi potuerim, converso ad Lectorem sermone, ut primitus occæperam, pauca præfari.

Ac primum in utroque nomine Sylvestri Sguropuli, nonnulla occurrunt, quæ velut injecto difficultatis scrupulo Lectorem remorentur: unde ambo hauserim, cum Manuscripti Codicis principio nullum præfigitur, nec subjungitur fini? Unde Græco homini Latinum

tinum nomen Sylveſter? Et ſi ipſe Syropulum ſubſcribat in imâ inſtrumenti fimbriâ, quod Eccleſias conjunxit, cur interjecta conſonante in Sguropulum permutem? Hæc Lectorem novitate obſtupentem, ſuſpendant, & nos ficti nominis reos arguant, ſi tamen penſiculatius trutinentur, ſicut oborta levioris auræ ſpiramina, in eundem flatum deſinent quo concitantur. Nam cum in hac paſſim hiſtoriâ, autor ſe Magnum Eccleſiarcham profiteatur, & hujus Synodi poſtremæ Definitioni, M. Eccleſiarcha nomen ſubſcribat Sylveſtri Syropuli, quis ambigat, an tale nomen geſſerit? Nec inaudita Græcis, aliisve gentibus Latina nomina uſurpandi conſuetudo, aut vocabula agnominationum, honoris ergo à Romanis mutuandi: Aſtronomiæ princeps Ptolomæus Claudius nuncupatur, qui natus Alexandriæ, Romam oculis nunquam conſpexit, cui centum alios adjungerem, ſi eſſet operæpretium: Quidni igitur noſter Sylveſter appelletur, ad continuandam forſan Sylveſtri Pontificis Romani memoriam, qui Conſtantinum Magnum carum Græcis Latinisque caput relligione Chriſtianâ primus imbuit: quamvis ad ea tempora Conſtantinopolis ſuis Patriarchis non carebat, ab Apoſtolo Andræâ & Stachi, ut Romæ à Petro & Clemente ſuccedentibus: Sic in Sgyropuli nomine enucleando, quod recentioris Græciæ, ab antiquis formis quamplurimum abhorret, ſi cui litterula videbitur curioſius intrudi, cum meam mentem expoſuero, & minus arriſerit, fruatur in ſuo ſenſu, & nomen amplectatur quod profert Syntagma Binnianum.

Nova Græcorum veterum progenies à patriæ linguæ excellenti puritate, nuſquam magis, quam in vocum terminationibus deflectunt: Has mutilant, illas caſtigant, nonnullis demunt, aliis addunt in exitu, ut molliorem pronuntiandi ſonum, abolito loquendi priſco uſu, per regularum diſpendia introducant: Non aliter quam hodierni Etruſci, linguam Latinam, in ſuum Idioma Italicum affectatâ nimiæ ſuavitatis diligentiâ effæminant: Inter infinita hujus generis ſpecimina, & hanc particulam πȣ̃λος, claudendis nominibus natam, conſiderandam offert præſens occaſio: quæ tametſi nihil in ſimplici fortaſſe ſignificat, niſi ſub aliis redarguta formulis, ut πȣλάκι pro pullo Gallinæ, πȣλαρϱάκι pro equi, aliorumve quadrupedum, ſeu ætatis teneræ, ſeu adultæ: nominibus tamen rem certam indigitantibus ſuffigitur, eo cum ſucceſſu, ut quantum nomini accedat ſyllabarum adjectione, tantum res ſignificata ſenſu minuatur: ἵπποςͅ, equum, ἱπποπȣ̃λος equulum, exiguum aſtarconem denotat. ὡρολόγιον eſt communium precum Codex Liturgicus, ὡρολογιπȣ̃λον, earundem Epitome Compendiaria: Ad hanc igitur conſtanter normam Syropulus, Syrum nobis puſillum præmonſtraret, vel Nanum in Syriâ progenera-

tum:

tum: Quemadmodum de Marſilio Ficino prædicant, qui univerſum Platonem, Jamblichum Syneſiumque in linguam Latinam fœliciori fœcundiſſimi ingenii feſtinatione traduxit, quam omnes ſimul Græci, coætanei ſui in Italiâ unum Ariſtotelem, quamvis partibus inter ſe diſtributis opus aggrederentur: cum tamen quo mirabilior eſſet tantilli corporis inuſitata virtus, Ficinus ad ſemihominis ſtaturam vix aſſurgeret: Verum cum ad Syros noſtrum ſcriptorem referre genus haud arbitrarer, aut cum gentibus ultrà Libanum commercia habuiſſe, & apud alios autores nuſquam invenirem Syropulum, ſed Sguropulum, ſubiit mentem non omni ratione vacua conceptio, Amanuenſes in tranſſcribendo Concilio, vel imprimendo Typographos, cum hanc vocem minus intelligerent, vel de induſtria, vel forte fortuna g eliſiſſe e primâ ſyllabâ, ut prodiret, ſicut nunc legitur in ſubſcriptionibus Synodi publicatis Syropulus, cum Sguropulus vel chartæ, vel prælo mandare debuiſſent: Inter Epiſtolas Planudis una fert titulum, τῷ Σγουροπούλῳ Κυρίῳ Δημητρίῳ. Et apud Phrantzen Chronicon 3° cap. 25. quidam Palæologus ſic cognominatur: In lib. Turcogr. 4° pag. 283. extat Epiſtola Oecumenico Patriarchæ miſſa ab Eccleſiaſticis Inſulæ Chii, plena gratiarum ob Hippolyti abdicationem, & novi ſpem Epiſcopi: cujus inter ſubſcribentes à ſiniſtro latere nomen Σγοῦρος occurrit, ab adverſo Σγουροποῦλος, uterque Georgius, ſed rectius prior Georgium ut aſſuevit, ſecundus ſorſum ſcripſit, & ſeptimus ab extremo numeratur: adeo cittimi Græci in barbariem degeneraverant, ut vix Chriſtiana nomina in luce forenſi frequentiſſima debitis elementis depingere meminiſſent: Sed & ejuſdem libri 4. ad pag. 309. Cruſius aliam commemorat Smaragdæ Canabutzenæ, ab eadem Inſulâ Theodoro Zygomalæ datam, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Protonotario: cujus opem iſta fœmina implorat, adverſum injurias Coreſæi, & ad miſericordiam excitandam, ſe peregrinam miſere deflet, & Nicolai Sguropuli viduam.

Ad hæc tam aperta teſtimonia qui vocis notionem ſpectat, multo proclivius in meam ſententiam pedibus ivit: Nam dum alterum nomen Syri, nullam importet ſignificationem præter gentilitiam, & longe remotam, noſtra dictio in ipſo ſinu Græciæ receptiſſima enaſcitur, & rem peculiarem, determinatamque indicat, quamvis à Latino primam forte originem traxerit: Σγοῦρος obſcurus, σγουρότης obſcuritas, σγουροειδὴς qui colore fuſco nigricat, vel ὑποπερκάζει, ut Homerus cecinit de uvis Alcinoi: Nec tamen omnem obſcuritatem notat, ſed τὸ συνεστραμμένον τῶν ὀμμάτων, diſtortam oculorum, & introrſum refugientem aciem, obtutum ſubluſcum, qualem Angelus Poli-

 tianus

tianus creditur habuisse, aut Cæsar Borgias ab oculis immersis in vultum trucem, & tuberculis saniosis redundantem: Non quod autorem nostrum eo vultu præditum existimem, satis est si primus in eâ gente nomen promeritus acceperit; vel si inter Strambulos noster etiam suspiciendus sit, quid aliud judicemus, quam præstantissima ingenia non semper delicatè habitare: eamque esse sortem naturæ omnibus ex æquo minimè benignæ, ut nulla absolutæ virtutis compages in humano genere eniteat, quin aliquem turpitudinis nævum in corpore aut animâ ad elidendam fælicitatem ostendat.

Quibus vero sub parentibus, aut præceptoribus prima literarum rudimenta posuerit, aut quâ prensatione tam sublime culmen dignitatis conscenderit, ut è sol s quinque unus ad sanctiora consilia Patriarchæ adsciscеretur, pro comperto dicere non habeo. Vero simillimum est dormienti tam opima honorum incrementa non obtigisse; aut sine propriorum meritorum cumulo: Nec enim id omnibus datum est, quod Hadriano ejus nominis Sexto Pontifici Maximo, qui plerisque Cardinalibus ignotus, & in umbrâ otii literarii delitescens, absque vel ambitione suâ, vel alieno adminiculo, ad Papatum ab ultima Cantabriæ orâ pervolavit: Paucos paternâ caritate dii superi amplectuntur, & promovent, ac pro beatissimis habendi sunt; quos numina in medio cursu non destituunt, aut non conjiciunt, in ea infausta tempora, quibus justos honores expetiscere, est ad certissimam ruinam iter præcipitare: Utcunque in re tam densis involutâ crepusculis, & à meis non minus sensibus, quam finibus disjunctâ; nihil ausim pronuntiare, quam quod hic liber autorem, M. Ecclesiarcham venditat, qui in subscriptionibus, ad Definitionem publicæ pacis inter Ecclesias sancitæ, Sylvester Sguropulus nominatur. Et hæc de autoris nomine dicta sunto.

Nec minor difficultas de prole quam de parente animos scientiæ pervestigandæ incumbentes lacessat: Sub quo sydere pullulavit hic Embryo, hic tanti viri fætus unigenitus ac singularis? quibus expositus fortunis, occuluit per tot secula ignotum caput? quæ antra Triphonii, quæ Cimmeriorum cavernæ, tam diutinum latitandi præsidium exhibuere? Præsertim cum à Græcia in servitutem redactâ, tot eruditissimorum hominum indefessi labores, abditissima quæque scrinia hactenus impervia penetrârint, eruerintque cuncta historiarum monumenta, non minus faustâ ad posteritatem indagine, quam Columbus aut Magellanes novos orbes aperuere: Nihil est quod contraria hominum ingenia non comminiscentur, quibuscunque conatibus enervandis, maximè, si viam sibi sternant ad laudem, per contemptum aliorum, aut gloriam ex alieno dedecore aucupantur:

Pon-

Pontificii hic nasum subducent librumque proscribent ut nefarium, à quodam esuriente Græculo, autoritati Conciliorum minuendæ, & sacrosancto Pontificis Maximi labefactando imperio excogitatum: Ex adverso sectarii nostri, ac Rebaptistæ, quorum colluvie miserabilis Insula nostra non minus oppletur, quam tellus olim Memphitica locustis ac ranis, ut minus docti Pontificiis, ita magis æstuosi effervescent, & hæc eliminanda penitus Musarum è regno censebunt, quæ antiquitatem redolent & Papismum: quando ipsi præter arcana spirituum dictamina nihil approbant, nec audire quenquam se patiuntur, nisi qui eorum mendacia propugnat, & rabiosa facinora pigmentis sic dealbat, ut ipsos à natis hominibus solos patriæ libertatis vindices, cultoresque purissimæ relligionis astruere videatur.

Nec suis unquam parasitis indiguit fanaticum istud genus hominum, qui exitiali facundiâ armati semper in procinctu stant, & quà jubentur linguas venales flectunt, eorum turpissima crimina ut virtutes collaudant, aliorum omnium dotes dente Satyrico perfodiunt, & in Deum ipsum, si Senatus perduellis mandaverit, profanæ eloquentiæ arietes admovere non erubescunt: Ac quemadmodum proavi nostri, in longo squallore seculorum, incultique sermonis barbarie jacuere, donec elegantiarum libri conderentur, quibus juventus corruptarum literarum sordes ablueret: Ita in his invictæ improbitatis temporibus, nihil isti sycophantæ è contrà satagunt, quam ut in summâ mentiendi libidine, ad malitiosa quævis exprimenda, orationem rotundam & Rhetorum flosculis exornatam, contorqueant: ut veritatem non modo adumbrare, sed penitus extinguere, & omnia septa honesti moris perrumpere videantur: quo Comitiali morbo haud scio an ullus fædior, nostram gentem afflaverit, & occulto veneno, ac contagione, istorum omnium scriptorum operibus sese infuderit.

Vellem mihi æternùm veritatem abesse, si ipse in hoc effato, vel latum unguem à veritate aberro: Ex quo die perpetuę nocti damnando, cives illi gentis suæ propudium, in istâ domo Parlamentariâ convenerunt, prela nostratia ne vel unicum libellum, vel chartæ semuncialis lineolam edidere, sub istorum hominum vexillo ac diplomate, quæ vel umbram veritatis ostentant: Adeo in universis ipsorum commentis, per totam textrinam uniuscujusque telæ falsa semper falsis, mendacia mendaciis implexa procurrunt: Regicidium commendant posteris ut Heroïci facinoris exemplum singulare: Eversionem Ecclesiæ, extirpationem regni, regiique sanguinis, inter facta fortissima numerant: tres gentes civilibus armis à se pessundatas gloriantur: Cum templa sacrilegè spoliant, sacraria diripiunt, jura Dei, hominumque proculcant, relligionem vocant, confiscationem bono-

rum, libertatem civium, crudelitatem ac ferociam, magnitudinem animi, ſuperbiam ac avaritiam, conſtantiam & pietatem: ut qui fructum cum ſemente conferre vellet, & meſſem ex mellitis eorum globulis in noſtra horrea importatam ponderare, ſatius multo judicaret, ad rudem illam, ſed honeſtam Latinæ Orationis balbutiem revertere, cum noſtris patribus, rudere cum aureo Aſino Apulei, quam ſic in Marci Tullii, ac Titi Livii viridariis expatiari, pollucibiliter mentiri, & ipſam veritatem, quâ nil ſanctius in mortalium genere eſſe debeat, papavere prius ac ſeſamo conſperſam, ſanguinariâ mox ſica contrucidare.

Tum de Regibus ſi quis forte fortuna encomiaſticè ſcripſerit, ſuccenſent, frendunt, debacchantur, & in omne latus obſtreperam volvunt facundiam, ne quis Rex pro pio habeatur, quando ipſi in omnium regum ſacroſancta capita tam impii detonuerunt: Fideliſſimi canes ſuorum Senatuum, in atriis excubare, dominorum ulcera linguis emptitiis lingere, & quaſcunque objecerint offas devorare: Ac ut Hollandiæ Moloſſos vidimus, in linteorum inſolationibus diſpoſitos, ne quis illac nocturnus graſſetur Latro, tantâ cum feritate futuris eventibus imminere, ut rabide dilanient, quicunque ea ſpatia ingrederetur: Ita & illi ſagaciſſimi ſuorum Senatuum ſtipatores, in omne genus hominum terribili rictu dehiſcunt, qui privilegia populi attrectare audeant, tanto ſæpe cum impetu, ut non deſiſtant, niſi ad dominorum genua, vitam cum fide depoſituri.

Sed ut Cornelius Agrippa vir quidem perdoctus, at infamis Necromanticus, ſub ſpecie canis Cacodæmonem aluit: cujus à collo, cum Lugduni inſtaret hora mortis, cingulum detraxit, magicis quibuſdam incantamentis ac characteribus interpunctum, graviter increpans canem, ut ab ipſo jam diſcederet moribundo, quem vivum obſequiis peremiſſet: Statimque canis faſciâ gutturali ſolutus, ſpectantibus univerſis in Ararim ſe conjecit, nec poſt apparuit: Sic & iſti Antimonarchici Lælapes, cum liberati Parlamentorum jugo, quo effaſcinantur, ad ultimam mortalitatis metam, unà cum dominis feſtinabunt, non in Ararim, ſed magis rapidos gurgites ſe præcipites dabunt, quos Phlegeton & Cocytus interfundit, ut tartara latratibus inquietent, & cumulatas æternùm maledicentiæ pœnas luant.

At noſter hic exiguus eſt codex & puſillus, ut nequiſſimi Arbitri Ciconia, pietaticultrix, gracilipes, Crotaliſtria, in tenui maſsâ, membranæ multa vera cantillat: Nec enim intereſt quotâ parte laudis exoptatę in albo præſtantiſſimorum hominum quis recenſeatur, modo præſentiat ſe poſteris interfuturum, & æternitatis uſumfructum, quantillacunque operis libatione prægustet: vivitur exiguo melius,

parvo

parvo libello, ſed erudito, mediocri temperamento, ſed firmo, virtutumque culturâ, quæ conſtanti probitate parta, ad nominis celebritatem, non liberali, ſed ſenſum ſuperveniente adoptione gloriæ nos tranſmittit: Res quæque minima Deum comprobat, ramentum auri è fodinâ, ut totius Indiæ theſaurus, nec minor potentia eluceſcit in Nanis ac pumilionibus creandis, conſervandiſque quam in Gigantibus ac monſtris: Libri moles deſpecta, momentum magnum præbeat, ſi fæliciter Muſarum pomæria dilatet, ſi literarum incrementa augeat, rerumque geſtarum incorruptam memoriam poſteritati tradat: Et quamquam autoris noſtri ſtilus ad immortalium Oratorum pulchritudinem non aſſurgit, nemo tamen ab eorum temporibus, inter omnes Græcos qui ad poſteriora mundi ſecula lucubrationes protulere, puriori dictione ſcripſit, quam noſter Sguropulus: Et ſi cum Byzantinis conferatur, Nicetâ aut Gregorâ, qui noſtrum aliquot ævis anteverterunt, Deus bone quantum diſcriminis! Iſti adeo lutulento lacu reſtagnant, circumductis in anfractuoſam obſcuritatem periodis, & noſter tam limpidâ ſcaturigine defluit, ut Græca eloquentia, in iis primum ſuffocata mori videretur in noſtro ad primævum decus, Majeſtatemque reviviſcere: Et dum his fruitur eloquentiæ ornamentis, in nullo ſenſu redundat, in nullo deficit: nihil in anguſtum coarctat, nihil brevitatis ſtudio ſupprimit, nihil ultrà modum dilatat: Sed à primo ad extremum ſibi conſtat, & nervoſus ſtilus, æquabili effigie compoſitus per totam libri compagem enitet: quanquam hinc atque illinc fateor, ad intervalla locorum, ſed rariora exoticæ voces immigrant, velut in arte Polymitariâ, colores umbratici & languentes inter præclara excellentis purpuræ fila cernuntur.

Verum ad integerrimæ fidei invictam firmitudinem quod attinet, in enuntiandis hujus hiſtoriæ momentis noſter non ſolum nuper exortos in Græciâ Oratores ad certamen provocat, ſed vetuſtiſſimos in omni gente, quotquot Athenis, quotquot Romæ floruere, & abſque æmulâ contentione indubiam palmam omnibus præripit: Qui enim in Hyperide, Demoſthene, Cicerone, aut quovis alio prenſi Dictatore, præter ſententias mellifluâ arte conditas, & verba venuſtè manantia expectat, ſeipſum ludificat: Cauſidicis antiquis ſemper defuit nuda illa, ſimplexque veritas, & ingenuus candor, ne cum incomparabili eloquentiâ, ſummum gloriæ faſtigium tenerent: Et qui ſuas facultates his litigantibus patrocinandis, illis torquendis, necandiſque accommodare didicere, tam vendere proprias norunt, quam aliorum linguas in uſum Rerumpublicarum ſuarum emercari: Sed nec ſolis ingenii viribus conceditur, in arcana Politices introire, quæ

nec parantur doctrinarum peritiâ, nec bonarum artium ignorantiâ amittantur; Macchiavellus toto orbe decantatiſſimus vix prima Latinæ linguæ rudimenta imbiberat, aut patrium ſermonem ſcribendæ Florentinorum hiſtoriæ ſatis poliverat: Principes tamen dominandi regulis efformare, duces ad bella præceptis inſtruere, & exactæ prudentiæ documentis Senatores, ita contendebat, ut ad tam profunda verſutiæ & calliditatis myſteria non tam educari, quam mirabili ſyderum concurſu naſci crederetur: Qui philoſophiam regendæ multitudinis longe difficillimam, ſed permutabilem, & in plurimâ eventuum varietate latentem, apud poſteros venditare cupit, nec bonas literas nimiùm in clientelam aſciſcat, nec penitus ableget, ſed & multo minus indoli ſuæ fidat: Ea res induſtriæ debetur ac opportunitati, ut ſe quis negotiis perenniter immiſceat, plebiſcita populorum, Magnatum Senatusconſulta, deliberationes, judicia percalleat, & in ipſo ſinu rerum gerundarum recumbat, in intimo penetrali conſiliorum, ſicut olim vates Apollinis in imâ Delphorum ſpecu: Nam qui è longinquo ſtat ut ſupinus ſpectator plenus ſui, & aliorum ſuſurris duntaxat, ac famigerationibus vacivas aures præbet, ille forſan ſolenniter inſanire poterit, ſed nunquam rite ſapere, aut hanc prudentiam ſecularem cum aliorum fructu, & ſuâ gloria edocere.

Unde manifeſto jam liquet, cur in noſtrâ gente, gnathones iſti Parlamentarii, & triſtium Apologiarum pro populis geruli figuli, tam impotenter delirant: Nunquam ipſi Senatuum ſuorum cauſis tractandis interſunt, nec enim licet: aut percipiunt quibus agitationibus controverſiæ in decreta evadunt: quibus circumſtantiis hæc procraſtinata ſufflaminantur, illa voto citius ad exitum provolant, aut quælibet alia, æqua ſeu iniqua, vera ſeu falſa ſciunt, aut ſcire pro magnifico ducunt: Sed à ſuis patronis, ut Galli pugnaces ad caliginem enutriti, ea tantum intelligunt, quæ alii infundunt: tum ipſi ſtudiis partium illaqueati, ſuoque judicio corrupti, antequam alieno juſſu corrumpantur, libertatem crepant, ut ſua privilegia defendant, quæ forte nemo labefecit, & adeo mordaci, contentioſoque dicendi genere declamant, ut totum mortale genus configant: Enimvero ſi quis in contrarium hirrire audeat, plauſtra convitiorum, volumina invectivarum, ac Recriminationum regerunt, tam vehementi animorum concitatione, ut quod Strabo de ferociſſimis Indiæ canibus, quicquid corripuerint non antea dimittere, quam oculi in morſu excidant: Sic illi concepta ſemel in cerebro ratiocinia, nunquam deſinunt ruminando remordere, dum oculos penitus effundant, viſum depaſcente multiplici atræ bilis fuligine, ac in poſterum perpetuam noctem circumferant:

Tunc

Tunc vacuos orbes crudum ac miserabile vitæ
Supplicium ostentat cœlo, manibusque cruentis, &c.

ut Poëta Papinius in Thebanis de Oedipode, non nemini istorum applicanda cecinit.

Noster vero moribus adeo diversus extitit, ut in eodem censu numerare pudeat, virum sacratum, & rei politicæ primarium, cum istis tenebrionibus, qui dum in aliena arbitria vergunt, ad sermones tam impuris mendaciis refertos, quâvis aurâ populari impelluntur: Longe honestior sors nostrum permovit, & ratio Deorum menti propior, ut extrà fœdam adulationem positus, & omnem animi depravati labem, in Italiam cum suis tranaret, omniumque gentium Synodo celeberrimæ, non modo adesset pars publicè efficax & operosa, concinnandis negotiis, concertationibus attemperandis, moderandisque suffragiis popularium, sed & privatim præscriberet, quæ & ipse & alii præstitere, tantâ cum ingenii præstantiâ, judicio, modestiâ, veracitate, ut ejus hanc historiam tam omnes amplecti debeant ac admirari, quam nulli possint reprehendere: A primo carcere ad ultimam metam, à conscensis in Græco littore navibus, ad reditum è Latio in patriam, se singulis suorum conventibus permiscuit, vel Imperatoris ac Patriarchæ autoritate fultus, & sui muneris amplissimi ratione, vel ultrò vocatus ob singularem prudentiam: Omnium intimè percepit consilia, omnium sententias exploravit: Nihil memoriæ tradidit, quod oculis non vidit, nullum edictum à suis emanavit, quod non rexit: Nulla tractatio prodiit, rixis leniendis, maturandisve disceptationibus inter gentes, quam primus non inchoavit, aut ultimus absolvit: Quanta hæc fuerint veritati expiscandæ subsidia fatebuntur illi, qui visa auditis ut certiora præferunt, & hujus ævi cæcutientes sciolos ubique terrarum nugis absurdissimis obstrepere stomachantur.

Ad hæc in sacro Senatu princeps, & sanctioribus Consistorii Ecclesiastici arcanis Patriarchæ latus semper stipabat, tam arctâ necessitudine conjunctus, ut eidem abesse pro piaculo duceretur: seu per longa parentum stemmata, in tam sublimem apicem primitus caput exereret, seu propriâ virtute niteretur quis expediet? Nisi tamen indolem magnorum moliminum capacem, scientiamque rerum, ac pectus Christianæ pietatis imbutum sacramentis, gestasset, in tam lubrico negotiorum æstu, firmis nec insistere vestigiis valuisset, nec in his promulgandis apud posteros, tantæ gloriæ velificari: Enimvero cum quinque tantum in omni Græciâ initiati sacris, viri Ecclesiastici Crucis figuram ornamenti causâ, & distinctionis honorariæ vestibus adsutam portarent, dicti ob id peculiari nomine Crucigeri,

ut nonnulli hodie in Hiſpaniâ Equites Aurati, ac Rhodienſes ante jugum Turcicum, qui Patriarchæ in aſſiduis conſultationibus aſſiderent, ſecretorum omnium participes, noſter in eo principali cætu quartus locum obtinuit, qui & amplitudine officii & meritorum magnitudine, vel cum primis in Eccleſiâ ſuâ Crucem oſtentantibus, vel in Romanâ, galerum contendere potuiſſet: Nec enim hujus rubrę Crucis Conſtantinopolitanâ à rubri pilei geſtamine in Romanâ multum abludebat, Quinquevir Patriarchalis, à Cardinale Pontificio. Et ſi prioritatis prærogativa ſpectaretur, ordinis Conſtantinopolitani eminentiam, & antiquitas collati muneris, & numeri paucitas præferendam commonſtrarent: Siquidem ante Innocentium Quartum in Lugdunenſi primâ, purpurei galeri honos nemini eſt adtributus, & exinde Catalogus Cardinalium, ad Papæ nutum quotannis crevit: At Conſtantinopoli, à primis Eccleſiæ fundamentis illud ſenatoriæ dignitatis culmen effulſit, in ſacro ſemper quinario comprehenſum.

*tit. 8. cap. 1. Ac in utroque ut dictis conſtat, Balſamon in Photii * Nomo Canonem, unum è quinque Crucigeris Magnum Scriniarium, manifeſtâ voce Cardinalem Patriarchicum nuncupat, & in quibuſdam ſacris ſolennioribus aureâ tiarâ caput redimire ſolitum affirmat, ut noſter etiam teſtatur, quod longo intervallo Cardinei pilei coruſcationem extinguit: Nullus unquam Cardinalis Pontificius, præcinctam auro criſtam vexit: Tum ſi quis de præfinito Crucigerorum numero certior fieri deſiderat, vertat manum ad Synodi ipſius ſubſcriptiones Binnianas, & ſimul omnes quinque animadvertet, in unius folii pegmate collocari, ſitu, quo nomina, ad imam definitionis fimbriam appinxerunt: Sacellarius in primâ acie Manuël, cognomento Chryſocuche, ſeu Aurifabius: Vaſorum Cuſtos Xanthopulus: Scriniarius Balſamon: Eccleſiarcha noſter, & poſtremus omnium Protecdicus: Univerſi Magnorum titulo præfulgentes, Patriarchæ intimi Conſiliarii, proceres, & purpurati Senatores Eccleſiæ: Et quamvis alter Balſamon, noſtro Scriniario, ducentis ad minimum annis antiquior, & ipſe quondam ejuſdem Eccleſiæ Scriniarius M. & Antiochenus Patriarcha, juris Orientalis lib. 7. à noſtrorum Synodalium appellationibus variat, quinarium tamen ad amuſſim retinet: Et à Mag. Oeconomo exorſus numerare, in noſtri officium definit, idem tum forte cum Sacellio: Verum in hujus Synodi temporibus relicto domi Oeconomo, ad diſpenſanda Eccleſiæ neceſſaria, cum reliqui in Italiam iter adornarent, Sacellarius ſecundus ordine in primum locum ſubrepſit, noſter ultimus in quartum, Protecdicus in ultimum: quem licet allectum in hanc claſſem, à Patriarcha Xiphilino tum cum floreret prior Balſamon, hiſtoriæ commemorant, tamen Protecdicum

cum pro Crucigero nunquam agnovit Balſamon, nec forte Codinus qui poſt priorem Balſamonem centum annis vixit, infrà Imperatoris Cantacuzeni ſeculum: ſed uterque ſupernumerarium & accenſum, ſtantemque in proximo Crucigerorum limine Protecdicum videtur poſuiſſe, cum Inſularum autoritate pari, ut quinarium, ſi qua occaſione repentinâ minueretur, numerum ſuppleret.

Veruntamen in iſtis ſubſcriptionibus (ut hæc obiter, & per tranſennam ſpeculemur) nonnulla occurrunt, quę admiratione Lectorem perſpicacem & ſcientificum plane confundant: Primò, Cur inter Crucigeros Vicariam præſtat manum, Beſſario Nicænus noſtro Chryſocucheo, qui per omnia Concilio non minus interfuit, quam ipſe Cardinalis? Nunquid non minori cum moleſtiâ poterat Sacellarius propriâ manu Definitioni adſtipulari, quam vicariæ codicillum effingere, quo in ejus nomen Beſſario ſuccederet? Sed quod nos pejus affligit, Cur idem Beſſario, inter vicarios Patriarcharum ſubſcribit, pro Sardium Metropolitâ jam extincto? An unus Beſſario in bina ſuffragia ſubſtituendus fuit? pro vivo, ac mortuo, pro ſuperſtite ac funerato? in duobus ſeorſim locis, pro aliis hominibus, qui pro ſe forte in nullo ſubſcripſit? At nemo atramentarius ſponſor pro Joſepho Patriarchâ, jam defuncto intervenit, cujus ſigillum viride, & cæruleus Character ad Definitionem, majus omni Archipræſule ſtabilimentum attuliſſet: & qui Sardienſi recentior obierat: ille Ferraræ ante Synodum inchoatam, Florentiæ Patriarcha poſt peractam. An quemadmodum in Nicænâ generali primâ, duo Epiſcopi Chryſanthius & Maſonius, ante Synodum abſolutum extincti, rogantibus cæteris Epiſcopis, relictum ad limbum ſepulchri libellum ſubſcripſere, quem omnes palam attoniti perlegerent, ità pro miraculo haberi voluit Cardinalis, ſe à Manibus Libitina conditis, ſyngrapham in Optionis munus accepiſſe: Nunquam iſtiuſmodi portenta, pro veris ſuggerere, hominumque illudere phantaſiis, defuit ingenioſa, & multo ſale per urbana gens Græcorum, ſed nec Latinorum: At penitius intuenti alia ratio emergit: Græcos Romano indignatos uſui, ac ſibimetipſis ſuccenſentes, quos improba fortuna, in concordiam cum Latinis infructuoſam & omni bello graviorem conjeciſſet, ſe maturè ad reditum ſubduxiſſe, ne unioni omnino ſubſcriberent: Tum Beſſario fidus Pontificiæ Cathedræ aſſecla, ut huic malo ſuccurreret, à vivis, mortuiſque mutuavit ſuffragia, ne nominum penuria ac paucitate laborantes Latini, inferiores Græcis aut cauſa cecidiſſe viderentur.

Sect. 5.
Sect. 9.

Utcunque luculenter apparet, noſtrum autorem in exiguo eorum numero conſtitiſſe, quos ultrà aliorum faſtigia evectos, nulla Eccleſiæ aut Imperii ſanctiora Conſilia latuere: Officio ultimum, ingenio

 primum,

primum, & multis edoctum experimentis, abditiſſima arcana, ab ipſo ore Principum prenſata, ad quem vellet finem prolicere: Cujus illuſtriſſimi Magnatis nomen hactenus inauditum ſeculis, fætumque hunc Nobiliſſimi ingenii, jamprimum à me humano generi publicari, mihimetipſi gratularer, ſi quâ verborum venuſtate, ipſe edidit, per me eloquio pari, quæ ſcripſit, ad poſteros tranſirent: Sed cum nullius artificis penicillo perfectius delineari poſſit quam ſuo, variabimus argumentum, & aliquantiſper verſabimur in hujus operis naturâ indagandâ, ut perſpecto autoris noſtri inſtituto ipſe aliorum votis carior, ac judiciis comprobatior eniteat.

Mihi ſemper ea ſtetit ſententia ſancitis Oecumenicarum Synodorum relligioſè obtemperandum eſſe, tanquam firmiſſimis relligionis Chriſtianæ anchoris ac munimentis: Qui ſecius fecerit, dignum Eccleſiaſtico Anathemate feriri, donec ſpirituali faſtu è præcordiis revulſo, doctrinam ſanam ab ineptiis, piam modeſtiam à pervicaciâ diſcriminare perdidicerit: Sacroſancta quatuor Oecumenica Concilia, ſe non minus quam quatuor Euangelia venerari, S. Gregorius Romanus Pontifex profeſſus eſt: & S. Ambroſius, à Nicæno ſe nec ferro, nec flammis ſeparari poſſe, eandem Gregorii fidem enuntiaturus, ſi ad integram Conciliorum quadrigam ſupervixiſſet: qui ſuffectus in Mediolani Cathedram poſt primum Nicææ, aliquot annis poſt primum Conſtantinopoli habitum, ſanctiſſimam animam efflavit. Enimverò quid pernicioſius Eccleſiaſticæ diſciplinæ contingat, quam hominem ea inſolenter reſpuere, quæ Patres conſtituere? & falsâ Imaginatione prudentiæ ſuæ, ac meritorum inflatus, à præclaris Majorum inſtitutis, ità tranſverſum abripi, ut ſui pectoris Idola, & fæculentas privati ingenii deſpumationes, publicis antiquitatis venerandæ præceptis anteferendas cenſeat? Hinc virtutum vaſtities, bonorum morum lues & multifaria hæreſium lerna ſuppullulant, dum unuſquiſque propriæ fantaſiæ impendit otium, è ſcripturarum lectione, & ſuis interpretamentis cœleſtium rerum cognitionem extundere: quaſi veritatem in ſuis agellis duntaxat enaſci, omnemque eruditionis ſtruem in unius cerebelli ambitu circumſcribi poſſe putaret: Quæ tamen vis Herculea in terris, hanc caprificum è perverſis mentibus eradicet? aut quæ gens tam ingenuæ prolis ferax, ut iſtiuſmodi monſtra quandoque non abortiat? Sub Arrianis, Donatiſtis, Circumcellionibus, Pelagianis, jamdiu orbis ingemuit: Et ſi quot terras incolunt nationes ab Ortu Solis ad Occaſum, quot hæreſiarchę infauſta capita exeruere, à Simone Mago ad hodiernos Independentes in compendium redigerentur: plures jam fovet una Britannia, quam à mundo condito terrarum orbis aluit: Socinia-

nos,

nos, Trepidantes, Palabundos, Rebaptiſtas, fungoſos balatrones, qui vel è ſellulariis officinis veterum doctorum ſcientias, Conciliorumque placita naſo adunco ſuſpendunt: Ut ſi nulli Canones Eccleſiaſtici vigerent, quibus hæ buccæ ſuperbificæ detumere cogerentur, jampridem omnis relligio in fumum, & univerſi fabrica, in primordiale chaos reſoluta vertiſſet: Concilia ſunt ſolidi Judicii ſtativa, rectæ rationis promuralia, clauſtra divinæ legis ac humanæ, quæ nullus unquam cervicoſus ſine ſupremi numinis deſpectu, animæ ſuæ periculo, ac ſempiternâ infamiâ tranſilivit.

Ac quemadmodum hæc Patrum Senatusconſulta, in eo ſummæ juriſdictionis cacumine poſita æſtimari debeant, ut nihil ab humanâ profectũ induſtriâ mortalium animos ſanctiori vinculo obliget, aut majori cum damno contemnatur, ita nihil flagrantiori voto cupidas mentes expergefaciat, quando nulla ſtudia ampliori cum gloriâ, aut vigiliæ certiori cum fructu percipiantur: Quæ enim uberior voluptas, quam primigeniam veritatem ab Origine venari? aut quæ abundantior merces quam cœleſtis ſapientiæ nidos excutere, ſanctaſque Theologiæ ſcaturigines, quibus in beatas tandem ſedes, portumque tranquillum perducimur? Et ſi oculos noſtros paſcat, militum caſtrametationes, & peritiſſimorum Ducum in præliis facinora contueri, quanto impenſiori gaudio noſtras mentes oblectet, doctiſſimorum in omni ævo virorum conflictus, & haud inania belligerandi ſimulachra contemplari? ſcire quibus auſpiciis militiam conſcribant, ut aciem diſponant, adverſariorum agmina perrumpant, hęreticorũ dogmata refellant, partâq; demum victoriâ, quibus limitibus ac cancellis relligionem definiant, quibuſque propugnaculis, contra futuras graſſationes permuniant: Quin & tanto fortiori conatu incumbendum, quanto graviori cum moleſtiâ in hæc adyta penetrandi facultas conceditur: Nec enim unica aut ſimplex ducit ſemita, ſed per tortuoſos anfractus perplexè gradietur, quiſquis ad hæc myſteria anhelabit, nec interdum inveniet, quo veſtigia incerta figat: Hic hiſtorias amputari deprehendet, illic fictis narratiunculis impleri, nonnullas interpolari, interdũ totam ſeriem, male natis circumſtantiis corrumpi, & omnia ſurſum deorſum volvi, dum in multiplici opinionum colluvione ſinguli decretorũ ſenſa ſuis libidinibus ſubjiciunt, & ſic ſpectanda proponunt, ut eadem à diverſis allata, nec eadem, nec diverſa, ſed planè contraria judicentur.

Non evagabor ultrà limites Argumenti mei, aut ab Autore indulta ſpatia: Si quis hanc Florentinam Synodum Clariſſimi, doctiſſimique viri Severini Binnii ſingulari operâ collectam, & in lingua Græcâ prodeuntem, tanquam ab ipſis Græciæ Patribus, qui Synodo interfuere, in lucem emanaſſet, diligenti animadverſione perluſtraret,

 nihil

nihil se unquam vidisse, à literarum memoria concinnius, aut veritati magis accommodatum crederet: In sexdecim Sessionibus Ferraræ, novem Florentiæ consumptis, tam acri facundiâ, tam vehementi partium æmulatione, disceptatum est, hinc præcipuè à Marco Eugenico Ephesino præsule, ejusque subsidiario dicam, an Antagonistâ Bessarione Nicæno, illinc à duobus S. R. Ecclesiæ Cardinalibus Juliano Cæsarino, & Ioanne Epidaurensi seu Ragusiano, quorum eximias dotes & optime collocatam eloquentiam, Basilæensis anti-Synodus recenter obstupuerat: quasi non de concordiâ inter Ecclesiasticos serendâ, metendâque, sed de victoriâ, & trophæo, de gloriæ palmâ, ac universo Literarum regno, quotquot in toto orbe essent viri gravissimi, dignissimique, in Amplissimo eruditionis theatro digladiaturi concurrissent: At ea certamina cum minime continuatâ serie profluant, de die traducta in diem, sed in tot stationum palæstras ferme per biennium sic interpellata, ut vix singulis mensibus, singuli dies conventibus designati respondeant, (tarde se in sphæris expediunt corpora Saturnina & grandia) si quis operæpretium arbitretur, hæc interstitia redimpleta videre, integramq; ratiociniorum molem, & contentionum artificia uno mentis intuitu expendere, sumat hunc nostrum autorem in manum: quem ubi perlegerit, sub tam longe alia specie, origines motuum, & causarum circumstantiæ, negotiorumq; omnium molimina, ad ejus mentem repræsentata pervenient, ut quasi prçcinctus insomnio, aliquid de Concilio generali phantasię oberrasse dixerit, sed nihil certi, syncerive ante hanc historiam percepisse.

Ac quemadmodum in istis fabellis ad voluptatem compositis, multa reperiuntur veritatis fundamenta, inter pleraque ascititia & vana: Nam in scriptis quæ oblectationi lenocinantur, fas est cothurno interdum altiori incedere, quam Natura rerum aut postulat, aut perfert: Chariclæa vivicomburio adjudicata prodigiosi Lapidis virtutibus evadit, & Theagenes in carcere vapulat, ejusdem Amasiæ mandato quæ fruendi sui cupidine moriebatur: Vel sicut in quibusdam Imaginibus limati pictoris arte fabrefactis ad aspectus diversos, ita variatur quod visui objicitur, ut ex hac parte intuenti ursus appareat, ex illa forte Leo vel asinus: Ità hactenus editi Conciliorum Codices quamplurima in genere verissimum perhibuere: ut consedisse tot gentium præsules, ex omni terrâ Christianâ, in Italiæ populis, de pangendâ inter Græcos, & Latinos unione: & has controversias in medium prodiisse ventilandas, de Emanatione Spir. Sancti, de Primatu successorum Petri, de pœnis animarum functarum in Purgatorio, de Sacramentali pane infermentato: quibus etiam Græcos assensisse articulis, haud dubia fide memorant: Sed si particularia

laria penitius introſpicerentur, quam clandeſtinis dolis, quam apertis imperiis, ſubacti Latinis Græci herbam porrexerint, quæ Synodorum compilatores, aut ignorarunt, aut de induſtriâ prætererunt, ut ſua ſpecioſa in mundum pro libitu protruderent, ita in totum ſcenæ facies permutaretur, ut nec eadem fabula, nec eædem perſonæ obtinere viderentur, ſed diverſo cultu hiſtriones in novum Drama prodire: Hic deplorat injuſta verbera Theagenes, illic ut in ſimulachris ambiguis, homo hàc cernitur, qui equus illàc ſpectabatur: Marcus Epheſinus bis in una * Seſſione Binnianâ ad metam non loquendi redigitur, à Ioanne Epidaurico, quibuſdam rationibus, quas nec Ioannes forſan unquam protulit, nec Marcus audiit: Et quamvis ex toto contubernio Græciæ Epiſcoporum, duo tantum in plane contrarios affectus diſceſſerint, Marcus Epheſi præſul, & Beſſario Nicææ, ut ille nulla Latinorum placita admitteret, hic omnia promoveret, ademptâ tamen Beſſarionis ambitione, quæ eum quotidie ultrà genium extimulabat, & Græcis ad ſua vota permiſſis, omnes futuri fuiſſent Marci Epheſii, & nullus in toto cætu Beſſario comparuiſſet. * 22.

Non eſt mihi in animo quæ Majores poſuerint relligionis Chriſtianæ fundamenta labefactare: Utinam qui rerum ſacrarum ſcientias perſcrutantur in his utiliſſimis curis vitæ tempora conſumerent, & quicquid à Majoribus pręcipitur, univerſum genus mortalium prono vertice adorarent: Nollem tamen fidem nimis levem omnibus in vulgum propalatis adhibere, aut quæcunq; in antiquis monumentis perſcribuntur, pro Sp. S^ti^. dictaminibus venerari. Nollem fracta vitrea pro Margaritis in foro nundinari: Vigent ubiq; ſtudia partium, humano generi communia nimis & operoſa: multaq; tinniunt ut vaſa fictilia ſi explorentur: Comparet, qui velit editum anteà Concilium, cum hac ejuſdem hiſtoriâ, & ſi differentiam nullam proliciet, cerebro deſtituitur, ſi luce clariori non perfruetur, nec fructum carpet uberiorem, neſcio quo ſuo malo fato, aut fælicitati ſuæ invidet, aut inſanit.

Relictâ igitur ad Lectoris perveſtigationem integrâ Synodi ſtructurâ, & magnâ diſputationum congerie, quam Binnius laudabiliter in volumina digeſſit, arripiam occaſionem, in auctaria quædam Binniano ſyntagmati adjecta, ſtilum convertendi: ut ſingula fideliter perſtringere viderer, & nullum vel angulum omittere, quo Lectori utilitas pariter & voluptas, hiſtoriis temporum lumen, noſtroque autori qualecunque decus acquireretur: Et cum omnes ferme Generales Synodos conſanguinei appendices à fronte & tergo ſtipare ſoleant, ut Bullæ Pontificiæ, diplomata Imperatorum, legationes Principum, & Acta Synodalia ad gentes circumlata: Et quanto majori cum pompâ celebratæ finierint, tanto pluribus chartarum

 maſſis

maſſis ſuffarcinantur, ſicut Auguſtiora cernimus paludamenta laxioribus ſemper fimbriis luxuriari: Ita cum noſtræ Florentinæ nonnulla, in fine adhæreſcere animadverterem, eamque & doctrinâ ornare, & rationum vi ſuffulcire, nefas eſſe duxi, iſtorum adventitiorum lacinias non excutere, ut quid intus occulant, expiſcarer, & quantâ cum affinitate Concilio adjungerentur, vel ipſe intelligerem vel aliis ſciendi viam magis idoneam aperirem: Verum tam infauſto cum Augurio, ut ſi quis integritate hujus Synodi ab iſtorum appendicum fide metiretur, aut utriuſvis veritatem ab alterutro confirmare tentaret, utriuſque autoritatem ruere in fundum, utrumque opus adulterinum pronuntiari oporteret: Cum enim tria tantum ſint opuſcula, quæ iſtius in Binnio Octavi voluminis, ad ultimam Coronidem rutilant, ut deaurati librorum limbi, & tam argumenti pondere, quam autorum præſtantiâ, prurientem animum ad legendum invitant, nempe Georgii Scholarii aliquot Oratiunculæ ad patriotas in Synodo; Gregorii Protoſyncelli reſponſa una cum Joſephi cujuſdam Methonenſis Epiſcopi confutationibus, quibus Epheſini præſulis ſcripta quædam convellunt: Hæc cur ego ficta putem, nec commenta Græcorum fuiſſe, libertatis ſuæ, ac religionis compotum, ſed Latinorum quorundam, qui Græca hæc nomina ementiti, univerſæ genti Orientalium infamiam inurere, & cauſæ ſuæ gloriam parare plus æquo appetebant, breviter indicabo.

Georgius ab optimarum literarum cognitione Scholarius dictus, & in ampliſſima Didaſcalorum collegia Conſtantinopoli aliquot annis ante Florentina hæc tempora conſcriptus, ad Synodum cum ſuis in Italiam penetravit: Et cum peracri judicio literatorum ſummus, honeſtâ fide, & vigilantis ingenii fæcunditate ſic præpolleret, ut ejus ſaluberrimis monitis, quam aliûs cujuſlibet, populares ſui auſcultarent, ita ab iſto fingitur Latino, quiſquis ille fuit, tanti nominis plagiario, tres Orationes bene longas, durante adhuc Synodo, ſuis explicuiſſe, ſi quam prolixæ ſunt tam eſſent nervoſæ, & tam rerum abundantiâ quam verborum menſurâ exurgerent: In prima concordiæ neceſſitatem, cum Latinis pangendæ proponit: In ſecundâ, impedimenta eandem obſtruentia amolitur: In tertiâ, fundamenta ſuggerit paci in perpetuum ſtabiliendæ: Sed ubique tam deformi obſequio, Latinorum in moribus, doctrinâ, & dogmatum veritate excellentiam præfert, ſuorumque ingenia tam fœde proterit, ut quis crediderit hæc ab eo Scholario proficiſci, qui Marco Epheſino, noſtroque autori tam familiaris, quam ſuorum propoſitorum rationumq; pertinax ſemper extitit? Quod ſatis etiam intellexit Latinus ille Mungo, qui ſuppoſititios Orationum fœtus Scholario

impu-

imputat: Et risu quemlibet rumperet, observantem quibus artibus ab hoc difficultatis laqueo se extricat, non minus quam Cynicum olim asinus scolymum inter Labra tenerè manducans: Nam in procœmio Orationum, ne peccet in paucitate, duos Georgios Scholarios nobis procudit, adversis mucronibus in luctam descendentes: Unum qui Synodum adiit, & hæc suis documenta concionatus putatur: alterum qui domi mansit, Ephesini præsulis discipulus, cui patrocinium causæ suæ Marcus moribundus commendavit: Unum qui pro Marco contrà Latinos, alterum qui pro Latinis contrà Marcum arma strinxit: Vetus techna falsariorum, vocibus æquivocis aut geminatis veritatem confundere, & incautam simplicitatem ludificare gestientium: Arriani, sub auspiciis Constantii Imperatoris, quando Conciliis adeundis vix jumentorum succisi poplites sufficiebant, Orthodoxis in aliquâ civitate considentibus, in eâdem, sed cætibus diversis conciliabula opposuere: ut acta ab Orthodoxis promulgata, pro Arrianis ignara posteritas sumat, vel Arriana pro Orthodoxis: Ita duo simul Concilia Sardicæ, Nicææ, Arimini, tum celebrata memorantur: Et quadraginta trium Synodorum, inter primam & secundam Oecumenicas sub quatuor Pontificibus Romanis Sylvestro, Julio, Liberio, Damaso, intercurrentium, qui totum percurret Catalogum, vix unam Synodum ab istâ homonymicâ imposturâ immunem deprehendet: Sed unde nobis duos Georgios Scholarios comprobabit? Cur non æquè duas Florentias? aut duos Eugenios quartos?

Et geminos soles & duplices se ostendere Thebas,

quod ebrietate vertiginosâ laborantibus nonnunquam accidit? Aut quæ unquam historia alium ejus nominis præter hunc qui Italiam cum suis migravit, & cum suis rediit in patriam, vixitque Constantinopoli, dum eâ captâ ab ipso Mahomete provectus fuit in Patriarcham sub nomine Gennadii? Et quem Mahometes ille Ottomannidarum gloria, & tartaricus terror generis humani, sæpe de sacris differentem audiit, tanta perfusus dulcedine, ut quamvis non solum præcepta Christiana, quibus eum mater Despotæ Serviani filia puerum imbuerat, adolescendo dedidicisset Mahometes, sed omne numen irrideret præter fortunam, ita tamen inflexit noster Scholarius, ut & relligioni Christianæ mansuetum docilemque animum advorteret, & laudem à barbaris repudiatam solus promereret, dum quibuscunque ingenuis artibus instructos, summo honore, & ingenti liberalitate complecteretur: Tristia sunt, & deploranda, quæ Georgio Scholario Latini affricant, ad finem Concilii Florentini & non astruendæ veritati, sed puerulis oblectandis excogitata crepundia.

 Nec

Nec minus confictа arbitror ab aliquo imperito latrone, quæ contrà Marci Ephesii Epistolam, sub Gregorii Protosyncelli nomine suffiguntur: quæ nostrum animum opinio, non futili conjecturâ incessit, sed demonstratione tam evidenti, ut ne oculis nictare contrà veritatis lucem audeant, qui talia de nostro Gregorio Primicerio affirmare non verecundantur: Multi enim multa garriunt de hoc Pneumatico, tam plena errorum, ut haud sciam, an unquam in uno nomine plus peccatum sit, à Latinis, omnibusque in universum horum temporum scriptoribus: Ac quemadmodum Latinus ille nuper ex abundanti artis veteratoriæ penu nobis binos Scholarios effudit, ità mecum ipse sæpe disputavi in his jamdudum versatus, an non duos, vel fortasse plures Gregorios statuere deberem: cum ille tam variam in diversis autoribus nomenclaturam subit: In prioribus autoris nostri sectionibus Gregorius Pœnitentiarius nudè appellatur, & sedis Alexandrinæ Vicarius: Posteà promotus ab Imperatore, ad illustrem Primicerii dignitatem, dum Synodus disputandi æstu ferveret, eo nomine ad prius accumulato, in cæteris fruitur: Et omnem fere paginam implet, unionis procudendæ diligentissimus artifex, & in sententiam Latinorum, juxtà Bessarionem, & Isidorum Rossensem Cardinales, maximè proclivis: Crusius his duobus nominibus alia
* p. 5. duo adjungit, ad prima limina * historiæ Politicæ, unum à matre derivatum, à patre alterum, utrumque per modum agnominationis forinsecus acquisitum: Nam primo Gregorium Mammantem nuncupat, à Mammâ, quod Romanorum dialecto, matrem denotare, Liturgiæ Græcæ, in alio Mammante Martyre testantur: & μαμμυκώδη recentiores interpretantur ea spectra terrifica, quibus genitrices, consternatos infantes à vagitu compescunt: Secundo compatrem fuisse Gregorium, Magni Ducis asserit, id est, Patrem spiritualem, seu susceptorem à baptismo: Græci σύντεκνον Consilium vocant, quem Latini Compatrem, sensu beneficii ab uno in alium commigrante: quando qui alium adoptat in filium, perinde habet, à quo relationis termino, seu à seipso, seu à filio mutuatum nomen sibi imprimatur.

Et quanquam non tam verum nomen, quam inanem præeminentiæ titulum, ab hac compaternitate noster Gregorius reportaverit, nobis tamen quantus fuerit hic decor expedit scire, & quis hic M. Dux quem Monachus Cucullatus in baptisterio ulnis extulerit: Nihil enim ab istius seculi scriptoribus proditum est memoriæ, quod nostræ curiositatis inquisitioni quodammodo non inservit: Et qui Crusium cum nostro componet, eundem inveniet hunc Magnum Ducem in Crusio, quem noster Dominum Notarium Sequestrum, &

Can-

Cantacuzeni collegam toties cum laude summâ prædicat: Et quam fortasse reversus ex Italiâ Imperator, ampliori titulo Magni Ducis locupletavit, si quis Magistratus, ordinem Sequestrorum, & autoritatem excederet: Cum in eâdem juris dicundi potentiâ apud Imperatorem Sequestros valere constet, quâ Crucigeros apud Patriarcham: Et licet noster in hac historiâ, nec Notarium, nec Cantacuzenum, verbis tumentibus magnificè deaurârit, cum & ipse utrique par esset officio, aut major, & rerum pondera narrare, quam scripta superfluis infercire affectaret, Notarius tamen dum vixit, famam prorsus excellentem, à gestis in Rèip. salutem obtinuit, & moriens illustre exemplum magnanimitatis si quis alter in eâ urbe calamitosâ civis posteritati reliquit: Hic est ille procerum primarius Dominus Lucas Notarius, quem Byzantini Curlucam, κυρ voce curtâ pro κύριος, ad Lucam, inter pronuntiandum adnascente, & corruptius Gerlucam ac Leontarem vocant: Cujus è quinque liberis, cum urbs caperetur, duo in pugna cecidere, duo alii quando pater redimere nollet, jussu Mahometæ ad mensam accumbentis, decollati sunt ante ora patris, quem ad idem supplicium carnifices *trementem traxerunt, & in multo lapsantem sanguine natorum*, ut Princeps poëta de Priamo olim cecinit: quintus impubis furtim se proripuit in Italiam, ad sororem, quam habuit unicam Annam Notarenam, illuc anteà à patre emissam: Et quæ annis quadraginta superfuit expugnatæ Constantinopoli, nempe ad Christi 1499, quo Etymologicon Mega primum prodiit excusum Venetiis, adhortante ut plurimum Nobilissimâ Notarenâ, in gratiam studiosorum sermonis Græci, ut adscripta laciniæ ipsius Etymologici verba postrema attestantur, non sine voluptate perpendenda.

Sed à Kur-Lucâ redeamus ad Mammantem, quem non solum à matre, & Compatre gloriantem nominibus Crusius introducit, sed & Patriarcham esse vult, Josephi in Florentiâ defuncti successorem: atque ita concinnat historiam: Ioannes Imperator ab Italia ad suos penates ubi remeasset, domum vacuam luctuoso funere dilectissimæ Conjugis Mariæ Cantacuzenæ, & omnia perturbata offendit; tot, tantasque simultates, inter eos qui domi manserant, & qui Italiam commigrârant, ut alter alterius contubernium vitaret, & Communionem: Tum ut suorum paci consuleret, quam cum exteris pepigerat, quandoquidem pauci Patriarchatu digni crederentur, permanentibus Romæ Bessarione Nicæno, & Isidoro Sarmatarum antistite, & nulli insuper ambirenr, propter & temporum angustias, & odia civium implacabilia, hunc Pneumaticum Gregorium Mammantem, Magni Ducis susceptorem, electum rite suffragiis cleri, in solium

 Pa-

Patriarchale vel invitum, & reluctantem invexit: qui cum aliquot annis præfuisset, urbis ruinam, tristis Augur in proximo præsentiens, se munere Patriarchali abdicavit.

Neque his dissentanea, sed grandiori meritorum elogio, Binniani syntagmatis appendix ordine tertius decantat: Nempe hunc Mammantem, & Hieromonachum extitisse, à Confessionibus audiendis, & Primicerium, & Patriarcham Byzantinum, & Romæ sepultum, & post mortem miraculis inclaruisse: quæ tam falsa sunt, quam Deum non vivere: Nunquam Romæ commoratus est, nec ibi vel mortuus, vel sepultus, quod ulla unquam historia propalavit: Nunquam Patriarcha creatus est, sed cum suis in patriam revectus, Metrophanem Cyzici præsulem, aliorum suffragiis, & ipsius Gregorii electum ad eam dignitatem promoveri vidit: quemadmodum historicus noster in postremis sectionibus tam disertè & luculenter narrat, ut nefarium esset aliter sentire: Et sicut civile Græcorum imperium à Constantino primo ad Constantinum ultimum nostri Ioannis fratrem perduravit, ita à Metrophane ad Metrophanem Patriarchale & Ecclesiasticum: Magnus enimvero Constantinus, cum Licinium bello prosequeretur, invenit Byzantii Metrophanem Domitii filium, Probi Imperatoris nepotem vicesimum tertium ab Apostolo Andręa Patriarcham: ut patet ex Nicephori compendiaria Chronographiâ nuper editâ Parisiis in corpore Byzantino: Metrophani successit Alexander, qui Arrio ad Concilii Nicæni tempora animosissimè restitit: à quo supra mille & centum annos, continuata successio Patriarcharum desiit, in hunc ultimum Cyzici Metrophanem: Cui inter suspiria morienti, nemo posteà subrogatus est, aut tiaram induit Constantinopoli Patriarchalem: Nunquam in eo throno sedit Mammas noster, nunquam sedere appetivit: Hunc fatalem errorem omnes insaniunt viri doctissimi, Binnius in Conciliis, Leunclavius in Jure Græco-Romano, Crusius in Turco-Græco, & quotquot hæc novissima negotia Græcorum, literis mandavere: Hunc Gregorium cuncti inter Patriarchas recensent, qui nunquam suffectus est in Patriarcham: Quin & tantum abfuit à miraculis post mortẽ edendis, ut si quis ejus gesta in hac Synodo ad amussim pensitaret, potius dolorum artifex Epeus, clancularius stratagematum architectus, vel si liberè loqui liceat, facetus aulæ Imperatoriæ sannio aut sycophanta judicaretur, quam alter Gregorius Thaumaturgus, quem Christus vivum, ita Spiritu Sancto repleverit, ut cineres ejus urnâ conditi, prodigiis in humani generis salutem sufficerent: Adeo ut si nulli alii emolumento vel fructui noster Sguropulus utilis putaretur, tamen auro redimendus esset vel ob hoc solum atque unicum, quod manifestissimæ falsitati de Gregorio Mammante,

mante, qui ab omnium eruditissimorum hominum mentibus revellendæ certissimam scientiam indigitaverit.

Quod si quis pro monstro id ducat, & scire aveat rationem, quâ tam solemniter, in omnium pectora & paginas is error irrepserit, non aliam repperiet quam Eugenii Pontificis vota ad Imperatorem pro novo Patriarcha creando, ut noster haud obscure pandit Sect. 10. Cap. 12. Nam cum Eugenius probè intelligeret, quantum damni subitanea Josephi mors attulisset unioni confirmandæ, & quantum periculi impenderet concordiæ adhuc immaturæ, si Græci ad sua reverterentur sine Patriarcha, ejus partibus addicto, Romanæ Curiæ cliente, & Religionis Pontificiæ studioso, Imperatorem vehementer sollicitavit, ut antequam discederet ex Italia Patriarcham renuntiaret, quod unum utriusque partis animos firmissimæ amicitiæ nexu, ad pactorum integritatem revinciret. Habere se in promptu dixit, quem ad illud fastigium jam antea promoverat, Latinæ gentis hominem, ætate multâ provectum, & divitiis affluentem, quibus Imperator brevi potiretur, quando æquum esset æstimare, tot annorum senem capularem, non diu superfuturum: Non quasi Papa alium in Josephi nuper fato functi locum substituerat, sed ante eorum adventum in Italiam, titulares creaverat è Cardinalium numero, ne non inveniret Romæ subjectos S. Petri Cathedræ, terrarum Patriarchas, qui Beatitudinis suæ pedes exoscularentur, quod veri Patriarchæ facere recusassent: Et tunc tres Romæ Patriarchas apud Eugenium omnia potuisse, istorum temporum historici meminere, Constantinopolitanum, ut noster docet, sed quo nomine appellatum, haud compertum habeo; Alexandrimum, Florentiæ Archiepiscopum; Joannem Vitellescum Cornetanum, militiæ artibus & impietate quam togâ & sanctimoniâ celebriorem, & Ludovicum Patavinum, quem è Medico Cubiculario, Cardinalem fecerat, & mox Aquileiæ Patriarcham, astutiæ vulpem, perfidiæ ac immanitatis belluam: Vel si peregrini sermonis alienigena minus placeret, Eugenius suasit, ut è suorum Græcorum numero aliquem ad illud culmen evocaret: subinnuens hunc Gregorium ut credi par est, cujus tot obsequiosa officia non poterat Papa non grato animo agnoscere & repensandum destinare: Et licet Imperator hæc postulanti in neutro paruit, tamen cum universi scriptores, præter hunc nostrum qui electioni interfuit, ignorarent, quem tandem Patriarcham, rebus turbidis, & ad imum collapsis Imperator præfecisset, in hunc Pneumaticum Gregorium Mammantem, omnes conjectura præcipiti, ac infælici abripiebantur.

 Venio

Venio nunc ad ultimum Binniani ſyntagmatis appendicem, ſeu columnam Florentinæ Synodo ſuffulciendæ, à Joſepho Methonenſi Epiſcopo conſtructam: ſecundam quidem ordine, inter Georgii Scholarii tertiam paræneſin, & Gregorii Mammantis Apologiam: ſed quanto felle acriori, ac garo delibutam, tanto magis ementitam & fallacem: Crederet Epheſinus præſul, doctiſſimus omnium quotquot Italiam pervenerunt, & diſputationum Ephorus, ut ab omnibus audiebat, ſi vivus hunc gladiatorem ſecum in arenâ commiſſum animadverteret, ut cum Hercule pumilionem, tot opprobria Joſephi, tot ſua eſſe apud veros rerum æſtimatores præconia, & mendacia Epiſcopi inter Saracenos enutriti, quo magis conficta ſunt, eo latiora ſibi ſpatia, ad integritatis commendationem aperire: Nec refert an verum in hac Tragœdia cothurnum, an ſimulatæ ſycophantiæ larvam induit, dum æmulandi ſtudio majori, quam veritatis indagandæ, & odii ac contentionis quam rationum pondere Marcum adverſarium inſectatur: Et quanquam ex animo arbitror, nec Georgii Scholarii ſcripta eſſe, nec Gregorii Mammantis quæ ſub eorum nominibus prætexuntur, ſed Latini cujuſdam, qualeſcunque cerebri ſui fœtus vendibiliores ſub hac hederâ in mundum protrudere conantis: cujus adhuc me nondum pœnituit ſententiæ, nec quiſquam eo uſque redarguet ſpero, ut me ad palinodiam cogat: tamen hic facile me adduci patiar, ut hunc Joſephum putem, ipſiſſimum Epiſcopum Methonæ, in vetuſti Pelopis inſulâ inter Græcos verè dominantem, & tam verè Latinum.

Cui opinioni viam ſtravit luculentam in hac Hiſtoriâ noſter autor, Sect. 4. Cap. 4. & 5. & hominis indolem, in lucem ipſo Meridie non minus refulgentem protraxit: Nam dum Patriarcha Italiam verſus, Lavinaque littora contendit, jactatus mari, ut membra non minus fracta ſenio, quam tumultuanti undâ æquoris fatigata quiete componeret, Methonæ portum ingreditur: deſcendenti in arenam confeſtim accurrit Epiſcopus loci cum ſuis, tanti hoſpitis adventui, feſtâ fronde, ac floribus, quod ajunt, gratulaturus: quanquam & id quicquid erat inexpectati officii ex abundanti humanitate præſtiterit, ὁ τῶν Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος ut noſter haud perfunctoriè loquitur. i.e. Epiſcopus, cujus inauguratio, & omnis Inſularum poteſtas ac juriſdictio, à Papa Romano pendebat, & ſede Petri: Nihilominus ut ſe Joſephus magis magiſque in Græcorum favorem inſinuaret, dum Patriarcham ſolenniter in civitatem circumducit, forte fortunâ noſtrum autorem interrogavit, in primâ fronte inter Magnates Patriarchæ gradientem: Ecquos Patriarcha in comitatu Latinos haberet Epiſcopos? Se enim quando Græcorum hominum Eccleſiæ præficeretur,

nec

nec Romani Breviarii ritum obſervare, nec omnino ſacris operari ſolitum inſpicientibus Latinis: Miratus noſter hominem tam prompti in Græcos ritus animi, quem ſciebat omnia Romano Pontifici debere, ſimul & gnarus quo iſtæ offuciæ pararentur, nempe ut gratiam Patriarchæ iniret, juſſit ut metum poneret ac ſollicitudinem, ſive ſpectarent Latini, ſive non, quando ipſe Patriarcha adeſſet, cujus ſublimi cenſuræ ritus omnes Eccleſiaſtici conſtituendi permittuntur: Hæc de Epiſcopo Methonenſi, qui in iſtis ad Florentinum appendicibus Binnianis, ſe contrà Epheſium armat, quaſi per tranſennam prælibare libuit, ex noſtro autore, ut hominis ingenium innoteſcat, vafrum ac verſipelle, qui ea futiliter, in blanda verborum complementa ſpondebat, quæ nec Patrono ſuo Romano Pontifici, ſed nec ullatenus ſibi metipſi atteſtante Conſcientiâ audebat comprobare.

Et quamvis Latinum ſe, etiam in cultu ſacrorum diſſimulabat coram Patriarcha, & Græcis egregius palpo, ne apud peregrinos aliorum rituum, opinionem ſui decoqueret, tamen ſe ſatis ſuperque Latinum prodit in his altercationibus, nec minorem væcordiam in rixoſis contra Epheſium ſcriptis commonſtrat, quam in adulatoriis ad noſtrum autorem dictis, ſi utraque ad Lydium Lapidem æqui judicii explorarentur: ut puderet in tractatus ſui exordio titulum præfigi τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μεθώνης Apoſtolorum alicui S. Petro vel S. Paulo magis convenientem, quam homini contentioſo, qui inductâ ſimultate ſacroſanctum literarum decus, ac veritatis numen infamibus libellis defædaret: Deo cariſſimus quicunque appellatur, is ſanctus eſt, ſuavis & ſerenus, ità procul ab omni livore, & litigandi ambitione, ut abſtractus in altitudinem Chriſtianæ contemplationis, totum vitæ curſum, in admirandâ Dei bonitate conſumeret: At Methonenſis non modo Epheſium durioribus verbis exacerbat, in prælia provocatum, cujus forte os nunquam conſpexit, niſi in portu cum Patriarcha appulſum, nec alia ſcripta perlegit, quam quæ vel ipſe Joſephus, vel Latini ſub Marci nomine, & cum Marci injuriâ edidere, ſed & ipſa Synodi Florentinæ quam ſtatuminat, acta reſcindit, dogmata diſceptata, conceſſa, ſancita ab utraque parte, & cum multiplici ignorantia, & gravi præjudicio evertit: ſibique ipſi & Deo, & homini contradicit, dum in profeſſione rituum quotidianam Eccleſiæ ſuæ praxin abjurat: Singula non excutiam à Joſepho producta, Marci Epheſini in omnibus hyperaſpiſta aut ſcutifer: Nec enim in animum inducam tam vaſtæ uliginis camarinâ commovere: ſatis erit ſi unum vel alterum caput attigero quæ me lato tramite, ad ipſum autoris noſtri veſtibulum perducent: qui cum duo inceperit explicanda, irarum primor-

dia, & reconciliandi modos, his inſiſtam veſtigiis, & monſtrare conabor, veram eſſe de his Epheſii aſſertionem, tam ſecundum autoris noſtri, quam ipſius Synodi mentem, & Joſephi Methonenſis confutationem viribus caſſam, & penitus expuendam.

Inter cauſam & occaſionem αἰτίαν & ἀφορμὴν diſtinxit olim prudentiſſimus hiſtoricorum Polybius: illam totius odii argumenta complecti, hanc opportunam initiis prenſandis anſam ſubminiſtrare, ſine quâ tamen partes utrinque exulceratæ in bella concurrerent: Romanis præcipua, Pœniſque tam diuturni Martis ſemina projecit inſana dominandi libido, quæ utriuſque genris medullas penetraverat: at primos impetus ad ſigna convolandi Romanis Sagunti obſidio, Pœnis Corcyræ expugnatio præbuere: Si quis ingenio acri omnes in unum rationes convolveret, quæ primarias ab Ortu ad Occaſum Eccleſias in hæc inteſtina diſſidia commiſerint, ſacramento auſim contendere, is non de ambone aut pulpito, non de vitæ ſanctitate, aut cultu Dei, tanquam viros decet ſacratos, ſed de ambitu ac pompâ ſeculari, eos in flammam tam immortalem excanduiſſe hariolabitur: Crepuere invidia Græci dum perſpiciunt, tranſlato ad ipſos imperio civili, triplicem coronam ſacerdotalis dominii, S^ti^ Petri Cathedræ hæreditariam adjudicari: Et Pontificem Romanum tam fauſtis auguriis proferre potentiam, & ad ſummum gloriæ apicem provolare, dum ipſi ſævis barbarorum deprædationibus obnoxii, & crudeliſſimæ tyrannidi ſuorum Cæſarum, in deſide ſitu, & ſquallore æterno obſoleſcerent: Nec Romani minus animoſitate torquebantur, dum aliunde derivatum culmen ſibi æmulum ſe efferre animadvertunt: Et nulla unquam ambitio irarum fomentis caruit, ſi arma ad manus deſunt, linguæ trucidant: Stat utraque gens in acie adverſâ, & quanquam gladiatorum inſtar vulneribus mortiferis non depugnant, erumpunt tamen odia è tenebris infenſorum pectorum & ſcriptis batuunt, cavillis ſe impigrè confodiunt: Quæ licet haud quaquam ignorabat Epheſinus præſul, magna mali labes, & juratiſſimus hoſtis Papalis faſtigii, Byzantinus Hannibal ad portas diſſimulare tamen malebat & ad præſentiora ſimultatum indicia, & rerum agendarum momentis accommodata magis, ſe convertere: Cumque præfiguranda veniret primigenia offenſionis cauſa, nulla illuſtrior memoriæ ſuæ ſuppetebat; quam illud Gorgonis caput, in quo magnis Græci clamoribus ſemper inſiſtunt, vocem quadriſyllabam, *Filioque* à Latinis inculcatam eſſe ſymbolo Nicæno. Hic multas ubique Marcus excitat Tragædias, non in noſtro duntaxat autore, ſed in Conciliis hactenus editis, & ad ravim uſque immenſum boat, interpolari non debuit Chriſtianæ relligionis teſſera communis:

aut

aut addi quidpiam ad ſolennem in Eccleſiis Fidei decantatam Profeſſionem: ſuper hac re ſancti patres ducenti Epheſum congregati, in tertiâ ſynodo generali ſub diro Anathemate caverunt: Impegere in eam Synodum Latini voculam adjicientes: Unde & ſanctorum communione privari meruere, & à Chriſtianorum caritate detrudi: nec admitti denuo in gremium pacis à gentibus hoc ſcandalo divulſis, antequam originalem ſchiſmatis cauſam, publicâ autoritate ſynodi œcumenicæ eliminent & expungant.

Hoc primarium Marci Epheſini fundamentũ, cui reliqua innectuntur Methonenſis ut disjiciat, duo aſſerit creditu difficillima: primo, ſtatim à finita Oecumenica ſecunda Conſtantinopoli, vocem tum ſymbolo intruſam fuiſſe, ſub Damaſi papatu: Deinde orientis & occidentis Eccleſias ad ſeptimam Generalem concordes permanſiſſe, & ultrà, inquit, forte ad octavam, quando Photius Patriarcha, à Nicolao Pontifice damnatus, in Nicolaum ipſe ſententiam dixit: adeo ab adjecta voce quingenti cum ſuccederent anni, priuſquã in manifeſta odia erupiſſent, additamentum ad ſymbolum, primam incendiorum facem Græcis non admovit: Et licet utraque defenſionis particula vacillat, tamen in priori Joſephus non ſolus errat, & in poſtrema ſtans prope aras veritatis, lambit vas vitreum, ut loquuntur Philoſophi, pultem nõ attingit: Nam primo Manuel Callecas in Lugdunenſi ſecunda, acerrimus Latini dogmatis propugnator, & ob id Andronici ſenioris exul, in libello contra Græcos, eadem effatur, ſed magis diſtinctè ipſum Damaſum autorem pronuntiat, tam ſynodi congregatæ, quam adjectionis ad Symbolum: Quin & ante hunc Græcum Latinus quidam, ſed Græcorum infenſiſſimus hoſtis Rathramnus Monachus Corbeiæ, celeberrimi ad Viſurgim cœnobii (cujus è locupletiſſimâ penu librariâ, quæſtor Leonis Decimi, quinque priores libros Annalium Taciti, ad eum diem ineditos, Romam reportavit, & pro ſingulis centenos aureos recepit à munificentiſſimo Papa, qui crumenam purpuream quotidie replebat auri coronis ad incertas caritatis exercendæ occaſiones, ut hæc obiter notem:) At is Monachus in libro ſecundo pro Romana Eccleſia ait, repullulante poſt primam ſynodum Arrianâ væſaniâ, ut à Deo patre duplicis paternitatis nomen averteretur, Doctores Eccleſiæ ſuperaddiſſe ſymbolo ſpiritum ſanctum à filio quoque procedere, ne ſi à patre ſolo, patris filius putaretur, nec diceretur ſpiritus filii: Et utriuſque opinio eo recumbit, vel Damaſum ut Callecas, vel Doctores Eccleſiæ, ut cucullatus Corbeienſis publicis inſtrumentis inſeruiſſe, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere, quando

ab alterutro seorsim nequiret generari, quasi ad generationem, unius tantum personæ, ad processionem duarum concursus requiretur: quæ an accuratè satis ad limam Theologicæ subtilitatis dicta sint, videtint illi quos ea profunda mysteria attrectandi voluptas per otium sollicitat: Id cuilibet non sponte cæcutienti liquet, hæc ut Methonensi plurimum assentiunt, ita Concilio edito obversantur, cujus non unam arcem, sed totum robur expugnant: ut mirum sit corroborandæ Synodo, ad finem applicari imprudentem hominem, qui dum Marci Ephesini fundamenta evertit, ipse à Synodi fundamentis evertitur.

Qua enim malâ fraude Latini in tertiam Synodum deliquerunt, aut fulmen Ecclesiasticum commeruere, si vocem adjecerint in secunda, ante pronuntiatum tertiæ Anathema? Ephesinâ posteriorem oportet intrusionem esse quæ in Ephesinam peccasse insimulabitur: Lex antecedit reatum: Et qua fronte Marcus Ephesius ipsam fidei formulam in secunda Constantinopolitana editam proponit, & tot testimonia congerit, Cyrilli, Vigilii, Agathonis, è tertia, quarta, quinta, sexta Synodis, in quibus ne syllaba symbolo superaddita exauditur, si secundam, ut illi volunt, ista symbolica accessio præoccupaverit? Aut quorsum in ejusdem sessionis fine Julianus Cardinalis contendit è vetustissimo septimæ Synodi Codice, Symbolum Spiritus S[ti] processionem ex filio nominatam continere, si in quovis Concilio ante septimam, additamentum repperisset? quamvis & illud exemplar à Cardinale productum ut singulare tam Latini quam Græci repudiarunt: Hęc perfugia Græcorum quæstubus sanandis, non obliquè, sed recta facie Synodo contrariantur, & adversibus frontibus invicem arietant.

Nemo sanæ mentis inficias ibit, ad Symboli seu Nicæni, seu Constantinopolitani Formulam, nihil additum Romæ, temporibus Sanctissimi Papæ Leonis tertii: qui à Carolo Magno per Legatos de ea re postulatus, ad annum Christi Nonum suprà Octingentesimum, sibi displicere plurimum significavit, quod aliquid Symbolo intercalatum publicè in Ecclesiis Gallicanis cantaretur, eumque illicitum morem, audiendi potius novitate, quam justæ autoritatis mandato introductum, & citrà ulteriora fidei damna desuetudine ponendum: Sed & ab eodem Papâ, eandem Formulam, absque additione ad S. Pauli altare asservatam, Magister Sententiarum affirmat: Ut Romanæ Ecclesiæ integritatem orbis obstupescat, cui relligionis Christianæ præfecturam ambienti, nihil furtivum aut latrocinale potuit affricari: Cum enim duæ Controversiæ ad ea maximè tempora, ab Orientali Ecclesiâ Occidentalem inquietarent, de cultu Sacrarum Imaginum, & voce

Sym-

Symbolo interserta, nec adduci poterat Imperator Carolus, ut priorẽ admitteret, nec Papa ut posteriorem, quamvis hanc Imperatori Papa, & illam Papæ Imperator suscipiendam commendaret: Sed Francofurti ad Mænum habitâ Synodo, ad annum septingentesimum nonagesimum quartum, quam pater Pipinus inchoaverat, in villâ Gentiliaco non procul Parisiis, inter Romanos & Græcos de Sanctâ Trinitate, & Sanctorum Imaginibus, ut titulus tulit, ita rem tractavit Carolus, ut sacrarum Imaginum adorationem ante Octennium in septimâ Nicææ sancitum elideret, totamque synodum abdicaret; ut omnes istorum temporum annales perhibent, & citerioris ævi Eminentissimi Cardinales Baronius & Bellarminus: Etiamsi & tertia ratio accesserit, Francofordiensi synodo convocandæ, Fælicis & Elipandi hæresis Episcoporum in Hispaniis, qui Christum non naturalem, sed adoptivum Dei Filium cum Nestorio sententes asseruere: quam Platina in permultis autor supinus, cum illâ de Imaginibus confundere videtur in vitâ Hadriani primi qui Leonem antecessit, his verbis: *Theophylactus & Stephanus Episcopi insignes, Hadriani nomine, synodum Francorum, Germanorumque Episcoporum habuere, in quâ & Synodus, quam septimam Græci appellabant, & hæresis Fœliciana, de tollendis Imaginibus abrogata est.* Ut determinatum fuerit de Pupis & Imagunculis, ad scopum nostrum dicere non attinet, sed de accretione ad symbolum audacter asseverare ausim, ante lapsos octingentos annos à partu Virginis in Ecclesiâ Romanâ nihildum auditum: Et ut absque autoritate publicâ vel Papæ, vel Concilii accreverit, nefas est putare, itâ cujus sub Papæ vel Concilii nutu tandem accreverit, impossibile est expedire: Quæcunque enim de Benedicto septimo, Leone, Damaso effutiuntur, inania sunt, nec alia projiciunt fundamenta, quam conjecturas hominum, nullis historiarum justis præsidiis subnixas.

Unde sicut non levis admiratio hominum mentes subeat, è tot synodis nullam his altercationibus per tot secula æstuante mundo, ut pax & concordia gentibus procuraretur, de Spiritus S. processione constituisse; quod negligentiæ aut errori tot venerandorum capitum imputare, haud scio an magis temerarium sit an impium: Ita nos admoneat æquioribus animis, & majori cum caritate, ac commiseratione habendam esse miseram Græcorum gentem, si ab insitâ pertinaciâ, ad communem Christianorum fidem non accesserint, cum per tot decursa Conciliorum spatia eandem fidei Formam nullo contactam additamento retineri animadverterint: Et non minus facile fuisset, si visum patribus cum Symbolum primitus in verba formaretur, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedentem, quam cum Patre & Filio adoran-

randum indidisse: quod non semel in hac synodo Græcorum promachus Marcus Ephesinus Latinis inculcavit.

Sed solent homines plerunque imaginatione vanâ abrepti, in magnarum calamitatum causis assignandis, ad occulta Dei judicia recurrere, & ineluctabiles cælestium irarum destinationes: Græcos in Spiritus sancti numen blasphemos, in ipsâ Spiritus sancti solenni feriâ profligatos imperium omne amisisse: Ità in parentis omnium viribus ludunt mortales, dum crimen sibimetipsis impactum à suis humeris in Deum amoliuntur: quorum judicia sæpe sæva sunt, & præcipitata. Si Barbarorum arma immissa in Græcos divinæ vindictæ attribuenda sunt, certe Græcorum ruina Christianorum principum tergiversationi ac inertiæ debet ascribi, qui subsidia tempestiva toties rogati non contulere. Optandum quidem esset, si cum divinæ Majestatis benignitate constaret, ad instituendam in hominibus honestæ vitæ disciplinam, ut nocentes pœnæ, & pios præmia à tergo sequerentur: Et hæc quasi certa Imago dispensandi, divini numinis justitiam, ac bonitatem, nostris oculis perpetuo contemplandas exhiberet: sed quota pars hominum pro meritis vel beneficia reportant, vel pœnas solvunt? Quot inclyti virtute, ac rebus præclarè gestis, sub invida fortunæ rota premuntur, dum sacrilegi ac rebelles, in ipso honoris fastigio omni gloria ac opulentitate florent? Et ne longius recedam à nuperrimo gentis nostræ infortunio, infames nostri perduelles, facta conjuratione sacrum nomen ementita, faces regno subjecere, & omnium quotquot unquam legimus, audivimus, facinorum tristissima exempla edidere: ludibrio habitam æterni numinis reverentiam, sacramentorum sanctitudinem proculcatam, summam illam, & Deo proximam autoritatem regiam, laceratam, pessundatamque sordidissimis plebis infimæ contumeliis, subditorum insanis armis, Parlamenti edictis ac proscriptionibus, tandemque post spoliata Dei patrimonia, templa diruta & vastata, submissum atrox ferrum carnificis manu in condemnati principis jugulum: Et tamen isti homines vivunt, vegetant, regnant, radiant, tam cari suis, quam exteris tremendi: Quare Dei secreta Deo permittenda censeo, cujus naturam immensam, ut nostra ingenia non assequuntur, ita nec imperivestigabilem prudentiam, in decretis suis populorum usui dispensandis, circumscripta & vertiginosa cerebella non comprehendunt.

Veruntamen ut à Græcis iniquâ malevolorum censurâ vapulantibus ad propositum revertamur: si ante Octingentesimum Christi, Æra dissensionum inter Græcam, Latinamque gentem pangenda non sit,

fit, vel fera odia exercuere, vel Symbolum nova voce cumulatum, primam discordiarum ansam non porrexit: hunc nodum facilis suffindit cuneus: Græcis, à primo gentium satu, nunquam bene convenit cum Latinis: seu quid in istorum hominum indole hæreret aversum & colluctans, seu ex multiplici administratione tam civili quam Ecclesiastica, utraque gens nimis ferociter æmulandi studium prensaret: Inter eos ubique intuta fides, & discors animus: In omni congressu certamina & rixæ perstrepebant: nec verbis modo tralatitiis, sed dictis, scriptisque amarulentis alter alterum fodiebat, multa bile redundantes: Attamen in apertum immicitiarum incendium, ante Nonum salutis mundo partæ seculum vertens, & tempora Photiana nunquam efferbuere: quasi eousque idoneo duce potius, quam promptis ad præliandum animis destituerentur. Tum vero clamore sublato, omne nomen Græcum in Latinos conjurarunt, & quicquid utrinque inerat feralis odii in medullis conceptum impigre effuderunt: Sempiterna illa Orientales inter & Latinos quæstio de processione Spiritus Sancti, per adjectionem vocis ad symbolum tum ecclesias immaniter infestavit. Quin & aliud in ea perplexa temporum momenta incidit, quod utriusque Ecclesiæ querimonias auxit, de jurisdictione in Bulgaros fidem Christianam recenti Confessione amplexos: Cui culmini subjicerentur Papæ an Patriarchæ? Et ambæ quidem controversiæ pari cum molestiâ, sed ab origine dispari seculum subintrarunt: Cum enim Patriarcha Photius Nicolai Pontificis fulmine contactus, eundem Pontificem anathemate percussisset, Encyclicam ad Patriarchas orientis evulgavit: quâ inter multa absurda Romanæ Ecclesiæ inusta, Nicænum Symbolum, incredibili perfidiâ corrumpi à Latinis vociferabatur, ut Sp. S. à patre & filio procedere tuto in posterum, & perfrictè prædicarent. Epistola extat in decimum Annalium inserta à Baronio: Ut nulla magis væcors assertio videri possit quam ista Andrææ Rhodii in sextâ sessione hujus synodi, qui palam dicere non erubuit Patriarcham Photiũ, cum quibuscunq; poterat conviciis in Ecclesiam Romanam, & Pontificem debaccharetur, hujus additionis ad Symbolum in totâ Encyclicâ mentionẽ nullam fecisse. Certè nec debuit, nec potuit, Græcus homo, & in Latinis non male versatus ignorare, Epistolam Photianam huc plenis velis impellere, additionem ad Symbolum prescribere ut facinorosam, & ab ipso Nicolao nuper introductam impietatem: adeo ut anno proximo Nicolaus aliam ad præsules sub Caroli Calvi regno constitutos emiserit, quos hortatur ut Conciliis habitis & diligenti rerum pervestigatione, quid sentirent ipsum condocefacerent, & harum criminationum atrocitati, salubri aliquo remedio subvenirent.

 Causam

Causam alteram Dominij in Bulgaros Platina fœlicius enarrat, in Hadriani secundi vita, cui Nicolaus extinctus succedendi lampadem tradidit; Hadrianum Constantinopoli Synodum convocari passum: quâ exautorato Photio, & Ignatio restituto longa cœpit agitari contentio præsentibus Bulgarorum Legatis, cui sedi Bulgari submitterent, qui contradicente Basilio Romanæ adjudicantur: Ita ut Hadrianus tres illuc viros cum summa potestate destinârit, Sylvestrum, Leopardum, & Dominicum, quibus aliquantisper Bulgari obtemperavere, dum Græcorum pollicitationibus alienati Latinos sacerdotes pepulere, receptis Græcis: quæ seditio (inquit) multorum malorum incendia inter Græcos & Latinos suscitavit. Hæc fere Platina & rectè. Nam cum Bulgari animadverterent vicarios Papæ in eâ synodo, unum Patriarcham castigare, aliumque subvehere, & omnia præposse, Romæ veteri colla subdidere, tanquam primariæ, & cui fortasse novæ lucis rudimenta retulere: multum infremente Basilio Græcorum Imperatore, sibi adimi prærogativam hæreditariam, & tam amplæ ditionis Ecclesiastica patrocinia ab ipso in alienum jus migrare: Cessit tamen magis quam paruit, & sibi limatius in posterum prospexit, qui nactus opportunitatem Ignatio moriente, Photium in Patriarcham reposuit, ingentium animorum senem, & hæc collapsa privilegia resarciendi arte percommodum: Et junctis in unum apicibus quæcunque sancita reperiebantur in eâ quam Latini œcumenicam octavam nominabant, anno octingentesimo sexagesimo nono celebratam, tam quæ Patriarchas spectabant, quam quæ Papam immittebant in fines Bulgarorum, cum jurisdictione Ecclesiasticâ, rescindunt, ut nec vola, nec manus earum rerum ad posteros permaneret, & Pontificibus Romanis erigendi pedum pastorale in Græcis provinciis, ad Imperatorii præjudicium fastigii via omnis in posterum præcluderetur: Quod Ephesinus præsul Juliano Cardinali in eadem sessione sextâ dicere non dissimulavit. Octavam contrà Photium sub Hadriano Papâ fuisse abolitam à posteriori synodo quæ Photium restituit, sub Joanne: Cujus adhuc pro Photio extant literæ: quarum nec ipsi Latini possunt esse ignari, uti nec synodi: quæ & additamentum ad symbolum censuit expungendum, & octava quam prior magis meruit appellari: & omnibus quæ vel dicta sunt vel scripta contra sanctissimos Patriarchas Photium & Ignatium, Anathema pronuntiavit. Quam Ephesini sententiam testimonio suo comprobavit disertissimus vir Petrus Pithæus, cujus hæc verba sunt in eruditissimo opusculo de processione Spiritus Sancti: *Sed & scio* (inquit) *apud Latinos extare Joannis Commonitoria*, *Literasque* : *ex queis capita aliquot retulit Ivo Carnotensis Episcopus*

copus in Collectione Decret: quibus Synodos omnes contra Photium sub Hadriano Papâ, cum Romæ, tum Constantinopole factæ, cassantur, & de Sanctarum numero delentur.

At Severinus Binnius ira præceps, & partium studio efferatus, Cardinalem Julianum ignarum nuncupat, Photiumque Infernum amandat ad reprobos, execrabile caput, quod ausus fuerit contrà Pontificem Romanum de jure suo litem contestari: Et si omnia opprobria, maledicta, sannæ, quæ in pessimos hæresiarchas, & Schismaticos, in lenones, maleficos, & homicidas, à patribus antiquis, & à cunctis autoribus tam Græcis quam Latinis in unum congererentur, plura unus Photius à scriptoribus pontificiis, quam omnes illi ab omni mortalium genere pertulere. Seditiosum vocat Platina, at id molle nomen, immane monstrum Baronius, nequissimum spadonem, in quo nulla fides, summa audacia, & cætera perfrictæ frontis vitia, quæ ex Arpinate Satyrico, apud Binnium consarcinavit Raderus Jesuita: Adeo ut mater Photii cum uterum ferret de Embryonis pestiferâ perduellione, sapientum prædictionibus commonefacta, sibi, infantique nondum nato mortem adsciscere conaretur, nisi maritus prævenisset. Hæ Rosæ, hi Narcissi Jesuitici.

Sed duo præcipuè inter vetustiores, & ad ea tempora recensiti, præclaram maledicentiæ facultatem extendunt, Anastasius Bibliothecarius, & Nicetas seu David Paphlago, qui Sancti Ignatii vitam posteritati scriptam reliquit. Prior in præfatione ad Hadrianum, Photium depingit, ut tyrannum omnibus Dionysiis & Neronibus anteferendum: civium quemcumque vellet rapere assuetum, neminemque nisi Communionis suæ, incolumem pati: vix carceres continere agmina miserorum quos illuc contruderet. Alter Paphlago sæpe Photium stygium doctorem vocat, Cacodæmonis atriensem, tortuosum Draconem, Magum & Necromanticum, qui præstigias à Santabareno quodum Monacho edoctus, Basilium Imperatorem effascinasset, libello Ægyptiis Hieroglyphicis scripto & fatidico: quo B E C L A S prædiceretur futurus Imperator mirabilis & stupor gentium: quem Photius B A S I L I U M à litteris initialibus nominis Basilii, uxoris Eudociæ, quatuorque liberorum Constantini, Leonis, Alexandri Stephani, in unam vocem contesseratis interpretatus est. Quod mihi in memoriam revocat, ad principia nostrorum motuum nuperorum in Angliâ, aliquot concionatores puritanos, contrà Episcoporum sacrum nomen stilum acuentes, SMECTYMNUUS pro autoris nomine in titulū præfixisse, connexis prioribus elementis, tot nebulonum nomina designantibus. At hæc omnia ut ego de Photio

credam non magis necessum habeo, quam ut Legenda aurea in Euangelia adoptem. Illud certe non sine gemitu effari possim, quod ex isto Paphlagone intellexi, duo Volumina Photii, sub nominibus Actionum Synodalium, contrà sanctos Ignatium & Nicolaum Latinos flammis mandavisse, & multum metuo ne veritas ipsa in eo igne concrepuerit, aut aliqua rariora Photii monumenta quibus majorem fidem ac reverentiam adhibuissem, quam omnibus Sancti Ignatii miraculis, aut præscriptionibus Sancti Nicolai. Nam qui propriis oculis, & non alienis in rerum momenta introspicient, mecum fatebuntur spero, Illustri Photio doctiorem in omni genere literarum, prudentiorem in rebus gerendis, omnis juris divini, humanique peritiorem, nunquam sedisse in quovis solio, vel Romæ Papam, vel Constantinopoli Patriarcham.

Verum ultima Platinæ verba levi pede non sunt pertranseunda, cum ait, Bulgaros brevi posteà, repudiatis Latinis sacerdotibus, in clientelam Græcorum resiliisse: Siquidem Photius, ut primum à Basilio instauratus solium obtinuisset, quo exciderat, jam in grande senium provectus, & multifariâ vicissitudinum experientiâ detritus, Theophylactum Constantinopoli tum in omni literatura florentissimum, & à perenni Lectione Sancti Chrysostomi, quem in succum & sanguinem converterat, facundissimum virum, nec non opinionum suarum de non violando intercalatis dictionibus symbolo, acerrimum propugnatorem, eo direxit, donatum sacris infulis, & Archiepiscopali pallâ, ut ad defectionem à Latinis, Græci moris, & linguæ imperitis eum populum concionando instigaret: Nec successu caruit prudentissimi Patriarchæ Consilium, aut Archiepiscopi expeditio: Bulgari enim hominis eloquentiâ permoti, & suis victi rationibus Papale jugum exuerunt, communione linguæ, commercio fori, disciplinæ Ecclesiasticæ usu Græcis finitimi: Adeo ut à meâ conjecturâ non multum abludat, in Bibliothecæ quarto, Sixtus Senensis præclarus Ambrosii Compsani discipulus, qui Theophylactum figit ad nongentesimum, Christi annum sub Michaele & Theodora, rotunde nimis forte locutus de Theodorâ, quæ ante quadraginta annos ad minimum detonsa sanctimonialem togam cinxerat.

Ut ut sit, à Theophylacto primo Græcorum in iis provinciis Archiepiscopo, stetit ea gens tota sub primatu Constantinopolitani Patriarchæ, usque ad nostrum Isidorum, supra quingentos annos, quem Cardinalem Sabaudiæ Chalcocondylas appellat, evectum non aliâ reor de causâ, à Pontifice Eugenio, quam ut tanti splendoris incremento, & munificentia papali, ditionem Ecclesiasticam principatus sui me-

tropoli-

tropolitici pendere in posterum à successoribus Petri meminisset: quamvis Isidorum Romæ nunquam vixisse arbitror sed nec oculis unquam lustrasse, à reditu Græcorum: quem fortiter pugnantem in militari sago, cum Constantinopolis à Mahometâ caperetur, prehensumque, & Peræ in littore inter gregaria mancipia divenditum à Turcis Byzantini scriptores memorant: Sed quid Isidoro posteà evenerit parum constat, an aufugiens aliquem salutis portum consecutus fuerit, an in tantâ consternatione tumultuantium in urbe direptâ populorum inter turbas fortuitâ manu percussus ceciderit: fato pari cum Juliano, Romano Cardinale amplissimo, collega suo, qui ad Varnam urbem Pontici maris, humanæ salutis anno 1444 quadriennio circiter ab hac finitâ synodo trucidatus occubuit incertum an ab insequentibus Turcis, an ab ipsis Hungaris, infœlicissimæ pugnæ atrocitatem reposcentibus à Juliano: qui autor fuit repetendi belli contra fœdus, quod solenniter jurârant hinc Ladislaus Rex, illinc Sannoceus Amurathæ Legatus prolatis utriusque legis instrumentis, Euangeliorum Codice, & Alcorano, quod Mahometæ præcepta continebat.

Sed ad Photium aliquantisper revertamur, quem callentissimum scientiarum, & optimarum artium lucubrationibus deditissimum æstuosus infortuniorũ Euripus avulsit, & præfervidum aliquoties in sublimi Magistratu, nec indoles sua, nec vana locorum appetentia, aut qualiscunque vindictæ sitis, sed æmulorum injuriæ, temporumq; sævitia reddidere: Cujus in fortunæ mutabili decursu, illud singulare arbitror cõtigit, tres synodos Oecumenicas intrà octodecim annorum spatia celebrari, Imperatorum, Paparum, Patriarcharumq; autoritatibus approbatas: In prima ipse Photius Ignatium deposuit ad an. 861. In secunda, Phot. exautoratus cessit: 869. In tertiâ restitutus, sublato è vivis Ignatio sedem occupavit. 879. Et licet hanc tertiam Paulus & Eugenius Joannis noni Legationibus functi, cum præsidendi ritu inter Episcopos ter centum & octaginta permunirent, & non modo Photium muneri suo redonatum, sed cuncta à Photio ac synodo proposita suffragiis corroborarent, Latini tamen Latrocinalis nomine infamant: Et multis objurgationibus invehuntur in Photium, in totam gentem Græcorum, in Legatos proprios bis prævaricantes, in ipsos Pontifices ludificatos Nicolaum & Joannem: quasi hæc æquis commonstrata judicibus, non magis in perditissimos aulæ Pontificiæ mores, & Romanæ consuetudinis ignominiam quam in Photii dedecus verterentur: At Græci hanc lambunt ut verè Baronius, & tanquam Oraculum pro Germanâ Octavâ venerantur quia omnium trium postrema durat, nullâ

 super-

superveniente censurâ synodali superstes, & eodem jure secundam extinxit, quo secunda primam.

Et quanquam Latini secundæ quæ primam expunxit, ut soli octavæ immoriuntur, multa de Anastasii sui fide crepantes tam in eadem transvehendâ per mare in Latium, quam in transferenda è sermone Græco in Latinum, cujus autographum membranaceum extare in Columnensi bibliotheca asserit Epitomator Baronii, ad annum 869. n. 14. & illuc transvectum à Petro Damiano cum Eremum incoleret ex Monasterio Avellanæ, quæ fortasse non alia est quam nostra Aualonia, vulgo Glastona in Angliâ, ubi celeberrima Josephi Arimathæi sepulchra, & Arthuri Regis, posteà abiere in cœnobium Benedictinorum longe Magnificentissimum, & instructissimum olim, MSS. Codicum omni genere, nullius tamen unquam momenti aut ponderis ea synodus habebatur à Græcis, quod contrà Photium, quem illi unicum libertatis vindicem semper prædicabant: Ne tamen Latinis in numero synodorum succumberent, pro unâ Latinorum in meditullio sitâ binas utrinque extollunt, primam sub Nicolao quæ Ignatium deposuit, & tertiam sub Joanne Nono quæ Photium restituit.

Quod luculenter docent, juris Græco-Romani Magnates peritissimi Zonaras & Balsamon, qui elisâ duarum è medio, quam Latini pro octava generali amplectuntur, hanc primam & tertiam Oecumenicas primam & secundam Constantinopolitanam nuncupant, & in unam gemellam synodum conjungunt, diversis fultam Canonibus, & diversis temporibus repetitam: Nam Balsamo in præfatione ad primam cumulati nominis rationem explicans, mentionem facit Universalis Synodi contrà S. Ignatium coactæ, & primum Canonem secundæ constitutum interpretatur, ad schismata tollenda, quæ quotidie pullulabant propter Photium sæpius dejectum & restitutum. Nec Latini inficiantur qui Zonaram notis ad marginem illustrarunt, nisi quod historias turpiter confundunt, dum adversarios aiunt calumniari Joannem Octavum ut fœminæ quam viro similiorem, quod tantâ lenitate in redarguendis Photii imposturis usus esset: Nec enim illa semivir papissa; successit Hadriano ad Photii tempora, sed inter Leonem quartum & Benedictum tertium stat recensenda, viginti annis ad minimum ante Photii restitutionem sub Basilio, & hanc tertiam Octavam: At quis Leonem Allatium in Commixtis, & Binnium in ejus Synodi Commentariis conciliabit, qui probaturi Photium, hic à duodecim Pontificibus, ille à novem excommunicatum fuisse, uterque fimbrias historiæ nimis dilatat, & hic infra Photii abdicationem ultimam procurrit, alter Catalogum inchoat ante primam ejusdem in

augu-

augurationem? Et tamen uterque Styliani Epiſtolâ abutitur: Et quid ſi mille Papæ Photium incurſaſſent, ſeu laicum, ſeu ſacratum, ſeu vivum, ſeu mortuum? Photius non minus ſui juris ſecurus ſedebat in ſolio, à paparum contumeliis, dum vixit, quam poſt mortem ſupinus jacebat in ſepulchro: Jam mundus ætate provectior, vindicias dedit ſecundum libertatem: Et mortales plurimi, à Photii exemplo didicere, iſtos Salmoneas contemnere, qui tonitrua excitant, in majorem ſtrepitum quam ſtragem: Fulgur diſcurrens multa territat animalia, ſed rarum cadit bidental: Et hæc de Photio, & adjectione ad ſymbolum, primo gravium irarum fomite inter Græcos & Latinos, & de Methonenſis Epiſcopi errore, contra Marcum Epheſinum declamantis, in noſtræ Synodi Colophone ultimo, dicta à me prolixius in bonam partem interpetetur benignus Lector, in cæteris feſtinantius progrediar.

Conſultiſſimum in omnia ſecula & ſaluberrimum manavit illud monitum ſenis Coi, μηδὲν ἐπὶ τὸ ἄκρον: ſtandum viro prudenti intrà meras modeſtiæ, nec quidquam ad extremitatem protrahendum: qui altius quam par eſt ſe evehit, rupes apprehendit confragoſas, in quibus nec tuto poſſit conſiſtere, nec ultrà progredi, nec cum ſecuritate retro veſtigia referre: Græci quibuſcunque anteà injuriis laceſſiti ſe Latinorum odiis implicuerint, ad mitiora poſt Photium conſilia deſcenderunt: Et invidiæ flabello paulatim emoriente ſæua Erynnis quæ ſempiternis raro furoribus indulget, quicquid erat feralis vindictæ inter gentes jam fatigata pœne conſumpſit: Serenior dies noctem deformem excepit, & circumacta fortunæ rota, ad pacem non ſynceram equidem, ſed qualem duæ gentes nativâ quadam ſimultate inimicæ nanciſci poterant, cuncta poſtmodum inclinabant: Et ſi inteſtini diſſidii tempora metiremur, ab illo Concilio Generali tertio, cujus edicta violari, à nefariâ Symboli intercalatione Græci conqueruntur, ad ultima tempora Photii, & quicquid concordiam ſpectat à Photio ad hanc noſtram Synodum Florentinam, quæ res geſtas inter Latinos, Græcoſque, poſtremis teſtificationibus honeſtavit, pari ferme annorum intervallo, licet diſpari animorum affectu, & odia continuata, & procuratæ pacis ſtudia emicuiſſe reperiemus. Quamvis enim omni arreptâ occaſione, Græci Latinos apertis contentionibus provocarent, & multa indies certamina inter partes ſtreperent, privata, publica, obſcura, illuſtria, non tamen ad factioſæ gloriolæ caprificum, ſed ad Eccleſiarum utilitatem jurgia revocabant, & quotidianas altercationes, ad ſua potius tuenda privilegia, quam aliena invadenda flectebant:

 Ut

Ut magnopere mirer Abbreviatorem Baronii Spondanum ad ann. 705. n. 2. Græcorum artes incredibiles (ut loquitur) criminari, quibus nisi sunt sibi subjicere Romanam Ecclesiam, quod aliquot Græci pro primis nascentis Ecclesiæ temporibus ad pontificatum aspiraverint, Joannes Sextus, Septimusque & Zacharias, quorum vitas Anastasius plurimis ornat elogiis: At ille non sine miraculo asserit fuisse, ut iidem creati Apostolicæ sedis pontifices, spiritum pariter hæreditarint Apostolicum, steterintque inconcussi adversus conatus omnes Imperatorum, & Orientalium Episcoporum: quod exemplo Joannis Septimi comprobat, qui sibi missos à Justiniano Canonas Synodi Sextæ, convocato Episcoporum Concilio, recusavit confirmare: Etiamsi Anastasius è quo Spondanus hæc mutuavit, de Concilio per Papam convocato, ne gry quidem: Sed Papam humanâ fragilitate timidum, hos nequaquam tomos emendantem per suprafatos Metropolitas direxisse retro ad Principem, verba sunt Anastasii. Quid? an meticulosum esse idem sonat, ac Concilium convocare? an Canonum tomos intactos remandare, qua venerant integritate, significat Canonas nec recipere, nec sancire? Certe si meminisset Spondanus, se Episcopum Apamiarum, quæ Patriarchali jurisdictioni olim paruere, æquiorem de Græcis opinionem aluisset, utcunque se Anastasius Orientalium osor, *intartizasset* adversus eam gentem, ut ipse loquitur in vitâ Theodori Papæ voce Ciceronianis auribus nec assuetâ nec congruâ: Et viderit venerabilis Dominus Episcopus Apamensis, si sextam Synodum Joannes Papa Septimus repudiaverit, Septimam Carolus Magnus Imperator, tres Octavas Ecclesiæ Orientis & occidentis digladiationibus invicem bacchatæ abrogârint, quam fidei certitudinem, in reliquis Conciliorum voluminibus reponamus. Enimvero si pauci aliquot Monachi papale fastigium bonis avibus conscenderint, non statim ambitiosis artibus Romanam Ecclesiam subigere velle pronuntiandi sunt, quando tum omnibus mortalibus ad papatum pateret aditus, Syris, Siculis, Afris: Nec si evecti ad eam dignitatem Græci in Romanis Dogmatibus perseveraverint, confestim ad promissa Dei largiora, Tu es Petrus, & tecum ero in æternum, recurrere oportet, sed Cleri Romani diligentiam expendere, qui suffragiis caverunt, ne Papam admitterent, quem suis rebus ineptum scirent.

Græci nunquam eo væcordiæ aut improbitatis degenerarunt, ut aliorum loca injustè usurpata perverterent, aut sua ab aliis corrumpi paterentur: Ad bellum provocati literarium libenter erupere, ut suarum doctrinarum fundamenta propalarent, nec minus alacriter ad pacem, ut se Christianos ostenderent: quanquam utrique genti

præter

præter relligionis pretextum, non nihil civile & prophanum adhæsit: Ut Romana non tam Christianæ concordiæ, quam Monarchiæ ampliandæ studiosa videretur, & Græca juris sui asserendi, contrà Romanam, quam sibi semper infensissimam præjudicarat: Itaque exacto tantum unico post Photium seculo, eodemque bonarum artium suprà modum infœcundo, in quo nulla eloquentiæ vestigia, nulla politioris literaturæ apparuere: Mox ut decimum explicuit quinquaginta tres annos supra mille (testanrur Annales Baroniani) Leo Papa Nonus, unionis Ecclesiarum cupidus Legatos Constantinopolin amandavit Humbertum & Fredericum Cardinales, Petrumque Episcopum Amalphitanum pro Ecclesiasticâ pace inter Latinos, & Græcos conciliandâ: permotus maximè à duabus Marci Cerularii Patriarchæ Constantinopolitani Epistolis, unâ ad Tranensem Episcopum datâ, alterâ ad Petrum Antiochiæ Patriarcham: quæ hoc peculiare continebat, ut ait ad ann. 1054. n. 4. Spondanus, Ecclesias Antiochiæ, Alexandriæ, & Hierosolymorum, retinuisse eo tempore Communionem Romanæ Ecclesiæ: nomenque Pontificis Maximi ex Diptychis recitasse: quod falsissimum comprobatur ex Coriolani Summâ, (ut unum Summulistam alio submoveam) qui ad 29 Canonem Oecumenicæ quartæ adnotavit, non modo Alexandrinos, sed universam Ægyptum à Dioscoro ad Clementis 8 tempora, & an. 1594 Apostolicæ sedis Communionem nunquam expetivisse: Si Romanæ Ecclesiæ firmitatem fortioribus argumentis non stabiliunt Latini, aut Constantinopolitanæ levitatem diluunt, ut loquitur ille, vitem turpiter fefellit ridica, ut est in proverbio.

Et an ipse Papa uniendi Ecclesias syncerâ cupidine flagrârit dicere non possum, sed eam viam pangendæ unionis legati instituêre, ut si quod insanabile vulnus Græcorum intus in præcordiis strideret, id in ampliora spatia diductum recrudesceret: Profecti enim Constantinopolin, Constantino Monomacho, seu gladiatore, flagitiosissimo tyranno in partes pellecto, Græcos omnium antiquarum hæresium reos accusant, & damnant: Nicetam Studitensem Monachum retractare cogunt, & scripta comburere: Patriarcham, molesta Latinorum jurgia vitantem, & ad Latina sacra Ecclesias interdicentem, telo Ecclesiastico feriunt, solio deturbant, relegant: Episcopum Acridanum cum Patriarcha sentientem deponunt: atque ea præstant, quæ nullibi sedium Patriarchalium forte tentassent, nacti opportunam propositis theatrum, sæviendi in Patriarcham, quem norant Romanis æmulantem,

& Cæsari suo obnoxium. Et in cunctis se magis veterum inimicitiarum memores, quam novæ pacis procurandæ prodidere: Quando & ipse Pontifex Romanus sic opprimi potuisset, aut quilibet infrà Deum, cujus cervici, ensis Cæsareus superfulgetrans & formidolosus, ut olim Damoclis à laqueari impendisset: Et quod omnem summi juris, ne dicam crudelitatis terminum exibat, in Patriarcham suo throno potientem, spectante clero, & universo populo, obstupescente mundo autoritatem evibrant, & excommunicandi sententiam promulgant Humbertini, sine ullo Græcorum consessu, vel consensu synodali, privato vel publico.

Hæc à Latinis gesta sunt Constantinopoli contrà duos Patriarchas Photium, & Marcum Cerularium, pares fatis, & Romanorum detestatione, sed meritorum magnitudine impares, nam æqualem Photio nulla ætas dedit, nulla dabit: A Cerulario ad historici nostri tempora fermè quatuor secula intercurrebant quæ totidem numero Concilia, huic paci nanciscendæ peperere: Sed omnia in terris Pontificiæ jurisdictionis, in quibus quod multi mirentur, ut magis justè potuit, ita minus severe Papa potentiam exeruit: Et si eadem vellemus in classes suorum temporum distribuere, inveniemus priora duo Concilia, inania omni successu caruisse, duo ultima successum attulisse sed improsperum.

Vix enim ejusdem seculi quadraginta quatuor anni effluxerant à turbis Cerularii, cum Pontifex Urbanus ejus nominis secundus, provincialem Synodum celebraret, Bari Adriatici maris urbe: Cui noster Anselmus interfuit, Cantuariæ Archiepiscopus, tunc Gulielmi Rufi Regis exul. Et tam strenue contra Græcos militavit, ut ab eodem Pontifice alterius orbis Papa meruerit appellari. Sicut Eadmerus tum in Archiepiscopi comitatu, & Malmesburiensis in gestis Anglorum Pontificum testantur: pompaticè magis uterque & jactabundè quam solidè & nervosè: plus enim sollicitantur, quibus ceremoniis Archiepiscopum in palæstram instruerent, tanquam proditurum in theatra Roscium, quam in usum posterorum quâ diligentiâ, disceptata fideli promptuario reconderent: Veruntamen si illi à commentando calamos inhibuissent, nulla in hunc diem istius synodi superfuisset memoria: Nam quorsum Papa Concilium in eum Italiæ sinum convocaret, aut quid illic Græci peterent, aut quibus aucti mercimoniis ad suos remearent, nemo literis prodidit: Barensis Synodi omnia silentio obruuntur, præter testimonia Eadmeri & Malmesburii, libellumque contrà Græcos de Processione Spiritus Sancti, quem subsequentibus annis ab

Anselmo

Anſelmo compoſitum, rogatu Hildeberti Cenomanenſium Epiſcopi, quidam fortaſſe haud abſurde conjiciunt.

Nec magis luculenta apparent, quæ ad ann. 1215. proximi centenarii referuntur ſub Innocentio tertio, in Lateranenſi quarto, quando panis Euchariſtici transelementatio primùm orſa eſt in Eccleſiam introduci: Solùm Binnius in Synodi prologo, ſummum pontificem ait curam adhibuiſſe, ut Græci longo ſchiſmate ſejuncti, ad Eccleſiæ Romanæ Communionem reducerentur, literiſque publicatis Generale Concilium indixiſſe Romam: eoque confluxiſſe inter quadringentos & duodecim Epiſcopos, Patriarchas C P, & Hieroſolymorum: Quin & de Trin. 7. cap. 1. n. 5. Dionyſius Petavius Græcos affirmat ad Communionem Romanam tum reverſos, præ ingeniorum mobilitate priſtinum in ſchiſma & errores recidiſſe: quorum utrunque falli arbitror. Quì enim probet Binnius Patriarcham Conſtantinopolitanum ad ſynodum, Romam perveniſſe quem Conſtantinopoli non habebant? Flandri vi & armis omnia occupaverant: Theodorus Laſcaris Nicææ conſederat, Trapezunti ad Pontum gens Comnena: Et cum quarta Synodus in Laterano ageretur Michael Autorianus, ſecundus poſt Maurocenum à venetis datus Patriarcha, ſub Laſcaridum præſidio, ſolium in Aſiâ fixerat: Ut fruſtrà conqueri Spondanus videretur, Græcos in Joanne Sexto Septimove Papis, ſubigere Romanam Eccleſiam, cum animadverterit, Græcorum cum imperio, Eccleſiam à Latinis tam miſerè laceratam, peſſundatamque: Aut quâ fronte Petavius afferat Græcos Latinorum præceptis manus dediſſe victas in eâ ſynodo quam nunquam oculis conſpexerunt? Sed fefellere doctiſſimum Jeſuitam, in iſtâ Synodo prima verba capitis quarti male intellecta: Revertentes non ſunt reverſi, ſed ſi reverterint: Promittit Papa ſi Græci inſtitutū in melius mutaverint, ſe laturum eorum mores, quantum poſſit, in iis quæ periculum nullum generant animarum, aut Eccleſiaſticæ probitati derogant: Nam Latinos Græci ſemper abhominari conſuevere, ut illic ſequitur, & iſti quarto ſeu capiti ſeu decreto titulus præfigitur, De Superbiâ Græcorum contrà Latinos: Quæ ſi à me prolata literato cuipiam minus arriſerint, oſtendat ex Actis Concilii illius, vel unum quemlibet nationis Græcæ os aperuiſſe, in eâ ſynodo, & hircum ſolus auferat.

At duo poſtrema Concilia uberiorem fructum proferentia, ſed immaturum & infauſtum longe alia ratio produxit: In ſuperioribus Pontifices Maximi oblatis occaſionibus Græcos ad Concordiam invitarunt, non tam pangendæ caritati inſervientes, quam dilatandæ juriſdictioni ſuæ in Chriſtianum orbem, cujus magna pars erat & Occiden-

tali suppar Orientalis Ecclesia: At in his Imperatores ipsi non potestatis augendæ ergò, sed subsidiis muniendæ quam habebant, Pontifices ultro adeunt, ambiunt, efflagitant. Et quanquam id ab aliquot retro seculis usuvenisset, ut quoties tempestas aliqua à Turcis ingruens aut circumfusis barbarorum agminibus dominium Orientis quassaret, Imperatores illico Romam advolantes Helenam suam postituerent, Fidem nempe Græcorum à Latinis interpolandam, & eâ quasi escâ postulatis inditâ, quæcunque vellent copiarum incrementa prolicerent: Nulli tamen Paparum supplices vota ad infæliciorem exitum perduxere, quam in his duobus postremis Conciliis duo principes Palæologi, Michael Palæologææ gentis primus sator, & Joannes noster ejusdem penultimus extinctor, quorum gestis succinctè enarratis animum parumper advortere, fortasse nostrum nonnihil intererit.

Michael Palæologus vir astutus & vafer, haud ineptus bello, rerumque callens, quem vellet oris habitum induendi, suos sensus occulendi, alienos explorandi peritus: tum suprà modum sævus, ut cum luminibus orbaret Joannem Lascarim Theodori filium impuberem, cujus sub tutorio nomine remp. administraret, & ab Arsenio Patriarchâ sacrorum usu interdiceretur, seu magis propitiam ab Ecclesiâ Romanâ atrocissimi delicti expiationem speraret, seu vindictam metueret à Carolo Siciliæ Rege, qui cum Gallorum infesto exercitu, suis finibus imminebat, sed ad hanc cum Romanis concordiam, studium omne flexit: Papamque impensè rogavit, favere cæptis nuperis, arrepto Imperio patrocinari, Carolique molimina, papalibus interdictis, à suo capite depellere: Verum cum absque nutu Patriarchæ ut cassa nux habebatur à populo, quicquid Imperator domi in Ecclesiasticis mandaret, fingendi Patriarcham ad suum libitum ingenti Michael desiderio flagrabat: Utque ad nostram hanc synodum Josephus Secundus, qui & Florentiæ diem obiit, ità tum Josephus primus solium Patriarcha obtinebat: qui cum jurisjurandi relligione se obstrinxisset, nunquam initurum fœdera cum Latinis, aut in eorum dogmata consensurum, coactus est ab Imperatore in Monasterium recedere, dum negotia cum Italis tractarentur, sub conditione tamen resumendi dignitatem, si minus successissent: Et quoniam ea res spectabat ad ambiguum de successore substituendo, Imperator non minus anxiè laborabat.

Ad ea tempora Magni Scriniarii munere fungebatur Beccus, vir literis insigniter imbutus, quibus ab excellenti memoriâ, & expeditissima linguæ volubilitate, in omnem casum serii sermonis adeo prompte utebatur, ut singularis doctrinæ speciem præberet: quanquam si

fides

fides Pachæmeri in fragmentis, philosophiæ majori peritia, quam Theologiæ præditus inclaruit: Hunc tamen partim minis & vinculis, partim blandimentis, & cujusdam Blemmydæ Commentariis pro Romana Ecclesia, penitus immutatum, in suas partes pertraxit Imperator, & in locum Josephi abdicantis suffecit. Interea Gregorius decimus, quem à contubernio Regis Anglorum Edoardi terram Sanctam proficiscentis, in Pontificem Maximum discordia Cardinalium subvexerat, Synodum Lugduni celebrabat, ejus loci secundam, Oecumenicarum decimam quartam, sextam à prima in Laterano, qua universam jurisdictionem Pontifices Romani immaniter attollere cœperunt. Inchoavit ea synodus sub auspiciis Gregorii, 7. Maij anno à partu virginis septuagesimo quarto suprà millesimum ac ducentesimum, quo Legatos destinavit Michael Theophanem Nicææ Metropolitam, & Germanum non ita nuper Patriarcham, qui medius inter Arsenium, & Josephum primum intercedens seipsum patriarchatu exautorarat, vir Michaeli à longa familiaritate charus. Et licet ipsum Michaelem cum suis Græcis jam decima & tertia vice victis advolasse Platina affirmet & Trithemius, quod dictum à Pontificiis scriptoribus ampliandæ Latinorum gloriæ & Græcorum minuendæ debet intelligi, tamē ex illius synodi actis constat Legatos proximo mense ejusdem anni Lugdunum advectos, concordiam sanxisse, sub aliquot articulis primariis, de primatu Papæ in omnibus concedendo, nominisque recitatione in hymnodiis, & ultimis appellationibus ad Romam, aut si quid aliud Monarchiæ Papali firmandæ conduceret. Tandem vero finito Concilio Michael suis exosus esse cæpit, ut patriæ relligionis desertor & proditor. Cumque septennio supravixisset inter varias civium seditiones, quos nec benignitate lenire, nec severitate compescere poterat, intestabilis moritur, & à filio Andronico insepultus projicitur, non procul à stativis multâ humo cadaveri superingestâ tantum ne à feris dilaniaretur.

At longe major miseratio Joanni nostro debebatur, si cum olidis mercimoniis oblatæ reconciliationis Papæ limina frequentârit, ad infandos difficultatum vortices præcipitatus, quas quibuscunque posset modis, vel iniquissimis non amoliri, animi esset degeneris indicium, & justissimos metus aversantis. Ante Joannem fere quadringentis annis Græci Calabriâ totâ exciderant & Apuliâ, relictis tantum sacerdotibus, qui ad nostram ætatem, & Græcam linguam servarunt & mores: ut testatur Platina in vita Stephani Noni: Et in suis finibus vix aliquot provincias urbi conterminas obtinebat, è quibus nunc Turcæ, nunc Saraceni aliquid

 quotidie

quotidie subtrahebant: At Joannis nostri sub Imperio Turcæ omnia longè lateque subjugarant, jugulumque imperii hauserant: Non dicam quam turpiter Græci Asiâ totâ cesserint, & insulis in Ægæo mari, Mahumedarum viribus, sed magis Christianorum discordiis profligati. Singula si percenserem, nec modum haberet hic labor, neque hæc diverticula aliorum vestigiis permeata, magnum lectori fructum afferrent. Sed primus Amurathes Hellespontum trajecit, anno redempti generis humani 1363, Nonagesimo ante perditam rerum caput Constantinopolin: conductis duabus mercatorum Genuensium navibus, quæ pro sexaginta millibus Turcarum, in Europam transfretandis, tot aureos nummos in naulum acceperunt. Primus Mahometes ab eo Amurathe tertius dominii sedem ex Bithyniâ in Thraciam transtulit, mortuus biennio tantum ante Joannis nostri ad Imperium inaugurationem, cujus filius Amurathes secundus, in hac nostrâ historiâ aliquoties memoratus expugnatâ Peloponneso, quicquid in Europa remansit miserabilis Imperii ad Constantinopolis pomæria in ditionem subegit.

Ad hæc humanæ instabilitatis documenta compulsus noster Joannes, consilium iniit ut sperabat salutare, fœdus pangendi cum Eugenio Pontifice ac Latinis, quorum ope vel integram potentiam reciperet, vel ruituram imperii molem aliquantisper sufflaminaret: Et variis negotiationibus, quas noster autor in secunda sectione, quæ extat primâ, accuratè pingit, eo rem promovit in rotâ Cardinalium, & cum Pontifice, ut si ipse cum Græcis suis in Italiam trajiceret, per Synodum Oecumenicam, & relligionis, & regni rebus miserrimè accisis prospiceretur. Nihil est aut spe confidentius, aut importunius necessitate. Spondebat sibi aureos montes Imperator noster, & propriis destitutus viribus, aliena ope, labefactatam autoritatem recuperare non dubitabat. Ita collecta suorum synodo, & convasatis impedimentis migravit in Italiam, haud minori cum discrimine maria velificatus, alienissimo anni tempore, & per tot hostium præsidia, quam Alpes olim Hannibal tranavit: Sed sero nimis didicit, quam citra sui ipsius vota & aliorum promissa, sibi alea ceciderit. Hic solus ab itinere, & synodo fructus in totam gentem redundavit, ut controversiis quas Græci peculiares Ecclesiæ suæ fovebant, ad Romana interpretamenta formatis, Græci propriis ritibus dissimulatis Romanorum Communionem amplecterentur: Ita qui spe plenus iter adornarat, non secus ac vela flatibus intumuere, rediit inanis, & præter quarundem Definitionum sarcinam inutilem, levesque vanissimarum pollicitationum auras, nihil Constantinopolin comportavit. Et post emendicatum in Italia bien-

biennium, inter opprobria & ſannas inſultantium populorum, reverſus eſt in patriam, haud multo pacatiorem è Florentiâ, quam ejus tritavus Michael è Lugduno. Nihil ſanum domi, aut tutum, aut tranquillum repperit: Simultates claudeſtinæ & aperta odia omnium pectora inquietabant: Et quaſi Concordiam cum Latinis ſancitam, in Italia reliquiſſet, pacem cum ſuis poſt reditum nunquam coluit: Eccleſiam ſuam nunquam vidit ſolitis ſacris condecoratam, nec cives in nexum caritatis priſtinæ coaleſcentes, quamvis imperium quatuordecim plus minus annis continuatum Chriſtianis perduravit.

Grata ſemper & peraccepta relligio dedititia & ſupplex: nec ulla vox plauſibilior in Curiâ Romanâ exauditur: invitant ultrò ac provocant ad fidei concertationes, promittunt larga beneficiorum volumina, non ut fides reſarciatur, ſi quid à vero exorbitet, ſed ut Romana provehatur ambitio, & univerſale dominium in ovile Chriſti, tot ſeculorum, hominumque commentationibus acriter expetitum: Cui niſi inſervierit, ſurdis canit, quicunque genua Pontificum incerat: Ipſe tranſitus Græcorum in Italiam Romanis pro victoria fuit, etiam ante pugnam, & citrà pæanem triumphus: Qui fortitudine nimia fretus, in hoſtium caſtris dimicat, ſe multis vulneribus confodiendum præbet, & qui in foro litigat hoſtili, quod ſuum eſt, non modo in alienum jus, ſed in adverſum & æmulum tradit. Romani poterant, ſine diſſertationum ſynodicarum pompa, devictos à ſe Græcos gloriari, ſed theatrum extruere mallebant, ut palmas reportaſſe terrarum orbi ſignificarent: quas adepti, in poſterum haud multum ſollicitabantur quo promiſſa caderent, cum ſat intelligerent nec victos à conditionibus impoſitis reſilire poſſe, nec ſecundam pugnam redintegrare. Videat igitur ne de ſuo corio ludat, quisquis in eorum placita ſponte concedit, qui relligione, & metu Pontificiæ autoritatis innexas gentes perdomare, non minus ardenter ſatagunt, quam vetus Roma armis. Sed dum prædas avari captant, ſuperbi negligunt: Quid vehementius Romani expeterent ab aliquo diverſa dogmata profitente, quam ut naufragus fidei ſuæ proſelytum ſe redderet eorum cupiditati? Ubi fecerit, nihil ipſo contemptibilius deprehendet, & ſi quod criminis ſalarium expectabit, aut deſertæ ſtationis redhoſtimentum, nullum inveniet præter odium, & ſeram, ſed ſine poſtliminio revertendi pœnitentiam. Eugenius re melius comperta maturam opem Græco in extremis laboranti ſuppeditare poſthabuit, quia ſibi ad ſumma contendenti, unicumque affectanti vaſti regiminis faſtigium, perinde æſtimavit, ſive rivalis Eccleſia faſces ſubmitteret potentiæ ſuæ, ſive aliorum viribus è medio tolleretur: Et quando utrumque ſimul unius voti ambitus

non comprehenderet, penitus auferri securiora reddidit Romanorum consilia. At Deus cujus aere judicium nunquam fallitur, hanc ingratitudinem ut ultus est, ita munere dictatorio in humanum genus Papam emunxit: Nam cum ante captam à Turcis Constantinopolin, & hæc fata ultima expirantis imperii in Oriente, totus Occidens à mari Atlantico ad Hadriam usque Pontificiis legibus subjaceret, post unius seculi vix evolutum spatium, justâ Dei vindictâ orbis ad Occasum situs opinionibus in duo meditullia perfringitur, & quæ regiones ad Septentrionem elevantur, Germania, Britannia, Cymbria, à Romana sede descivere, ne juris dicundi prærogativam omnem in omnes gentes usurpatam, solus absque æmulo Romanus Pontifex invaderet.

Et quæ sedes alia Patriarchalis unquam à tot populorum recalcitratione, tantam Eclipsin traxit? qui non à fide Christianâ, sed fastigio Papali descivisse dicendi sunt. Enimvero ultimi tres Patriarchæ ut longe ad polum Antarcticum subsidunt, ita ad circumscriptas terrarum angustias, ut omnes tres simul, cum utravis Româ amplitudine vix contendant, duæ tamen primariæ, ita orbem universum condividunt, à solis ortu ad Occasum, ut Nova Roma veteri haud inferior, aut gentium numero, aut Episcopatuum multitudine censeatur: à sinu Jonio ad mare Caspium exporrecta, & quacunque Orientem versus & Septentrionem Evangelii tuba personuit, longe extrà antiquos Romani imperii fines. Episcopus Constantinopolitanus habeat honoris prærogativam post Romanum Episcopum, mandat Constantinopolitani secundi Generalis Canon tertius: Cujus præpositionem post ὑποβιβασμὸν non significare recte observat Balsamon: Sed in secundo ordine consistentem æqualitatem: Et ad tertium Sardicensis sub Hosio idem Balsamon affirmat: quæ de Appellationibus ad Papam Romanum definita sunt à patribus, eadem ad Patriarcham Constantinopolitanum pertingere, pari honore auctum: Unde & nomen Oecumenici sibi sæpe Patriarchæ asciverunt, ut Joannes Jejunator sub Pelagii secundi & Gregorii Magni temporibus, testatur ipse Gregorius lib. 5. Ind. 14. Ep. 24. Et in ordinandis Episcopis parem cum Papâ exercuerunt autoritatem, eamque supremam, absolutam & ἀνυπεύθυνον: quod constat ab alio Joanne Patriarchâ, sed longe præstantiori, Ioanne Chrysostomo: qui mortuo præsule Ephesino, cum studia multorum hominum in suis clientibus promovendis plurimum accenderentur, ut rem sine cujuspiam offensâ dirimeret, diaconum suum Heraclidem Cyprium in sedem evexit, ut narrat Socrates lib. 6. c. 10. Et Sozomenus lib. 8. cap. 6. eundem refert Chrysostomum Episcopos

Lyciæ ac Phrygiæ, non minus quam tredecim simul abdicasse, quos ab Antonino Ephesi antistite subrogatos cum patriarchalis jurisdictionis injuria intellexerat. Et si credimus eidem Socrati, lib. 7. c. 4. Proclus qui aliquot annis post Chrysostomum sedit Patriarcha, Firmo Cæsareæ Cappadociæ defuncto, Thalassium ab Imperatore designatum, in civitatum præfecturam Illyricarum, hominem laicum ut par est credere, Archiepiscopum Cæsareæ constituit. Sic olim viguere Constantinopolis Patriarchæ, & quod ad extrema usque Ecclesiæ tempora, iisdem amplissimis prærogativis non perfruerentur, Romani Pontifices impedimento fuere vel exiguo vel nullo, nec enim juste poterant obsistere. Sed truculenti successores Constantini Magni, Imperatores Græciæ hunc florem atterere juris Patriarchici per omnes occasiones seu oblatas, seu arreptas perpetuò conati sunt: & nemo omnium nostro Ioanne Palæologo immanior, qui ut postremus omnium, ita longe acerrimus suam potentiam extendere, Patriarchalem accidere ac labefactare invigilavit: Quod noster autor graviter deplorans exemplo monstrat Moldoblachiensis Metropolitæ ad priora quæ extant hujus libri capitula: quem usurpatâ Patriarchæ jurisdictione, Imperator à seipso promoverat, remiseratque ad Patriarcham, ut in Metropoliticum culmen Moldoblachiæ debitis infulis, & diplomate instrueretur. Atque ita Patriarcham jure suo, ac privilegio spoliatum exacerbârat Imperator, tum forte peregrè profectus, ut Moldoblachium subsistere ad Athyram fluvium, regionis suburbicariæ terminum ultimum mandaret Patriarcha, nec ullâ Sequestrorum intercessione propius urbem accedere pateretur. Fuit is Patriarcha Euthymius secundus, Josephi secundi decessor, illius qui Florentiæ expiravit. Et si forte prima hujus historiæ sectio, quæ tota nunc deest, in maximum præstantissimi autoris damnum ac literarum, integra haberetur, ab hujus nostræ præfatiunculæ Argumento ac sensu, non multum abluderet.

Quò te cum jam manu duxerim, Christiane Lector, ad ipsum vestibulum historiolæ nostræ, opus est ut Orationis vela contraham, & à præfationis fastidio, ad autoris viridaria transmittam. Id unum restat, ut quâ bonâ fortunâ Manuscriptus Codex ad meas manus pervenerit, verbo expediam. Nobilissimus atque Eruditissimus Claudius Serravius in Amplissima Curia Parlamenti Parisiensis Senator, eum transcripsit, è locupletissimo Thesauro Manuscriptorum Codicum Christianissimi Regis Galliarum, tradiditque Clarissimo Domino Isaaco Vossio, Doctissimi Gerardi Joannis Vossii Doctissimo filio, reservandum inter κειμήλια, & opportunitate qualicunque oblatâ publicandum:

Quod cum rescivisset Illustrissimus Dominus, supremus Angliæ Cancellarius Dominus Eduardus Hyde, eques auratus, literarum omnium antiquarum peritissimus, & omnium Literatorum Indulgentissimus Mecænas, mihique summis nominibus, & sempiterno obsequio nuncupandus, impetratâ mihi absentiæ veniâ in aliquot menses, à Concionandi vicibus, quibus tenebar ad Regis mei Serenissimam Majestatem obstrictus, me Bruxellis misit in Hollandiam, exploratum, si Manuscripti editionem diligentiæ meæ vellet concredere Clarissimus Vossius, quo cum in his meis ab Angliâ erroribus aliqua suprà notitiam familiaritas intercesserat: Annuit humanissimus vir pro suo candore, & studio veritatis singulari: atque ita tandem in lucem prodiit, licet cunctante Typographo, & necessitate temporum premente, menses mihi concessos aliquantulum ὑπερηκοντισάμην: Quæ dixi, de se, & Codice, testatur Sarravius his verbis manu propriâ, ad calcem libri adjectis: *Describebam mense Augusto*, 1642. *Claudius Sarravius*: *αὐτόγραφον. est formæ, quam vocant in quarto compactum, Anno* 1604, *uti præ se fert, in operculo adverso, inferiori: In superiori est nota numeri quinarii, ita* 5, *cum Regiis stemmatis Henrici IV.*

Si meus labor, aut prodesse tibi possit, aut placere, Christiane Lector, habeo præmiū: sin si displiceat, meministin quid Strabo de marmorea Imagine Sardanapali Litteris mandaverit? τ' ἄλλα, τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος. Stabat ea statua erecta prioribus digitis dextræ manus ad crepitandum compositis: tacite spectantibus subinnuens, Mundana omnia vix unius crepitus esse æstimanda: Bilem tuam, sannamque, & scomma, oculum obliquum, aduncum nasum, *hujus non facio*, ut Terentius, Strabonis sensum Latinis verbis reddit in Adelphis: Nihil tibi debeo, qui nec meæ fortunæ multum, minus humani generis benignitati. *Nam quisquis debet solvere Sexte potest.*

ROB. CREYGHTONE.

In Præfatione ad Regem hæc Errata occurrunt.

p. ** 1. lin. 4. lege quam pro quum: ejusdem pag. l. 15. lege cumulabit pro cumulavit: ejusdem pag. l. 28. lege dimicares non dimicaris p. ** 2. l. 19, pro prætentâ, leg. prætexta. p. **** 1. l. 30. lege proturbatam ejusdem pag. versæ l. 5. lege fraudari pro fraudare. p. **** 2. versâ l. 2. pro Huic lege Hinc

Ad Lectorem, hæc

pag. b. 1. l. 27 pro locupletaris, leg. locupletares. eadem pag. versâ l. 22 leg. fruatur is suo sensu. & l. 38. pro astarconem, leg. asturconem p. c. 2. l. 3. pro sensum leg. sensim, & l. 33. pro prensi, leg. forensi eadem versâ l. 2. pro amittantur, leg. amittuntur. pag. e 1. versa l. 8. pro anti- lege antiqua. p. e 2 versa, l. ultima pro Mungo leg. Mango: p. g l. 1. delenda est vox *qui* superflua. p. i 1. l. 35. leg. pro præscribere, proscribere.

HISTO-

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO II.

Λείπει . . . . . .

. . . . Ἐρχόμενος ἀφῆκε τὸν Μητροπολίτην προσμεῖναι εἰς τὴν Ἀθύραν, μέχρις ἂν ἐλθὼν αὐτὸς ἐξοικονομήσῃ, καὶ καταπείσῃ τὸν Πατριάρχην δέξασθαι τὸ γεγονὸς, καὶ ἐν τῇ πόλει εἰσάξαι τοῦτον ὡς μητροπολίτην. ἐλθὼν τοίνυν ὁ μεσάζων εἰς τὸν Πατριάρχην, καὶ πολλοὺς λόγους περὶ τούτου εἰπὼν, καὶ πᾶσαν τὴν παρ' ἑαυτοῦ πειθοῦς δύναμιν κινήσας, οὐδόλως ἠδυνήθη, κἂν ἁπλῶς τὴν εἰς τὴν πόλιν τοῦ Πολεαινίνης κερδῆσαι εἴσελευσιν.

Deest principium . . . . .

. . . discedens permisit Metropolitam ad Athyram subsistere, dum ille rem aggressus pro modulo administraret: & Patriarchæ persuaderet, factum æquiùs interpretari, & Metropolitam cum honore in Civitatem introducere: Propterea Sequester ad Patriarcham profectus, cùm apud eum multis verbis, & omni qua pollebat eloquentia contendisset, ne in tantum quidem profecit, ut vel ad Polienæ Urbis Pomœria in procinctu, Metropolitam accedere Patriarcha pateretur.

τμήματος β. Κεφ. β'.

Μετὰ δὲ παραδρομὴν δύο ἡμερῶν, παραγίνεται πάλιν ὁ μεσάζων εἰς τὸν πατριάρχην, εὗρε δὲ καὶ τὸν Μηδείας ἐκεῖσε, καθὼς τοῦτο προκατεσκεύασε, καὶ πάλιν λόγους πολλοὺς κινεῖ ὁ μεσάζων ἔχων καὶ τὸν Μηδείας, ἐκ μέρους συνηγοροῦντα, πρὸς τὸ δεχθῆναι ὡς Μολδοβλαχίας τὸν δηλωθέντα, ἢ ἁπλῶς ἐλθεῖν, καὶ εὑρίσκε... ἄχρις ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπανελθὼν ὁρίσῃ ὃ ἂν ἐθέλῃ περὶ αὐτοῦ: ὡς δὲ πείθειν ἐπιχειροῦντες οὐδὲν ἤνυσαν, οἱ γὰρ λόγοι τοῦ σοφοῦ πατριάρχου, μετ' ἐπιστήμης λογικῆς, καὶ τὸ δίκαιον ἔχοντες φροῦδα ἐδείκνυον τὰ παρ' αὐτῶν προσφερόμενα: ἀναγκασθεὶς ὁ Μηδείας καθικετεύων εἶπε τῷ πατριάρχῃ, ὅτι πολλοὶ καὶ ἐξ ἄλλων γενῶν, καὶ αἱρέσεων εἰσέρχονται ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, καὶ Ἀρμένιοι γὰρ καὶ Ἀγαρηνοὶ εἰσέρχονται καθ' ἑκάστην μὴ κωλυόμενοι παρά τινος: κατὰ γοῦν τὸν ὁμ . . . .
εἰσελθέτω καὶ αὐτὸς, καὶ μὴ κωλυθήτω . .
. . . . διάθεσιν φιλικὴν ἔχων, πρὸς τὸν Μηδείας, καὶ πρὸς . . . . . .
. . . . ἐκ μέρους ἀνλείπων, πρὸς δὲ τὴν ἀξίωσιν καὶ δέησιν αὐτοῦ σιωπήσας, ἔδοξεν ἐνδοῦναι: καὶ οὕτως ἔστειλεν ὁ μεσάζων, καὶ ἔφερε τὸν μητρο-

Sect. II. Cap. II.

Post biduum verò Sequester secundâ vice tentat Patriarcham: quo cum deprehendit Mediæ præsulem, quemadmodum antea præstruxerat: unde audentior factus, cùm probè sciret, Mediensem, Moldoblachiensis partibus favere, variis sermonibus postulavit à Patriarcha, ut Metropolita Moldoblachiæ designatus, saltem ad ejus alloquium admitteretur: aut ipse Patriarcha secum statueret, quid factu opus esset, dum Imperator tum absens reverteretur, & palam exponeret, quid ipse vellet: ut verò persuasionibus nihil præstitere, & prudentissimi Patriarchæ rationes, tanto cum pondere, æquitate ac justitia libratæ, quicquid illi in contrarium proferebant, ut inane ac cassum facillime retuderunt; Mediensis ad preces coactus confugere, jubet Patriarcham in memoriam revocare: Ex diversis gentibus quamplurimos, etiam hæresibus infectos & alienos à Christiana fide, hanc Civitatem frequentare: Huc Armenios, huc Saracenos, quotidie confluere à nemine præpeditos: quare æquum videri ut Metropolita commercio saltem, & mutuâ hominum conversatione nequaquam prohiberetur: præsertim cum affectu summo, & intimo amicitiæ jure Mediensem colat, & patriarchale fastigium debitâ reverentiâ semper suspiciat: Patriarcha licèt his adversus quodammodo abnueret, tamen ad intercessionem & vota

προπολίτην: ὃς καὶ ἐλθὼν ἐκάθητο ἐν τῇ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἀπρόϊτος περιμένων τὸν βασιλέα: Ὁ δὲ Πατριάρχης δεινότατον ἡγησάμενος τοῦτο, βαρέως ἔφερε τὸ γεγονὸς, καὶ παντὶ τρόπῳ παρεσκευάζετο, ἢ διορθῶσαι τὴν ἐκκλησίαν, ἐπανελθόντος τοῦ βασιλέως, ὥστε μὴ κατάρχεσθαι ταύτην παρ' αὐτοῦ, ἢ καθίσαι ἐν τῷ ἰδίῳ κελλίῳ, ἀργήσων καὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν, μὴ μέντοιγε παραίτησιν ποιήσασθαι ταύτης: Ταῦτ' οὖν ἐννοήσας ὁ βασιλεὺς, καιροῦ λαβόμενος, ἐπεὶ ὁ Πατριάρχης τῷ θανάτῳ προηναρπάσθη, τὴν περὶ τῶν αὐτοῦ προνομίων σπουδὴν ἔθετο: καὶ τὰ προῤῥηθέντα πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς διωρίσατο: Εἰπόντων δὲ αὐτῷ τῶν ἀρχιερέων, Ὅρισον γενέσθαι πρότερον Πατριάρχην, εἶτα γένοιτο καὶ ἅπερ ὁρίζεις: οὐ γὰρ δίκαιον ἐστὶν ἄνευ Πατριάρχου, ἀποφαίνεσθαι ἡμᾶς περὶ τῶν τοιούτων: Ὁ βασιλεὺς ὥρισε: Κρεῖττον ἐστὶ πρότερον γενέσθαι ὅσα φανῶσι δίκαια, ἵνα καὶ ἡ Βασιλεία καὶ ἡ Ἐκκλησία, ἔχωσι γνώριμα τὰ ἴδια δίκαια μετ' εἰρήνης: καὶ ὁ γενησόμενος Πατριάρχης γινώσκει εὐθὺς τίνα εἰσὶν αὐτοῦ ἴδια καὶ τίνα τὰ τοῦ βασιλέως: Ἔσται καὶ τοῦτο κάλλιον, καὶ εἰς τὸν Πατριάρχην: εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα γένωνται εἰς ὕφεσιν αὐτοῦ, ἴσως . . . . βήσεται τὸ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ γενέσθαι τι, μὴ πραχθῆναι . . . . πρὸ αὐτοῦ: προσέταξεν οὖν συναχθῆναι ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ σκέψασθαι περὶ τῶν τοιούτων, καὶ κυρῶσαι τὰ ζητηθέντα, ἐπεὶ καὶ πρότερον ἐδόθησαν, ἔφη, ὑπὸ τῶν τότε ἀρχιερέων, κρειττόνων ὄντων πολλῷ, ὡς καὶ ὑμεῖς, οἶδα, ὁμολογήσετε τοῦτο, καὶ παρὰ Ἁγιωτάτου καὶ σοφοῦ Πατριάρχου ἐστέρχθησαν.

τμήμ. β. Κεφ. γ.

Ἐτάχθη τοίνυν ἡμέρα, καθ' ἣν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους συνήχθησαν: ἐστάλησαν δὲ καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως, ὅτε μεσάζων ὁ Γουδέλης Δημήτριος ὁ Χρυσολωρᾶς, καὶ κῦρος Δημήτριος ἄγγελος ὁ Φιλομμάτης: Πρὸς οὖν διάσκεψιν καθεσθέντων ὁμοῦ, εἶπον τίνες τῶν ἀρχιερέων ὅτι καλόν ἐστι πρὸ τῆς διασκέψεως τῶν ζητουμένων, εἰδέναι ἡμᾶς, εἰ ἔχομεν ἄδειαν πρὸς σύνοδον, συναθροίζεσθαι ἄνευ τοῦ πρώ-

τοῦ

Mediensis, silentio videbatur nonnihil inflecti: sic ut Sequester Metropolitam accerseret: qui adveniens in Magni Basilii Monasterio consedit: & solus, sine arbitris, sine hominum admissione aut contubernio, Imperatoris reditum exspectavit: At Patriarcha pænitudine ductus ægerrimè tulit, facinus indignum exclamans: Et in posterum se animo obfirmavit: aut marte proprio Ecclesiam autoritati pristinæ restituturum, quandocumq; Imperator rediisset, sic ut istiusmodi negotia non penderent ab Imperatoris arbitrio; aut inclusus cellâ, seipsum & Ecclesiam, æterno damnare otio, ne quotidie pro Ecclesiæ jure ac privilegio deprecari cogeretur: Quod Imperator præsentiens, quasi arreptâ occasione, cum Patriarcha ille subitâ morte extinctus decessisset, suis privilegiis promovendis strenuè incubuit: Ac imprimis ea quæ diximus, Episcopis præstanda injunxit: Verùm cùm illi Imperatorem exorarent, ut Patriarcham priùs in Ecclesiæ caput eveheret, & posteà mandaret quæcunque vellet: Nefarium enim, de his summis sine Patriarcha pronuntiare: Imperator ea primo in loco fieri præcepit, quæ utrisque æqui juris esse videantur: Ut Imperium simul & Ecclesia sua seorsim jura teneant in tranquillitatis sinu definita: Et futurus Patriarcha, quisquis tandem ille fiet, quæ sua, quæ Imperatoris jura distincte recognoscat: Id enim multo præclarius Patriarchæ futurum: Nam si posthac quid contigerit, ad imminutionem autoritatis Patriarchalis, visum erit in ipsius temporibus accidisse, quod ut novum ac inauditum priora secula ignorarunt: Quocirca jussit in S S. Templum Apostolorum eos convenire, ut de his deliberent, eaque sanciant quæsita, quæ præsules in suis seculis summi proposuere, viri vobis multò insigniores, inquit, & vos ipsi sat scio fatebimini, & quæ piissimus olim ac prudentissimus Patriarcha confirmavit.

Sect. II. Cap. III.

Præstituto die cùm in æde Apostolorum convenissent, missi sunt ab Imperatore unus ex Sequestris Gudelæ Dominus Demetrius Chrysoloras, & alter ejusdem prænominis Dominus Demetrius Angelus Philommata: Quibus ad Concilium unà assidentibus, nonnulli ex Episcopis occæperunt dicere: Operæ pretium esse priusquam ulterius consultamus, scire, an legitimè in Senatum congregamur, sine nostro Magistratu summo? & an jure liceat, ambigua Synodalia pertractare? His magnates illi responderunt, etiam & aliquot Episcopi: Imperatorem

ratorem

τοῦ ἡμῶν, καὶ συνόδικα διεξάγειν ζητήματα; Ἀπελογήσαντο οὖν πρὸς τοῦτο, οἱ ἄρχοντες, καὶ τίνες τῶν ἀρχιερέων, ὅτι ἄδειαν ἔχει ὁ βασιλεὺς, συνάγειν σύνοδον καὶ συνιστᾶν ταύτην ὅτε καὶ βούλεται, καὶ οὐδὲν καινὸν εἰ ὁρισμῷ θείῳ βασιλικῷ, σκεψόμενοι συνήχθητε νῦν: Μὴ γοῦν ἐμποδίσῃ ὑμᾶς λογισμός τις, ἀλλὰ σκέψασθε περὶ τῶν προκειμένων: Κινηθέντων οὖν τῶν ζητημάτων καὶ λόγων πολλῶν ἐπ' αὐτοῖς λαληθέντων, ὡς τῶν ἀρχόντων ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἀγωνιζομένων, τινῶν δὲ ἐκ τῶν ἀρχιερέων, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἀνθισταμένων, ὅμως ὡμοφώνησαν πάντες καὶ συνέθεντο στέργειν ὡς προνόμια τὰ ζητηθέντα: καὶ τούτων ἀνενεχθέντων προσέταξεν ὁ βασιλεὺς τῷ μεγάλῳ χαρτοφύλακι ἵνα δι' ἐπιστασίας καὶ ἐπιμελείας ἐκείνου, γραφῶσι ταῦτα, καὶ ὑπογραφῶσι παρὰ τῶν ἀρχιερέων: μετὰ γοῦν τὸ γενέσθαι ταῦτα, ἀπέλυσε πρόσταγμα, πρὸς τὸ ψηφίσασθαι Πατριάρχην.

τμήμ. β. Κεφ. δ.

Ἐγὼ δὲ πάντα τὰ τοῦ θαυμαστοῦ βασιλέως θαυμάζων, καὶ οὐδὲ ἱκανὸν ἐμαυτὸν κρίνων, πρὸς τοὺς ἐπαίνους ἐκείνου, ἓν τοῦτο καὶ μόνον ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω: ἀνάξιον γὰρ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς συντετριμμένης ἐκείνου καρδίας ἡγοῦμαι, τὸ δουλείᾳ ὑποβαλεῖν τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ: καὶ ἐξ ἐκείνου οὕτως, καὶ τοὺς ἑξῆς αὐτὴν διαδέχεσθαι: τῶν δὲ Ἀρχιερέων ψηφισάντων, κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδείας, οὐ γὰρ παρῆν ἐν τοῖς προγεγονόσι, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσὴφ, καὶ εἰς Πατριάρχην προβάλλεται: ὃς καὶ εἰς τὸ Πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς καθ' αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τὴν κατὰ τὴν θ. νέμεσιν, τὴν θείαν τε ἐτέλεσε μυσταγωγίαν, καὶ τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐπανελθὼν, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὡς δεδήλωται διαθέμενος, καὶ τὸν εἰρημένον Μητροπολίτην εἰς τὴν Μολδοβλαχίαν ἀπελθεῖν κατασκευάσας, μετὰ καὶ Πατριαρχικῶν γραμμάτων, τὰ τῆς βασιλείας διεξῆγε βασιλικῶς.

ratorem ſibi ſummam ſemper poteſtatem vendicaſſe, convocandi ſynodos, ac ſtabiliendi cuncta prout ſibi viſum: Nihil à vobis peccatum eſt, aut innovatum Eccleſiæ ritibus, ſi ſub Imperatorio Diplomate conveniſtis, acturi de propoſitis: Nec debent ulla prava ratiocinia, in mentibus veſtris ſuboriri, quæ vos impediant de eiſdem decernere, prout ille exſpectat & vos decet: Propoſitis igitur in medium quæſtionibus, ac multiplici ſermone, variantibus ultrò, citroque ſuffragiis, dum Magnates Imperatoris partes ſtrenuè propugnabant, & Præſules aliquot, quibus carior Eccleſiæ libertas, in contrarium niterentur, tamen omnes tandem in hoc unanimiter deſcenderunt, quæſita quæ tum ventilabantur, ut privilegia inviolanda, æternùm decernere: Quæ palam nuntiata, Magno Chartophylaci Imperator dedit in mandatis, ut in Acta inſerantur publica, & à Præſulibus quotquot Concilio interfuere ſubſcribantur, in perpetuam memoriam reſervanda: Quibus peractis Imperator edictum publicavit de Novo Patriarchâ eligendo.

SECT. II. CAP. IV.

Ego autem, quod me attinet, hujus Auguſtiſſimi Imperatoris dotes eximias ſemper ſum admiratus, & longe imparem me fateor ejus laudibus enarrandis: Illud tamen unicum ab omni laude remotiſſimum tantum non horreo fari, ut rem indignā tot virtutibus, tantâ rerum gerundarum peritiâ, pectore tam ſagaci & ſubacto: Eccleſiam Chriſti fœdæ ſervituti mancipavit: Sic ut ipſe, & omnes ab eo poſteri, in temporum decurſu, ejuſdem Eccleſiæ Majeſtatem & gratiam perenniter delibaverint: Ad electionem verò Patriarchæ cum Præſules inter ſe ſuffragati, ut mos eſt, tria nomina Imperatori propoſuiſſent, præſente etiam Medienſi, qui anteactis in Synodo non interfuit, Imperator Epheſi Præſulem Dominum Joſephum eligit, ac Patriarcham renuntiat: Qui confeſtim deductus in palatium Patriarchale, ipſo die feſto Conſtantini Magni, Indictione nonâ, divini cultus Officium celebravit, & in Magnâ Eccleſiâ collocatus eſt in throno inaugurandis Patriarchis deſtinato: Ita Imperator nuper Peloponneſo reverſus, cum hæc in Eccleſia ut diximus diſpoſuiſſet, & Metropolitam prædictum Moldoblachiam remiſiſſet, ſcriptis novi Patriarchæ communitum, in cæteris regni negotiis tam Eccleſiaſticis quàm Civilibus Imperatorio munere Auguſtè perfungi viſus eſt.

τμήμ. β. Κεφ. ε.

Ὁ δὲ δηλωθεὶς Εὐδαίμων-Ἰωάννης εἰς τὴν Ῥώμην ἀπελθὼν, καὶ ἐπὶ τῇ ἑνώσει, καὶ ὁμονοίᾳ τῆς δυτικῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῇ πρὸς ἕνα πάπαν ὑποταγῇ πάντων τῶν Λατινικῶν γενῶν, καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ εἰκὸς συνεργήσας τε καὶ ἀγωνισάμενος, καὶ ἐπὶ τῇ ἐκλογῇ καὶ ἀναγορεύσει τοῦ πάπα παρὼν Μαρτίνου, εὐμενείας γε καὶ ἀναδοχῆς ἀξιωθεὶς παρ' αὐτοῦ: ἐπιτήδειον καιρὸν εὑράμενος τὸν τῆς ἀναγορεύσεως, τὰ περὶ τῆς ἑνώσεως τῆς τε δυτικῆς ἐκκλησίας ἐξαγγέλλει, καὶ τῆς ἀνατολικῆς τε καὶ ἡμετέρας: καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν ἐπιθυμίαν τοῦ βασιλέως ὑποδεικνύει, καὶ πλατύνεται ἐπ' αὐτοῖς, εὑρὼν σύνεργον πρὸς τοῦτο, καὶ τὸν τῶν Λατίνων Ῥόδου Ἀνδρέαν, παρέτυχε γὰρ τότε καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀναγορεύσει, καὶ λόγον πλάτυν ἐξέτεινε πρὸς τὸν Πάπαν περὶ τῆς ἑνώσεως: ὃς ἡμεδαπὸς ὤν, καὶ τῆς ἐνταῦθα παιδείας τε καὶ σοφίας ἑλληνικῆς ἀπολελαυκὼς, παροιστρήσας ἀπῆλθεν εἰς Λατίνους, καὶ σύμφρων ἐκείνοις γεγονὼς, καὶ ἐπισκόπου τιμηθεὶς ἀξιώματι, σπουδὴν ἐποιεῖτο ἀεὶ, καὶ ἑτέρους ἐντεῦθεν ἑλκύσαι, πρὸς τὴν δόξαν, ἣν αὐτὸς ἠρετίσατο: τόδε καὶ πάντας νομίσαι ἀκολούθους εὑρεῖν, εἰς μεγίστην ἑαυτοῦ εὐδαιμονίαν ἀνέκρινε.

Sect. II. Cap. V.

Ille vero de quo præfati ſumus Eudæmon-Joannes Romam proficiſcens, de Unione ac Concordiâ, cum Occidentali Eccleſiâ, & de ſubjectione Univerſæ gentis Latinæ, ſub unius Papæ dominatu fideliter tractavit: Negotiumque magnâ alacritate, & animi contentione promovit, ipſe à ſuo genio in id propenſus, ut æquum eſt conjicere, & occaſionem nactus Legationi ſuæ peropportunam, Novi Papæ Encænia, cum Martinus à Concilio electus renuntiaretur: Unde à Papâ, in ipſo naſcentis Dominii flore perbenignè & ſplendidè receptus, quæ ad Pacem, Concordiamque Occidentalis Eccleſiæ conciliandam cum noſtrâ Orientali viderentur commoda, liberrimè explicuit: Et Imperatoris ſtudium omne, & propenſitatem verbis quamplurimis fuſiſſimè promiſit: Quin & collegam ſibi ac ſocium aſcivit, ad res facilitandas ex Latinorum nunc numero Epiſcopum Rhodi Andræam, quem illic compererat: Nam & is etiam forte fortuna ſolenni Papæ inaugurationi interfuit: Andræas confeſtim luculentâ & prolixâ Oratione Papam ad Unionem hanc inter Eccleſias procudendam animavit: qui cum noſter eſſet origine, noſtrâque eruditione ac literaturâ imbutus, neſcio quo fatali œſtro zeli ac animoſitatis percitus, à nobis ad Latinos transfugit: Eorumque relligionem ac mores amplexus, & ad Epiſcopale pedum, infulaſque ab illis provectus, omnem in poſterum operam ac induſtriam conferebat, ut alios poſſet ad eandem opinionem pertrahere, quam ipſe in intimis hauſerat: Immo & hanc ſibi ſolum fœlicitatem reputabat fore, ſi omnes mortales ſui ſequaces aut deprehenderet aut faceret.

τμήμ. β. Κεφ. ς.

Διὸ καὶ τότε πολλὴν ὁμιλίαν περὶ τούτου πεποιηκὼς συνηγόρησε καὶ τῷ Εὐδαίμονι-Ἰωάννῃ: ὁ δὲ πάπας καὶ ἔτι ἀσμένως δέχεται ἐπὶ τούτοις, τὸν Εὐδαίμονα-Ἰωάννην, καὶ τὰ περὶ τῆς ἑνώσεως ἀποδέχεται, καὶ τὴν ὅλην αὐτοῦ πρεσβείαν ἀκούει, καὶ ταύτην ἐκπληροῖ: Νύμφας τε γὰρ ἐνέδωκεν ἐνταῦθα ἐλθεῖν, ἅσπερ ὁ Εὐδαίμων-Ἰωάννης ἐπραγματεύσατο: ὧν ἡ μὲν τῷ φιλοχρίστῳ ἡμῶν αὐθέντῃ καὶ βασιλεῖ κυρίῳ Ἰωάννῃ ἔτυχε νυμφευθεῖσα, ἥτις γε ἦν ἡ ὑψηλοτάτη Αὐγοῦστα Σοφία, ἡ δὲ τῷ Πορφυρογεννήτῳ δεσπότῃ Θεοδώρῳ: ὑπέρ τε τῆς Ἑξαμιλίου φυλακῆς μεγίστην πρόνοιαν ὁ μακαριώτατος ἐποιήσατο, ἥτις γε τοσοῦτον αὐτὸ ὤνησεν, ὅσον καὶ ὄνου σκιά: χρήμ-

Sect. II. Cap. VI.

Quare permultis ſæpe ſecretis admiſſionibus ad Papam, & ſermonibus ubique de hac re in vulgum jactatis plurimum adjuvit Eudæmonem Andræas. Sed & ipſe ob hæc Papa Eudæmonem blando ſemper vultu aſpexit, & quicquid de Unione promeret, vacivis auribus imbibit, præſtititque; & ſingula ejus poſtulata, totamque Legationem perlibenter audiit & adimplevit: Nam Nobiliſſimæ Virgines, quas tum Eudæmon & Legatus Principum & proxeneta, conciliabat in Italiâ, ut comitarentur, Papa fecit, & tanquam in manum Eudæmoni tradidit: quarum hæc noſtro Domino, Chriſtiani nominis amantiſſimo, Joanni Imperatori, nupſit, eximia, & ſuprema omnium fœminarum Auguſta Sophia, altera Theodoro Porphyrogenito, Imperatoris fratri, ac Peloponneſi Deſpotæ: Sed & Hexamilii, faucibus in Peloponneſo tutandis, maxi-

γράμμα γὰρ ἐκθέμενος ἔστειλε συγχωρεῖν ἁμαρτήματα, τῶν προαιρουμένων παραγίνεσθαι εἰς τὸ Ἑξαμίλιον καὶ φυλάσσειν αὐτό. πρὸς οὓς δὲ ἡ συγχώρησις ἦν παρ' οὐδὲν αὐτὴν θέμενοι, βέλτιον ἡγήσαντο οἴκοι μένοντες ῥέγχειν, καὶ ταῖς συνήθεσι συζῆν ἁμαρτίαις, ἢ συγχωρούμενοι φυλάσσειν τὸ Ἑξαμίλιον. Ὅθεν αὐτοὶ μὲν ἔρρεγχον οἴκοι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἄγαρ τὸ τεῖχος συγχόντες καὶ καταστρέψαντες, μυσῶν λείαν τὰ Ῥωμαϊκά τε, καὶ τὰ ἐκεῖσε Λατινικὰ ἐποιήσαντο. πλὴν εἰδὲ καὶ τὸ τεῖχος ἔκτοτε δὶς καὶ τρὶς ἐχαλάσθη, ἀλλ' ὅμως τὸ ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας φυλακτήριον τούτου, ἔτι καὶ νῦν ἵσταται ἐνθάδε φυλασσόμενον ἐν τοῖς βασιλείοις.

maximam impendit curam Pater beatissimus: quæ tamen securitati loci non magis profuit quam umbra Asini; ut est in Proverbio: Edictum enim publicavit quod scelerum expiationem pollicebatur, quotquot Peloponnesi angustias adirent cum armis, & Hexamilium à Barbarorum incursionibus defenderent: At illi quos hæc Indulgentia Papalis spectabat, cum istam criminum nundinationem semper suspectam haberent, domibus suis altum dormire maluerunt, & solitis vitiis assuescere, quam illas condonationes peccatorum, tot periculis ac vitæ discrimine emercari: Ita dum singuli in utramque aurem stertunt, & nulli adventant in præsidium Insulæ, Saraceni murum conscendunt & evertunt: Et quicquid illic vel Græci roboris, vel Latini inveniunt, agunt Mysorum prædam, ut vulgo dicitur, universum diripiunt; quamvis etiam posteà infælix illud Muri propugnaculum, bis terve, variis oppugnationibus in majora rudera pessundatum fuit. Utcumque celebre illud Romanæ Ecclesiæ diploma Indulgentiæ, quod tam male Hexamilium conservavit, nos in Archivis reposuimus, ubi nunc cernitur, in omnia secula conservandum.

τμήμ. β. Κεφ. ζ.

Τότε τοίνυν πρώτως καὶ γράμματα πέμπει ὁ πάπας, δύο μὲν πρὸς ἄμφω τοὺς βασιλεῖς, ἕτερον δὲ πρὸς τὸν πατριάρχην, τὸ καλὸν μηνύοντα τῆς ἑνώσεως, καὶ πρὸς αὐτὴν θέλγοντα καὶ διεγείροντα τούτους: ἅπινα διακομίσας ὁ Εὐδαιμονο-Ἰωάννης καὶ τὰς τῆς πρεσβείας αὐτοῦ ἀποκαταστάσεις ἐξαγγείλας τοῖς βασιλεῦσι, πολλοὺς καὶ περὶ τῆς ἑνώσεως λόγους ἀνέφερεν αὐτοῖς ὡς ἀπὸ τοῦ πάπα. καὶ μεγάλην ἐπιθυμίαν ἔλεγεν ἔχειν τὸν Πάπαν καὶ τοὺς περὶ αὐτῶν πρὸς τὴν ἕνωσιν: τὰ αὐτὰ δὲ ἀνήνεγκε καὶ πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ πρὸς πάντας σχεδὸν ἔλεγε, τοὺς αὐτῷ πλησιάζοντας. καὶ παρεκίνει τὰ πρὸς τὴν ἕνωσιν πραγματεύεσθαι. ἐπεὶ γοῦν χρόνοι παρῆλθον ἐγγὺς τριάκοντα, ἐν οἷς οὔτε γράμμα, οὔτε πρέσβις ἀπὸ τοῦ Πάπα εἰς πατριάρχην ἐστάλη, ἀλλ' οὐδ' ἐντεῦθεν ἐκεῖσε: ἀπὸ γὰρ τῶν ἡμερῶν τοῦ πάπα Οὐρβανοῦ, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κύρου Νείλου, οὐδεὶς ἦλθεν ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐδ' ἐντεῦθεν τὸ περὶ ἑνώσεως ἐκινήθη: εἰ γὰρ καὶ περὶ τὰ τέλη τῆς πατριαρχείας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κύρου Ματθαίου, ἐλθὼν ἐκεῖθεν κῦρος Μανουὴλ ὁ Χρυσολωρᾶς διεκόμισεν αὐτῷ γράμμα, καὶ λόγους τινὰς ἀπὸ τοῦ τότε πάπα, πρὸς οὓς καὶ ὁ πα-

Sect. II. Cap. VII.

Tunc vero primum literas ad nos misit Papa, duas ad utrumque Regem, tertiam ad Patriarcham, ac variis blandimentis eorum animos ad gloriam unionis erexit: quas dum tradidit Eudæmon-Joannes, & legationis obitæ successum omnem Regibus aperuit, multa etiam de Unione explicuit quasi Papæ verbis & nomine: quem subinde ajebat ingenti desiderio hujus negotii inflammari, & qui ab ejus nutu pendebant singulos: Eadem & Patriarchæ insinuavit, ac omnes ferme homines, quotquot ejus alloquium aut contubernium expetebant, nunquam destitit monere, ut quibus valeant viribus ac solertiâ, id unum perficere ac promovere contendant: Triginta jam anni præterierant plus minus, in quibus nec mutuum literarum commercium, nec legationem mandatam accepimus à Pontifice Romano ad Patriarcham: sed neque hinc ad illos quidpiam publice transmissum: A diebus siquidem Urbani Papæ, & sanctissimi Nili Patriarchæ, nemo illinc ad nos commigravit, nemo hic inter nos Unionis camarinam commovit: cuncta silentio obruta mutuere. Quamvis enim ad postrema Patriarchæ Matthæi tempora, Michael Chrysoloras ab Italiâ reversus eidem Patriarchæ, literas cum aliquibus mandatis, ab illo, qui tum sedebat Papâ, detulit: quibus responsum adornavit Patriarcha scriptis, quæ unà cum literis Papæ in sacro Ecclesiæ Codice inserta extant; unde petant qui cupiunt consulere: tamen, cum pauci intellige-

πατριάρχης ἀπελογήσατο, καὶ τῷ πάπᾳ ἔγραψεν, ἅτινα γράμματα, καὶ αἱ ἀπολογίαι κεῖνται καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἐκκλησίας Κώδικι, καὶ οἱ ζητήσοντες ἔχουσιν ἐκεῖθεν ταῦτα εἰδέναι: Ἀλλ᾽ οὖν ἐπεὶ οἱ πολλοὶ οὐκ ἔγνων τὰ τοῦ Χρυσολωρᾶ, οὐ γὰρ ἐπλατύνθησαν ταῦτα: οὐδ᾽ ἐγίνωσκον ὅπως ἔγραφον οἱ πάπαι τοῖς πατριάρχαις. ἐν τοῖς μεγίστοις ἐτίθεντο, ὅτι νῦν τὸν τῆς νέας Ῥώμης ἀρχιεπίσκοπον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ὀνομάζει ὁ πάπας. καὶ ἀδελφὸν καλεῖ τοῦτον, κἀντεῦθεν ἐτεκμαίροντο ἐφίεσθαι τὸν πάπαν τῆς ἑνώσεως: καίτοιγε οὐ Κωνσταντινουπόλεως, ἀλλὰ πατριάρχην τῶν Κωνσταντινουπολίτων αὐτὸν ἔγραψεν, ὥσπερ τοίνυν καὶ μέχρι τοῦ νῦν γράφει.

τμήμ. β. Κεφ. η.

Ἀντιγράφουσι τοίνυν ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ εὐχαριστοῦσι τῷ πάπᾳ, ὑπὲρ ἧς ἔδειξεν ἔχειν περὶ τὴν ἕνωσιν προθυμίαν: εἶτα παραδηλοῦσιν ὅπως οὐκ ἐνὶ δυνατὸν ἄλλως ταύτην γενέσθαι, εἰ μὴ σύνοδος γένηται οἰκουμενική, καὶ ἐξετάσῃ καλῶς τὰ τῆς διαφορᾶς, ἐλευθέρως, ἀβιάστως καὶ ἀφιλονείκως, καὶ εἴ τι ἂν ἀποδειχθῇ διὰ μαρτυριῶν καὶ παραστάσεων τῶν ἁγίων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, καὶ ὁμοφωνήσωσι πρὸς τοῦτο πάντες οἱ ἐν τῇ συνόδῳ, καθαρῶς καὶ μετὰ πάσης ἐλευθερίας, στερχθῇ παρὰ πάντων ἀνενδοιάστως, καὶ οὕτως ἡ ἕνωσις ἐπακολουθήσει: Τὴν δὲ σύνοδον ἔγραφον, ὡς οὐ δεῖ ἀλλαχοῦ γενέσθαι, εἰ μὴ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, διὰ πολλὰς καὶ ἀξιολόγους αἰτίας, αἳ εἰς πλάτος ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασι περιέχονται, ἐν τῷ ἱερῷ κώδικι σωζομένοις: καὶ ὅτι ὁ βασιλεὺς δεῖ συνάξαι τὴν σύνοδον, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος αὐτοῦ καὶ προνόμιον: ἕτερος δὲ οὐδείς: στέλλονται γοῦν τὰ τοιαῦτα γράμματα πρὸς τὸν πάπαν μετὰ τοῦ Βλαδυντέρου, τοῦ γεγονότος ὕστερον μοναχοῦ, καὶ Ἰωσὴφ μετωνομασθέντος, ὃς ἦν ἐκ τῆς Πελοποννήσου, τὴν Λατινικὴν πεπαιδευμένος διάλεκτον, καὶ ἀκόλουθος εἰς Ῥώμην ἐγεγόνει τῷ Εὐδαιμονο-Ἰωάννῃ: ἃ καὶ δεξάμενος ὁ πάπας, ἔστειλε πάλιν ἕτερα τῆς προτέρας ἐχόμενα διανοίας: καὶ πάλιν ἕτερα ἐντεῦθεν ἐγράφησαν, καὶ ἐστάλησαν πρὸς ἐκεῖνον.

rent, quid arcani aut literarum Chryſoloras apportaſſet, nec ejus negotiatio publicam lucem pervagaretur, plurimi hærebant ignari, & omnino neſciebant, quibus compellandi formis, Papa in ſcriptis ad Patriarcham uteretur: At nunc pro magnifico duxerunt, quod in Eudæmonis Epiſtolis, Novæ Romæ Archiepiſcopum, Patriarcham Conſtantinopolitanum diſertis verbis Papa nuncupet, & in ſimili ſecum ſphærâ dignitatis atque eminentiæ, Fratrem: Et inde conjiciebant Papam vehementi concitatione flagrare pacis inter Eccleſias reſarciendæ: quanquam inerat ambiguum, & terminus deminuens, ſi quis Papæ verba penſiculatius ad trutinam revocaret: nam non Patriarcham Conſtantinopolitanum ſed Conſtantinopolitanorum ſcripſit, *civium, non civitatis, quaſi ad ſucceſſorem Petri jus & cura loci pertineret, ad Patriarcham tantum regimen popularium.*

SECT. II. CAP. VIII.

At Rex uterque, ſimul & Patriarcha reſcribunt Papæ, & gratias agunt de ſingulari propenſione, & animi affectu, quem ad pacem inter Eccleſias Chriſtianas inſtaurandam tam prolixe patefecerat: verum ſubinde admonent, non aliter poſſe ſua vota optatum exitum invenire, niſi Synodus Oecumenica congregetur, quæ libere ſine violentia, candide ſine ambitioſâ rixandi libidine, ſingulos utrinque articulos, & puncta & momenta perpendat, ſingula diſcrimina controverſa examinet: Et ſi qua conſtiterint, antiquorum patrum, aut Sanctorum in Eccleſiâ doctorum teſtimoniis in medium prolatis luculenter comprobata, & in quæ universâ voce cuncti qui in Synodo aſſident manifeſtè conſenſerint, ea ut ab omnibus ſancita audacter ac animoſe, ſine tergiverſatione, mora aut metu ſtabiliantur: Hanc methodum duntaxat, hæc conſilia Eccleſiarum reconciliatio comitabitur: Porro Synodum illam non alibi gentium, quam Conſtantinopoli convenire oportere, quamplurimis iiſdemque evidentiſſimis rationibus commonſtrarunt, quæ in illis Epiſtolis fusè continentur in ſacro Codice adhuc reſervatis. Et quod ſolus Imperator Romanorum, & præter eum nemo inter mortales autoritatem habeat convocandi Synodum, ex veteri ritu, conſuetudine, ac privilegio Majeſtati Imperatoriæ adnato: Hæc ſcripta obſignataque remittuntur ad Martinum per Bladynterum quendam poſteà factum Monachum mutato nomine Joſeph: qui cum ex Peloponneſo oriretur, doctus Latinum ſermonem uſurpare, miſſus eſt Romam, anteà Eudæmonis in ſuperiori legatione comes: A quo cum Papa in manum ſcripta recepiſſet, alia ad nos confeſtim compingenda curavit ejuſdem ſtyli & commatis; & nos ad illum per aliquot vices diligenter miſimus reciproca.

τμήμ. β. Κεφ. θ.

Ὁ δὲ καὶ αὖθις ἔγραψε στέρξας, καὶ ἐνταῦθα γενέσθαι τὴν σύνοδον, καὶ λεγάτον στεῖλαι εἰς αὐτήν, καὶ τότε πάλιν ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης τῷ πάπα περὶ τῶν αὐτῶν· περιείχετο δὲ καὶ ἐν τοῖς προτέροις καὶ ἐν τοῖς δὲ τοῖς γράμμασι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο, ὅτι εἰ καὶ τοῦ βασιλέως ἴδιον ἐστὶ τὸ συνάξαι τὴν σύνοδον, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πολλαχόθεν ἠλαττώθησαν τὰ τῆς βασιλείας εἰσοδήματα, ἥδε Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία, καὶ οἱ Λατῖνοι κατέχουσι νήσους βασιλικάς, χρὴ γενέσθαι τὴν σύνοδον, ἤγουν, ἵνα ἡ μεταξὺ τῶν ἐκκλησιῶν διαφορὰ ἐξετασθῇ μετὰ πάσης ἐλευθερίας, καθαρῶς, ἀφιλονείκως καὶ ἀβιάστως, καὶ γένηται ὅπερ ἂν ὁ θεὸς χορηγήσῃ· ἐν τούτοις γοῦν διελύθη ὁ σύλλογος.

SECT. II. CAP. IX.

Postremo ad nos ſcripſit idem Papa acquieſcere ſe penitus, ut in noſtris regionibus Concilium celebretur, & eò ſe velle Legatum deſtinare, cum autoritate & mandatis; ad quæ ſingula Rex & Patriarcha reſponſum redantruarunt: In ultimis verò noſtris, ſicut in aliquibus etiam antecedaneis literis inter cætera momenti gravioris, & illud peculiare inerat comprehenſum: quod etiamſi ſolus ſibi vindicet omne jus Imperator præſtandi Synodos in æternum: tamen cum undiquaque in circuitu per omnes Imperii fines, proventus Imperatorii aſſiduis Barbarorum deprædationibus in anguſtius quotidie accisi redigantur: Et quamplurimas Latini vi detineant Græcæ ditionis Inſulas: Si fieri oporteat Concilium, in quo utriuſque Eccleſiæ dogmata ac differentiæ ſyncerè ac prudenter, adhibitâ omni libertate ac candore, remoto omni tumultu ac præjudicio diſcutiantur, fiat ubicumque terrarum noſtrarum, Deo Opt. Max. viſum fuerit, nobis pro tantâ multitudine, & hominum conventu ſuſtentando, idoneos ſumptus ſubminiſtrare. Et in his colloquium diſſolverunt.

τμήμ. β. Κεφ. ι.

Εἶτα μεθ᾽ ἡμέρας τινὰς ἦλθεν ὁ Ἀντώνιος εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ὡμίλησεν αὐτῷ κελλικῶς καὶ πρᾳέως· καὶ εἶπεν ὅπως ἦλθεν, ἵνα σκέψωνται κοινῶς, καὶ ταχθῇ ὁ καιρὸς καθ᾽ ὃν ἂν ἔσται ἀρκετὸν εὑρεθῆναι τοὺς ἐλευσομένους ἐν τῇ συνόδῳ συνηγμένους ἐνταῦθα, καὶ ἀποκαταστήσῃ συνάγεσθαι τούτους, ὡς ἔχων ἐκεῖθεν ἔνδοσιν καὶ δύναμιν, τὴν ἀνήκουσαν πρὸς αὐτό· αὐτὸς δὲ ἀπέλθῃ καὶ ἐξοικονομήσῃ τὸν λεγάτον εὑρεθῆναι ἐνταῦθα εἰς τὸν ταχθησόμενον καιρόν. ἦλθεν οὖν δὶς καὶ τρὶς εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ὡμίλει φιλικῶς μετ᾽ αὐτοῦ. καὶ ἀπήτησεν ἀπολογίαν εἰς τὸ περὶ τῆς συνόδου. Ἐσκέψατο οὖν ὁ πατριάρχης μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπον αὐτῷ· ὅτι κατὰ τὸ παρὸν οὐ δυνάμεθα στῆσαι τὸν τῆς συνόδου καιρόν· ὁρᾷς γὰρ ὅπως ἐχόμεθα μάχην μετὰ τοῦ Ἀμηρᾶ, καὶ ἐσμὲν ἀποκεκλεισμένοι· ὅτε γὰρ ἦλθεν ὁ Ἀντώνιος, ἔτι παρέκειτο τῇ πόλει ὁ Ἀμηρᾶς· ἐχόμεθα οὖν ἀνάγκην, εἶπον, ἀσχολεῖσθαι εἰς τὰ περὶ τῆς μάχης· ἄλλως τε καὶ ὅσους μέλλομεν συνάξειν ἀρχιερεῖς τε καὶ ἡμετέρους, οἱ μὲν εἰσὶν ἐκ τῆς Ἀνατολῆς, οἱ δὲ ἐκ τῆς Δύσεως· μάχης οὖν οὔσης, οὔτε διαμηνυθῆναι, οὔτε ἐλθεῖν αὐτοὺς ἔνι δυνατόν· διὰ τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν ἄπελθε αὐτός, ἐπειδὴ

SECT. II. CAP. X.

Poſteà interjectis aliquot dieculis acceſſit ad Patriarcham Antonius, & privatim collocuti ſunt in cellâ perhumaniter & amice: Dixit Antonius ſe veniſſe, ut in communi deliberent, de die indicendo, quo par eſſet, venturos ad Synodum Generalem, huc prius in civitatem convenire: Et ut ipſe qui à Roma poteſtatem ad id accepiſſet, una cum Patriarchâ rem totam componat, penes quem ſciebat jus & arbitrium conſtare, & cujus ad auſpicium invitati præſules debent confluere: Se cum Legato ſic tractaturum ſpopondit, ne is ad diem præſtitutum abſentivus comperiatur: Ita repetitis bis terve compellationibus advenit ad Patriarcham, & blandâ ſemper ſermocinatione confabulati ſunt, & quotidie reſponſum à Patriarcha de Synodo efflagitavit: Unde conſilium cum Rege communicante Patriarchâ, Antonio ſubinnuerunt: præſentem rerum ſtatum, & conditionem lubricam haud permittere certum Synodalibus comitiis diem aſſignari: Vides enim, inquiunt, ut ſævis Amurathæ armis quaſſati, ad perpetua prælia laceſſimur, & in ipſis quaſi portis obſidione circumcingimur: (nam cum veniret Antonius, Amurathes infeſtis copiis Civitati imminebat.) Oportet ad bella propulſanda omnem diligentiam adhibere: Nam ſi vellemus, quod perlubenter cupimus, ad ea reſpicere ut Præſules, noſtrique ordines ſacri ſedibus excitentur ad complendam Synodum: cum alii

ἐπειδὴ καὶ βούλει ἀπελθεῖν· ὅταν δὲ γένηται εἰρήνη ἐνταῦθα, καὶ εἰδῶμεν τὸν καιρὸν ἁρμόδιον πρὸς τὸ γενέσθαι σύνοδον, τότε στέλλομεν ἡμεῖς πρέσβιν, καὶ στηθήσεται καὶ ὁ καιρὸς τῆς συνόδου, καὶ ἐλεύσεται καὶ ὁ Λεγάτος ἐνταῦθα μεθ' ὧν ἂν ἐθέλῃ· Ἔγραψαν οὖν καὶ γράμματα πρός τε τὸν πάπαν, καὶ τὸν λεγάτον πεπλατυσμένα τῆς αὐτῆς δὲ ἐννοίας· ἃ λαβὼν ὁ Ἀντώνιος ἀπῆλθεν.

alii ex Oriente, alii ex Austro sint accersendi, ob incursantium militum turmas, & bella omne iter obstruentia, nec à præcone denuntiationem accipere poterunt, aut ipsi huc ora vertere. Quare nunc redi ad tuos, aut quò tibi visum fuerit, & cum almâ pace restitutâ, vel tantillum respirabit gens nostra, ac desinet bellorum procellis agitari, nanciscemur opportunum tempus condandæ Synodo, & nuntio ad vos misso, diem præfigemus, quando Legatus tuto poterit ac secure ut velit, ut cupiat, quacunque pompâ aut comitatu stipatus, nos invisere: Literas inde scripserunt in hunc verborum sensum, ad Papam ejusque Legatum, amplas admodum & copiosas: quibus acceptis Antonius reditum exorsus est.

τμήμ. β. Κεφ. ια.

Ὁ δὲ βασιλεὺς περιπέπτωκε νοσήματι ἡμιπληξίας, ἔτι παρόντος ἐνταῦθα τοῦ Ἀντωνίου, καὶ ἔκειτο νοσῶν, ἐπὶ τρεῖς ἔγγιστα ἐνιαυτοὺς, καὶ ἐγένετο ἐγκρατὴς τῆς ἀρχῆς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος. τὰ δὲ πράγματα ἐν στενοχωρίᾳ ἦσαν ὑπὸ τῆς μάχης, καὶ ἀναγκασθεὶς ὁ δεσπότης κῦρος Δημήτριος ἀρξαμένου τοῦ β' ἔτους τῆς μάχης ἀπέδρα ἐν τῷ Γαλατᾷ, μετὰ τοῦ γαμβροῦ τοῦ βασιλέως τοῦ Ἰόρια· Διεμηνύετο οὖν παρά τε τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ ὑποστρέψαι, καὶ οὐκ ἠθέλησεν. ἀλλ' ἐβουλήθη ἀπελθεῖν εἰς τὸν βασιλέα τῶν Ἀλαμανῶν, καὶ ἄκοντες οὖν ἐνέδωκαν, καὶ ᾠκονόμησαν αὐτὸν, μετὰ κύρου Ματθαίου τοῦ Ἀσάνη καὶ τοῦ Ἰόρια καὶ τινῶν ἑτέρων ἀρχόντων, καὶ ἀπῆλθε διὰ τοῦ Ἀσπροκάστρου εἰς Οὐγγρίαν κατὰ τὸν Σεπτέμβριον, νεμήσεως β'.

Sect. II. Cap. XI.

Rex interea in gravem paralysin incidit, seu dimidii corporis resolutionem, dum adhuc in his oris hæreret Antonius, & per totum triennium ante mortem hoc morbo vehementer afflictus decubuit: moderante curas Imperii per id tempus ejus primogenito nostro nunc domino Joanne Palæologo: quando res in maximas angustias prolapsæ, excidium ultimum minitabantur, ingruentibus assiduè bellorum tempestatibus: Ita ut anno secundo illius bellici turbinis, qui Constantinopolitanum Imperium durante morbo Manuelis tantopere convulsit, Dominus Demetrius Despota, Imperatoris filius, è Peræâ regione urbis munitissimâ, una cum Genuensi Auriâ, Regis Manuelis genero, se proripuerit trepidantem & consternatum. Cujus animum conceptis pavoribus saucium ac ægrum, licet uterque parens missis nuntiis lenirent, & crebris monitis revertere ad suos hortarentur: tamen obtemperare recusavit, sed in Germaniam, ad Imperatorem Sigismundum viam carpere instituit: Quod cum avertere nequirent Imperator & Regina, succumbunt inviti: Sed ita propositum iter dispensant, consilio ac ope Matthæi Asanis, Auriæ & aliorum Principum, ut mense Septembri Indictionis secundæ per Albam Juliam in Hungariam tutò penetraverit.

τμήμ. β. Κεφ. ιβ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς κῦρος Ἰωάννης ὁρῶν τὸ ἀδιόρθωτον τῆς μάχης, καὶ δυσχεραίνων, δεῖν ἔγνω καὶ αὐτὸς ἀπελθεῖν εἰς τὸν προειρημένον βασιλέα τῶν Ἀλαμανῶν, ὅπως παρακινήσῃ τοῦτον, καὶ ποιήσῃ βοήθειαν τινὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως· οἰκονομηθεὶς οὖν ἐξῆλθε κατ' αὐτὸν, τὸν κατὰ δύναμιν κόπον ὑποστῆναι, ἄλλως θ' ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία μήτηρ ἐστὶ, ἡ δὲ Ἀνατολικὴ θυγάτηρ. καὶ ὀφείλει ἡ θυγάτηρ παραγενέσθαι

Sect. II. Cap. XII.

Quin & ipse Joannes Imperator, simul ac vidit ineluctabilem Martis aleam, & adversa omnia, præsentium molestiarum pertæsus, & futura discrimina mæstis oculis circumspiciens, hoc unum sibi incumbere judicavit, ut idem iter emetiatur: si quâ spe posset aut prece Germani Imperatoris animum ad caritatem accendere, aut civitati immaniter periclitanti subsidium impetrare. Itaque negotiis ut potuit rite dispositis, & convasatis impedimentis ac commeatu relicta urbe viam ingreditur. Ipse vero quantum possit oneris ac fastidii lacertis ferat: aliter cum

νέαθαι πρὸς τὴν μητέρα· ἐπεὶ γοῦν τὰ αὐτὰ ἔλεγον καὶ οἱ ἀποταχθέντες Καρδηνάλιοι συμπρᾶξαι μετὰ τῶν ἡμετέρων τὰ περὶ τῆς συνόδου, καὶ ἐδόκουν μετὰ ἀγαθοῦ σκοποῦ βουλόμενοι τὴν ἕνωσιν πραγματεύσασθαι εἰ χορηγήσει αὐτὴν ὁ θεός· ἔλεγον γὰρ ὅτι ἡμεῖς οὐκ εἰς τὴν τῶν πολλῶν κρίσιν τὸ ζήτημα καταλείψομεν, ἀλλ' ἐκλεξόμεθα καλοὺς καὶ ἐναρέτους τρεῖς ἐκ τῶν ἡμετέρων· ὡσαύτως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐκλέξεσθε τρεῖς, καὶ δεηθήσονται πρότερον τοῦ θεοῦ προσευξάμενοι μετὰ καθαρᾶς καὶ συντετριμμένης καρδίας. καὶ καθίσουσιν ἰδίᾳ τὴν ἐκ θεοῦ ζητοῦντες ἐπίσκεψιν. καὶ ὅπερ ἂν ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς ὁ θεός, στερχθήσεται παρὰ πάντων. ὁ γὰρ εἰπών, ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν. καὶ ὁ δοὺς τῇ ὄνῳ ἀνθρωπίνην φωνήν, πάντα δώσει καὶ ἐκείνοις εὑρεῖν, ὅπερ ἀποδέχεται στέργεσθαι παρὰ πάντων. καὶ ἔπειθον στέρξαι τὴν ἐκεῖσε ἐπιδημίαν ἡμῶν, σκεψάμενοι οἱ ἡμέτεροι πρέσβεις εἶπον ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν ἄδειαν ποιῆσαι ὃ νῦν ζητεῖτε. ἤλθομεν γὰρ πρὸς τὸ στῆσαι τὸν καιρὸν καθ' ὃν γενήσεται ἡ σύνοδος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει· ὃ δὲ λέγετε νῦν ἐστὶ νέον ζήτημα, καὶ ἀναγγελοῦμεν τῷ αὐθέντῃ ἡμῶν τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ καὶ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν τῷ παναγιωτάτῳ πατριάρχῃ, καὶ εἰ φανῇ καλὸν ἐκείνοις, γενήσεται· πλὴν τοῦτο λέγομεν, ὅτι μεγάλους ἐξόδους καταναλώσετε, εἴπερ θελήσουσιν ἐπιδημῆσαι ἐνταῦθα· ἐρωτηθέντες δὲ περὶ τῆς ποσότητος τῶν ἐξόδων ἐσκέψαντο καὶ ἐποίησαν κατάστιχον, καὶ εἶπον ὅτι ἔνι χρεία τζαγγρατόρων τριακοσίων, καὶ κατέργων τριῶν διὰ φυλακὴν τῆς πόλεως, καὶ ἑτέρων κατέργων ἓξ ἢ πέντε τὸ ἔλαττον, δι' ὧν ἐλεύσονται ἐνθάδε οἱ ἡμέτεροι, καὶ ἐξόδου δι' ἧς οἰκονομηθήσονται ὁ πατριάρχης, μετὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ κληρικῶν αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ ἕτεροι, ὅσους δεῖ παρεῖναι ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ ποσοῦνται ταῦτα εἰς φλωρία χιλιάδας ΟΕ, ἄνευ μέντοιγε τῆς οἰκονομίας τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀρ-

cum Romana Ecclesia, sit omnium mater & filia tantum illa quæ floret in Oriente, æquum esse, ut filia obsequio & pietate, ad matris genua arrepat: Cum igitur hanc sententiam sic expromerent aliquot Cardinales, à Papa delegati cum nostratibus tractare circa Synodi negotium, visi sunt recta ad unionem tanquam ad scopum collimare, si Deus successum præberet: Nam & coronidis in locum hæc etiam adjecerunt: Nolle se controversias suas multorum capitum suffragiis determinandas permittere, sed tres hinc viros segregabimus, inquiunt, omni virtutis encomio, ac prudentiæ famâ illustres, tanquam cæterorum coryphæos, & vos totidem è vestris numeris eligite, qui divinum numen rite propitiati precibus à puro corde ac conscientiâ illibatâ profectis, soli sedebunt seorsim ab aliis, lumenque à Deo exposcent: Et quicquid Deus eorum mentibus per Revelationem inspiraverit, qui solus præcordia veritatem amantium abundanti gratia perfundit, id unum, omnes in universum consentientibus sensibus amplectentur. Etenim qui promisit: Ubicunque duo tresve in nomine meo congregabuntur, in meditullio eorum consistam; & qui asini os aperuit, ac stupenti bruto humanam eloquentiam impertivit, quid non illis suppeditabit luminis & gratiæ qui convenerunt ut eruant mysteria cultûs sui, quæ tanquam oracula fidei, & veritatis fundamenta, debeant ad posteros per omnia secula commendari: Verum cum legatis suaderent peregre ad illos proficisci, & in Italiam Synodum coactam transferre, nostri prudenter responderunt: illum articulum in mandatis non contineri, nec medium proferri posse aut disceptari: se tantum venisse ut de tempore statuatur, quando opportunum videretur, ad tollenda Ecclesiarum discidia ut Synodus Constantinopoli celebretur: novum esse ac inauditum quod de alio loco nunc ingerant: Sed pio Regi & sanctissimo Patriarchæ significabimus, inquiunt, id à vobis expeti: & si illi vobis gratificabuntur, non abnuemus: quanquam & hoc interea non dissimulabimus, plurimi constabit adventus noster, & multos sumptus impendetis si nos huc peregrinabimur: Et cum nostri denuo interrogarentur, quantos ad id proventus insumi oportere judicarint; cœperunt singula recensere, & in particulas discindere: Ad urbis tutelam trecentis sagittariis opus esse, cum tribus triremibus bene instructis: sex aliis triremibus aut quinque ad minimum, quibus nostri in has oras transfretentur: Ad hæc impensas numerare Patriarchæ, sat amplas, ut rebus domi compositis se ad vecturam paret, cum suis principibus, Præfectis Ecclesiarum, & clericis, cum Archiepiscopis omnibusque aliis, quorum refert Synodo interesse: Hæc si exacto calculo ad summam unam reducerentur, septuaginta quinque millia florenorum conficerent: nulla interim ratione initâ Imperatoris, aut Principum suo-

χόντων αὐτοῦ. ἀναρτῶμεν γὰρ τὸ περὶ τοῦ βασιλέως, εἰς τὴν διάκρισιν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ Πάπα. ἔλεγον δὲ οἱ ἡμέτεροι, ὅτι ἐποιήσαμεν καὶ περισσοτέρας τὰς ἐξόδους, ἵνα γένωνται ὀκνηρότεροι, πρὸς τὸ ἑλκύειν ἡμᾶς ἐκεῖσε.

suorum: quam intactam relinquimus, & suspensam à solo judicio & magnificentiâ Papæ: Ita computum nostrates exhibuerunt liberalius æquo: ut omnem Latinis ambitionem auferrent, nos illuc pertrahendi, cum ab illis tantum æris in præsens, & per aliquot annos forsan, in longum hauriretur.

τμήμ. β. Κεφ. ιγ.

Ὡς οὖν ἤκουσαν ταῦτα οἱ προσδιαλεγόμενοι, καὶ τῷ πάπᾳ ἀνήνεγκαν, διεκόμισαν τοῖς ἡμετέροις ἀπολογίαν, ὅτι ὑμεῖς νομίζετε ὡς ἐνταῦθα ἔχομεν τὰ φλωρία περισσά. πλὴν εἰ καὶ εὑρίσκονται πολλά, ἀλλ' οὖν ἐξοδιάζονται καὶ εἰς πολλὰς ἀναγκαίας δουλείας. εἰ δὲ τὴν χρείαν ταύτην τῆς ἑνώσεως ὁρίζει ὁ πάπας ὅτι εἰ ἐλέγετε χιλιάδας πεντήκοντα ἔμελλεν ὁρίσειν ἐκεῖνος ΟΕ· εἰ δὲ λέγετε ΟΕ ὁρίζει ἐξοδιάσαι χιλιάδας ἑκατὸν, ἵνα μὴ ἐμποδισθῇ τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν ἔργον. περὶ δὲ τοῦ βασιλέως ἔφη ὁ πάπας, ὅτι ἔνι εἰς τὸ θέλημα ἐκείνου, ἐγὼ γὰρ οὐκ ἔχω ἀνάγκην περὶ τοῦ βασιλέως. ἐν τούτοις οἱ ἡμέτεροι τὴν πρεσβείαν τελέσαντες καὶ τῷ πάπᾳ προσελθόντες, τὴν ἐπὶ τῇ ἐξελεύσει ὀφειλομένην προσκύνησιν καὶ πρόσρησιν ἀπονεῖμαι. εἶπεν ὁ πάπας πρὸς αὐτούς, ὅτι ἐπιμελήθητε ὡς χρήσιμοι ἄνθρωποι, καὶ καλοὶ χριστιανοί, διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, διὰ τὰ σπλάγχνα τοῦ Χριστοῦ· ναὶ ἔχητε τὴν εὐχὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ σπουδάσατε καὶ εἰς τὸν γαληνότατον βασιλέα, καὶ εἰς τὸν αἰδεσιμώτατον πατριάρχην, ἵνα διασυντόμως ποιήσωσιν ἐνταῦθα τὴν σύνοδον, εἰμὶ γὰρ γέρων καὶ δειλιῶ τὸν θάνατον. εἰ οὖν ἐπιμεληθῆτε γενέσθαι τὴν σύνοδον ἐπὶ τῶν ἡμερῶν μου, γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις καλῶς, ἐμοῦ δὲ παρελθόντος, οὐ καλῶς γενήσεται.

Sect. II. Cap. XIII.

Quæ cum audissent delegati, & Papæ nuntiassent, hæc in vicem responsi nostris reportarunt: Creditis nos hic superabundare florenis, & tanquam delphinos maris diversis inaurari: verum si multa influunt, à diurnis fontibus proventuum, multa etiam effluunt in usus necessarios: quanquam hoc Unionis negotium tam impense Papa fovet, & studet promovere, ut si vos eidem perficiendo quinquaginta millia florenorum sufficere putassetis, ille septuaginta quinque nominasset: si vos totidem, ille centum: maximam vestrorum omnium spem, & vota avarissima, benignitatis & largitionum magnitudine superasset, quam ut opus tam immensi fructus ac emolumenti nummorum penuriâ præpeditum flaccesceret: Regem vero quod spectat, Papa dicit: Esto penes ipsum quod vult eligendi arbitrium, nec enim quidquam severius in eum statui possit, si maneat, quem ut adveniat, nulla necessitas cogit: Ita nostri peracta legationum mole, ad Papæ limina accedunt, cum debitâ veneratione, & ultimo salutandi officio valedicturi: Quibus Papa: Si viri sitis probi, inquit, & synceri Christiani, per caritatem Dei, per viscera Christi fas sit vos affari: strenuam nobis navate operam, ut in posterum sancti Petri benedictione fruamini.

Inducite quâ potestis suadâ Serenissimum Imperatorem, & multâ reverentiâ dignissimum Patriarcham, ut huc brevi Synodum conscribant: Ego enim provectus senio naturæ legem ultimam quotidie pertimesco: Si curabitis me vivo Synodum hanc celebrari, fiet Ecclesiarum unio laudabilis: sin fato coactus locum alteri cedam, nec ego meorum votorum, nec illi laudum suarum tam insigne elogium reportabunt.

τμήμ. β. Κεφ. ιδ.

Ἐπανῆλθον οὖν οἱ πρέσβεις, καὶ ἀνήνεγκαν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ τῷ πατριάρχῃ· ἦλθεν δὲ καὶ μετ' αὐτῶν πρέσβις ἐκεῖθεν ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας, ὃν ὁ λόγος ἐδήλωσε ὡς συνηγορήσαντα τῷ Εὐδαμονοϊωάννῃ κατ' ἀρχὰς περὶ τῆς ἑνώσεως. καὶ εἶπε τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ οἱ ἡμέτεροι πρέσβεις εἰρήκασι,

Sect. II. Cap. XIV.

His solvunt ab Italiâ nostri, & reduces cuncta exponunt Imperatori ac Patriarchæ: quos unà comitabatur munere Legati à Papâ functus Andræas Rhodi Episcopus, cujus anteà meminimus Eudæmonem-Joannem adjuvantis, cum is primò in causâ Unionis Romæ negotiari inchoaret: Et eandem cum nostris cantilenam cecinit, ac obnixè incubuit eadem principia dare

εἰρήκασι, καὶ ἐσπούδασε τοιαύτην ἀρχὴν ἐγκαταστῆσαι τοῖς συνοδικοῖς πράγμασιν. ἔλεγε γὰρ δύναμιν ἔχειν ἐκεῖθεν πρὸς τὸ τὴν ἀνήκουσαν ἀρχὴν καταβαλεῖν εἰς τὴν ἐκεῖσε συνάθροισιν τῆς συνόδου. Τότε γοῦν εὑρέθη καὶ ὁ Βασιλεὺς προθυμότατος πρὸς τὸ συγκροτῆσαι τὴν σύνοδον εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἐβούλετο εὐθὺς ἄρξασθαι τῆς τοιαύτης συνελεύσεως. ὅπερ μαθὼν καὶ ὁ Ἀνδρέας περιχαρῶς ἐξεδέχετο πρᾶξαι τοῦτο ἀνενδοιάστως καὶ ὁμολογουμένως συστῆσαι γίνεσθαι τὴν πρὸς Ἰταλίαν συνάθροισιν. Εἶτα παραγέγονεν ὁ πατριάρχης εἰς τὸν Βασιλέα ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τῶν Στουδίου εὑρισκόμενον τότε. καὶ βουλευσάμενοι εὑρέθησαν εἰς ἀναβολὴν τὰ περὶ τῆς συνόδου ὑπερτιθέμενοι. καὶ ὁ Βασιλεὺς οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐπέσχεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς προθυμίας ἣν ἔδειξεν ἔχειν περὶ τὴν συνάθροισιν τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ἐλευσομένων, καὶ εἶπε τῷ Ἀνδρέᾳ τινὰ μὴ συνᾴδοντα τοῖς προτέροις αὐτοῦ λόγοις. ὁ δὲ ἀπήτησεν ἀπολογίαν πρὸς τὴν πρεσβείαν ἣν διεκόμισεν ἀπὸ τοῦ Πάπα. Καὶ ὁ Βασιλεὺς οὐκ ἠθέλησε δοῦναι αὐτῷ τὴν ἀπολογίαν, ἀλλ᾽ εἴρηκεν ἀπολογηθῆναι τῷ πάπᾳ διὰ πρέσβεως ἰδίου, ὅπερ δυσχερῶς ἔφερεν ὁ Ἀνδρέας. καὶ ἔλεγε περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ πολίτης, καὶ ὀφειλέτης τῆς πατρίδος ταύτης, καὶ ἀγαπῶ τὸ καλὸν αὐτῆς. Τίνος οὖν χάριν οὐ λέγει μοι ὁ Βασιλεὺς τὸν σκοπὸν, ὃν ἔχει διαμηνῦσαι τῷ πάπᾳ, ἵνα εἰδῶ, καὶ εἰ μὲν ἐγχωρεῖ γενέσθαι, συνεργήσω καὶ αὐτὸς, εἰ δὲ μὴ, τοῦτο ἐμποδίσω, ἵνα μὴ ζημιωθῶσι τὴν τῆς πρεσβείας ἔξοδον. Ἐγὼ γὰρ οἶδα, ἀκριβῶς ἔλεγε, πῶς διάκειται ὁ πάπας εἰς τὰ τοιαῦτα πράγματα, καὶ μέχρι τίνος συγκαταβήσεται, καὶ ποιήσει, ἢ οὐ ποιήσει.

dare ac fundamenta rebus ad Synodum ſpectantibus: Etenim publice profeſſus eſt, ſe ſat amplâ donatum poteſtate, negotium hîc ab umbilico pertractandi, quo Synodales illuc cœtus tranſvehantur: Imperator his primum applauſit animo propenſiſſimo, Synodum generalem in Italiam indicere & jam, jamque voluit hos conventus congregari. Quod tantâ implevit voluptate Andræam, ut ſe in omne latus verſaret, præſtaretque gnaviter, quicquid videretur conducibile ad proſequendos in Italiam conventus: At cum Imperatorem Patriarcha collocutus eſſet venerabili Studitarum in Monaſterio, quò ſe Imperator tum forte recepiſſet, uterque cepit frigeſcere, & quæ ad Synodum attinebant, tanquam ſupervacua procraſtinare: Quin & Imperator neſcio quibus modis in melius temperamentum redire, nec tam alacer eſſe in convocandis patribus, quos ad Synodum generalem deſtinaret: Nonnulla etiam protulit ad Andræam, quæ à prioribus haud parum diſcrepabant: Unde cum ab Imperatore peteret, reſponſum mandatis quæ huc à Papa apportarat: Imperator abnuit, nec Papæ per alium ſatisfacere dixit, quam per Legatum proprium: Quod ægrè tulit Andræas, ſecumque ſic ratiocinatus eſt. Quid me ſuſpectum habeat Imperator, devotum patriæ meæ civem, & natalis ſoli, utinam priſtinam in gloriam reſurgentis, amantiſſimum? Quid non mihi credit quæ Papæ cupit tranſmittere? Ut ſingula momenta perpendens, Græcorum utilitati invigilem: Et ſi conducant fieri quæ poſtulant, ipſe adjuvem: ſin ſecius, ipſe avertam, quo infructuoſæ legationis impenſas non luant: Si quidem nemo in mentem Papæ altius penetravit ac ego, aut novit accuratius expedire, quo affectu in hæc negotia propendeat, ad quæ ſe inflectat, quid velit præſtare, quid non velit.

τμήμ. β. Κεφ. ιε.

Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Βασιλεὺς, ὥρισεν ὅτι οὐκ ἔχω ἐγὼ ἀνάγκην εἰπεῖν τῷ Ἀνδρέᾳ τινὰ βούλομαι μηνῦσαι τῷ Πάπᾳ, ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτὸς ἔχει δίκαιον ἀπαιτεῖν με τοῦτο. ἴδιον μὲν γὰρ ἦν αὐτοῦ τὸ διακομίσαι τὴν πρεσβείαν ὡς ἀνετέθη. Μετὰ δὲ τὸ ἀκοῦσαι με ταύτην, ἐμόν ἐστι τὸ ἀπολογηθῆναι ἢ δι᾽ αὐτοῦ, ἢ δι᾽ ἡμετέρου. καὶ μετὰ τοιούτων λόγων ἐξέπεμψε τὸν Ἀνδρέαν.

Εἶτα

SECT. II. CAP. XV.

Quæ cum Imperatori innotuiſſent, palam dixit, ſe non obligari, ut quæ ipſe mittat ad Papam mutua Andreæ pandat, nec id Andræam ab ipſo poſſe ullo jure exſpectare: Illius eſſe officium Legationibus huc venire inſtructum: quibus cum ſeipſum exoneraverit, Imperatori incumbere, poſtulatis referre quæ vult Imperator, ſive per Papæ Andræam, ſive per proprium Apocriſiarium, ſi magis allubeſcat: Atque his dimiſit Andræam: Cuius poſt diſceſſum,

binos

Εἶτα ἔστειλε πρέσβεις εἰς τὸν πάπαν τὸν τότε μέγαν στρατοπεδάρχην κῦρον Μάρκον τὸν Ἰάγαρην, καὶ τὸν τιμιώτατον ἐν ἱερομονάχοις, καὶ καθηγούμενον τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ παντοκράτορος, κῦρον Μακάριον τὸν μακρόν. Ἀπῆλθον οὖν οὗτοι μετὰ γραμμάτων τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου. καὶ εἶπον περὶ τῆς συνόδου καθὼς ἀνετέθησαν, καὶ πάλιν ἐπανῆλθον διακομίσαντες καὶ ἀπὸ τοῦ πάπα γράμματα. οὔτε γοῦν ἐπὶ τίσιν οἱ πρέσβεις οὗτοι ἐστάλησαν, ἠκούσαμεν κατὰ μέρος, οὔτε τὴν περίληψιν τῶν ἐντεῦθεν σταλέντων γραμμάτων, ἢ τῶν ἐκεῖθεν ἐλθόντων εἰδέναι ἠδυνήθημεν. Διὸ οὐδὲ ἔχομέν τι περὶ τῆς πρεσβείας αὐτῶν γράφειν. εἰ μὴ ὅτι ἐστάλησαν πρὸς τὸ λέγειν, καὶ κατασκευάζειν τὰ περὶ τῆς συνόδου. παρῆλθε καιρὸς ἱκανὸς μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῶν δηλωθέντων πρέσβεων, καὶ ἐκ μὲν τοῦ πάπα οὐδεὶς ἐστάλη ἐνταῦθα, οὔτε μετὰ τῶν ἡμετέρων πρέσβεων, οὐθ' ὕστερον.

binos legavit ad Papam, Dominum Marcum Jagarin, Generalem copiarum omnium ducem, & plurimum venerabilem in sacris Monachis præfectum Monasterii Omnipotenti Deo dicati, D. Macarium Longum: Qui Epistolis ab Imperatore, & Patriarchâ fulti, ut primùm Romam appulerunt de firmandâ inter Ecclesias concordiâ agitare serio cæpere, prout erat imperatum: Et cum Epistolis Papæ ad utrumque denuo reversi sunt: sed quibus capitibus ista constitit legatio, quid literæ istæ comprehenderunt, quas aut misimus aut recepimus, nunquam potuimus hariolari: Quare nihil certi de illâ affirmamus, nisi quod isti duo Legati simul iverint cum mandatis, ut Latinos alloquerentur, & cum illis præstruerent exordia, ad communem Ecclesiarum pacem, & Synodum Generalem: Et quamvis multum jam temporis effluxerit ab eorum reditu, nihil dum auditum à Papa: nec cum illis ad nos quemquam direxit Legatum, nec unquam in posterum.

τμήμ. β. Κεφ. ιϛ.

Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἠβουλήθη καὶ αὖθις στεῖλαι πρέσβεις εἰς τὸν Πάπαν. ἐκλέγεται τοίνυν πάλιν τὸν δηλωθέντα Ἰάγαριν, τὸν τιμιώτατον ἐν ἱερομονάχοις, καὶ καθηγούμενον τῆς σεβασμίας μονῆς τῶν Μαγγάνων κῦρον Μακάριον τὸν κουρουνᾶν, καὶ τὸν ἴδιον γραμματικὸν κῦρον Δημήτριον Ἄγγελον τὸν κλειδᾶν. Τὰ γοῦν πρὸς τὴν τούτων πρεσβείαν σκεπτόμενος καὶ ὑποτυπῶν ὁ Βασιλεὺς παραγίνεται πρὸς τὴν δέσποιναν καὶ μητέρα αὐτοῦ, ἐν τῇ παλατιανῇ. συνάγει τε ἐκεῖ τὸν πατριάρχην, τὸν Ἡρακλείας, τὸν Μονεμβασίας, τὸν μέγαν σακελλάριον, τὸν μέγαν σκευοφύλακα, τὸν τιμιώτατον ἐν μοναχοῖς κῦρον Ἰωσὴφ, τὸν διδάσκαλον τὸν τιμιώτατον ἐν ἱερομονάχοις, καὶ πνευματικὸν πατέρα κῦρον Μακάριον, τὸν τῶν ἁγίων ξανθοπούλων, τοὺς μεσάζοντας, καὶ τοὺς εἰρημένους πρέσβεις. καὶ βουλεύεται μετ' αὐτῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς τότε βασιλεῦσι. καὶ ὑποτυποῖ τὴν πρεσβείαν, καὶ ἀναθέσεις ἃς ἠβουλήθη, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐγράφησαν, καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου, ἃ καὶ λαβόντες οἱ πρέσβεις, καὶ ἑτοιμασθέντες ἀπῆλθον.

SECT. II. CAP. XVI.

Nihilominus Imperator tertiâ legatione pertentare animum Martini decrevit: tribus ad id selectis mandatorum Ministris, prædicto Jagari. Cui duos adjunxit collegas, venerabilem in Hieromonachis Præpositum sacrosancti Monasterii Machinarum quod dicitur, Dominum Macarium Curunam, & Dominum Demetrium Angelum, sui ipsius notarium. Quibus singula præcepta tractationum formare, atque in mentem altius infigere percupiens, consultandi causâ, in matris Augustæ palatium se proripuit: quò statim convocavit Patriarcham, Antistites Heracleæ & Monembasiæ, Magnum Sacellarium, Magnum Scevophylacem, seu Ecclesiæ Thesaurarium: Inter Monachos dignitate primarium Dominum Doctorem Josephum: In Hieromonachis Dominum Macarium spiritualem à confessionibus Patrem: Dominum sancti Xanthophili: Sequestros, & cum his omnibus Legatos. Quibus cum una accumbit ad consilium Imperator ut alii Imperatores consuevere: Et cum singula momenta ac capita leganda ad arbitrium finxisset, scriptæ sunt ab Imperatore & Patriarchâ literæ, quibus in manum traditis legati ad iter se propere parant, & discedunt.

τμήμ. β. Κεφ. ιζ.

Ἡμῖν δὲ οὐκ ἐγνωρίσθη οὔτε τὸ ἀποτέλεσμα τῆς βουλῆς, οὔτε ἡ δύναμις τῶν γραμμάτων. τοῦτο μόνον ἐστοχαζόμην ἐγὼ, ὅτι δυσχερὲς ἐδόκει τὸ τότε συστὰν τοῖς παρατυχοῦσιν ἐν τῇ βουλῇ. ἔβλεπον δὲ καὶ τὸν πατριάρχην ἔκτοτε καὶ εἰς τὸ ἑξῆς δυσχεραίνοντα μὲν κατὰ τὸ δοκοῦν, καὶ ἀναγκαζόμενον πρὸς τὸ στέλλειν γράμματα ὁμόφωνα τοῖς βασιλικοῖς. γράφοντα δ' οὖν ὅμως τε καὶ ἑπόμενον. Ἀλλὰ καὶ μετὰ παραδρομὴν ἱκανοῦ καιροῦ, πρὸς τὸν διδάσκαλον κῦρον Ἰωσὴφ, κατὰ τὸ εἰωθὸς μοι παραγινόμενος, καὶ λόγων κινηθέντων τῶν περὶ τῆς ζητουμένης συνόδου, ἤκουσα αὐτοῦ εἰρηκότος μοὶ, ὅτι ἐγὼ ἀφ' οὗπερ ἤκουσα, ὅσα ἐν τῇ παλατιανῇ ἀκήκοα, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐκπληκτικόν τι βοήσας, καὶ τὴν χεῖρα κατὰ τὸ στόμα θέμενος, ἔκτοτε ἔγνων ἔφην, ὡς οὐδέν τι ἀγαθὸν ἐνταῦθα γενήσεται. ἀντέστην γὰρ εἶπε πρὸς ἐκεῖνο τὸ βούλευμα καθὼς ἠδυνάμην. ὡς δὲ εἶδον προβαῖνον καὶ τελειούμενον, εἶπον πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς ἐπεὶ ὁ ἰωσὴφ οὐ παρέσται ἐκεῖ, οὐδὲ ὄψεται τὸ βουλευόμενον, ποιησάτωσαν ὡς βούλονται.

Sect. II. Cap. XVII.

Nos vero æternùm latuit, iſtius conſilii eventus pariter & tenor literarum: ſed ſi conjectare libeat, opinor, pleriſque in Concilio aſſidentibus duriuſculum id viſum quod tum ſtatuebant: Et ipſe Patriarcham obſervavi ab illo tempore, & deinceps, ſi ulla fronti fides, turbatum animo, ſi quando literas perſcribere cogeretur Imperatoriis conſonas; ſcripſit tamen & juſſis paruit. Sed & memini poſt elapſum aliquantillum temporis, me conveniſſe illum Joſephum Monachum & Doctorem, ut aſſuevi, pro noſtrâ invicem familiaritate: Et cum inter colloquendum ſermo incideret de Synodo prædictâ, hæc mihi retulit: Poſtquam ſemel percepiſſem quid rei gereretur in Palatianâ coram Imperatrice Auguſtâ (& tum terribili voce exclamavit, labia manu premens) Eheu, inquit, ſatis intellexi, quam nihil unquam boni illinc, in nos redundaret: Et quo valui ingenio, eorum conſultationibus obnixus ſum: Verum cum adeo provectas viderem & maturatas eorum intentiones, ut meis conatibus eluderent, mihimet ipſi conſului, nunquam in poſterum iis affore: Et ſi Joſephus (dixi mecum) non aderit, nec videbit eorum Senatus-Conſulta, nec approbabit, faciant quæcumque velint, per me licebit.

τμήμ. β. Κεφ. ιη.

Ἀλλὰ καὶ ὁ πατριάρχης ἔκτοτε λίαν ἡγούμενος ἐπαχθὲς τὸ γενέσθαι τὴν σύνοδον ἐν τόπῳ καὶ ἐξουσίᾳ λατινικῇ, καὶ λέγων πολλάκις, ὡς εἰ ἐκεῖσε γένηται, οὐκ ἔσται καλὸν τὸ συμπέρασμα τῆς συνόδου, καὶ δεικνύων ἑαυτὸν μηδόλως βουλόμενον ἐκεῖσε παραγενέσθαι. ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν καθήμενος ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, μετὰ καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων παρόντων, καὶ δύο ἐκ τοῦ παλατίου ἀρχόντων, εἴρηκεν ὅτι λέγουσι γενέσθαι τὴν σύνοδον ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἀπελθεῖν τοὺς ἡμετέρους ἐκεῖσε, καὶ καρτερῆσαι ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ἔχειν τὰς ἐξόδους καὶ τῆς ὁδοῦ, καὶ τῶν σιτηρεσίων παρ' ἐκείνων. ἐν γοῦν τῷ ἀπελθεῖν οὕτω καὶ ἐκδέχεσθαι καὶ τὴν ἡμερησίαν τροφὴν ἐξ ἐκείνων, ἤδη γίνονται δοῦλοι καὶ μισθωτοὶ, ἐκεῖνοι δὲ κύριοι. καίπερ δοῦλος τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ ὀφείλει ποιεῖν, καὶ πᾶς μισθωτὸς τὴν ἐργασίαν τοῦ μισθοῦντος αὐτὸν ἐργάζεται. καίπερ ὁ μισθῶν τινὰ

τούτου

Sect. II. Cap. XVIII.

Quin & Patriarcha ex illo tempore noſtrates in terram ſub juriſdictione Latinorum convenire in Synodum, nimis moleſtum ac grave cenſuit: & ſæpe prædixit, Synodum illic coactam nunquam decorum finem eſſe ſortituram: Et quam averſo ac reluctanti animo ipſe intereſſet illac coactæ: Maximè vero ſemel, quando ſecretiori in conclavi cum ſolito ſuorum principum contubernio, ſimul & duorum nobilium Palatii, ſic orſus eſt loqui: Rumor inter noſtros percrebuit, concilium generale in Italiâ, brevi celebratum iri, noſtroſque in animum induxiſſe illac proficiſci, & longa tolerare Synodi faſtidia: à Latinis accipere viatica in Italiam, & ſtipendia quamdiu in Italiâ commorabuntur: At ſic inter alienigenas peregrinari, & ab eorum liberalitate alimenta quotidiana ſumere, quid aliud eſt quam nos ipſis proſternere in mancipia, & illos nobis in dominos evehere? Oportet ſervum domini legem amplecti, ad ejus nutum & arbitrium ſtare; & à mercenario penſum exigit, qui illum conducit: nam eum in finem cum ipſo paciſcitur, ut obſequatur ſpe præmii delinitus, & faciat quicquid ipſi injunxerit;

τούτου χάριν τὸν μισθὸν παρέχει, ἵνα ὁ μισθούμενος πληροῖ πᾶν ὅπερ ὁ μισθῶν αὐτὸν προστάξει. εἰ δὲ μήγε οὐ παρέχει αὐτῷ τὸν μισθόν. εἰ γοῦν ἐκεῖνοι κρατήσουσι τὸ σιτηρέσιον, τί ποιήσουσιν οἱ ἡμέτεροι; καὶ εἰ οὐ θελήσουσιν ὑποστρέψαι τοὺς ἡμετέρους δι' ἰδίων ἐξόδων τε καὶ πλευσίμων, τί ἄρα ἕξουσιν οὗτοι ποιῆσαι; Κατὰ τί οὖν συμφέρει τούτους τοὺς ὀλίγους, τοὺς ξένους, τοὺς πένητας ἀπελθεῖν εἰς τοὺς πολλοὺς τοὺς πλησίους τοὺς σοφούς, τοὺς ὑπερηφάνους, τοὺς ἐντοπίους, καὶ εἰς αὐτοὺς δουλωθῆναι. εἶτα καὶ περὶ πίστεως καὶ εὐσεβείας συζητεῖν, καὶ διδάσκειν αὐτούς, οὐκ ἔνι τοῦτο καλόν, οὐκ ἔνι ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι οὐδόλως συμφέρει ἡμῖν τοῦτο. δύναται δὲ ὁ βασιλεὺς ποιῆσαι ἐνταῦθα τὴν σύνοδον, εἰ θελήσει, καὶ ἄνευ ἐξόδων. ἐπεὶ οἱ ἐλευσόμενοι ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἐνταῦθα δι' ἰδίων ἐξόδων ἐλεύσονται. εἰ δὲ καὶ ἐξόδων δεηθῇ, δύναται ἐπέκεινα τῶν ρ χιλιάδων συνάξαι ἀσπρούς, καὶ εὐθὺς μὲν ἀκουσθὲν τοῦτο δόξει ἀπίθανον. ἐγὼ δὲ δείξω πῶς ἔσται τοῦτο καὶ δυνατὸν καὶ εὔκολον. δύναται ὁ βασιλεὺς μετὰ καλῶν πρέσβεων διαμηνῦσαι τοῖς ἐλευσομένοις ἐν τῇ συνόδῳ ἐλθεῖν μετὰ τῶν πραγμάτων καὶ ἐξόδων ὧν ἔχουσιν, ἀναγκαίων ὄντων πρὸς συνεργίαν τοῦ θείου τούτου ἔργου καὶ σκοποῦ. Ἐλεύσεται οὖν ὁ Ῥωσίας κῦρος Φώτιος μετὰ βίου πολλοῦ, καὶ ἀσπρῶν ἐπέκεινα τῶν ρ' χιλιάδων, καὶ λήψεται ἐξ ἐκείνου ὁ βασιλεὺς μετ' εὐκολίας ἀσπροὺς κ. ἐλεύσεται ὁ καθολικὸς Ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἰβηρίας κἀκεῖνος πλούσιος, καὶ λήψεται ἐξ ἐκείνου λ χιλιάδας, ἢ τὸ ἔλαττον κ. ἐλεύσεται ὁ πεκίου καὶ λήψεται ἐξ ἐκείνου κ. Οἱ πατριάρχαι τῆς Ἀνατολῆς, καὶ ὡς ἀκούω παρέχουσι χιλιάδας φλωρία τῷ Σουλτάν, καὶ γίνονται πατριάρχαι. δυνατὸν οὖν ἐστι λαβεῖν ἐξ ἐκείνων ἀνὰ β φλωρία ἤτοι ἔλαττον ἀνὰ α. εἰσὶ καὶ τινὲς τῶν ἡμετέρων ἀρχιερέων πλούσιοι, καὶ λήψεται ἐξ ἐκείνων ἀνὰ α, ἐκ τινῶν δὲ ἀνὰ χ', καὶ ἐξ ἄλλων ἀνὰ τ'. καὶ συνάξει ἐπέκεινα τῶν ρ. τὸ γοῦν γενέσθαι ἐνταῦθα σύνοδον ἐστὶ καὶ καλὸν καὶ τίμιον, καὶ κατὰ πολλὰ συμφέρον ἡμῖν. τὸ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ ταύτην γενέσθαι, πάντῃ ἡμῖν ἀσύμφορον. Ἐγὼ γοῦν εἰ καὶ εἰς τὰ περὶ συναγωγῆς οὐκ ἠρκέσθην. οὐ γὰρ ἐνόμισά ποτε συναχθῆναι οὐδὲ πολλῷ τούτων ἐλάχιστα, εἴς γε τὰ

ἄλλα

junxerit: aliter nullam ſolvet mercedem: Et quid ſi cohibeant manus in continuandis ſtipendiis, quo ſe vertant noſtri? aut nolint noſtros redire, ne propriis quidem ſumptibus adjutos, aut noſtris navigandi inſtrumentis, quid illic invenient noſtri quod agant? aut quomodo ſe expedient? Quo igitur ſpectat hos paucos, advenas, egenos committere cum tantâ gente, tot viris multitudine inclytis, opulentis, ſagacibus, ſuperbis, ſuorum larium indigenis, & hos illis in ſervitutem tradere? Ac tum de Fidei articulis & Relligionis diſceptare, docere aut doceri. Non eſt, Non erit aut pulchrum nobis aut honeſtum, aut quantum videtur omnino commodum aut conducibile: Quin ſi Imperator vellet, in gente ſuâ poſſet Synodum conſcribere: idque ſine gravioribus impenſis, aut nummorum detrimento: Nam à Româ propriis adornati opibus huc convolabunt, nullum nobis incommodum allaturi: quod ſi noſtrá ope indigebunt, poterit Imperator noſter in ipſorum & ſuum ſubſidium ultrà centum millia nummorum corradere: quod etſi primo auditu incredibile videatur, tamen dabo comprobatum nihil factu facilius: Poterit Imperator per idoneos Legatos ſignificare ſingulis ad Synodum venturis, accedere cum ſarcinulis quam poſſunt bene plenis & inferctis: quæ maxime neceſſariæ requiruntur, ut tam divini operis colophonem ultimum conſequamur. Tunc adventabit illuſtris Dominus Photius Ruſſiæ Metropolitanus cum ingenti facultate, ſecum apportans ultrà centum millia nummorum: De quibus Imperator facillimè poterit, & abſque Metropolitani damno graviori viginti millia, unam quintam partem ſibi detractam edecumare. Accurret & Univerſalis Iberiæ Archi-Epiſcopus, qui cum abundet opibus, ab illo Imperator mutuabit triginta nummorum millia, aut ad minimum viginti. Veniet & Pecii Præſul, & ab illo tantundem accipiet, viginti: Quin & per totum Orientem Patriarchæ, ſub Mahumetana ditione, ut fama fert, Sultano exhibent mille florenos, ut Patriarchæ inaugurentur: ab illis non videbitur durum, ſi Rex detrahat duo millia nummorum, aut ſaltem ab unoquoque unum mille: Atque inter noſtros etiam Epiſcopos, nonnulli ſunt ſatis opulenti: à ditioribus ſumat unum mille nummorum, ab aliis ſexcentos nummos, ab aliis trecentos, ut cujuſque ratio ferre poſſit, ſine moleſtiâ ac onere. Et ſi hoc propoſitum tenebit, ab omnibus colliget ultrà centum millia nummorum, ut nuper occœpi dicere: Synodum itaque hic ſiſtere, nobis erit ſplendidum & honorificum, ac multis nominibus utile; ſed in Italiâ inexplicabile malum undique diſconducens: Ego enim

etſi

ἄλλα λίαν ἠρκέσθην, ὡς ἀληθείας ἐχόμενα· καὶ οὕτως ἀποβησόμενα. Ἐπῃνέθη δὲ καὶ ὁ πατριάρχης παρὰ πάντων τῶν ἀκουσάντων ταῦτα, ὡς τοιαύτην δόξαν ἐχόντων πάντων σχεδὸν περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ἠξιώσαμεν καὶ παρεκαλέσαμεν αὐτὸν ἵνα ἵσταται ἀεὶ, καὶ συνεργῇ καὶ πράττῃ, ὅσα εἰσὶν ἁρμόδια ὑπὲρ τῆς τοιαύτης βουλῆς. καὶ ταῦτα μὲν ἐλαλήθησαν καὶ ἐγράφησαν ἐνταῦθα διὰ τὴν δυσχέρειαν, ἣν εἶχον πάντες περὶ τῆς μελετωμένης ἀποδημίας.

etsi Synodum totam ab ovo ad malum, ut ajunt, capere non sufficiebam, qui ne cætuum confluentium partem minimam huc congregatum iri sperabam, in cæteris tamen sufficiebam ut fatidicus vaticinari veritati consentanea, & aliquando futura. Multum laudis ab hac oratione Patriarcha reportabat, quod omnes eandem sententiam foverent: & supplices rogavimus ut perpetuos in his terminis figat gressus, nec se dimoveri patiatur, sed omni Minerva contendat in medium audacter proferre, quæ huic tam sano consilio conjuncta crederet. Hæc ab illo tunc temporis dicta codicillis mandabant astantes, propter aversationem Italicæ peregrinationis in nostram perniciem excogitatæ, quæ cunctorum medullas intimas obsederat & occupârat.

τμήμ. β. Κεφ. ιθ.

Οἱ δὲ δηλωθέντες πρέσβεις, μέχρι τῆς Καλλιουπόλεως φθάσαντες κἀκεῖσε πληροφορηθέντες, ὅτι τέθνηκεν ὁ Πάπας Μαρτῖνος, ὑπέστρεψαν. ἐλογίσαντο γὰρ ὡς ἐπεὶ τέθνηκεν ὁ συμφωνῶν καὶ πράττων τὰ περὶ τῆς συνόδου, περιττὸν ἐστὶ, καὶ αὐτοὺς ἐκεῖσε παραγενέσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς βαρέως διετέθη πρὸς τὴν τούτων ὑποστροφήν· ὥρισε γὰρ πρὸς αὐτοὺς, τίνος χάριν οὐκ ἀπήλθετε εἰς ὅπερ ἐστάλητε· οὐκ ἔδει ἐμποδισθῆναι ὑμᾶς διὰ τὸν θάνατον τοῦ Πάπα. ἐκεῖ γὰρ ἅμα τῷ τεθνάναι τὸν πάπαν, εὐθὺς ἀποκαθιστῶσι ἕτερον. ἅπερ οὖν ἔπραττεν ὁ πρώην πάπας αὐτὰ πράξει καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον. Διὸ λέγω ἵνα ἀπέλθητε καὶ τελέσητε τὴν πρεσβείαν ὑμῶν, καὶ ἠνάγκασεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν. ὁ μὲν οὖν ἡγούμενος τῶν Μαγκάνων, οὐκέτι ἠθέλησεν ἀπελθεῖν, καίτοιγε πολλάκις ἀξιωθεὶς, καὶ ζητηθεὶς τοῦτο. ἀλλ' ἀπηγόρευσε τελείως τὴν ἐκεῖσε ἀποδημίαν. Ἐξελέξαντο δὲ ἀντ' ἐκείνου τὸν πρώτως ἀπιόντα εἰς τὸν Μαρτῖνον, ἡγούμενον τοῦ προδρόμου, καὶ μέγαν πρωτοσύγκελλον, ἱερομόναχον, κῦρον Ἰωάσαφ. ὃς καὶ ἑτοιμασθεὶς μετ' οὐ πολὺ ἐξέπλευσε μετὰ τοῦ Ἰάγαρι, καὶ τοῦ Κλειδᾶ. καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν πάπαν Εὐγένιον οἳ τὴν ἐκ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου συνήθη πρόσρησιν προσειρηκότες αὐτῷ, καὶ ὅπως περὶ τῶν συνοδικῶν ἐκεῖσε παραγεγόνασι δηλῶσαι ἀρξάμενοι, εὐθὺς ἠρωτήθησαν παρὰ τοῦ πάπα, εἰ δέδωκεν ὁ βασιλεὺς τὴν Πάτραν τῷ ἰδίῳ αὐτῆς ἐπισκόπῳ· ὡς οὖν ἤκουσε παρ' αὐτῶν ὅτι οὐκ

SECT. II. CAP. XIX.

At Legati quos diximus cum Callipolin appulissent, certiores facti de morte Papæ Martini, domum revertuntur: Enimvero sic concipiebant: si jam expiravit qui nobis consensit in negotium, de formandâ Synodo, & Pace contrahendâ, rem esse sufflaminatam eorumque adventum inutilem fore ac supervacuum: At Imperator eorum receptui graviter succensuit, & mentem sic explicuit: Quorsum iter propositum defugistis? Mors Papæ non debuit vos retrorsum pepulisse: Papa nunquam moritur, sed uno decedente mox alter substituitur: Et quæ prior præstanda destinârat, succedens eadem animo prosequitur. Quare resumite omissum iter, absolvite Legationem: Et eos impulit quò tendebant antè, iter carpere. Sed Monasterii Machinarum Præfectus defungi officio cupiebat, quamvis eum Imperator ad suscepti oneris fastidium perferendum, multis precibus fatigaret: nolebat tamen, & seipsum protinus exautorabat: Cujus in locum suffectus est, qui primâ vice Legationem obiit ad Martinum, Antistes Ædis Prodromi, magnus Primicerius, Hieromonachus Dominus Joasaph: Hic se Jagaridi & Clidæ collegam adjunxit, & brevi post conscensâ nave, ad Papam Eugenium omnes pervenere: Ad quem cum multa officiosissima humanitatis & obsequii verba, Imperatoris & Patriarchæ nominibus, dixissent, & significassent se venisse ad maturandam Synodum: ut primum fari occœperunt interrogati sunt à Papa, num Imperator Patram Episcopo sedis proprio restituisset: Quibus restitutam pernegantibus, Papa excanduit: Et quid, inquit, à me postulatis Synodum, si Imperator injustè detinet Patram? Tum Primicerius Jagaridem submonuit responsum parare Papæ; ille rursum in Primicerium rejecit vicem, qui sic

οὐκ ἔδωκε ταύτην, εἶπε, πῶς οὖν ἤλθετε ζητεῖν με σύνοδον κατέχοντος τοῦ βασιλέως τὴν Πάτραν; καὶ λέγει ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος τῷ Ἰαγαρι, ὡς κελεύεις ἀπολογηθῆναι, ὁ δὲ ἀνέθηκε τὴν ἀπολογίαν πρὸς αὐτόν. Εἶπεν οὖν ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος, Μακαριώτατε Πάτερ, ἡμεῖς ἤλθομεν πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα, οὐκ ἕνεκεν μερικῶν ζητημάτων, ἀλλὰ περὶ τοῦ καθολικοῦ ζητήματος τοῦ διελόντος τὴν ἐκκλησίαν. εἰ γοῦν τῇ θεοῦ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ διὰ τῆς σῆς ἐπιμελείας τε καὶ οἰκονομίας, καὶ συνεργίας καὶ συνδρομῆς τοῦ βασιλέως, τοῦ ἁγίου, καὶ τοῦ δεσπότου μου τοῦ πατριάρχου τοῦ ἁγίου, διορθωθῇ τὸ καθολικὸν ζήτημα, εὔκολα διορθωθήσονται καὶ τὰ μερικὰ τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ. Διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν ἵνα τό γε νῦν ἔχον ἵσταται τὸ μερικὸν ἐν σιωπῇ, ὁρίσῃς δὲ, εἴ τι ἔχεις θέλημα πρὸς τὸ καθολικόν. καὶ ἐπὶ τούτοις τισὶν ἐξῆλθον τότε ἀπὸ τοῦ Πάπα. εἶτα προσέμειναν ἐκεῖσε, καὶ εἶπον τὴν πρεσβείαν καὶ τοὺς λόγους οὓς εἶχον καὶ πρὸς τὸν Πάπαν, καὶ πρὸς τοὺς Καρδηναλίους. καὶ λαβόντες ἀπολογίαν ἐπανῆλθον. Ἔφασκον δὲ ἰδεῖν τὸν Πάπαν Εὐγένιον, ἀμυδρῶς πως, καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις, ὡς εἶπον, ἁπτόμενον τῶν πρὸς τὴν ἕνωσιν ἀνηκόντων. Ἔφερον δὲ καὶ οὗτοι γράμματα τοῦ Εὐγενίου διοριζόμενα γενέσθαι ἐκεῖσε τὴν σύνοδον.

sic respondit: Beatissime Pater: Nos huc ad tuam Beatitudinem missi accessimus, non de aliquibus privati juris quæstiunculis sciscitaturi, sed de malo in universum quod Ecclesias disjungit: Et si per Dei gratiam, & amorem in genus humanum, tuæque Paternitatis per singularem providentiam, & administrationem, pientissimo etiam Imperatore & domino meo Patriarcha concurrentibus, eò fœlicitatis perventum esset, ut mala generalia integritatem redinduerent, quam facili nisu privata resarcirentur: Quare Beatitudinem tuam multum obtestamur, ut quod nunc afferimus privata illa silentio consopita claudat; & huc animum si quid insit benevolentiæ in nos, aut pietatis in causam, convertat & accommodet: Et sic à Papa diverterunt: sed illic aliquamdiu commorati multa Papæ & Cardinalibus proposuere: ac tandem reversi hoc unicum à se observari dicebant; Papam Eugenium obscure, ac negligenter Synodi causam pertingere, & summis quod ajunt digitis: Literas tamen ab Illo reportarunt ad Imperatorem & Patriarcham: in quibus id erat comprehensum: Synodum si cupimus, in Italiam transferemus.

τμήμ. β. Κεφ. κ.

Ὧν καὶ ἀναγινωσκομένων ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου παρόντων καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, ἡγουμένων τε καὶ πνευματικῶν, καὶ Κλειδᾶ τοῦ Φιλομμάτης, ἐπεὶ κατελάμβανον αὐτὰ οἱ ἀκροώμενοι, ἔχοντά τινα δυσχερῆ, καὶ μὴ κατὰ τὸν Μαρτίνου σκοπὸν ταῦτα δοκοῦντα, ἐπελαμβάνοντο λέξεων τινῶν, καὶ ἐξηγοῦντο οἱ ἡμέτεροι μὴ ἀφορᾶν ταύτας πρὸς σκοπὸν ἀγαθόν. τότε λέγει καὶ ὁ Μηδείας κῦρος Στέφανος, κείσθω γὰρ καὶ τοῦτο ὡς ἥδυσμά τι, ὅτι ὑβρίζει ἡμᾶς. καλεῖ γὰρ ἡμᾶς Γραικοὺς, καὶ τοῦτο ἐστὶν ὕβρις. πῶς οὖν ἀπελευσόμεθα ἐκεῖ, ἐπεὶ ὑβρίζει ἡμᾶς; εὐθὺς ἔμαθε τοῦτο ὁ βασιλεύς. Ἔτυχε δὲ δοὺς ἀναφορὰν ὁ Μηδείας κατ' ἐκείνας τὰς ἡμέρας, καὶ ἀπαιτῶν πρόσοδιον χρόνων δύο, ὅπερ εἶχεν εὐεργεσίαν ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Μηδείᾳ βασιλικῶν δουλειῶν. παρεγίνετο οὖν ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ ἐζήτει ἀπολογίαν, διὰ κελ-

λιώτου

Sect. II. Cap. XX.

Quibus coram Patriarchâ perlectis, assidentibus una Archiepiscopis, Ecclesiarum principibus, sacrarum ædium præfectis, Confessariis, & Clida, Philommatæ domino: Cum nonnulla in scriptis contineri percepissent dictu duriora, & ab humanissimâ Martini nuper defuncti indole ac genio multum abhorrentia, cœperunt in singulas syllabas acrius inquirere, & scrutari dictionum formulas, quas suo modulo invidè interpretati, nec à bonæ mentis scaturigine proficisci, nec in bonum finem tendere suspicabantur: Quos inter Dominus Stephanus tum Mediæ Episcopus: Esto hoc primum, inquit, condimentum, quod prælibat Papa conciliandæ gratiæ; nos Græcos per contumeliam vocat: Et quid non illac tendimus ubi sic æstimamur? Id statim perdidicit Imperator: Et Episcopus tum forte fortunâ per aliquot dies in Aulâ hæserat, pro dando censu, & repetundâ pensione biennii non solutâ, quam Imperator quotannis Episcopo numerabat, quasi honorariam stipem, & ex propria benignitate, pro servitiis Imperatoris, qui agros immunes in Mediæ Episcopatu

in-

λιώτου τοῦ δερμοκαΐτου. ὠργίσεν οὖν ὁ βασιλεὺς μετὰ βάρους, ὅτι τοιοῦτος ὢν ζητεῖ καὶ παρ' ἐμοῦ εὐεργασίαν; ὅστις τὸ Γραικοὺς ὡς ὕβριν ἡγεῖται. ἐγὼ οὐκ ἐνόμιζον τοιαύτην εἴδησιν αὐτὸν ἔχειν, καὶ μάτην εὐεργέτουν αὐτῷ. ὅθεν καὶ γέλωτα μὲν ἡμῖν προυξένησεν ὁ Μηδείας, ἑαυτῷ δὲ τὴν ἐξ ἀγροικίας αἰδῶ, καὶ ἀνόνητον μεταμέλειαν. Ἐν δὲ τῷ ἀπέρχεσθαι τοὺς δηλωθέντας πρέσβεις πρὸς τὸν Εὐγένιον, μαθόντες τοῦτο οἱ ἐν τῇ συνόδῳ τῆς Βασιλείας, ἔστειλαν πρέσβεις ἐνταῦθα, καὶ ἐζήτουν γενέσθαι τὴν κατασκευαζομένην Οἰκουμενικὴν σύνοδον μετ' αὐτῶν.

incolebant: Id tum Episcopus agebat in palatio; & responsum sollicitabat, per quendam Imperatoris Cubicularium & Libertum. At Imperator irarum plenus, & infremens rettulit: Quid? an ille talem cum ergà me se gerat, à me reposcat beneficentiam? qui nos, Græcos ab Italis appellari, in opprobrium rapit, futilis verborum commentator? nunquam eum credidissem mente præditum tam captiosâ: Nimis jam fui munificus & liberalis, mihi à multis Episcopus risum comparavit, & sibimetipsi morosi senis infamiam, & infructuosam pœnitudinem. Dum Legati, Jagaris cum collegis Eugenium versus iter adornant, Consilium generale tum Basileæ congregatum rescivit. Et huc Legatos misit, qui nos invitarent Generalem quam paramus Synodum cum illis consociare.

τμήμ. β. Κεφ. κα.

Ἦν γὰρ συνεστηκυῖα σύνοδος ἐν τῇ Βασιλείᾳ ἑπτακοσίων Ἐπισκόπων, διὰ τῶν κρειττόνων Καρδηναλίων, ἐξάρχοντος τούτων τοῦ Ἀρλατένσης, ἐπὶ διορθώσει τῶν ἀτόπων, τῶν ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἰταλίας παρεισφθαρέντων; καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ συστολῇ καὶ ὑποτυπώσει τοῦ Πάπα τε, καὶ τῆς κούρτης αὐτοῦ. οἱ δὲ πρέσβεις ἦσαν ὅ τε ἐπίσκοπος Σουνδέσης, καὶ ἕτερος μετ' αὐτοῦ διδάσκαλος ὁ Ἀλμπέρτος. ἦλθον τοίνυν οὗτοι μετὰ γραμμάτων εἴς τε τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην· καὶ ἔδειξαν ὅπως ἡ ἐν Βασιλείᾳ σύνοδος ἔχει τὸ κράτος καὶ τὴν ἰσχὺν πλέον τοῦ Πάπα, καὶ κρεῖττον ἢ ἐκεῖνος πράξει αὕτη τὰ περὶ τῆς ἑνώσεως. καὶ οἱ πλείους καὶ κρείττονες τῶν Ῥηγῶν τῇ συνόδῳ προσκεῖνται τε καὶ πείθονται, καὶ πρὸ πάντων ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀλαμανῶν ὁ Σιγισμοῦντος. καὶ κἀκεῖθεν γενήσεται μᾶλλον ἢ ὑπὲρ τῶν Γραικῶν ἀρκετὴ βοήθεια. πείθεται τούτοις ὁ βασιλεύς, καὶ σκέπτεται στεῖλαι πρέσβεις πρὸς τὴν σύνοδον. ἐκλέγεται τοίνυν τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην κῦρον Δημήτριον τὸν Παλαιολόγον, τὸν τότε τιμιώτατον ἐν ἱερομονάχοις καὶ καθηγούμενον τῆς σεβαμίας μονῆς τοῦ ἁγίου Δημητρίου, κῦρον Ἰσίδωρον τὸν μετὰ ταῦτα Ῥωσίας γεγονότα, καὶ ἐς ὕστερον πρὸς τὸ τοῦ Καρδηναλίου ὑψωθέντα βάραθρον, καὶ τοῦ Παλαιολόγου γαμβρὸν κῦρον Ἰωάννην τὸν δισύπατον. καὶ πρὸ τοῦ ἐπανελθεῖν τοὺς προειρημένους πρέσβεις ἀπὸ τοῦ Πάπα, καὶ πρὸ τοῦ μαθεῖν τὸν βασιλέα πῶς ἐδέξατο τοὺς

SECT. II. CAP. XXI.

Nam Synodus septingentorum Episcoporum, cum meliori parte Cardinalium Basileæ celebrabatur, præsidente Arelatensi: ut abusus aliquot absurdissimos tollant qui in partibus Italiæ perniciosè obrepserant: maximè vero ut insolescentem magis magisque Papæ potentiam deprimant, ejusque Curiam injecto freno coërceant: Legati à Concilio Episcopus Sundensis & cum illo quidam Doctor Albertus huc appulerunt cum literis ad Imperatorem & Patriarcham: Et mirificè prædicabant Basileensis Concilii eminentiam & potestatem suprà Papam: quod illud rectius Unionem inter Ecclesias ordinare valeat, & ad speratum exitum perducere: Quod plurimi Regum & maximi, Concilio adhærescerent, & præ cæteris, Germaniæ Imperator Sigismundus: adeo ut illinc potius quam à Papa Græci rebus collapsis amplissima subsidia requirant: Imperator noster his facile inducitur ut credat, cæpitq; circumspicere quos remittat ad Concilium Legatos: Tandemque elegit, Dominum Demetrium Palæologum, summum militiæ Præfectum; in Hieromonachis multâ reverentiâ dignissimum, venerabilis Monasterii sancti Demetrii tum Præpositum, Dominum Isidorum, posteà creatum Russiæ Metropolitanum & à Papa subvectum in sublime barathrum Cardinalium: addiditque tertium Palæologi ducis generum Dominum Joannem bis consulem: Et priusquam Jagaris cum suis reverteretur, aut intelligeret Imperator, quo affectu Papa Eugenius Legatos suos & mandata recepisset, hos compulit ire sine ulteriori tergiversatione & mora, eorumque sinum toto scrinio privatorum à seipso præceptorum implevit, & cum litteris ab ipso & Patriarcha scriptis, dedit plenissimam potestatem, ut si com-

τοὺς πρέσβεις αὐτοῦ ὁ Εὐγένιος, καὶ πῶς διετέθη πρὸς τοὺς λόγους καὶ τὰς ἀναθέσεις ἃς αὐτὸς ἀνέθηκεν αὐτοῖς, στέλλει τούτους ὁ βασιλεὺς μετὰ γραμμάτων ἰδίων τε καὶ τοῦ πατριάρχου, ἀλλὰ δὴ καὶ μετὰ ἀναθέσεων καὶ ὑποτυπώσεων αὐτοῦ, πρὸς τὴν ἐν Βασιλείᾳ σύνοδον, καὶ ἔνδοσιν αὐτοῖς δέδωκε καὶ ἰσχὺν, ἵνα εἴπερ εὕρωσι παρ' ἐκείνων ἅπερ ἀνετέθησαν, συμβιβασθῶσι, καὶ δώσωσι πίστεις βεβαίας, ὡς ὁμολογουμένως ἐλεύσεται καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, μετὰ πάσης τῆς συνοδικῆς ἰσχύος τῶν ἀναλολικῶν, ἔνθα ἂν περιστήσωσιν αὐτοὶ γενέσθαι τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον. καὶ οὗτοι μὲν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀπεδήμησαν.

comperissent in Concilio Basileensi qualia ipse docuerat, Patresque ad Imperatoris & Græcorum vota inclinare, & vera esse quæ Legati Basileenses perhibuissent, liberrimè sponderet, interposita etiam fide certa Imperatorem cum Patriarchâ & universo clero Orientali venturos, quà illi ductarent, Synodumque generalem in quocunque terrarum cardine figerent: Et his onusti mandatis Demetrius cum collegis, sese in iter conjiciunt.

τμήμ. β. Κεφ. κβ.

Οἱ δ' εἰς τὸν Εὐγένιον ἀπελθόντες, ἐπανῆλθον ὕστερον καὶ ἀνήγγειλαν τὰ προειρημένα. ὕστερον δὲ μαθὼν ὁ Πάπας τὴν πρὸς τὴν σύνοδον πρεσβείαν τοῦ βασιλέως, καὶ εἰδὼς ὅτι πρὸς τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ ἔσται, εἰ ἐπιδημήσει, καὶ ἡ τῶν ἀνατολικῶν σύνοδος πρὸς τοὺς ἐν τῇ Βασιλείᾳ, εὐθὺς στέλλει ἐνταῦθα μετὰ γραμμάτων τὸν Κορώνης Χριστοφόρον, καὶ συντίθεται πρὸς τὸ γενέσθαι ἐνταῦθα τὴν σύνοδον. εὑρέθη οὖν καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ πάντες σχεδὸν πρόθυμοι πρὸς τοῦτο. καὶ ἐζήτησεν ὁ Χριστοφόρος, ἵνα ὁ ἐλευσόμενος λεγάτος καθίσῃ πρῶτος ἐν τῇ συνόδῳ, ἐπεὶ ὡς πρόσωπον ἔσται τοῦ Πάπα, καὶ τὰ δίκαια ἐκείνου, ἤτοι, τὰ πρωτεῖα ἔχειν ὀφείλει. ἐγένετο οὖν σκέψις περὶ τούτου καὶ βουλὴ, μετὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἀρχόντων τῆς ἐκκλησίας ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου, καὶ εὗρον καὶ ἀπὸ τινῶν συνοδικῶν, καὶ ἔδειξαν ὅπερ οὐ δεῖ τοῦτο γενέσθαι. ποῦ γὰρ ἐγχωρεῖ, καθημένου τοῦ γνησίου πατριάρχου ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, ἑτέρου τοποτηρητὴν ὑπερέχειν αὐτοῦ. ὅπουγε οὐδὲ ἐν τῇ πέμπτῃ συνόδῳ γέγονε τοῦτο παρόντος ἐνταῦθα καὶ τοῦ Βιγιλλίου πάπα σωματικῶς. εἶτα μανθάνει τοῦτο ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν παλατιανὴν, συνάγει ἐκεῖσε ὀλίγους τινὰς ἔκ τε τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν σταυροφόρων, καὶ δημηγορεῖ, ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς, καὶ πρὸς τὰ πράγματα ὀφείλουσι γίνεσθαι καὶ οἰκονομίαι. κατὰ τί οὖν συμφέρει ἵνα διὰ προτίμησιν καθέδρας ἴσως ἐμποδισθῇ τοιοῦτον ἀγαθὸν ἔργον; καὶ ἐπαινεῖ πλεῖστα τὴν

οἰκονο-

SECT. II. CAP. XXII.

Post hæc missi ad Eugenium Jagaris cum sociis repedantes quæ nuper diximus mandata Pontificis Maximi & literas retulerunt: Verum cum Eugenius perdidicisset Imperatorem ad Basileense Concilium Legatos adornasse, veritus ne id non modo ad imminutionem, sed ad plenariam catastrophen ac ruinam culminis sui tenderet, si cum Basileensibus Orientales in Synodum coalescerent, Christophorum Corones Episcopum ad nos cum literis festinanter direxit, & huc convenire nostros in Synodum astipulatus est; Quod & Patriarcha & nostrûm quotquot aderant, propensissimis animis amplectebantur: Et postulavit Christophorus ut Legatus Apostolicus discumberet omnino summus: quandoquidem antecedentiæ prærogativa Papæ ab omnibus deferatur, ut orbis Christiani primario Antistiti, aut cuilibet Vicario rite suffecto, qui cum autoritate ab illo derivatâ personam ejus impleverit: Ut huic Articulo satisfieret quẽ ambiguum fecerat Christophori postulatio, itum est ad Concilium: Et re acriter ventilata ab Archiepiscopis, & Principibus Ecclesiæ coram Patriarchâ, hoc tandem prodiit manifestum, à quamplurimis præscriptis Synodalibus, quod petierat Christophorus concedi non posse: Nam quâ consuetudine, aut exemplo? quo jure id unquam visum, ut Patriarchæ legitimo, in suâ Metropoliticâ Ecclesiâ residenti, alterius Deputatus supereemineret? Quod ne contigit quidem in quinta Synodo, cum ipse Vigilius præsens officio, & munere fungeretur, Eutychius Patriarcha Vigilio Papæ locum non cessit. Id ubi intellexit Imperator, rectà Palatianam ad matris conclave proficiscitur, quò convocatis aliquot è numero Archiepiscoporum, & crucigerorum principum, prolixè concionatus hoc unum infert: Nego-

tiorum

οἰκονομίαν. καὶ προστίθησι. περὶ ἑαυτοῦ, ὡς εἰ ἤδει κατορθώσων τι ἀγαθὸν, συγκατέβαινεν ἂν καί τι τῶν τῆς Βασιλείας ὑπεροχῶν. ἐπὶ τοιούτοις τοίνυν πλατυνθεὶς λόγοις ὁ Βασιλεὺς, κατέπεισε τοὺς ἐκεῖσε παρόντας, ἐκ τοῦ μέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἔστερξαν γενέσθαι τ' ἀναντία ὧν εἶπον ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου. ὅπερ ἀκούσας βαρέως ἔφερεν ὁ πατριάρχης, καὶ δυσκόλως συνέπραττε τῷ βασιλεῖ. ἔγραψαν δ' οὖν ὅμως καὶ ἀπεκρίθησαν τῷ πάπᾳ μετὰ τοῦ Χριστοφόρου.

tiorum momenta temporibus, rerumque neceſſitati attemperare, ſummæ eſſe prudentiæ: Quorſum igitur ad vana præeminentiæ privilegia tutanda, nobis tam eximii operis fœlicitatem inviderent? diſcant ſapere, ac prudenter occaſionibus obſecundare: Et multum iis commendavit, hanc cum fructu & utilitate diſpenſandi rationem: addiditque; ſi ſciret unde præclari quid ipſe gereret, aut honeſti emolumenti lucraretur, ſe velle de jure Imperatoris, & ſuâ excellentiâ libenter diſcedere: Et cum hæc diu multumque inſinuaſſet, perſuaſit aliquam-paucis ex ordinibus Eccleſiaſticis qui aderant, in ſententiam priori plane contrariam deſcendere: Ut ipſi poſtea Patriarchæ ſignificarunt: quod ille animo tam acerbo & efferato tulit, ut ad præſtandum poſteà quicquid Imperator proponeret, Patriarcha non niſi obtorto collo pertraheretur: Nihilominus Papæ reſponderunt, per literas Chriſtophoro traditas, & ad Chriſtophori mentem conſcriptas.

τμήμ. β. Κεφ. κγ.

Οἱ μέντοιγε ἀπελθόντες πρὸς τὴν σύνοδον τὴν ἐν Βασιλείᾳ, προσεδέχθησαν καλῶς παρὰ τῶν ἐκεῖσε συνοδικῶν, καὶ ἀνήγγειλαν αὐτοῖς τὴν πρεσβείαν ἣν εἶχον. οἱ δὲ ἐξελέξαντό τινας ἐξ αὐτῶν οἵτινες καὶ συνήρχοντο ἰδίᾳ, μετὰ τῶν ἡμετέρων, καὶ ἤκουον τὰ ζητήματα, καὶ συνεβιβάζοντο μετ' ἀλλήλων. εἶτα ἔλεγον τὰ συμπεράσματα τῶν ζητηθέντων πρὸς τὴν σύνοδον. καὶ ἐστέργοντο παρὰ πάντων. Μετὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐζήτησαν τοὺς ἡμετέρους εἰπεῖν τὸ πόσοι ἐλεύσονται εἰς τὴν σύνοδον ἐκ τῶν Γραικῶν; οἱ δὲ εἶπον ὅτι ἐλεύσονται ἄνθρωποι ψ΄. καὶ ἔστερξαν οἱ συνοδικοὶ ἵνα ποιήσωσι πάσας τὰς ἐξόδους αὐτῶν. Μετὰ γοῦν τὸ συμβιβασθῆναι εἰς πάντα τὰ ζητήματα, καὶ στερχθῆναι παρ' ἐκείνων, ἵνα ποιήσωσι ταῦτα, καὶ μετὰ τὸ περιστῆναι καὶ εἰς οὓς ἦν εἰκὸς τόπους γενέσθαι τὴν σύνοδον, ἔστησαν γὰρ τόπους μὲν παραλίους τὴν Καλαβρίαν, τὸν Ἀγκῶνα, ἢ ἄλλην πόλιν παράλιον. Ἰταλικὰς δὲ τὴν Βονόνιον, τὸ Μεδιόλανον, ἢ ἄλλην πόλιν ἐν Ἰταλίᾳ. ἔξω τῆς Ἰταλίας τὴν Πούδαν ἐν τῇ Οὐγγαρίᾳ, τὴν Βιάναν ἐν τῇ Αὐστρίᾳ, καὶ τὸ ἔσχατον τὴν Σαβαουδίαν. καὶ συνεφώνησαν ἵνα ποιήσωσι τὴν σύνοδον, ἔνθα ἂν ἐκ τῶν εἰρημένων θελήσωσιν οἱ Γραικοί. Μετὰ γοῦν τὸ γυμνασθῆναι καὶ στερχθῆναι πάντα, ἐζήτησαν ὅρκους τοὺς ἡμετέρους. καὶ οὗτοι ὤμοσαν, ὅτι ἐλεύσεται ὁ Βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης ἀναμφιβόλως, μετὰ καὶ τῶν συμπληρούντων τὴν

SECT. II. CAP. XXIII.

At qui ad Synodum Baſileenſem abiere; cum omni genere humanitatis recepti ſunt à Patribus Synodi: Quibus legationis quam habebant capita cum commonſtraſſent, aliquot viros è totâ Synodo in privata comitia ſegregarunt: qui cum noſtris congreſſi audiebant propoſita; ſecumque altius ponderabant, & referebant ad totam Synodum definienda, & tum omnes ſingula confirmabant: Inter cætera noſtros interrogarunt, ſi poſſent numerum expedire, quot Græci huc ad concilium eſſent convolaturi: Et cum à noſtris audirent ſeptingentos, Decreto Synodali ſe obſtrinxerunt; univerſa impendia neceſſaria iis ſuppeditaturos: Et cum ſingulis prompte annuiſſent, & cuncta poſtulata in ſe recepiſſent præſtanda, loca etiam habendo Concilio idonea, cæperunt mentibus perveſtigare: Littoralia omnia ac conjuncta mari, ut nobis per terram itineris diuturnioris moleſtiam demerent: Calabriam, Anconam, aut aliam quamlibet maritimam: In Italia, Bononiam aut Mediolanum: Extra Italiam, Ebudam in Hungaria, Viennam in Auſtria, ac poſtremo Sabaudiam: Et in quamcumque harum Græci connivissent, ſe allaturos totam Synodum aſſeveraverunt: Tandem omnibus propoſitis, & articulis ad nudum ſimplicemque ſenſum enucleatis, utrinque intellectis ac ſtabilitis, juramenta à noſtris poſtularunt, quæ noſtri confeſtim præſtitere: jurantes ſe ſine verſurâ aut æquivocâ verborum fallaciâ promittere, Imperatorem noſtrum & Patriarcham huc adventuros cum dignitate Eccleſiaſticâ, & univerſo clero qui Synodum Orientalem integram conſtituant: modo ipſi firmiter & ſanctè ſtabunt pollicitationibus & fidei, quam pepigerunt: Et ut omnis abſit ab

τὴν ἀνατολικὴν ἐκκλησίαν, εἴπερ ποιήσουσιν ἐκεῖνοι ὅσα συνεφώνησαν. Χρυσόβουλλόν τε δεδώκασιν ἐπὶ τούτοις, ὅπερ εἶχον παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπὶ βεβαιώσει τῶν ὀμωμοσμένων. εἰς ἅπερ πάλιν κἀκεῖνοι δεκρέτον μετὰ βούλλης μολιβδίνης πεποιήκασι, καὶ ἑορτασίμως ἔλαβον τὰ παρὰ τῶν ἡμετέρων, καὶ δεδώκασι τὰ ἴδια γράμματα. Ἔστειλαν δ' ἐνταῦθα καὶ πρέσβεις τρεῖς ἱερωμένους, τὸν φρὰ Ἰωάννην, τὸν Ἑρρικον Μαγκὲρ, καὶ τὸν φρὰ Σίμωνα, δεδωκότες τούτοις καὶ ἀναλώματα ἱκανὰ καὶ δύναμιν καὶ ἐξουσίαν, ἵνα ἐξοικονομήσωσιν ἐνταῦθα πάντα τὰ πρὸς τὴν συνάθροισιν τῆς Οἰκουμενικῆς συνόδου ἀνήκοντα. Καὶ ὁ μὲν εἷς ἐξ αὐτῶν στραφῇ πρὸς τὴν Βασιλείαν, καὶ οἰκονομήσῃ κάτεργα καὶ τζαγκράτορας, ἵνα ἔλθωσιν ἐνταῦθα, καὶ τοὺς μὲν καταλείψῃ εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως, τὸν δὲ βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην, μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν λάβωσι μετὰ τῶν κατέργων, καὶ διασώσωσιν ἔνθα γενήσεται ἡ σύνοδος. οἱ δὲ δύο τῶν πρέσβεων περιμένωσιν ἐνταῦθα, καὶ παρέχωσι τὰς ἐξόδους τῆς συνοδικῆς συναθροίσεως, καὶ ἐπιμελῶνται ἵνα εὑρεθῶσιν ἕτοιμοι ἐνταῦθα, ὅσοι εἰσὶ χρειώδεις πρὸς τὴν σύνοδον ἀπελθεῖν, ὅταν ἐκεῖθεν τὰ κάτεργα ἔλθωσιν. ἦλθον τοίνυν οὗτοι ὁμοῦ μετὰ τῶν δηλωθέντων ἡμετέρων πρέσβεων φέροντες μεθ' ἑαυτῶν καὶ φλωρία η. καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς εἶδον τὸν πατριάρχην, καὶ ἀνήνεγκαν τὴν πρεσβείαν αὐτῶν μεμερισμένως τῆς πρὸς ἀλλήλους τιμῆς ἕνεκεν. καὶ ὁ μὲν φρὰ Ἰωάννης εἶπεν, ὅπως οἱ ἐν τῇ Βασιλείᾳ ἅπαντες ἔχουσι μεγάλην ἐπιθυμίαν ἰδεῖν γενομένην τὴν ἕνωσιν, καὶ εἰσὶν ἕτοιμοι ἐπιμεληθῆναι καὶ πᾶσαν ἔξοδον ποιῆσαι, πρὸς τὸ συνελθεῖν ἐκεῖσε τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν Ἀνατολικῶν Πατέρων, καὶ τούτου χάριν, ἔφη, ἔστειλαν καὶ ἡμᾶς ἵνα συνεργήσωμεν καὶ ἐξοικονομήσωμεν πάντα τὰ λυσιτελέσοντα πρὸς τὴν τοῦ θείου τούτου ἔργου ἑτοιμασίαν. Ὁ δεύτερος εἶπεν, ὅπως ἐρχόμενοι πρὸς τὸ τοιοῦτον θεάρεστον ἔργον. εἶχον καὶ γραμματικοὺς ὡς ἡ χρεία τούτους ἀπαιτεῖ καὶ ὑπηρέτας πολλούς. λοιμώδους δὲ νόσου ἐν ταῖς τριήρεσιν ἐνσκεψάσης, ἀπέθανον, καὶ οἱ πλείους τῶν ὑπηρετῶν καὶ οἱ γραμματικοί. ἐλυπήθησαν οὖν λίαν ὅτι ἐστέρηνται καλῶν καὶ ἀναγκαίων ὑπηρετῶν, καὶ οὐ μέλ-

ab utraque parte suspicio falsi, auream Imperatoris bullam proferunt in juramenti sanctionem, decretoque Synodi, cum appensâ bullâ plumbeâ, uti mos est, à Concilio redonantur: Et quicquid à nostris traditum fuit, celebriter acceptarunt, quasi instituissent agere solennem feriam. Sed & literas ad nos depingere curavere, & nos in patriam benignè dimittere. Quibuscum tres Legatos huc instruunt ordinis Cucullati: fratrem Joannem, Henricum cognomento Mancer, & fratrem Simonem, cum impensis & cum autoritate plenâ moderandi quæ ad Synodum generalem maturandam spectarent: atque ita dividerent curas ut unus eorum rebus inspectis Basileam reverteretur, & sagittarios compararet cum triremibus, quorum partem relinquat civitatis nostræ in præsidium, cæteris Imperatorem & Patriarcham cum comitatu, & clero salvos transveheret quò Synodus generalis indiceretur: duo reliqui Legati Constantinopoli morarentur, & nummis prospicerent dispensandis, ut commeatus subministrarent idoneos ad Synodum vocatis: Et quicumque utiles viderentur ad Generalem Conventum, instructi necessariis, ut starent parati in procinctu sine morâ conscendere triremes cum appulissent: Hi tres itaque nostris associati venerunt Constantinopolim secum in pera apportantes octo millia florenorum: Et post aliquot dies Patriarcham obsequiosè compellantes suscepti muneris rationes aperuere, sed singuli seorsim honoris ac reverentiæ causâ. In quibus Joannes, primus oratione blandâ rettulit, omnes Basileæ congregatos Patres ingenti desiderio flagrare pangendæ unionis, & propterea promptos esse quemlibet laborem concoquere, quamcunque expensarum vim prodigere, ut illac possent Imperatorem & Patriarcham cum Orientalibus perducere: Atque eâ solâ fine (inquit) nos huc elicuere, ut omnium studia ad generale concilium celebrandum accenderemus, & quâ possemus solertiâ, ea cuncta aggrederemur, quæ conducere viderentur, ad tam divinum opus accelerandum: Secundus dixit: Dum huc navibus properarent, ad jussa munia capessenda, secum attulisse quamplurimos interpretes, & in pompam etiam conducta mancipiorum capita: Grassante autem per classem lue subitâ ac inevitabili, maxima pars servorum & interpretum interierit: Ita ut nunc (quod eos dolore maximo vulneraret) servis vel ad officia necessaria destituerentur, & interpretibus ad sensa mentium explicanda: sine quibus omnia verba, omnisque facundia auribus exteris & peregrinis, nihil aliud videbuntur quam immoderata linguæ profluentia inani sono

οὐ μέλλουσιν, ἔχειν τὴν πρὸς τὴν πρεσβείαν αὐτῶν ὑπηρεσίαν ὡς δεῖ. Ὁ τρίτος εἶπεν, ὡς εἰ γενήσεται ἕνωσις τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ, εἰς πολὺ καλὸν ἔσται τοῦτο τῶν Χριστιανῶν, καὶ μεγάλως βοηθήσουσιν οἱ δυτικοὶ αὐθένται τοῖς ἀνατολικοῖς, καὶ πολλὴ ὠφέλεια καὶ σύστασις ἀπὸ τῆς ἑνώσεως γενήσεται τοῖς Γραικοῖς. Ταῦτα τοίνυν καὶ ἕτερά τινα τούτου ἐχόμενα σκοποῦ, ὡς ἐκεῖνοι πλατύναντες εἶπον ἕκαστος.

τμήμ. β. Κεφ. κδ.

Ἀπεκρίθη οὖν ὁ πατριάρχης, ὅτι τὸ τῆς ἑνώσεως ἔργον ἐστὶ θεῖόν τε καὶ ἐράσμιον, καὶ ἐφίεται καὶ αὐτὸς λίαν, καὶ ἐπιθυμεῖ τοῦτο, εἴπερ εὐεργετήσει ὁ θεὸς γενέσθαι καλῶς. τί γὰρ ἥδυτερον τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας τῶν Χριστιανῶν; διόπερ ἔφη, ὡς ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐμβαλὼν τὸ σκάνδαλον τῆς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ διασχίσας αὐτὴν, μεγίστην καταδίκην εὑρήσει παρὰ τοῦ θεοῦ. καὶ νῦν δὲ ὁ δυνησόμενος ἐπιμεληθῆναι καὶ συνεργῆσαι γενέσθαι ἕνωσιν ἀγαθὴν, καὶ θεάρεστον, εἰ εὐδοκήσοι ὁ θεὸς προβῆναι ταύτην κατὰ τὴν ἀποδοχὴν αὐτοῦ, μέγιστον εὑρήσει μισθὸν παρὰ τοῦ θεοῦ. ὅθεν ἔφη πρόθυμός ἐστι πρὸς τὸ ἐπιμεληθῆναι καὶ συνεργῆσαι τὴν τοῦ θείου ἔργου τούτου προχώρησιν. πλὴν ἔδειξεν ὅπως ἔχει δυσχερῶς πρὸς τὴν ἐκεῖσε ἀποδημίαν, διά τε τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ καὶ τὸ γῆρας, καὶ τὸν κόπον τῶν τοσούτων διαστημάτων, ἔτι δὲ καὶ διὰ τοὺς ἐν τῷ πελάγει κινδύνους. προσθεὶς ὅτι καίτοι ὑμεῖς λυπεῖσθε διὰ ὑπηρέτας καὶ δούλους οὓς ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπεβάλεσθε. ἐμὲ δὲ οὐκ ἄξιον κρίνετε φείδεσθαι ἐμαυτοῦ, μήποτε καὶ ἐν τῷ πελάγει ῥιφεὶς κατάβρωμα γένωμαι τῶν ἰχθύων; πρὸς δὲ τὰς ἐπαγγελίας καὶ τὰς ὑποσχέσεις τῶν γενησομένων, εἶπεν εἶναι αὐτὸν Θωμᾶν. τοιαῦτα καὶ ἕτερα ὅμοια τούτοις εἰπὼν ὁ πατριάρχης, ἀλλὰ δὴ καὶ οἱ πρέσβεις ὡς ἔδει ἀπολογηθέντες, ἀνεχώρησαν.

τμήμ. β. Κεφ. κε.

Τούτοις δὲ ἐξ Ἰταλίας ἐρχομένοις συνεπανῆλθε καὶ ὁ προειρημένος Κορώνης ὁ Χριστοφόρος ἔχων ἔνδοσιν καὶ ἰσχὺν παρὰ τοῦ Πάπα, ἵνα ὅπερ ἂν πράξῃ, στέργηται

καὶ

sono aërem verberantis. Tertius vero, ut vates Apollinis è tripode, audacter pronuntiavit: Si ista Ecclesiarum concordia præstabitur, ingens decus & gloria ad Christianum orbem redundabit: Occidui terrarum domini Orientalibus insigniter succurrent, ac Græci nunc inopia subsidii fatiscentes, maxima rerum incrementa, novarum partium accessus, conscriptiones militum & ingentia commoda percipient. Hæc & his similia suis expatiati verbis, ordine singuli dixerunt.

SECT. II. CAP. XXIV.

Patriarcha autem ad hæc respondit: Ecclesiarum Unionem divinum opus esse, & longe amabile: quod & ipse toto corde amplecteretur, si Deus id fieri, cum laude concederet: Quid enim jucundius quam Christianos videre in fraternæ caritatis nexu indissolubili vitam traducere? Nam ut qui primum injecerit offensæ scandalum, & Ecclesias disruperit, in extremo Dei judicio maximam subibit condemnationis aleam; ita qui manum sic admoverit, ut in mutuos denuo ruant amplexus, longe summum à Deo consequetur præmium; unde sibi firmum stare propositum, hoc divinum opus Christianæ pacis semper promovendi: Verum à recto judicio præditis sibi condonatum iri sperabat, si à tam longinquâ peregrinatione semper abhorruerit, ubi tanta locorum intervalla, tot maris pericula, à viro tam provectæ ætatis, corporis tam infirmi essent adeunda: Et si vos, inquit, tam immensus dolor invaserit, ob conductitia mancipiorum capita, & vestros vernas qui in mari perierunt, æquum ne censetis, ut ego mihi caveam, ne ab ultimâ tabulâ naufragus balænis esca fiam? Quod vero ad tam lautas attinet futurorum denuntiationes, & promissa aurei post Unionem seculi, dixit, ipsum esse Thomam dum viderit, dum palpaverit, incredulum. Hæc aut his consimilia cum Patriarcha locutus esset; & prout decuit respondissent Legati, in divorsum retrocessere.

SECT. II. CAP. XXV.

At nostros ad Papam Legatos, jam redeuntes ex Italia, Christophorus ille Coronensis, cujus anteà meminimus, comitatus est, cum fiduciariâ potestate à Papa, ut quicquid ille nobiscum contraxisset, Papa confirmaret: Nam Papam

καὶ παρ' ἐκείνου. διεμηνύθη γὰρ ὁ πάπας παρὰ τῆς συνόδου, ἵνα δι' οἰκείου τινὸς ἢ στέρξῃ καὶ ἀκολουθήσῃ ὅπερ ἂν οἱ συνοδικοὶ πράξωσιν ἐπὶ τῇ περὶ τῆς ἑνώσεως συνόδῳ, ἢ εἰ ἄλλο τι βούλεται, ποιήσωσι καθὼς ἂν φανῇ καλὸν τῇ συνόδῳ ἐκείνῃ. ἐπὶ τούτῳ γοῦν ἐστάλη ὁ Χριστόφορος, καὶ τὸ μὲν φαινόμενον ἦν, ἵνα συμπράξῃ καὶ ἀκολουθήσῃ τοῖς συνοδικοῖς, τὸ δ' ἀληθὲς, ἵνα ἐπιτηδείως ἄν τι πράξῃ, εἰ δυνηθῇ. ἐσπούδασε γὰρ τοῦτο πάνυ λαθραίως πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πρὸς τὸν πατριάρχην μάλιστα. ἐπεὶ καὶ τότε φιλικώτερον μᾶλλον διετέθη πρὸς αὐτόν τε, καὶ πρὸς τὸν Πάπαν ὁ Πατριάρχης. καὶ ὑπέσχετο ἵνα ποιήσῃ ὁ Πάπας τὴν σύνοδον ἐνταῦθα. συνήργησεν οὖν λίαν ὁ πατριάρχης πρὸς τοῦτο. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς οὐδόλως παρεδέξατο αὐτό. Μετὰ δὲ ἐλθεῖν τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις ἐνταῦθα, ἐλαλήθη ὅτι διηρέθησαν οὗτοι ἐκεῖσε, καὶ ἔπραξαν οἱ ἄρχοντες τὰ πλείω παραβλέψαντες τὸν καθηγούμενον. ὅπερ ἐξεῖπε καὶ αὐτὸς Χριστόφορος πρός τε τὸν πατριάρχην, καὶ πρὸς τινὰς τῶν φίλων αὐτοῦ. Διὸ καὶ ὁ πατριάρχης δυσχερῶς ἐδέχετο τὰ τῆς τοιαύτης πρεσβείας. Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι πλατύνονται ταῦτα, ὥρισε, καὶ συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἡγούμενοι, καὶ πνευματικοὶ εἰς τὸν πατριάρχην. ἦλθε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκάθισε μετὰ τοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς κατηχουμενείοις. ἐκάθισαν δὲ καὶ οἱ δηλωθέντες καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ πατριάρχου, οἱ σταυροφόροι, καὶ ὀλίγοι τῶν συγκλητικῶν. ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς ὅτι ἀκούω ὅπως λαλοῦσι τινὰ κατὰ τῶν πραχθέντων ἐν τῇ Βασιλείᾳ παρὰ τῶν ἡμετέρων πρέσβεων. λέγουσι γὰρ, ὅτι τὰ λαληθέντα καὶ περισάντα ἐκεῖσε, οὐκ ἦσαν πάντα καὶ τοῖς τρισὶν ἀρεστὰ, ἀλλ' εἰ καὶ ἀσύμφωνος ἦν ὁ εἷς ἐξ αὐτῶν, παρεώφθη παρὰ τῶν δύο, καὶ ἔπραξαν οὗτοι ὅσαπερ συνεφώνησαν. διὸ καὶ ἦλθον ἵνα ἐξετασθῇ τὸ περὶ τούτου παῤῥησίᾳ. ἵνα εἰδῶμεν ὅπως μέλλομεν πράξειν εἰς τὸ ἑξῆς, καὶ ὥρισε πρὸς τοὺς πρέσβεις, ἵνα διηγήσωνται κατὰ μέρος τὰ ἐκεῖσε παρακολουθήσαντα. εἶτα ἀποδὼν καὶ πρὸς τοὺς ἀκροατὰς ἔφη.

τμήμ. β. Κεφ. κϛ.

Ὅτι εἰσὶ τινὰ ἐν ταῖς συμφωνίαις ἐξωτερικὰ, καὶ πραγματικὰ, ἅτινα εἴπερ οὐκ εἰσὶ

Baſileenſes ſubmonuerunt, ut per quendam ſuis ad id inſtructum ſignificet Græcis, ſe ſtabilire quicquid Synodales hactenus fecerint, & ſe concurrere ad quod eſſent facturi, in Eccleſiarum Unione moliendâ: aliter ſeipſos ſibi, ſuoque juri proſpecturos, ſi ille poſthabuerit: Quare de novo Chriſtophorum miſit Papa, ſub prætextu concurrendi cum Synodo, at tacitè ut Papæ commodum procuraret: Nam & illud multum cum Imperatore laborabat, clam & ſub aulæo: ac magis præcipuè cum Patriarchâ, qui tum animo propenſiori ergà & ipſum & Papam ferebatur: ex quo Papa promiſerat, Synodum Græcos domi ſuæ, & in patriâ habituros: cui extundendæ Patriarcha dies noctesque invigilabat: At Imperator in contrarium planè nitebatur. Verum ut noſtri primum à Synodo Legati rediere, rumor ortus percrebuit Synodales Baſileæ cœtibus inter ſe digladiari: cuncta illic ad ſeditionem tendere, obſequii leges, obedientiæ ſacramenta ſolvi, & in omnibus ferme Magiſtratus autoritatem proculcari: Hæc etiam Chriſtophorus haud diſſimulanter evulgavit, ad Patriarcham, & aliquot ſuiipſius intimos; Unde ſic affectus eſt Patriarcha ut negotia Synodi in exteriorem ſenſum admittere deteſtaretur. Imperator ſatis gnarus hæc ubique in vulgum ſpargi, mandavit Archiepiſcopos, ſacrarum ædium Præfectos, & Confeſſarios convocari ad Patriarcham: quò ipſe accurrit, & cum Patriarcha accubuit ad dextrum latus Catechumenorum: accumbentibus etiam quos nuper nominavi, cum principibus Patriarchæ Cruciferis & aliquot Imperii Senatoribus; & Imperator ſic occœpit fari: Audio nonnulla rumuſculis quibuſdam, per plebem diffamari adverſum ea quæ à Legatis noſtris Baſileæ conventa ac geſta huc manarunt: Quaſi quicquid à noſtris ibidem propoſitum fuit, ne tribus ſimul ſuffragantibus complacuiſſet: ſed è tribus unus ſemper in contrariam ſententiam abiiſſet, & reliqui duo, tanquam numerus auctior, diſſimulato male tertio, controverſiam omnem, pro libidine definiiſſent: Proceſſi itaque in hunc Senatum, ut poſt liberrimam hujus negotii diſquiſitionem in poſterum quid nobis agendum ſit, prudentius perdiſcamus: Et cum his Legatos adſtantes juſſit ſingula illic peracta narrando percurrere: dumque illi ſe parant loqui, Imperator exorſum ſermonem ſic proſecutus eſt.

Sect. II. Cap. XXVI.

Quædam in his noſtris pacificis congreſſibus incidunt forinſeca & aliena à propoſito, quæ niſi caute

εἰσὶ πεφυλαγμένα προξενήσουσιν ἡμῖν βλάβην. Τίς οὖν ἔνι χρεία ἵνα ἀκούητε περὶ κατέργων καὶ τζαγρατόρων; καὶ ἄλλων τινῶν ὧν προνοούμεθα εἰς ἀσφάλειαν ἡμῶν καὶ τῆς πόλεως, κἀντεῦθεν διαδοθῆναι καὶ τοῖς ἐχθροῖς δῆλα γενέσθαι, καὶ καθ' ἡμῶν αὐτοὺς κινηθῆναι. διὸ φαίνεταί μοι καλὸν, ἔφη, ἵνα περὶ μὲν τῶν τοιούτων μηδὲν εἴπωσιν, ὡς μὴ ἀναγκαίων ἡμῖν ὄντων, μηδὲ πρὸς τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα συντελούντων. περὶ δὲ τὰς ἐνεργείας καὶ μεταχειρισίας αὐτῶν εἰπάτωσαν δι' ἧς ἔπραξαν τὰ συμφωνηθέντα. Διηγήσατο οὖν οὕτως ὁ μέγας στρατοπεδάρχης. Ἀπερχομένων ἡμῶν, καὶ ἐγγὺς τῆς πόλεως Βασιλείας παραγενομένων, μαθόντες τοῦτο οἱ ἐν τῇ συνόδῳ, ἔστειλαν ἐπισκόπους, καὶ ἄλλους τινὰς ἄρχοντας, καὶ ἀπήντησαν ἡμῖν, πρὸ τῆς πόλεως ὅσον ἥμισυ τῆς ἡμερησίας διάστημα. καὶ προέπεμψαν ἡμᾶς μετὰ μεγάλης τιμῆς, μέχρι καὶ τῆς καταοικίας ἣν ἡτοίμασαν δι' ἡμᾶς· ἀνεπαύθημεν οὖν ἐκεῖσε· εἶτα ἦλθον καὶ ἔλαβον ἡμᾶς μετὰ τιμῆς, καὶ παρεγενόμεθα εἰς τὴν σύνοδον. ἀπενείμαμεν οὖν ἐκεῖσε τοὺς ἁρμοδίους χαιρετισμοὺς, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας βασιλείας σου, καὶ ἀπὸ τοῦ δεσπότου μου τοῦ ἁγίου τοῦ πατριάρχου. ἐδώκαμέν τε καὶ τοὺς θείους σου ἐγγράφους ὁρισμοὺς καὶ τὰς τιμίας πατριαρχικὰς γραφάς. ἐδέξαντο οὖν ἡμᾶς ἀσπασίως καὶ φιλικῆς ὁμιλίας μετέδοκαν, καὶ προθύμους ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ἕνωσιν ἔδειξαν. εἶτα εἴπομεν ὅπως ἔχομεν καὶ λόγους καὶ ἀναθέσεις πρὸς τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐροῦμεν αὐτὰ ὅταν χρήζωσι. καὶ ἐπὶ τούτοις παρέπεμψαν ἡμᾶς εἰς τὴν καλοῦναν, καὶ ἀνεπαυόμεθα. Αὐτοὶ δὲ ἐξελέξαντό τινας ἐκ τῶν συνοδικῶν, ἐν οἷς ἦσαν καὶ Καρδηνάλιοι καὶ ἐπίσκοποι. ἀπέταξαν δὲ καὶ τόπον καὶ ἡμέρας, καὶ ἐγνώρισαν καὶ ἡμῖν ταῦτα. καὶ συνηρχόμεθα κοινῶς, καὶ ἐλέγομεν τὰ ζητήματα ἅπερ εἴχομεν. καὶ ἠκούομεν τὰ παρ' ἐκείνων λεγόμενα. ἐσκέπτοντο οὖν καὶ ἐδίδουν ἡμῖν θεραπείας τῶν ζητημάτων, καὶ εἰ ἐφαίνοντο ἡμῖν ἀρκεταὶ, ἐκοινοποιοῦντο ταύτας μετὰ τῆς καθόλου συνόδου, καὶ οὕτως συνίστων καὶ ἐβεβαίουν ταύτας ἡμῖν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡμεῖς ἐσκεπτόμεθα εἰς εἴ τι ἠκούομεν λεγόμενον ἢ διδόμενον ἡμῖν παρ' ἐκείνων, καὶ πᾶν ὅπερ ἤρεσε τοῖς τρισὶν ὁμοφώνως ἐκεῖνο ἀπελογούμεθα ἢ ἐδεχόμεθα.

οὕτως

caute vitentur, imprudentiæ labem cum damno nobis inurent. Nam cui bono foret vestras aures obtundere, triremium recensendo numeros, ac funditorum, in nostrum urbisque incolumitatem comparatos, nostra præsidia, & robur propalare hostibus, iisque alacrius nos invadendi ansam exporrigere? Quocirca mihi videtur nostro usui maximè accommodari, ut qui aliquid dicturi prodeunt, ab istiusmodi negotiis sermocinando abstineant, quæ nec nobis prosunt, nec motis de Ecclesia controversiis conducunt: Et ut ea tantum capita perstringant, quæ effectus intimos tangunt, & tractationum artificia: quibus nempe conditionibus, singula pepigerint, & pertractarint: His præmonitus magnus Stratopedarcha Demetrius, ab exordio narrationis telam pertexere sic incepit: Ut hinc Basileam versus iter carpsimus, & jam ipsis mœnibus quasi appropinquavimus, id rescíscentes Synodici Patres, Episcopos aliquot cum Magnatibus, ac primariis viris ad nos destinarunt, qui obviam nobis facti ab urbe quantum itineris dimidium unius dieculæ occupat, cum honore maximo, ad hospitium publicis sumptibus comparatum, ubi viarum fastidio fatigata membra reponeremus, nos deduxerunt: & postridii pari cum pompâ, & obsequio ad Synodum. Quam solenniter ingressi, post peractas ceremonias, & amicas compellationes Majestatis Tuæ nomine, ac domini mei Patriarchæ, Patribus dictas, in publicum Sacrosanctos Majestatis Vestræ codicillos & Patriarchica rescripta expandimus: Quæ prono vertice, ac vultu renidenti Patres acceptarunt, nobiscum familiariter & blando alloquio conversati, multumque propensi ad unionem, quod verbis, gestuque nobis significaverunt: Cumque ulteriora quædam nos habere profiteremur, ad diversoria fruituri otio aliquantisper retromittimur. Post aliquot moras, Comitium singulare segregarunt, ex Episcopis conflatum & Cardinalibus, diemque nobis & locum præstituerunt: quò ubi conventum, & nos à nobis audienda exposuimus, & ab illis dicenda audivimus: Ac quemadmodum illi se fatigabant, nostris objectis responsa dare, & si qua usui nostro viderentur, communicata cum totâ Synodo stabilire, ita ab illis in medium prolata suffragati expendimus; & quicquid omnibus simul tribus concinnum videretur viceversâ sanximus: Atque ita divino opitulante Numine, in singulos mandatorum nostrorum articulos, sine verborum æstu, aut ullo dissensu conjunctissimi descendimus. Si quis in promptu habeat, quod opponat, confidenter eloquatur & me redarguat: nam ego audacter nostra negotia sic peracta pronuntio. Tandemque cum copiosè & abundanter ad singula

οὕτως οὖν ἐγένετο εἰς ὅλα τὰ ζητήματα καὶ τὰς ἀναθέσεις, ἃς εἴχομεν, καὶ οὐ διεφωνήσαμεν κατά τι θεοῦ χάριτι. εἰ δέ τις ἔχει εἰπεῖν ἄλλως, εἰπάτω ἀνενδοιάστως. ἐγὼ γὰρ ἀναφέρω παῤῥησίαν ὅτι οὕτω τὰ ἐκεῖσε παρηκολουθήσαν. μεθ' ὃ οὖν εὕρομεν θεραπείας πρὸς τοὺς ὁρισμούς, καὶ τὰς ἀναθέσεις ἃς εἴχομεν, τότε συνεβιβάσθημεν εἰς ταύτας τὰς συμφωνίας ὅσαι διαλαμβάνονται ἐν τῷ δεκρέτῳ, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐζήτησαν ἡμᾶς ὅρκους. Ἐλειτούργησεν οὖν οὗτος ὁ σὺν ἡμῖν τιμιώτατος πάπας κῦρος Ἰσίδωρος, καὶ ὤμοσεν αὐτός τε καὶ ἡμεῖς, ὅτι εἰ ποιήσουσιν ὅσα περιεστήσαμεν, ἀνυπερθέτως ἐλεύσεται ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ τῆς τῶν ἀνατολικῶν συνόδου ἐκεῖσε. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐδώκαμεν καὶ τὸ χρυσόβουλλον τῆς ἁγίας βασιλείας σου. καὶ οὕτως ὤμοσαν καὶ ἐκεῖνοι. καὶ ἑορτὴν συνοδικὴν ποιήσαντες, τετελεσμένον τὸ δεκρέτον ἡμῖν δεδώκασιν. οὐδὲν οὖν ἐπράχθη τι ἄνευ τῆς βουλῆς τῶν τριῶν, οὐδὲ ἔβλεπον τινὰς ἐξ ἡμῶν ἰδίᾳ. ἢ ἰδίως τις ἀφ' ἡμῶν ὡμίλει ἐκείνοις. ἀλλ' οἱ τρεῖς ἅμα καὶ ἐβλεπόμεθα καὶ ἐθεωροῦμεν ἐκείνους. πλὴν οὗτος ὁ φρὰ Ἰωάννης προσήρχετο ἡμῖν συνεχῶς, καὶ πρῶτος πάντων ἀπήντησεν ἡμῖν, καὶ ἐπεμελεῖτο καὶ ἐσπούδαζε θεραπεύειν καὶ οἰκονομεῖν τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν ἡμῶν. Καὶ αὐτὸν εἴχομεν συνεργὸν εἰς ὅπερ ἐν χρείᾳ ἡμῖν ἤρχετο. καὶ πολλὴν φιλίαν ὀφείλομεν αὐτῷ διὰ τὴν ἀγάπην καὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ἣν ἐδείκνυεν εἰς ἡμᾶς. ἀλλὰ καὶ οὗτος κοινῶς ἔβλεπε καὶ ὡμίλει καὶ τοῖς τρισί. καὶ οὐδένα μεμονωμένως. Ταῦτα διηγησάμενος ὁ Παλαιολόγος, ἔφη, εἰπάτωσαν καὶ οἱ λοιποὶ ὡς βούλονται. Τότε συνωμολόγησε καὶ ὁ πάπας κῦρος Ἰσίδωρος ὡς οὕτως προέβησαν τὰ ἐκεῖσε, ὡς ὁ Παλαιολόγος ἀνέφερε. τὸ αὐτὸ δὲ εἶπε καὶ ὁ δισύπατος, προσθεὶς ὅτι οὐδὲ ἄλλό τι ἔχει τις παρὰ ταῦτα ἀνενεγκεῖν, ἐπειδὴ οὕτως ἐπράχθησαν. Τότε ὥρισεν ὁ βασιλεὺς ὅτι φαίνεται ἄρα, ὡς ἐκ συμφώνου καὶ καλῶς ἔπραξαν οὗτοι, καὶ οὐκ ἔχει τις κατηγορεῖν τῆς πρεσβείας αὐτῶν, οὐδὲ ἔδει λαληθῆναι ἅπερ ἠκολούθησαν.

τμήμ. β. Κεφ. κζ.

Ἤρξατο δὲ εἰπεῖν τι καὶ ὁ Πατριάρχης, ἐπεὶ δὴ οὕτω πως συνέβη γελάσαι τὸν

gula reſponderint mandatorum momenta, in fœdera conſenſimus Decreto inſerta ac comprehenſa, & poſtulati juramenta dedimus. Ac ut ineundo fœderi Divina Gratia aſpiret, Venerabilis Papa Iſidorus collega noſter ſacra ſolenniter obivit: Et tum ille ſe primum, & nos ejus exemplo jurejurando obſtrinximus, ſi conventa præſtiterint, Imperatorem & Patriarcham, cum Universâ Synodo Orientali, illac ſine ulteriori tergiverſatione feſtinaturos: Et hæc ut rata fierent, auream bullam Majeſtatis Tuæ obtulimus: Tum illi omnia peragenda in ſe jurati ſuſceperunt: Ac feſtum celebrantes Synodi ſolenne juſtitium, decretum hoc perfectum & confirmatum ſigilliſque munitum, in manus noſtras tradiderunt: Nulla autem tranſegimus abſque unanimi omnium trium aſſenſu: Nec enim illi nobis quicquam ſeparatim, aut ſingulis communicarunt: Nec è noſtris quiſpiam eorum conſortia privata ambivit: Sed ut illi ſemper nos tres unà inviſerunt, ita nos tres unà eorum ſodalitia frequentavimus: Nam & iſte frater Joannes noſtras ædes quotidie adventavit, ut primus etiam nobis occurrit, nullumque officii genus omiſit, quod nobis tranquillitatem animi ac voluptatem conciliare poſſet: quem etiam ſemper invenimus promptiſſimum adjutorem, quoties negotiorum noſtrorum uſus ac neceſſitas poſcebant: Et cui ingentes gratias æternùm profitebimur, propter ejus ſingularem amicitiam, ac benevolentiam qua nos conſtanter proſequebatur: Et tamen ille omnes tres ſimul adiit, nec unum aliquem noſtrorum à reliquis duobus ſegregatum eſt allocutus: Et cum hæc Palæologus dixiſſet, juſſit collegas, ſi vera peroraſſet, atteſtari: Cui Papa Dominus Iſidorus aſſenſit, res geſtas clamans ut narraſſet Palæologus, nec quemquam inficiari poſſe, quin ſic omnia tranſigerentur: Et in eandem ſententiam, Legatus tertius bis Conſul pedibus ivit: Ergo liquet, Imperator aſſeveravit, ſole Meridiano clarius, quod ſingulari cum conſenſu animórum illic muneribus functi ſunt, nec debent homines perfrictâ fronte eorum legationibus oblatrare, aut in populum eos ſpargere ſuſurros, qui noſtras oras univerſas impudentiſſimè pervagantur.

SECT. II. CAP. XXVII.

Ubi Imperator conticuit, Patriarcha cœpit proloqui, ſed Imperatore in ſubitum cachinnum

τὸν Βασιλέα. λυπηθεὶς εἰς τοῦτο ὁ πατριάρχης εἶπεν, ὡς ἐπεὶ ὁρῶ ἐμαυτὸν εἰρωνευόμενον, παραιτοῦμαι λοιπὸν καὶ ὃ ἐβουλόμην εἰπεῖν. ὁ δὲ Βασιλεὺς εἶπεν αὐτῷ, ὅτι νὰ ἔχω τὴν εὐχήν σου, οὐδὲν ἤκουσα τί εἶπες, οὐδ' ἐγέλασα δι' αὐτὸ, ἀλλὰ δι' ἄλλο τι ἐμειδίασα· ὡς κελεύεις οὖν εἰπὲ εἴ τι χρήζεις. ὁ δὲ οὐκέτι ἠθέλησεν εἰπεῖν τι, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ Βασιλέως εἰπεῖν. ὕστερον δὲ πάλιν εἶπεν ὁ Παλαιολόγος· ἡμεῖς οὕτως ἐπράξαμεν κοινῶς καὶ ὁμοφώνως καθὼς ἀνεφερόμεθα. εἰ δὲ ἄλλως ἐλαλήθησαν, οὐκ ἔνι σφάλμα ἡμέτερον. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθη ὁ σύλλογος. Μετὰ δὲ παραδρομὴν ὀλίγων ἡμερῶν συναθροίζει ἡμᾶς τοὺς σταυροφόρους ὁ πατριάρχης, καὶ λέγει, ὅπως ὁ Βασιλεὺς προστίθεται τοῖς ἐκ τῆς συνόδου ἐλθοῦσι, καὶ βούλεται πρᾶξαι μετ' αὐτῶν καὶ στῆσαι τὸ ἀπελθεῖν, καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ Βασιλείᾳ. καὶ ἀναγκάζει ἔχειν καὶ αὐτὸν συνεργοῦντα πρὸς τοῦτο καὶ ἀκολουθήσοντα. τὸ δὲ φαίνεται αὐτῷ βαρύ. καὶ πρὸς καταστροφὴν ἀφορῶν μᾶλλον, καὶ οὐ πρὸς ἡμετέραν ὠφέλειαν. διόπερ καὶ δυσχεραίνει καὶ οὐ βούλεται τῷ Βασιλεῖ συνεργεῖν. ἀλλ' εἰ καὶ ἀκούσει τι μὴ ἀρέσκον αὐτῷ, ἀντιβαίνειν τε καὶ ἀνθίστασθαι, καὶ μηκέτι πρᾴως ὑποφέρειν τὰ μελετώμενα. Διόπερ ἐπεὶ οὐκ ἔχει πλέον θάρρος πρὸς ἄλλους τινὰς, εἰ μὴ πρὸς ἡμᾶς, τούτου χάριν λέγει καὶ πρὸς ἡμᾶς ταῦτα, καὶ συμβουλεύεται καὶ ζητεῖ, ἵνα ἔχῃ μεθ' ἑαυτοῦ καὶ ἡμᾶς συνεργοῦντας αὐτῷ πρὸς ταῦτά τε καὶ συμπράττοντας. ἐπεὶ γοῦν ἀπεδεξάμεθα καὶ ἡμεῖς ταῦτα, καὶ ηὐχαριστήσαμεν αὐτῷ καὶ παρεκινήσαμεν, ἵνα εἴπερ ὁδηγηθῇ ἐκ θεοῦ γενναίως καὶ ἰσχυρῶς ἐνίσταται εἰς τὰ πρὸς σύστασιν τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας συντείνοντα, καὶ οὕτω μέλλει ἔχειν καὶ ἡμᾶς συνεργοῦντας πρὸς ταῦτα καλῶς, θεοῦ χάριτι, καὶ γενναίως ἀγωνιζομένους. εἶπεν αὖθις ὅτι ἤκουσεν ἐλεύσεσθαι τὸν Βασιλέα, κατὰ τὴν αὔριον, ἐν τοῖς δὲ τοῖς μέρεσι βουλευσόμενον περὶ τῶν τοιούτων. διὰ τοῦτο ἐφάνη αὐτῷ καλὸν εἰπεῖν, ἔφη, πρότερον τὰ δηλωθέντα πρὸς ἡμᾶς, ἵν' ἔχῃ καὶ ἡμᾶς ὁμογνώμονας, καὶ συμφώνους, καὶ εἰ γένηται χρεία συνεργήσωμεν αὐτῷ, καὶ κατὰ τὴν αὔριον καθὼς ἐγχωρεῖ. ὑπεσχέθημεν οὖν καὶ ἡμεῖς καὶ ἐβεβαιώσαμεν τοῦτο. Τῇ δ' ἐπιούσῃ, ἣ καὶ μετὰ τὴν παρασκευήν ἦν, διεμηνύθη

num effuſo, Patriarcha ſermonem cohibuit: & alto doloris vulnere percitus dixit: quando me ſcommatis acceptum video, quæ porro muginabar, ſuperſedebo fari, & quamquam Imperator leniret dictis, riſumque aſſeveraret, ad Patriarchæ ſermonem non pertinuiſſe: atque ita ſeipſum Patriarchæ precibus Deo commendatum cuperet, ut loquentem Patriarcham nec ipſe animadverterit, nec ejus verba riſum ab illo elicuerint, ſed repentinum & fortuitum erupiſſe, qualis interdum ſolet hominibus vagâ ac tralatitiâ cogitatione comprehenſis, Patriarcha tamen diſcurſum redintegrare noluit, bis terve ab Imperatore, ad id ſuppliciter exoratus: Itaque ut hæc ſcena muta ſuppleretur, Legatus Palæologus his ultimis poſtremum Actum clauſit, quaſi poſtliminio revocans quæ peroraverat: Eâ conjunctione animorum ac integritate, cum ſignata publice geſta fuerint, ut nuper narravimus, ſi fama rumuſculos in contrarium; ebuccinaverit, nobis non debet imputari: Et ſic Senatum dimiſerunt. Poſt elapſum dierum aliquot ſpatium Patriarcha nos Cruciferos ad ſe vocari curavit, & graviter queſtus nobis ſignificavit: Imperatorem totum abiiſſe in partes Concilii Generalis, ſe adjungere illinc adventantibus, cum iis ſolis tractare, ut hoc unum extundat: Nos Baſileam deducere: & quod illum etiam precibus fatigaret, ad ejus præſcriptum accedere, ei opem ferre in omnibus, ac ſuccenturiari: Provinciam, inquit, ſuſcepit Imperator ipsâ Ætnâ graviorem, quæ nobis nullum unquam aut fructum, aut emolumentum proferet, ſed totam gentem in fatalem ruinam præcipitabit: Hæc quoties, inquit, apud ſe mœſtus revolvit, diſcruciatur animi, & tantopere in his Imperatori ſubſcribere abhorret, ut ſi ſciret quid Imperatori maximè diſpliceret, id toto corde proſequeretur, cujus immania cæpta (inquit) mea mens ægra nec fert, nec concoquit: Ad nos autem (dixit) non piguit hæc referre, quando ſatis conſciret, ſe non habere, apud quos ſecreta confidentius reponat: Ut quamvis Imperator & ipſe diffideant, tamen nos ſibi habeat faventes ac immotos, quorum ope, ac ſubſidio ut olim, ſic in futurum perfruatur. Hæc à Patriarcha nobis communicata, ſenſuum intimo affectu, & gratiſſimorum animorum ampliſſimis indiciis cum nos amplexari teſtaremur, ipſum adhortati ſumus, ut Deum, primarium ducem, ſecutus, animoſe ac fortiter ſe cingat ad compagem Eccleſiæ retinendam, ac Unionem: Sic nos, promptos fore cum illo in omnem arenam deſcendere, pro fidelitatis noſtræ, & honoris ſui laureâ decertaturos: Tum Patriarcha audiviſſe ſe dixit, Imperatorem cras huc affuturum, ut in his urbis regionibus, nobiſcum de iſtiuſmodi nego-

G tiis

μηνύθη ὁ πατριάρχης, καὶ ἀπῆλθε σὺν ἡμῖν εἰς τὴν νέαν. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ εἶδε τὴν μητέρα αὐτοῦ τὴν δέσποιναν, καὶ περὶ ὥραν δείλης ἦλθεν εἰς τὴν νέαν, καὶ ἐκάθισεν ἐντὸς τοῦ θείου ναοῦ, καὶ προσεκαλέσατο τὸν πατριάρχην. ὁ δὲ ἀπερχόμενος, καὶ παρ' ἡμῶν ὑπανεχόμενος λέγει πρὸς ἡμᾶς, εἰ καὶ ἐντὸς καρτερήσετε, ἀλλ' οὖν ἐγγὺς που καθίσατε. ὁρῶ γὰρ τεταραγμένον ἐμαυτὸν καὶ διενοχληθησόμενον. διὰ τοῦτο θέλω, ἵνα ἦτε ἐγγύς μου, καὶ εἴπερ λαλήσω γεγωνότερον, ἑτοίμως συνέλθητε. ἐκάθισεν οὖν ὁ πατριάρχης μετὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐβουλεύσαντο μόνοι. ἡμεῖς δὲ ἐντὸς καθήμεθα ἐγγὺς τῆς τοῦ ναοῦ πύλης. εἶτα προσεκαλέσαντο τοὺς μεσάζοντας καὶ τὸν μέγαν δομέστικον, καὶ ἐβουλεύσαντο καὶ μετ' αὐτῶν. εἶτα καλοῦσι τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ ἡμᾶς, καὶ εἰσήλθομεν ὁμοῦ μετὰ καὶ τῶν προειρημένων πρέσβεων, τοῦτε Παλαιολόγου δηλονότι, τοῦ ἱερομονάχου, καὶ τοῦ δισυπάτου, καὶ ἐκαθίσαμεν. καὶ λέγει ὁ βασιλεὺς τῷ πατριάρχῃ, κελεύεις, εἰπὲ, ὅπερ ἐστήσαμεν. εἶπεν οὖν ὁ πατριάρχης ὅπως οἱ ἐκ τῆς συνόδου ἐλθόντες τῶν Λατίνων πρέσβεις ἐζήτησαν, ἵνα ἅπερ ἐπράχθησαν ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ἐγράφησαν ἐν τῷ Δεκρέτῳ, λαληθῶσι καὶ ἐνταῦθα, καὶ βεβαιωθῶσι καὶ παρ' ἡμῶν. ὡς ἂν ἔχωσιν ὁμολογουμένως τί ἄρα καὶ πράξωσιν εἰς ἅπερ ἀνετέθησαν. ἔνι γοῦν χρεία ἵνα ἀποταχθῶσι τινὲς οἱ μετ' ἐκείνων συνέρχεσθαι μέλλοντες, καὶ ἀκούειν καὶ ἀπολογεῖσθαι εἰς τὰ παρ' ἐκείνων λεγόμενα. ἐτάχθη οὖν ἵνα πρὸς τοῦτο ὑπάρχωσιν οἱ δύο μεσάζοντες, καὶ ὁ μέγας δομέστικος, ἐκ τῶν ἀρχιερέων ὁ Ἐφέσου κῦρος Ἰωάσαφ, καὶ ὁ Ἡρακλείας κῦρος Ἀντώνιος, ἐκ τῶν σταυροφόρων, ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, καὶ ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης, ἐκ τῶν πνευματικῶν, ὁ πάπας κῦρος Ματθαῖος, καὶ ὁ πάπας Γρηγόριος, καὶ οὗτοι οἱ ἡμέτεροι πρέσβεις, καὶ συνέρχησθε ἐν τῇ μονῇ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. ἤδη οὖν ἠκούσατε καὶ ἑτοιμάσθητε πρὸς τοῦτο.

tiis consilia capiat: Quocirca ipsi visum fuit haud inconcinnum, hæc pauca obiter libare, & nos præmunire, ut consoni suis propositis reperiremur, ac concordes vel crastinâ luce, si occasio justa exigeret: Quod unanimiter, firmissimis astipulationibus illico spopondimus. Insequenti aurora ut Patriarcha prædixerat, qui fuit dies Saturni, Patriarcha per præconem ad Imperatorem accersitus, abiit nobiscum in Palatium dictum Novellam: Imperator vero cum plurimum diei contrivisset, in salute impertienda matri Serenissimæ Augustæ, non ante vespertinum crepusculum accessit, & in Palatii sacello consedit. Et brevi posteà Patriarcham segregatum à cæteris ad se evocavit: qui dum pertransiret à nobis parumper substitit, ut nos alloqueretur, his verbis: Ne vos hinc longius subripiatis, obsecro, sed in proximum concedite: Nam nescio quid turbulenti intus in præcordiis suboriri persentisco, quod me ad iracundiam commoveat: Quare si elatiori voce me quid altius intonantem audieritis, ad me festinanter ut potestis accelerate. Sed Imperator & Patriarcha aliquantisper submissâ voce verba invicem alternarunt, at nos extra ad templi portam consedimus: Mox adduci jubent Dominos Sequestros, & Magnum Domesticum: quibuscum nonnihil temporis in secreto consumpserunt: Tandemque Archiepiscopos & nos per Ministrum admovent: qui cum prædictis Legatis, Palæologo summo duce, Hieromonacho Isidoro, ac bis-Consule, ingressi sumus: Atque omnibus unà in circuitu assidentibus, Imperator ita Patriarcham allocutus est: An, Patriarcha, jubes id præstari in quod nuper convenimus? Tum Patriarcha nobis differere occœpit: ut Legati à Concilio generali Latinorum strenuè efflagitaverint, in Synodo peracta, & decreto inserta hic legi publice, & à nobis confirmari: ut ipsi habeant in quo Legationis munia exerceant, secundum mandata fidei suæ à Patribus commissa: Esse igitur operæ pretium, eorum votis annuere, atque hic aliquot viros deligere qui eorum singula audiant, perpendant, respondeant: Constituti igitur ad id negotii ex ordine Nobilium Sequestri, & supremus Seneschallus: ex ordine Hierarchico D. Joasaph Ephesi, & Heracleæ D. Antonius, Episcopi: E Cruciferis magnus Patriarchæ Scriniarius, & M. Ecclesiarcha: E Confessariis D. Matthæus, & Gregorius, una cum Legatis nostris, jussi sunt à Patriarchâ consultandi sedem capessere, in Monasterio Resurrectioni Christi dedicato, & ad provinciam hanc sibi demandatam confestim se accingere.

τμήμ. β. Κεφ. κη.

Εἶτα ἐζήτησαν οἱ ἡμέτεροι ἀκοῦσαι καὶ τὸ δεκρέτον, ἀνεγνώσθη δὲ καὶ ἠκούσαμεν ὅπως διελάμ-

Sect. II. Cap. XXVIII.

Tum ingens ardor nostros incessit audiendi Decretum; Quod lectum inter cætera hæc contine-

διελάμβανε καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι ἐσπούδασαν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ καὶ διώρθωσαν τὴν νέαν αἵρεσιν τῶν Ποεμίων. ὡσαύτως δὲ διορθοῦσιν ἤδη καὶ τὴν παλαιὰν τῶν Γραϊκῶν. ὅπερ καὶ πρὸ ἡμερῶν ἀκουσθὲν δεινὸν ἔδοξε πᾶσι. καὶ τότε δὲ εἶπον ὅσα ἔδει πρὸς τοῦτο. εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἄρχοντες, ὡς ἐπεὶ μέλλετε συνέρχεσθαι καὶ συζητεῖν μετ᾽ ἐκείνων, θαῤῥοῦμεν διορθωθῆναι καὶ αὐτό, καὶ ἄλλα ὅσα προσήκει. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξήλθομεν. Ἅμα δὲ πρωῒ παρεγενόμην αὐτὸς εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ἀνέφερον, ὅτι ἐγὼ τὴν χθὲς ἤθελον, ἵνα ἀναφέρω, καὶ παρακαλέσω ὡς ἄν μοι εὐεργετήσητε τὸ μὴ συνέρχεσθαι εἰς τὰς συνελεύσεις, ὥσπερ ὡρίσατε. ἵνα δὲ μὴ δόξῃ ἀπαίδευτον, παρέλειψα τοῦτο κατ᾽ ἐκείνην τὴν ὥραν. Νῦν δὲ ἦλθον καὶ δέομαι καὶ παρακαλῶ, ἐλευθέρωσον με τῶν τοιούτων συνελεύσεων. οὔτε γὰρ βούλομαι, οὔτε προαιροῦμαι τοῖς τοιούτοις συμπλέκεσθαι. καθικέτευσα οὖν λίαν πρὸς τοῦτο. ὁ δὲ πατριάρχης μᾶλλον μοι ἐπετέθη ποιῆσαι τὸ ἀποταχθέν. παρέτυχον δὲ ἐκεῖσε ὁ πνευματικὸς κῦρος Θεοφύλακτος, καὶ ὁ μοναχὸς κῦρος Κάλλιστος ὁ Πρίγκιψ. οὓς καὶ ἤλπιζον συνεργοὺς εὑρεῖν πρὸς τὸ ἐμὸν ζήτημα. οἱ δὲ ὡς εἶδον τὸν πατριάρχην, λέγοντα εἶναί με ἀπαραιτήτως εἰς ὅπερ ἐτάχθην, ἠνάγκασάν με κἀκεῖνοι ποιῆσαι τὸ προσταττόμενον. ὅμως ἐτάχθησαν ἡμέραι καὶ συνηρχόμεθα. ὁρισθέντες δὲ συνήρχοντο μεθ᾽ ἡμῶν καὶ κῦρος Δημήτριος Ἄγγελος ὁ Φιλομμάτης, καὶ ὁ διδάσκαλος κῦρος Γεώργιος ὁ Σχολάριος, καὶ ὁ φρὰ Μανουὴλ ὡς μεταγλωττιστής. ἔλεγον οὖν πρὸς ἐκείνους οἱ μεσάζοντες μετὰ βουλῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἡμετέρων, καὶ ἀπελογοῦντο οἱ τῶν Λατίνων πρέσβεις. ἤρξαντο οὖν οἱ ἡμέτεροι, καὶ ὡμίλησαν πρὸς ἐκείνους φιλικῶς. καὶ εἶπον. Τὸ ἔργον τοῦτο τῆς ἑνώσεως, ἐστὶ θεῖον καὶ ποθεινότατον, καὶ ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἡμεῖς ἰδεῖν τοῦτο, εἰ εὐδοκήσει ὁ θεὸς γενέσθαι καλῶς, καὶ ὑμεῖς πάλιν ὁμοίως ἐπιθυμεῖτε. καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν καὶ ὑμεῖς ὑπέστητε πολλοὺς κόπους καὶ κινδύνους, καὶ ἐξόδους κατηναλώσατε ὡς ἂν ἔλθητε ἐνταῦθα, καὶ καταβάλητε ἀρχὴν ἀγαθὴν ἐπὶ τῇ συνοδικῇ συναθροίσει, καὶ διορθώσητε πᾶν τὸ λυσιτελοῦν πρὸς αὐτήν, καὶ ἐξ ὧν πάλιν ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ ἅγιος,

tinebat: Patres in Generali Concilio congregati, ut curassent, nuper exortum Bohemorum hæresin abolere, ita jam succinctos stare Græcorum à multis annis inveteratam hæresin succidere: Quæ cum in vulgum dicta emanassent ante dies aliquot quam edictum publicaretur; lethale vulnus omnium mentibus inflixerunt: Et ut cuique visa sunt gravia, voces omnium tum erumpebant: At Imperator, & cum eo Magnates, quandoquidem illis conventus indixissent, his & aliis minus levigatis sermonibus, si qui in decreto occurrerent, à colloquiis expetenda remedia censuerunt. Ut crastinum mane illuxit, supplex adii Patriarcham, ut mihi pro suâ benignitate indulgeret, quod heri ab illo impetrare decreveram: scilicet, ut mihi omnino abesse liceat ab his Latinorum congressibus, & decretis ventilandis: Sed ne videretur inurbanum, in primordiis negotii, & tantâ Nobilium multitudine, de eâ re, ipsum sollicitare; heri à supplicatione comminiscendâ abstinui, & sub hac aurorâ venire statui, multum orans obsecransque Sanctitatem suam, ab hoc onere, cum Latinis negotiandi in libertatem meam me asserere: nec enim cupio nec ambio eorum hominum rebus memet implicare: cujus ut me faciat compotem, vehementissimâ Oratione Patriarchæ aures verberavi. At Patriarcha, quanto magis ingratum officium deprecatus sum, tanto magis illud mihi subeundum commendavit: Aderant tum forte spiritualis Pater D. Theophylactus & Monachus D. Callistus Princeps: quos mihi promittebam in mea vota fautores: At ubi Patriarcham animadvertunt sortem meam in illo negotio inevitabilem pronuntiare, & illi in partes Patriarchæ consenserunt, ut ipse cogerer Patriarchæ placitis succumbens obsecundare: Die igitur condictâ in locum destinatum coivimus: Et nobiscum unà D. Demetrius Angelus Philommata, D. Georgius Scholarius Doctor, & frater Manuel, communis omnium Interpres: Inter nostros Sequestri cum reliquorum assensu, primam arripuere ansam loquendi, quibus è regione Latinorum Legati vicem reciprocarunt: At nostri inchoantes orationem summâ humanitate refertam explicuerunt, ad hunc ferme modum: Aggredimur opus plane divinum, præ cunctis aliis amabile & exoptandum, Unionis inter Ecclesias procudendæ, si Deus cœptis favere dignabitur, & magnitudini moliminum successus pares concedere: Et vos idem nobiscum serio velle, vel hinc enitet, quod vos imprimis tot viarum, laborumq; tædia subiistis, tot pericula terrâ marique, tot impensas devorastis, huc ad nos pervenire, Generali Synodo fundamenta substernere, eidemque promovendæ cum utilitate ac fructu cuncta negotia ac-

com-

ἅγιςο, ὁ Βασιλεὺς μετὰ συνεργίας τοῦ ἁγίου τοῦ πατριάρχου, οὐδὲν ἠμέλησε τῶν εἰς τὴν ἐκείνου ἀφορώντων δύναμιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μακαριώτατον Πάπαν τόν τε πρώην, καὶ τὸν νῦν, πολλάκις ἔστειλε πρέσβεις. ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν σύνοδον. καὶ πολλὰς ἐξόδους κατηναλώσαμεν εἰς τὰς τοιαύτας πρεσβείας, καὶ ἄλλην πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τὴν πρὸς τὸ τοιοῦτον ἔργον ἀνήκουσαν. Διὰ τοῦτο πρέπει ἵνα καὶ ἡμεῖς οἱ ἀφ' ἑκατέρου μέρους συνερχόμενοι σπουδάσωμεν πρὸς τὴν τοιαύτην προχώρησιν, καὶ τούτου χάριν ἐστάχθημεν, ἵνα συναγώμεθα ἐνταῦθα, καὶ σκεπτώμεθα περὶ τῶν ὀφειλομένων γενέσθαι πρὸς τὴν συνάθροισιν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ τὴν ἐκεῖσε ἀποδημίαν. καὶ αὖθις πρὸς τὴν ἐνταῦθα ἐπάνοδον, καὶ διορθωθῇ εἴ τι ἐστὶν ἐλλιπὲς ἢ θεραπείας δεόμενον ἐν τῷ δεκρέτῳ. χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς μετὰ φιλίας, καὶ τιμῆς, καὶ ἀγάπης λέγειν ἅπερ ἔχομεν εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀκοῦσαι ἀφ' ὑμῶν, καὶ ὑμᾶς πάλιν ὁμοίως φιλικῶς τε καὶ ἀδελφικῶς δέχεσθαι τὰ παρ' ἡμῶν, καὶ ἀπολογεῖσθαι καὶ θεραπεύειν τὰ δεόμενα διορθώσεως. Ἀπεδέξαντο τοίνυν τούτους λόγους καὶ οἱ συνοδικοὶ, καὶ ἀπελογήσαντο μετ' εὐχαριστίας καὶ ἱλαρότητος ἀπολογίας ἁρμοδίας πρὸς οὓς ἤκουσαν λόγους. εἶτα εἶπον ὅπως εἰσὶν ἕτοιμοι καταβαλεῖν καὶ ἐξόδους πρὸς τὸ στεῖλαι πρέσβεις, οὓς ἂν δεήσοι διὰ τὴν χρείαν τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ἐλευσομένων, εἴπερ στερχθῶσι πρότερον παρὰ τοῦ Βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου, πάντα τὰ ἐμπεριειλημμένα τῷ δεκρέτῳ. καὶ εἶπον οἱ ἡμέτεροι πρὸς ἐκείνους, ὅτι ἐν τῷ προοιμίῳ λέγετε περὶ ἡμῶν ὅτι ἔχομεν αἵρεσιν. λέγετε γὰρ τὴν νέαν αἵρεσιν τῶν Ποεμίων, καὶ τὴν παλαιὰν τῶν Γραϊκῶν. καὶ πάνυ θαυμάζομεν πῶς λέγετε τοῦτο. τίς γὰρ εἶπέ ποτε τοῦτο περὶ ἡμῶν ἢ ποίαν αἵρεσιν ἔχομεν ἡμεῖς, οἱ μηδὲν ὅλως παρεκβάντες ἢ παρασαλεύσαντές τι ἀπὸ τῶν Ἀποστολικῶν καὶ Συνοδικῶν, καὶ Πατρικῶν παραδόσεων. σκάνδαλον οὖν μέγαν προξενεῖ τὸ τοιοῦτον ἡμῖν, καὶ ζητοῦμεν πρὸ παντὸς ἄλλου θεραπείαν εἰς αὐτό.

commodare: Et quod noſter Dominus pientiſſimus Imperator, cum concurſu Sanctiſſimi Patriarchæ, nihil intentatum reliquit, quod intrà ambitum virium ſuarum conſiſteret: Sed ad Beatiſſimum Papam, non ita pridem, & ſæpe anteà Legationes adornavit, & nuperrimè omnium ad Synodum veſtram: quibus inſtruendis ingentem vim redituum annuorum profudit, nec ullum omiſit genus curarum ac ſollicitudinis, quo tam Cœleſte opus, ad felicem exitum pertrahat: Propterea nos ab utraque parte conſtitutos plurimum condecebit, ſimilem adhibere diligentiam, & propenſionem animorum, ut hoc in manibus negotium feliciter procedat, & aſſidua capiat incrementa: Quid enim aliud nobis utrinque injungitur, quam ea inveſtigare quæ Synodi Generalis convocationem ſpectant; noſtram hinc migrationem ad Concilium, & illinc ad noſtra reditum: Et ſi quid deſit in Decreto, aut minus accuratè proponitur, ut curemus integrum reponi, aut qualicunque medicinâ adhibitâ reſarciri. Quare & nos oportebit, cum omni honore, benevolentiâ, gratiâ, amicitiâ, & noſtra vobis proponere, & à vobis veſtra exaudire: Nec minus vos, ut ſperamus, cum eodem affectu & fraternâ caritate, & noſtra audietis & reſpondebitis; & ſi quid minus rectè prolatum ſit, vel clementer condonabitis, vel in meliorem ſenſum reſtituetis. Hanc orationem quaſi in procemium prælibatam tam attentis auribus ac vacivis iſti Synodales imbiberunt, ut ingenti lætitia ac voluptate perfuſi, ad ſingula quæ protulimus reſponſum aptaverint: quin & inſuper addidere, ſe paratiſſimos vel modò, vel in futurum, omnes proventus & impendia prodigere, ut undequaque per oras univerſas & limites orbis Chriſtiani Legati transmittantur, quò neceſſitas poſtulet, aut eorum uſus ac beneficium, qui ad hanc Synodum debeant confluere: modo ab Imperatore & Patriarchâ prius ſint recepta & ſtabilita, quæ in Decreto comprehenduntur. Ad hæc noſtri non ſine gemitu regeſſerunt: Et quo pacto id confirmabimus, cujus in ipſo præfationis apice legitur, nos ab Orthodoxâ fide alienos hæreſin pertinaciter defendere, ut Boëmos novam, ita nos Græcos Veterem? Et certe nunquam ſatis admirari poſſumus, quâ fronte hæc de nobis fingitis? Aut quibus unquam venit in mentem, præterquam vobis, nos hæreticorum infami nomine perſpergere? Aut quæ, qualiſve eſſet hæc prodigioſa hæreſis quam alimus, qui nec unquam à profitendis Apoſtolorum ſcriptis, Conciliorum regulis, aut Patrum traditionibus vel latum unguem defleximus; vel incerto aut væcordi animo inconſtantius fluctuavimus? Immenſo nos afflat ſcandalo, hæc ſæva & inepta de nobis affirmare: & ante omnia poſcimus, mentes noſtras hoc veneno tactas & ſaucias, idoneo Alexipharmaco ſanari.

τμήμ. β. Κεφ. κθ.

Οἱ δὲ ἀπελογήσαντο πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐ γέγονε μετὰ περιεργίας, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἐγράφη παρὰ τοῦ Γραμματικοῦ. ἡμεῖς γὰρ καὶ οἱ ἡμέτεροι πάντες οὔτε εἴπομεν ποτὲ περὶ ὑμῶν, οὔτε λέγομεν νῦν ὅτι ἔχετε αἵρεσιν, καὶ δυνάμεθα βεβαιῶσαι καὶ ἀνακηρύξαι τοῦτο παῤῥησίᾳ, εἰς ἐπήκοον πάντων, εἴγε βούλεσθε. καὶ ἔσται τοῦτο ὡς νομίζομεν ἀρκετὴ θεραπεία πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ δεῖ σκανδαλίζεσθαι διὰ λάθος τοῦ γραμματικοῦ. εἶπον οὖν πρὸς ταῦτα οἱ μεσάζοντες, ὅτι οὐκ ἔστι θεραπεία ἣν λέγετε ποιῆσαι πρὸς ἡμᾶς λόγοις. ποῦ γὰρ φανεῖται ἡ διὰ τῶν λόγων θεραπεία, ἢ πῶς ἔσται ἡμῖν τίμιον, ὅταν δεξώμεθα τὸ Δεκρέτον ὡς ἔχει, καὶ προτείνωμεν τοῦτο ὡς δικαίωμα ἡμῶν; αὐτὸ δὲ συντάττει ἡμᾶς μετὰ τῶν Ποεμίων τῶν ἐχόντων πολλὰς καὶ κακίστας αἱρέσεις. καὶ κατὰ τί συμφέρει τοῖς ἡμετέροις καταδέξασθαι τοῦτο. ὡς γοῦν καὶ ταῦτα ἤκουσαν, ἀναστάντες μικρὸν περιῆλθον, καὶ ἰδίᾳ ἱκανῶς ἐβουλεύσαντο. εἶτα ἐλθόντες καὶ καθίσαντες εἶπον, ὅτι διαβεβαιούμεθα μεθ' ὅρκων, ὡς οὐ γέγονε τοῦτο πανούργως, ἢ ἐπιτηδεύτως, ἀλλ' ἐστὶ λάθος καὶ σφάλμα. καὶ τὸ πλέον τοῦ σφάλματος ἀνάγεται εἰς τοὺς πρέσβεις ὑμῶν. αὐτοὶ γὰρ ἦσαν ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ εἶδον καὶ τὸ δεκρέτον, καὶ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι, καὶ μετὰ τὸ τελεσθῆναι, καὶ εἴπερ, ἔλεγον τι περὶ τούτου, καὶ ἐζήτουν διόρθωσιν, εὐθέως ἂν διωρθοῦτο χωρὶς λόγου τὸ τοιοῦτον. αὐτῶν δὲ μὴ εἰπόντων ἐκεῖ τι, καὶ ἡμῶν ἐλθόντων ἐνταῦθα μετὰ τούτου τοῦ Δεκρέτου, οὐκ οἴδαμεν τίνα ἄλλην ἂν θεραπείαν ποιήσαιμεν. ἀξιοῦμεν δὲ καὶ ὑμᾶς σκέψασθαι· καὶ εἴπατε ἄλλην θεραπείαν ἀρκετὴν ὑμῖν, δυναμένην τε γενέσθαι καὶ παρ' ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ταύτην διαπραξόμεθα. καὶ οὕτως διελύθη ὁ σύλλογος.

SECT. II. CAP. XXIX.

At Latini qua poterant excuſatione negotium dealbarunt, vocemque dixerunt non excogitatam in noſtrum dedecus de induſtria, ſed ſimpliciter per errorem transſcribentis irrepſiſſe: Nos enim, pro nobis (inquiunt) & cunctis noſtratibus, & totâ Gente loquimur, de vobis nunquam tale quid, vel ſuſpicati effutivimus, vel jam affirmamus vos ullâ hæreſeos contagione infici: Et hoc prompti ſumus palam atteſtari: per præconem & buccinam, ſi jubetis: quod ſperamus ſufficiens fore veſtro dolori mitigando antidotum: Nefas enim videri debet, propter oſcitantiam ſcribæ, in tam piaculare offendiculum impingere. Ad hæc Sequeſtri reſponderunt, & oblatam ab illis medelam, ut nullam repudiarunt: Vos (inquiunt) non dicitis nos hæreticos, verbale ſolatium: at Decretum dicit: Et quid proderit fumoſum in dictionibus malagma, cum res ipſa clamet? Quomodo nobis non erit inhoneſtum, ut nunc ſe habet decretum admittere? decretum protendere ut innocentiæ noſtræ præſidium, quod nos Græcos cum Bohemis componit, ut noviſſime exortis hæreticis, ita multiplici hæreſium lue profligatiſſimis? Et quid præſtabit vos contrarium de nobis aſſeruiſſe, cum homines videant, id expreſſe contineri in Decreto cui ultro manus dedimus? Hæc cum audiviſſent Legati, aſſurgunt, & aliorſum recedunt, aliquantiſper inter ſe collocuturi, brevique redeuntes capeſſunt loca: Et jurejurando vobis confidenter aſſeveramus (clamant) nulla fraude noſtrâ, aut datâ operâ illud in Decretum obrepſit, ſed ſolo (ut diximus) errore & incuriâ Grammaticaſtri: Cujus etiam erroris pars maxima debet in veſtros Legatos recumbere; qui tum in Concilio aderant, cum de Decreto Patres inciperent agitare, & ante, & poſtquam perficeretur: Si vel illud, vel quodvis aliud dictum ſe ſtomachari uno verbulo ſubinnuiſſent, expunctum, extricatumque reportaſſent: Sed iis tacentibus, & nos huc adventantibus, cum Decreto, ut nunc compingitur, de alio remedio nobis non conſtat, quam quod obtulimus: Penes vos igitur eſto vobis ſatisfaciendi ratio: Eruite quodvis conſilium, & dicite quid ultra comminiſci poterimus, quod vobis gratum arrideat, in hujus morbi medicamen, & lubentiſſime præſtabimus; & ſic diſſolutus eſt conventus.

τμήμ. β. Κεφ. λ.

Ἐξερχομένων δὲ ἡμῶν, εἶπον οἱ ἡμέτεροι πρέσβεις ἰδίᾳ πρὸς ἡμᾶς, ὅτι αὐτοὶ μεγάλην ἰσχὺν ἔχουσιν ἀπὸ τῆς συνόδου, καὶ ὡς νομίζομεν κρατοῦσι καὶ βούλλας, καὶ εἰ ἐνστῆτε καλῶς,

SECT. II. CAP. XXX.

Egredientes autem è Monaſterio noſtri Legati ſecreto in aurem nos admonuere, poſſe Latinorum Legatos, in hac controverſia, nobis gratificari: Plenariâ enim poteſtate donatos eſſe à Concilio, ad rerum quarumcunque obſignationem;

καλῶς, δύνανται καὶ τὸ Δεκρέτον μεταποιῆσαι καὶ βεβουλλωμένον αὐτὸ παραδοῦναι. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ συνελεύσει, πάλιν οἱ περὶ τούτου κεκίνηνται λόγοι, μετὰ πολλῆς καὶ μεγάλης ἐνστάσεως τῶν ἡμετέρων. ἀπελογοῦντο δὲ ἐκεῖνοι, ὅτι οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ ἐν τῇ συνόδῳ τῆς Βασιλείας ἔχομεν περὶ ὑμῶν, τοιαύτην δόξαν οἵαν νομίζετε λέγειν τὸ Δεκρέτον, οὐδὲ ἐγράφη μετὰ τοῦ σκοποῦ ὃν ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε. πλὴν ἐπεὶ οὕτως ἐγράφη, οὐκ ἔχομεν ἡμεῖς ἐν αὐτῷ ποιῆσαι ἐνταῦθα διόρθωσιν. δυνάμεθα δὲ θεραπεῦσαι τοῦτο δι' ἑτέρου γράμματος, καὶ γράψαι καὶ βεβαιῶσαι θεραπείαν ὁποίαν ὑμεῖς ἂν ἐθελήσετε. ἣν καὶ ὑποσχόμεθα εἶπον στερχθῆναι καὶ παρὰ πάσης τῆς συνόδου. πολλῶν οὖν λόγων λαληθέντων ἀφ' ἑκατέρου μέρους, εἶπον οἱ ἡμέτεροι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλη θεραπεία πλὴν αὕτη καὶ μόνη, ἤγουν ἵνα τὸ Δεκρέτον μεταγραφῇ, καὶ διορθωθῇ. οὐδὲ γὰρ ἀνεξόμεθα δέξασθαι τοῦτο τὸ αἵρεσιν διαφημίζον ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξήλθομεν.

tionem; ſed & ſigilla Concilii penes ſe recondita cuſtodire ut credimus, adeò ut ſi acriter inſtemus, Decretum poſſint in planè aliud commutatum, ſigillis munitum, & omnibus numeris abſolutum nobis tradere, ſi velint: In ſecundo igitur congreſſu cum de hac re ingens contentio à noſtris excitaretur; Latini prioribus quodammodo reſponſis inhærentes dixerunt: Neque nos ipſi, neque Patres Baſileenſis Synodi tam pravam de vobis alunt opinionem ac Decretum inſinuat: nec prodiit Decretum, in finem quem vos hariolamini: Sed cum ita contigerit, in nobis nulla reſidet ut putatis, Decreti vel interpungendi vel emendandi autoritas: ſed ſcedulam ei affigere valemus, refertam intus quibuſlibet dictionibus, quales vos veſtræ cauſæ quam maximè conducere, judicabitis: quam etiam in nos audacter ſuſcipimus, &, pollicemur, Synodus ipſa confirmabit: Cumque ab alterutra parte ſermones varii hinc atque illinc reciprocarentur, noſtri in hac unâ voce perſeverarunt, nullam remedio ſpem aut viam ſupereſſe quam Decretum reviſum & transſcriptum de novo inſtauretur: Nunquam enim id æquis animis amplecti, aut oculis contueri patiemur, quod impactâ hæreſi noſtras exiſtimationes confodit, & peſſimis rumoribus diſſeminat. Atque ita ſecundum clauſimus Colloquium, & exivimus.

τμήμ. β. Κεφ. λα.

Ἐν δὲ τρίτῃ συνελεύσει, ἐπεὶ πάλιν ὁ περὶ τούτου λόγος ἐζητήθη, ἀναγκασθέντες εἶπον ἐκεῖνοι, ὡς ἡμεῖς εἴπομεν, θεραπείας ὅσας ἐνομίσαμεν εἶναι πρὸς ἀνάπαυσιν ὑμῶν, ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἀρκεῖσθε εἰς ταύτας, ἀλλὰ ζητεῖτε ἵνα τὸ Δεκρέτον αὐτὸ μεταποιηθῇ, εἴπερ εἴχομεν μεταγράψαι καὶ βουλλῶσαι τοῦτο ἐνταῦθα, εὐκόλως ἂν διωρθούμεθα τοῦτο, ἐπειδὴ ὡς ὁ κύριος οἶδεν οὐ δυνάμεθα βοῦλλαν ἐνταῦθα ποιῆσαι, λέγομεν ἤδη, ἵνα γράψωμεν ἡμεῖς προοίμιον ἕτερον ὁποῖον ἔσται πρὸς θεραπείαν καὶ τιμὴν ὑμετέραν. καὶ εἰ ἀρέσει ὑμῖν, ἵνα μεταγράψωμεν τὸ Δεκρέτον μετὰ τοῦ ἀρέσκοντος ὑμῖν προοιμίου, καὶ στείλωμεν αὐτὸ ἐν τῇ συνόδῳ μεθ' ἑνὸς ἐξ ἡμῶν τοῦ ἐκεῖσε ἀπελευσομένου, καὶ στερχθῇ καὶ βουλλωθῇ παρ' ἐκείνων, καὶ οὕτω στείλωσιν αὐτὸ πρὸς ἡμᾶς. ἤρεσε τοῦτο πᾶσι καὶ ἠρκέσθησαν. πλὴν εἶπον, ὅτι ἡμεῖς δὲ πῶς μέλλομεν πιστωθῆναι ὅτι στέρξει καὶ ἡ σύνοδος τὸ τοιοῦτον. εἶπον οὖν ἐκεῖνοι ὅτι ὑποσχόμεθα τοῦτο ἡμεῖς. καὶ ἕτοιμοί ἐσμεν παρασχεῖν ὑμῖν πίστιν

SECT. II. CAP. XXXI.

Ubi jam tertio ad conſultandum convenimus, & de eadem re lis conteſtata recurriſſet, Latini coacti eandem cantilenam modulari, quæ prius in ſcenam protulerant, his demum verbis nobis explicuere: En, cuncta remedia quæ mentibus explorare potuimus, ex intimis conſiliis, abſque diſſimulatione & fuco, vobis ante oculos propoſuimus: Verum cum iſta mentes veſtras non tranquillant, ſed neceſſariam eſſe totius Decreti redintegrationem conclamatis, in quam & nos vobiſcum concederemus, ſi in alios ſenſus aut elementa Decretum refingere, nobis eſſet à Concilio permiſſum, quod Deus novit, omnium ſcrutator cordium, nobis eſſe pernegatum, nec Decretum vel reformare, vel ſigillum appendere valeamus; tamen id unicum quod nobis reſtat perfici, in veſtram gratiam, & honorem, novam præfationem Decreto commiſcemur, quæ ſi poſt ſeveram examinationem vobis arriſerit, unà totum Decretum transſcribemus, ut cum illo in eandem codicis formam coaleſcat: & ad Concilium devehi curabimus, per unum è noſtris illuc reverſurum; & ſic ex Synodi officinâ prodiens novum, Patrum ſuffragiis fultum, ſigillis decorum, huc ad nos per eundem Miniſtrum revolet. Pergratum id omnibus

πίστιν πρὸς τοῦτο ὁποίαν ἂν ἐθελήσητε, ὅτι χωρὶς λόγου τινὸς στέρξει καὶ βεβαιώσει τοῦτο ἡ σύνοδος, ὃ καὶ ἔργοις αὐτοῖς ὄψεσθε τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ. λοιπὸν ἐπεὶ περιέστη τὸ περὶ τοῦ προοιμίου, σκεψώμεθα καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ Δεκρέτῳ ἑτέρων κεφαλαίων. συνήλθομεν οὖν πολλάκις, καὶ ἦν ἡ σκέψις περὶ τῶν λοιπῶν κεφαλαίων. ὡς οὖν ἐθεωροῦμεν τοὺς ἄρχοντας συγκατατιθεμένους εὐκόλως σχεδὸν εἰς πάντα, εἴπομεν πρὸς αὐτοὺς ὅτι τὸ περὶ τοῦ τόπου τῆς συνόδου φαίνεται ἡμῖν δυσχερές. εἰ γὰρ θελήσουσιν αὐτοὶ ἑλκῦσαι τοὺς ἡμετέρους ἐν τῇ Βασιλείᾳ, ἢ ἔτι καὶ ἐν τῇ Σαβαουδίᾳ, ἔνθα πολὺ τὸ διάστημα, πῶς δυνήσεται ὁ Πατριάρχης ἀσθενὴς ὤν, ἢ ἀρχιερεῖς γέροντες καὶ ἀνίσχυροι ἀπελθεῖν ἐκεῖσε; εἶπον δὲ πρὸς ἡμᾶς οἱ ἄρχοντες, ὅτι εἰ οὐ θελήσει ὁ Πάπας παραγενέσθαι ἐν τῇ συνόδῳ, κάλλιον ἡγεῖται ὁ βασιλεὺς πορρωτέρω γενέσθαι τὴν σύνοδον. ἀπέσται γὰρ οὕτω καὶ ἡ τοῦ πάπα ὑπεροχή, καὶ μετὰ πλείονος ἐλευθερίας πράξει ὁ βασιλεὺς τὰ λυσιτελοῦντα αὐτῷ. ὁ δὲ πατριάρχης καὶ οἱ γέροντες ἀπελεύσονται μετὰ ἀναπαύσεως. ὕστερον δὲ ὅμως εἶπον πρὸς ἐκείνους καὶ περὶ τοῦ τόπου, καὶ ἀπελογήσαντο ὅτι διὰ τοῦτο γράφονται ἐννέα τόποι ἀφ' ὧν οἱ μὲν εἰσὶν ἐγγυτέρω, οἱ δὲ πορρωτέρω, ἵνα ἐκλέξησθε ἐξ αὐτῶν, καὶ γένηται ἡ σύνοδος ὅπου ἂν ἐθελήσετε. ἔδοξεν οὖν καλόν, καὶ ἀφῆκαν τὸ περὶ τούτου, ἵνα ταχθῇ ὅταν μέλλωσιν οἱ ἡμέτεροι ἀπαίρειν ἐκεῖσε. τοῦτο δὲ μόνον εἶπον ἐκείνοις, γινώσκειν ὁμολογουμένως, ὡς οὐκ ἀπελεύσονται οἱ ἡμέτεροι ἐν τῇ Βασιλείᾳ.

omnibus visum est & peracceptum: Unicus tamen adhuc scrupulus illorum anxias mentes sollicitabat, quâ fiduciâ concipiant Synodum hoc Decretum sic reformatum admissuram: Ad hoc Legati ultro spondent, multis pollicitationibus interpositis, quod Synodus unanimis & tota in hoc consentiet, & sine ulteriori disceptatione, molestia aut mora confirmabit: Quod ut nunc auditis largiter à nobis promitti, ita cernetis volente Deo celeriter à Concilio in effectum dari. Hac igitur circumstantiâ de Decreto & Procemio, ad metam satis opportunam perductâ, ad alia capita in Decreto ventilanda descendimus: quæ posteà etiam multis congressibus inter nos copiosam speculandi materiam præbuere. Et cum Delegatos Principes satis cerneremus reliqua omnia ibidem comprehensa, sine magnâ difficultate, approbare, visi sumus nonnihil in apta loci disquisitione hæsitare: ex scriptis enim in Decreto colligebant, Latinos posse nostrates ad Basileam, vel Sabaudiam, loca maximis intervallis disjuncta, circumagere: Et quibus viribus tanta itinera superabunt, vel Patriarcha valetudine adversâ diutinè conflictatus, vel senio jam fatiscentes Archiepiscopi? Responsum ad hæc ferunt Principes: Illud tantummodo fieri, ad Papam averruncandum à Synodo in longum disterminatâ: Cujus superfulgurans apex omnibus permolestus si abfuerit, Imperator noster liberiori ausu, apud Synodum liberrimam deponat, quæ destinavit, & sua commoda procuret: quin & Patriarcha cum Episcopis aut grandi aut lento gradu, ut volunt, viarum fastidia permetiantur: Cum autem ulterius instarent nostri, Principes magis appositè replicuerunt: Novem loca in decreto expressa nominari, hæc magis, illa minus remota, & ex iis novem quemlibet eligendi absolutissima vobis facultas est indulta: tunc dimittere, dum in littore consisteremus, Quare visum est hanc de loco controversiam dare vela ventis parati, & ad priora interim maturanda nos convertere. Hoc unum tamen ut illi sciant, nostros homines sibi certo certius proposuisse, nunquam Basileam migrare.

τμήμ. β. Κεφ. λβ.

Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ἦλθον οἱ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἐκλελεγμένοι πάντες εἰς τὸν Πατριάρχην, κοινωσόμενοι περὶ τῶν λεγομένων, καὶ στεργομένων ἐν τῷ Δεκρέτῳ, καὶ σκεψόμενοι κοινῶς εἰ εὐκόλως ἔχουσι γενέσθαι τὰ τοιαῦτα, ἢ ἔχουσι καὶ δυσχέρειαν τινά. Τότε γοῦν εἴπομεν ἐγώ τε καὶ ὁ πνευματικὸς ὁ κῦρος Ματθαῖος, ὅτι δύο τινὰ ὁρῶμεν ἡμεῖς δυσχερῆ. ἓν μέν, ὅτι διαλαμβάνεται ἐν τῷ Δεκρέτῳ, ὡς εἴπερ ποιήσω-

Sect. II. Cap. XXXII.

Diebus aliquot elapsis, quot fuimus è nostrâ parte Delegati Patriarcham pro officio compellavimus, de singulis Decreti articulis lectis & expensis, & quantum illi sine detrimento publico vel admitti possint, vel rejici debeant, cum ipso communicaturi: Tum ego & Confessarius Dom. Matthæus, diximus in duobus præcipuè ac ante omnia illic comprehensa nobis aquam hærere: Primò, si Latini pollicitis stabunt, & à se sancita perficient, tum Decretum à nobis id postulat, ut sine ullâ temporum pensatione, aut for-

ποιήσωσιν οἱ Λατῖνοι, ὅσα ὑπόσχονται, ἵνα ἀπέλθῃ ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ τῶν λοιπῶν ἡμετέρων ἐν τῇ συνόδῳ ἀπαραιτήτως, εἴτε μάχη ἔσται, εἴτε καὶ ἀγάπη. εἰ γοῦν γενήσεται μάχη, πῶς ἂν ἐξέλθῃ ὁ βασιλεὺς, καὶ μεθ' ἑτέρων καταλιπὼν τὴν πόλιν πολιορκουμένην, ὅπου γε εἰ καὶ ἀποδημῶν ἐτύγχανεν. ἔδει τότε πάντα καταλιπεῖν, καὶ μετὰ σπουδῆς εἰς τὴν πόλιν παραγενέσθαι, καὶ πρὸς φυλακὴν αὐτῆς καὶ ἀσφάλειαν, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἀποσόβησιν ἀγωνίζεσθαι. ἕτερον δὲ, ὅτι εἰ γένηται ἡ ἕνωσις, ἵνα ἐπανασώσωσιν ἡμᾶς ἐνταῦθα μετὰ τῶν αὐτῶν κατέργων τε καὶ ἐξόδων, οὐ μὲν δὲ ὑπόσχονται ποιῆσαι τοῦτο. καὶ εἰ οὐκ ἐπακολουθήσει ἡ ἕνωσις, τί οὖν θάρρος ἔχομεν πρὸς τὴν ὑποστροφὴν εἰ οὐ γένηται ἡ ἕνωσις. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον ἀπεκρίθη ὁ μεσάζων ὁ Νοταρᾶς, ὅτι τοῦτο βεβουλευμένον ἐστὶ παρ' ἡμῶν καλῶς, καὶ μᾶλλον συντελεῖ ἀπελθεῖν τότε τὸν βασιλέα. Μάχης γὰρ οὔσης ἀπελεύσεται ὁ βασιλεὺς μετ' ὀλίγων τινῶν, καὶ μετὰ τῆς ἐκκλησίας, οἵτινες οὐδὲ πρὸς φυλακὴν τῆς πόλεως συντελέσουσι. τίς γὰρ βοήθεια ἔσται πρὸς πόλεμον ἀπὸ τῶν ἱερωμένων; ἀντὶ δὲ τούτων καταλείψει ἐνταῦθα πλείονας ἀπὸ τῶν ἐλευσομένων οἳ καὶ πρὸς μάχην καὶ πόλεμον ἔσονται ἀναγκαῖοι καὶ ἁρμοδιώτεροι. καὶ ὅτι εἰ μάχης οὔσης ἐξέλθοι ἐντεῦθεν ὁ βασιλεὺς, ἐπιμελήσεται παντὶ τρόπῳ στεῖλαι ἐνταῦθα δύναμιν, καὶ μεγάλως βοηθῆσαι τῇ πόλει, καὶ ἄλλως δὲ, εἰ τοῦτο ἴδοι ὁ ἐχθρὸς συσταλήσεται. καὶ πρὸς διαλλαγὰς χωρήσει καὶ συμβιβάσεις, ὑπονοήσας ὅτι μέγα θάρρος ἔχει ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ἀπεδήμησε. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον εἶπεν, ὅτι τοῦτο δεῖ ζητηθῆναι. ἐν ἑτέρᾳ δὲ συνελεύσει εἶπον μὲν καὶ περὶ ἄλλων τινῶν ζητημάτων. εἶπον δὲ καὶ περὶ τοῦ δηλωθέντος κεφαλαίου τῆς ὑποστροφῆς. ἀπελογήσαντο δὲ ἐκεῖνοι ὅτι ἡμεῖς θαρροῦμεν ὡς εἴπερ ἔλθητε ἐκεῖσε, σὺν θεῷ γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις. διὸ οὐδὲ πολὺν λόγον ἐποιησάμεθα περὶ οὗ νῦν λέγετε, οὐδὲ ἐφάνη καλὸν ἡμῖν, ἵνα λαληθῇ εἰς τοὺς πολλούς. ὅτι εἴπερ οὐ γένηται ἕνωσις, ὑποστρέφειν δεῖ ὑμᾶς μετὰ τῶν αὐτῶν ἐξόδων τε καὶ κατέργων. εἰ γὰρ ἤκουον ταῦτα τινες τῶν ἐν τῇ συνόδῳ, ἐδυσχέραινον ἂν ἴσως, ὡς ἐπ' ἀδήλοις τὰς ἐξόδους κατα-

fortuitorum intercurrentium, Imperator, Patriarcha, & noſtratium turba univerſa, ſe in iter præcipitare non detrectent, & ad Synodum pergere, ſeu gentem noſtram pax occupet, ſeu bellum laceſſat: Et quomodo civium ſuorum in diſcrimine abeſſe poterit Imperator? aut civitatem periclitantem & obſeſſam aliorum præſidio deſerere, eamque infeſtis hoſtium armis convellendam, lacerandamque permittere? qui ſi foras degeret, vel à remotiſſimo mundi cardine, ad patriæ ejulatum accurrere deberet, ac urbem eminenti malo ſubducere, hoſteſque à civium jugulo depellere, omni ope niteretur. Secundo, ſi in pacem ac unionem concedamus, & ambæ ſimul Eccleſiæ in concordiæ ſinum placide recumbent, nos iiſdem impenſis & triremibus domum reducere ſe obligarunt: Sed quid ſi hanc Pacis Olivam noſtra peregrinatio non parturiet? Quæ ſpes igitur revertendi, niſi unio ſuccedat? Ad primum nonnihil repoſuit Sequeſter Notarius: Et de hoc quidem, inquit, à nobis ſatis eſt conſultum: Imperatori vel maximè expedire cum ingruet bellum ad Synodum proficiſci: Primo quia perpaucos ſecum aufert exercitatos armis bellorum uſui, aut civitati defenſandæ idoneos: Quam enim opem aut incolumitatem laborantibus bello gens togata, aut ſacræ infulæ impertient? & eorum loca ſupplebunt militaribus diſciplinis imbuti, qui pro ſalute popularium excubias diſponere, arma rapere, & ferocem inimicorum impetum redarguere norunt: Dein etiamſi armis quatimur, poterit Imperator vel abſens civitati opportuna ſubſidia tranſmittere: Et adverſarios noſtros ſic perterrefaciet, ut nobiſcum in gratiam redire ſatagerent, dum ſecum reputabunt, Imperatorem noſtrum nimiis viribus confiſum luxuriari, ut inter tot tumultus & incendia bellorum audeat in hanc palæſtram divertere tanquam in ludum literarium, cum Eccleſiaſticis, de apicibus controverſis philoſophari. Ad ſecundum, de puncto reflexionis in Patriam, Dom: Notarius nihil regerendum cenſuit, ſed poſteà ſerio deliberandum. Dehinc multoties convenimus, & cum in variis colloquiis varia agitarentur, tum in uno, injectâ mentione de reditu in patriam, Latini nos inani hoc metu liberare conabantur: Et (dicebant) ſi ſemel conveniamus ad Concilium, in ea opinione verſamur, quod conveniemus in Pacem & Concordiam: Quare ſupervacaneum duximus de ea re monere Patres in Concilio publico, aut verbis operam ludere; quia fixum determinatumque à ſe manet, & ipſa æqui ac honeſti ratio exigit, ut etiamſi unio votis non reſpondeat, tamen iiſdem & ſumptibus & navigiis ad patriam revehamini: ſed nolite male augurari: Nam ſi hæc dicta ſemel

καταβαλλόμενοι. οὐ γάρ εἰσι πάντες τῆς αὐτῆς προθυμίας καὶ εὐπορίας, καὶ ἀμηλῶς ἂν διετίθεντο πρὸς τὸ ἔργον τοῦτο καὶ ὀκνηρῶς. ὀλίγοι δὲ τινὲς ἐξ ἡμῶν, καὶ οἱ κρείττονες οἴδασι καὶ στέργουσι τοῦτο. καὶ πληροφοροῦμεν ὑμᾶς ὅτι μετὰ τῶν αὐτῶν κατέργων καὶ ἐξόδων, καὶ τιμῆς ἐπανελεύσεσθε, εἴτε γένηται ἡ ἕνωσις εἴτε καὶ μή. ἡμεῖς δὲ εἴπομεν ὅτι οὐκ ἀναπαύει ἡμᾶς τοῦτο. οὐδὲ γάρ ἐσμεν ἀρκετοὶ πρὸς τὸ λόγοις μόνοις ὑμετέροις θαῤῥῆσαι, καὶ μὴ γράφεσθαι τοῦτο ἐν τῷ Δεκρέτῳ. εἶτα ἐζήτησαν ἐκείνους γράψαι ὅπερ ὑπεσχέθησαν προοίμιον, καὶ ἔστησαν τοῦτο ποιῆσαι.

mel in Concilio crepabunt, vos de redeundo in patrios Lares anxie diſquirere, infectâ nempe unione, omnes indignabundi ſtatim infrement, quaſi impenſas in vana ac incerta profunderent: Nec enim omnes ſimul erga vos, eandem animi propenſitatem alunt, ut velint, nec iiſdem opibus abundant, ut poſſint elargiri, niſi ſpes unionis cunctos extimularet: Cujus ſimulac deſperatio mentibus invalebit, omnes torpore correpti in munificentiâ tepeſcent: Sed pauci admodum è noſtris, iidemque pars præſtantior, hæc ſerio inter nos perpendimus, & fieri decrevimus; quin & vos jubemus, in hac certâ & indubitatâ fide acquieſcere, quod iiſdem ſumptibus, officiis, triremibus, ad veſtra retro navigabitis, ſeu in unionem, ſeu ſecus futura Synodus definet: Nos pauca reſpondimus: Hanc orationem multa promittentem mentes noſtras in tranquillum non reponere, nec omnem anxiæ quæſtionis aculeum adimere: Nec enim ii ſumus, qui nudis ſermonibus fidem adhibeamus, aut dictis quibuſcunque in Decreto non obſignatis: Laudatâ tamen promptitudine, memoriam iis refricuimus de promiſſo procemio, quod in ſe lubenter ſuſcipiunt, & ſubito præſtituros pollicentur.

τμήμ. β. Κεφ. λγ.

Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, καὶ συνήλθομεν πρὸς αὐτὸν οἱ δηλωθέντες ἐκλελεγμένοι· εἰσήχθησαν δὲ μεθ' ἡμῶν καὶ ἕτεροι τῶν ἐκκρίτων ἀρχόντων καὶ ἐκαθίσαμεν. ἐρώτησεν οὖν ὁ βασιλεὺς, πῶς φαίνονται ὑμῖν οἱ λόγοι τῶν συνοδικῶν; καὶ μέχρι τοῦ νῦν, εἰς τί περιέστητε. ἀπελογήσαντο οἱ ἡμέτεροι, ὅτι οἱ λόγοι αὐτῶν δοκοῦσιν ἡμῖν καλοί. οὐκ οἴδαμεν δὲ καὶ τὰ ἔργα τοῖς λόγοις ἀκολουθήσει. νῦν δὲ περιέστημεν, ἵνα γράψωσι τὸ προοίμιον τοῦ δεκρέτου, καὶ δῶσιν ἡμῖν καθὼς ἔταξαν. εἶπεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ὑμῖν δοκεῖ ἡ λέξις ἐκείνη δυσχερὴς, καὶ ποιεῖσθε πολὺν τὸν περὶ ταύτης λόγον. ἐμοὶ δὲ οὐ τοσοῦτον φαίνεται ἀναγκαῖον ἢ βαρύ. κατὰ τί γὰρ ἐγγίζει ἢ λυμαίνεται ἡμᾶς τὸ λέγειν τὴν σύνοδον πρὸς τοὺς ἰδίους αὐτῆς, ὅτι διορθοῖ αὕτη τὴν αἵρεσιν τῶν Ποεμίων καὶ τῶν Γραικῶν. ἐκεῖνοι οἱ ἐν τῇ συνόδῳ ἠθέλησαν καυχήσασθαι πρὸς τοὺς ἰδίους, ὅτι κατορθοῦσι πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ ἀξιέπαινα πράγματα, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων διώρθωσαν, καὶ τὴν αἵρεσιν τῶν Ποεμίων, καὶ ἤδη βούλονται διορθῶσαι καὶ τὴν αἵρεσιν τῶν Γραικῶν. τί οὖν πρὸς ἡμᾶς εἰ λέγουσι τοῦτο πρὸς τοὺς ἰδίους; ἐπεὶ οὐ πρὸς ἡμᾶς εἰσὶν οἱ λόγοι, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἰδίους καυχάσθωσαν καὶ λεγέτωσαν καθὼς ἂν ἐθέλωσι πρὸς ἐκείνους. διὸ οὐκ ἐδόκει μοι ἀναγ-

SECT. II. CAP. XXXIII.

Interea Imperator curavit nos accerſiri prædictos in hæc negotia Delegatos, atque unà aliquot è primariis Magnatibus. Venimus ergò & conſedimus: Rogavit Imperator, ut Synodicorum dogmata ac ratiocinia placuêre, & nunc in quo rerum cardine aut periodo cum illis verſaremur? Reſponderunt noſtri, Latinorum verba ſatis mollia fluere, ſi facta verbis conſentiant: Et quod huc diſcurrendo appulerimus, ut illis incumbat novæ præfationis formam nobis exſcriptam tradere. Tum Imperator: Dictio iſta vos acriter exurit ac mordet, unde mihi moleſtiarum nihil, aut incommodi enaſcitur: Quid enim ad nos pertinet? aut nobis quod damnum infert, ſi Synodus inter ſuos prædicet, ſe Boëmorum hæreſin & Græcorum caſtigaſſe? Nunquid eo magis hæretici cenſebimur? ſi in ſuis (dico) inſoleſcat ac glorietur, ſe in Boëmorum hæreſin ſeverè animadvertiſſe, & nunc eandem aſciam cruribus Græcorum infligere: quid ad nos, quod intrà cancellos & parietes Synodi jactatum eſt? Turgeant quo velint faſtu, & obganniant inter ſuos quæcunque velint, perinde eſt: Quare nunquam mihi viſum eſt alicujus momenti aut ponderis, Reformationem Decreti, aut Procemii neceſſitatem tot precibus extorquere: Verum cum jam ſe noſtris deſideriis ſubmiſerint, eſto; in opere deſtinato progrediantur: Et fortaſſe in meliorem formam illud compingent, ut noſtrum utile procurent, animaſque tranquillent, quam nos ipſi excogitare, aut effingere valuimus: ita ſuſpicor, & bene ſpero: Fortaſſe autem omnino diſplicebit quod illi moliuntur: Propterea in animum induxi huc vos

ἀναγκαία ἡ πολλὴ περὶ τοῦ προοιμίου ἔνστασις, ὅμως ἐπεὶ ἔταξαν ἀμείψαι τοῦτο, φαίνεται καὶ ἐμοὶ καλόν· καὶ ὑπολαμβάνω ὅτι ποιήσουσι τοῦτο, καὶ κρεῖττον πρὸς ἡμετέραν ἀνάπαυσιν, ἢ εἴπερ ἂν ἡμεῖς αὐτὸ ἐποιοῦμεν. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω νομίζω. μήποτε δὲ ἴσως οὐκ ἀρέσει ἡμῖν τὸ γενησόμενον ὑπ' ἐκείνων, διὰ τοῦτο ἐφάνη μοὶ καλὸν, ἵνα συνέλθητε ἐνταῦθα, καὶ συνθῆτε κοινῶς προοίμιον τὸ ἀναπαῦον ἡμᾶς, καὶ ἔχητε τοῦτο ἀνέκφορον καὶ φυλαττόμενον παρ' ὑμῖν. ἀπαιτήσητε δὲ ἐκείνους τοῦτο ποιῆσαι ἀπαραιτήτως. καὶ εἰ μὲν δώσουσιν ἐκεῖνοι προοίμιον καλὸν καὶ ἀναπαῦον ἡμᾶς, τὸ ἡμέτερον μὴ φανερωθήτω: Εἰ δὲ τὸ ἐκείνων οὐκ ἀρέσει ὑμῖν, τότ' ἵνα δείξητε τὸ ἡμέτερον, καὶ εἴπητε, ὅτι τοῦτο τὸ προοίμιον θέλομεν γραφῆναι ἐν τῷ Δεκρέτῳ. ἤρεσε τοῦτο πᾶσι, καὶ ἀνήνεγκαν ὅτι θέλουσι τινὰς ἵνα καθίσωσιν ἰδία καὶ γράψωσι τοῦτο. ἐνταῦθα γὰρ οὐ δυνήσονται τοῦτο ποιῆσαι συγχεόμενοι ὑπὸ τῶν πολλῶν. ὥρισεν οὖν τὸν Ἐφέσου κῦρον Ἰωάσαφ, τὸν μέγαν χαρτοφύλακα, τὸν πάπαν κῦρον Ἰσίδωρον, καὶ Ἄγγελον τὸν Φιλομμάτην, καὶ ἐκάθισαν ἰδία καὶ συνέθηκαν προοίμιον. τῶν δὲ λοιπῶν καθημένων ὡμίλει ὁ βασιλεὺς χαριέντως, καὶ δημηγορῶν ἔφη καὶ τάδε.

vos convenire, ut vobis ipſis ſuadeam, junctis in conſilia aliquot capitibus procemium comminiſci, quale putabitis poſſe, & negotiis veſtris lucem, & vobis ipſis ſecuritatem ingenerare: Nec tamen illud vos in publicum depromere cuperem, ſed in ſinu abſconditum retinere, & in promiſſo ab illis efflagitando perſeverare: Quod ſi ſuum exhibuerint illi idoneum, & commodum noſtris votis ac rationibus, noſtrum damnetur tenebris & ſilentio: ſin illorum, ſi à Judicii veſtri lima aberrabit, efferte noſtrum, & dicite hoc eſſe illud procemium quod Decreto præfigi ac inſeri contendimus. Conſilium hoc omnibus ſic medullitùs placuit, ut ipſum Imperatorem orarent, ſtatueret ipſe quos vellet ac judicaret, qui privatim coëuntes hunc ingenii fœtum producant: Nam ſi cuncti ſimul opus aggrederentur, ipſa multitudo tam diverſos conceptus vocum ac ſententiarum confunderet: Quod & Imperator præſentiens, quatuor à cæteris ſegregavit: Epheſi præſulem Joaſaphum, magnum Patriarchæ Scriniarium, Dom. Iſidorum Papam ac Confeſſarium, & Angelum Philommatium: qui Senatu amoti, ſeorſim cæperunt procemium conſarcinare: cæteris vero aſſidentibus Imperator ſe gratioſe applicuit; & hac oratione blandâ eorum aures pariter ac mentes altè penetravit.

τμήμ. β. Κεφ. λδ.

Ὡς εἰ ὁ θεὸς δοίη συναθροῖσαι ἡμᾶς, καὶ συστῆσαι σύνοδον οἰκουμενικὴν παραγενομένους καὶ ἡμᾶς ἐκεῖσε, καὶ κατὰ τὸ ἀνῆκον μοὶ συνεργήσοντας, εἰ συναιρομένου θεοῦ ἕνωσις γένηται τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ χριστοῦ, καὶ ὁμοφωνήσωσι καὶ εἰρηνεύσωσιν οἱ χριστιανοὶ, μέγα πρᾶγμα ἔσται τοῦτο, καὶ ἐξαίσιον κατὰ τὸν παρόντα καιρόν. εἰρηκότων δὲ τινῶν ὅτι οὕτως ἔχει, καὶ κατὰ πολὺ ἔσται μέγα καθὼς ὁρίζεις, εἰ γένηται εὐθὺς ἀνθυπενεγκεῖν τοῦτον, οὐχ ἁπλῶς ἔσται μέγα, ἀλλὰ μεῖζον πάντων τῶν γεγονότων ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, πλέον δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ γεγονότος παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ. ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τῆς πρώτης συνόδου, εἰρηνικῆς οὔσης τῆς καθόλου ἐκκλησίας, καὶ ὑγιῶς ἐχούσης περὶ τὰ δόγματα, ὁ Ἄρειος ἦν ἐναντίος καὶ ἀντιλέγων. εἶχε δὲ μετ' ἑαυτοῦ καὶ εἴκοσιν ἢ τριάκοντα

SECT. II. CAP. XXXIV.

Si hanc nobis fœlicitatem benignum Numen indulgeret, ut in unum congregati, Synodum Oecumenicam celebraremus, illic in terrâ Italicâ, nos Latinorum invitationi, & vos meo conamini, ope quâ poteſtis maximâ, obſecuti: Et fructum concederet noſtrorum omnium votorum, pariter & laborum Deus, ut Unio ſanciretur inter Eccleſias, & populi Chriſtiani vetera diſcidia ſuaviter in Concordiæ gremio deponerent: Opus eſſet ingentis emolumenti, & huic ſeculo, & omni poſteritati obſtupeſcendum: Et ſi qui forſan mihi concederent, verum eſſe quod prædico, grande opus fore, & in omne ævum memorabile, ſi æquè comparari poſſet; ego ſtatim illis ſubinſererem, non ſolummodo grande, ſed quo grandius nunquam in omnibus Generalibus Conciliis peractum contigit: Immò quicquid in primâ Synodo ſub Conſtantini Magni auſpiciis perpetratum fuit, longe tranſcendere: Nam in illis temporibus, quando iſta Synodus, primùm convocata cepit aperiri, quievit orbis

τα ἴσως. ὅτι δὲ λοιποὶ πάντες ἦσαν Ὀρθόδοξοι. ἦν δὲ καὶ ἡ αἵρεσις ὀλίγου καιροῦ. τριῶν γὰρ χρόνων ἐντὸς ἤρξατό τε, καὶ ἐκρίθη, καὶ κατεδικάσθη. συνῆξεν οὖν ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐπισκόπους, οἵτινες ἦσαν πάντες ὁμογνώμονες καὶ ὀρθόδοξοι, καὶ κατεδίκασαν τὸν Ἄρειον, καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον ὀλίγους ὄντας, καὶ πρὸ ὀλίγου καιροῦ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρξαμένης. Ἐν δὲ τῷ παρόντι πολλοὶ μὲν, καὶ ἀναρίθμητοι σχεδὸν οἱ πρὸς τὴν ἐκείνων δόξαν ἑαλωκότες. Ἀναλογίσθητε γὰρ πόσοι εἰσὶν ἄνθρωποι ἐν τοῖς γένεσι τῶν Ἰταλῶν, τῶν Ἀλαμανῶν, τῶν Ἱσπανῶν, τῶν Βρετανῶν, καὶ πάντων τῶν δυτικῶν μερῶν. καὶ πόσοι ἐπίσκοποι ἐν αὐτοῖς, καὶ μοναχοὶ καὶ διδάσκαλοι καὶ φιλόσοφοι, καὶ γένη ἐπηρμένα τε καὶ ὑπέρογκα. πολλοὶ δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ μέρους ἡμῶν οἱ τὴν ἀρχαίαν τὴν ἡμετέραν δόξαν πρεσβεύοντες, καὶ ἐκείνοις σχεδὸν ἐξισούμενοι ὅσον πρὸς ἀριθμόν. Ἔχομεν γὰρ καὶ ἡμεῖς τοὺς ἐγγὺς ἡμῶν, ἔν τε τῷ δυτικῷ μέρει καὶ τῷ ἀνατολικῷ, εἶτα γένη τῶν Τραπεζουντίων, τῶν Ἰβήρων, τῶν Τζαρκασίων, τῶν Μιγκρελίων, τῶν Γότθων, τῶν Ῥωσῶν, τῶν Βλάχων, τῶν Σέρβων, τῶν ἐν ταῖς νήσοις, καὶ ἔτι τοὺς πατριάρχας μετὰ τῶν περὶ ἐκείνους. Ἀκούω δὲ καὶ ἐντὸς τῆς Αἰθιοπίας ἕνι γένος μέγα καὶ πολυάνθρωπον ὀρθόδοξον, καὶ κατὰ πάντα τοῖς ἡμετέροις ἐξακολουθοῦν δόγμασιν. Ἐν οἷς ὡς νομίζω, δεῖ σταλῆναι καὶ πρέσβιν προσκαλεσόμενον καὶ αὐτοὺς εἰς τὴν σύνοδον. πολλοὶ μὲν οὖν ὥσπερ ἔφην καὶ οἱ ἡμέτεροι. πολυχρόνιον δὲ καὶ τὸ σχίσμα. φ'. γὰρ ἔγγιστα χρόνους ἔχουσιν ἐμπαγέντες τῇ τοιαύτῃ δόξῃ. πόσον οὖν ἐστὶ τὸ τὰ τοσαῦτα γένη, καὶ ἐπὶ τοσούτων διερρωγότα χρόνων συνάψαι τε καὶ ἑνῶσαι, καὶ ὑπὸ μίαν ἐκκλησίαν τοὺς καθόλου ἀποκαταστῆσαι. λίαν ἐστὶ τοῦτο μέγα, εἰ γενήσεται, καὶ ὑπερβαῖνον ἅπαντα ὁμοῦ τὰ ἐν πάσαις ταῖς οἰκουμενικαῖς γεγονότα συνόδοις. ἐλπίζομεν δὲ ἀφ' ὧν γράφουσιν ἡμῖν, καὶ ἐξ ὧν ἀκούομεν γενέσθαι σὺν θεῷ τὴν ἕνωσιν. εἰ γοῦν γένηται, εἰς πολλὰ μέλλομεν διορθῶσαι τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην. Εἶπε μοὶ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀλαμανῶν ὅτε εἰς ἐκεῖνον παρεγενόμην, ὅτι ἐπιμελήθητι ἵνα ποιήσῃς τὴν ἕνωσιν. ἂν γὰρ τοῦτο ποιήσῃς, αὐτὸς διορθώσεις καὶ τὴν ἐκκλησίαν ταύτην. εἰς πολλὰ γὰρ παρεξῆλθον οἱ ἡμέτεροι. οἱ δὲ τῆς ἀνα-

Chriſtianus, & Eccleſia Catholica, à bellorum motibus ſimul ac hæreticorum libera, in opimâ pace, & ſanâ dogmatum doctrinâ effloruit: Solus tum Arrius è latebris erepſit, contra Religionem receptam venena ſpargens, Eccleſiæ hoſtis juratiſſimus, cum pauciſſimis aliquot ſectatoribus, ad numerum viginti forſan aut triginta hominum: nec enim plures trahebat in comitatu: quibus exemplis omnes undiquaque terrarum mortales qui Chriſto nomen dederant, Orthodoxi permanſere: Ac quemadmodum paucitate ipſam profitentium, ita durationum brevitate, hæreſis iſta caput contemptibile exeruit, breviſſimi ævi abortivus Embryo: Intra triennii ſpatium non amplius, & orta, & examini ſubjecta irraucuit: Nam Imperator ille Epiſcopos in Concilium adduxit, omnes unius animi concordes, & recta ſentientes, qui Arrium, Arriique clientes & ſtolones paucos numero, & ipſorum temporibus ſuppullulantes unico ictu in eos latæ ſententiæ confoderunt: Sed ad eam quæ nunc intenditur Synodum innumeri confluent, nempe quotquot Latinorum opinionibus capti aut ineſcati adhæreſcunt: Et vobiſcum recenſete, quot hominum millia conficient, tot multitudines Italorum, Germanorum, Hiſpanorum, Britannorum, aliorumque omnium occiduas mundi partes incolentium? Quot inter illos Epiſcopi effulgeant, quot Monachi, doctores, philoſophi, & genera hominum ſublimia, magnifica, ſuperba, faſtuoſa? Nec pauciores à noſtris ſtant partibus, qui cultum noſtrum quo nihil prius ducunt, aut antiquius conſtanter extollunt: Et ſi minus æquant præſtantiâ, tamen iis multitudine non impares; prope nos & in ipſis finibus, ab occaſu pariter & ortu. Et ſi libeat populorum inire computum, habemus Trapezuntinos, Iberos, Cercaſſios, Mincrelios ſive Colchos ad mare Ponticum, Gotthos, Walachios, Servios, Inſularum incolas; & neſcio quot Patriarchas peculiaribus dominantes ditionibus & provinciis late exporrectis: Quin & ſi fama verum fert, quod audio à multis confirmari: Ultra longe diſſitos Æthiopiæ terminos gens magna & populoſa Religionem noſtram ut Orthodoxam, cum ſingulis ritibus ſtrenuè propugnant: quos forſan etiam oportebit, per Legatos ad Synodum ſollicitare: Multi igitur noſtri ſunt, ſicut diſſenſio nos inter & Latinos multiplex eſt & diuturna: quingentis enim fere annis in hac opinionum uligine Latini infixi à nobis variarunt. Quanto igitur eſſet redimendum pretio, tot capita hominum, tot genera, per tot annos, in tot articulis fidei Chriſtianæ & fundamentis rupta invicem ac dehiſcentia pace componere? & intra ſeptum unius Eccleſiæ totam Dei familiam,

ἀνατολικῆς ἐκκλησίας ἔχουσι καλλίονα τάξιν. εἰ οὖν ποιήσεις τὴν ἕνωσιν, διορθώσεις καὶ τοὺς ἡμετέρους. Εἶπε μοὶ δὲ καὶ ἕτερα πολλὰ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ καλῶς οἶδα ἐγὼ τὸν ἀγαθὸν ἐκείνου σκοπὸν, καὶ ὅσα ὑπὲρ ἡμῶν βούλεται, εἴπερ γένηται ἡ ἕνωσις. Μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων εἶπε ποιήσειν ἐμὲ, καὶ τῆς ἰδίας βασιλείας διάδοχον. Ταῦτα δημηγορῶν ἔφη ὁ βασιλεὺς μετὰ θυμηδίας πολλῆς.

liam, populum Christianum cogere? Nimis ampla & augusta est hæc res, si quovis compendio acquiratur: & infinitis parasangis trajiciens, quæcumque in omnibus antehac Synodis generalibus præstita accepimus: Posse tamen fieri spe freti, bene ominamur, tam ex illorum scriptis quibus nos invitant, quam ex dictis quibus nos alliciunt: Et tum non nostram modo Ecclesiam, sed & illorum cui uniemur, in statum meliorem, ac conditionem revocabimus: quemadmodum mihi non ita nuper dedit in consiliis Germanorum Imperator Sigismundus, cum ei adessem opem implorans: Si sapis (inquit ille mihi) cura diligenter unionem protrudere, huic negotio totis viribus incumbe, hanc dies noctesque tunde incudem; si id semel effectum dabis, singulari beneficio & tuam Ecclesiam cumulabis & nostram, quæ non minus à recto tramite deflexit: cùm orientalis Ecclesia ordine meliore constituta sit. Hæc & alia multa adjecit ille optimus Princeps, quibus omnibus satis intellexi, quâ benevolentiæ opinione erga nos esset delibutus, si semel intergerinus paries per unionem esset avulsus; sed & in fine ipse mihi promisit, quod ante omnia, & nunquam obliviscendum duxi, se curaturum, ut ipsi in Imperio Germaniæ succederem: Atque hæc multis peroravit noster Imperator, insigni jucunditate animi & ipse perfusus, & nos perfundens.

τμήμ. β. Κεφ. λε.

Ἐν τούτοις ἦλθον καὶ οἱ γράψαντες τὸ προοίμιον, καὶ ἀναγνωσθὲν ἀρεστὸν ἐφάνη πᾶσι, καὶ ἐξήλθομεν μετὰ τῆς περὶ τούτου προειρημένης παραγγελίας. Ἔπειτα συνήλθομεν μετὰ καὶ τῶν ἐκ τῆς συνόδου, καὶ ἔδωκαν ἐκεῖνοι προοίμιον πάντη τοῦ προτέρου παρηλλαγμένον ὅπερ ἤρεσεν ἡμῖν κατὰ πάντα, καὶ ἐδεξάμεθα. Ἐχώρησαν δὲ οἱ ἡμέτεροι καὶ πρὸς ἄλλους τινὰς λόγους, μεθ᾽ ὧν εἶπον καὶ περὶ τοῦ πάπα, ὅτι ἔνι χρεία ἵνα ἐπιμεληθῆτε ὅπως ἂν ἔλθη κἀκεῖνος ἔνθα γενήσεται ἡ σύνοδος, ἢ στάλη τοποτηρητὰς καὶ ὑπάρχητε ἡνωμένοι μετ᾽ ἐκείνου καὶ ὁμογνώμονες. Εἰ γὰρ καὶ ἔτι ἔχετε διενέξεις καὶ ὀχλήσεις μετ᾽ ἐκείνου, οὐκ ἐλεύσονται ἐκεῖσε, οὔτε ὁ βασιλεὺς, οὔτε οἱ ἡμέτεροι. καὶ ἔτι εἶπον ὅτι θέλομεν ἵνα ἔχωμεν σαλβο-κοντοῦκτο ἀφ᾽ ὑμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν αὐθεντῶν ἑκάστης πόλεως καὶ ἐπαρχίας, ἵνα καὶ ἐν τῷ ἀπέρχεσθαι εἰς τὴν σύνοδον, καὶ ἐν τῷ ὑποστρέφειν ἐκεῖθεν, ἔχωσι πᾶσαν ἄδειαν καὶ ἐλευθερίαν οἱ ἡμέτεροι ἀκωλύτως διέρχεσθαι, καὶ καρτερεῖν καὶ ἀποδημεῖν ὅτε βούλονται. Εἴπομεν δὲ πάλιν καὶ περὶ τοῦ κεφαλαίου τῆς ὑποστροφῆς.. περὶ μὲν οὖν τοῦ πάπα ἀπελογήσαντο, ὅτι φροντίζομεν καὶ ἡμεῖς τοῦτο ποιῆσαι, καὶ οὐ γενήσεται ἄλλως, εἰ μὴ ὡς ὑμεῖς λέγετε. μᾶλλον μὲν

οὖν

SECT. II. CAP. XXXV.

Vix sermonibus finem imposuerat Imperator, cum nostri ad scribendum emissi, confectâ prooemii tabulâ ad nos immigrarunt: cui publicè perlectæ omnes ultro suffragati sumus: & cum consilio illam occulendi, nisi Latinorum displicuisset (ut prædiximus) egressi sumus: Et non multum exinde adeuntibus nobis pactum à se prooemium Latini obtulerunt, à priori penitus discrepans, quod exspectationi nostræ ut plurimum satisfecit, & plenis ulnis acceptavimus: Et cum iisdem tum ad alia nonnulla colloquii habenas fleximus, atque inter cætera ad mentionem Papæ: Omnemque vobis necessitatem incumbere, Latinis diximus, ut adhibitâ singulari diligentia, eo loci, quo Synodus celebrabitur, Papam deducatis, aut ut suos pro more instruat vicarios: utque vos cum illo redeatis in gratiam & reconciliationem: Nam si vos turbis implicati sceleratis contestationibus cum illo dimicabitis, noster Imperator, nostrive ad vos nunquam advenient: Quin & salvum conductum à vobis postulamus, & ab uniuscujusque civitatis aut præfecturæ in medio positæ, domino, principe ac Toparchâ, ut transitum nobis præbeant liberum, & eundi, redeundi, commorandi, discedendi, ubi & quando nobis visum fuerit, facultatem, nullis legibus circumscriptam: Demum de revertendo in patriam post peractum Concilium injecimus priorem quæstionem: quibus singulis responsa dignati sunt: Ac primo, æquissimum esse asseruere, ut Papa Concilio intersit, idq; se prius animis revolvisse, nec fermè aliter fieri posse quam nos designavimus:

&

οὖν ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἔσται ὁ Πάπας ἐν τῇ συνόδῳ. διαμηνυσόμεθα γὰρ τῷ Χριστοφόρῳ, καὶ ἐλεύσεται ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει, καὶ ὄψεσθε ὅπως τοῦτο κατανεύσομεν. Περὶ δὲ τοῦ σάλβο κοντούκτο εἶπον, ὅτι δίκαιόν ἐστι, καὶ μετὰ σκέψεως γενήσεται καὶ τοῦτο. περὶ δὲ τῆς ὑποστροφῆς εἶπον καὶ αὖθις, ὡς οὐ δεῖ ποιεῖσθαι ὑμᾶς πολὺν λόγον. λέγομεν γὰρ καὶ πληροφοροῦμεν ὑμᾶς, ὅτι καὶ ἐλεύσεσθε καὶ ὑποστρέψετε μετὰ τιμῆς πολλῆς καὶ ἀγάπης, καὶ ἐλευθερίας, καὶ ἐξόδων, καὶ κατέργων ἡμετέρων, εἴτε γένηται ἕνωσις, εἴτε καὶ μή. καὶ μηδὲν ἔχετε λογισμὸν περὶ τούτου. ἡμεῖς οὖν οὐδαμῶς ἠρκούμεθα εἰς τοὺς λόγους, ἀλλ' ἐζητοῦμεν γραφῆναι τὸ περὶ τούτου.

Et ut illi noſtra deſideria antevertiſſent, & omnino neceſſariam eſſe Papæ præſentiam in Synodo judicaſſent: Et eâ fine Chriſtophorum, inquiunt, advocabimus Legatum Papæ, ad ſequentem inter nos conventum, ut de Papâ adducendo, coram vobis agamus, noſtramque promptitudinem atteſtemur. Etiam & de Salvo Conducto quod quæſivimus juſtum eſſe, idque maximâ cum deliberatione & conſenſu præſtandum iri: Sed de repedatione in patriam poſt clauſam Synodum non eſſe nimis anxiè pluribus immorandum: Quandoquidem, ut ſæpe antea, ita nunc denuo aſſeveramus: Ad veſtros penates revertemini, in eodem honoris flore, caritatis & gratiæ, cum iiſdem ſumptibus, ac navigiis quibus illuc ad nos perveniſtis: ſeu unio, ſeu nulla conciliabitur: Et de his jubemus vos eſſe ſecuros: At in ſermone vacuo ac ſimplici noſter animus non acquievit, qui ſemper cupiebamus aliquid de ea re in Decreto cautum & inſertum contemplari.

τμήμ. β. Κεφ. λϛ.

Ἐκ δὲ τῶν μεσαζόντων ὁ μὲν Νοταρᾶς ἔλεγεν ἀεὶ τὰ πρὸς ἐκείνους πράως καὶ φιλικῶς. ὁ δὲ Καντακουζηνὸς εἰς τινὰ μὲν ἐφαίνετο πραῢς πρὸς ἐκείνους. εἰς δὲ τὰ πλείω γενναῖος καὶ καλὸς ἀπαιτητὴς, ἐν οἷς ἡ χρεία τοῦτο ἀπῄτει, καὶ εἰς τινὰ οὐκ ἀπεδέχετο τὰς οἰκονομίας τοῦ Νοταρᾶ. Εἶπεν οὖν καὶ ἐν τῷ παρόντι ζητήματι, μετὰ τὰς ἀπαιτήσεις καὶ τοὺς λόγους ἐκείνων, ὅτι ἐμοὶ οὐ δοκοῦσιν ἀρκετοὶ οἱ λόγοι οὓς λέγουσιν. ὅμως ἐγὼ οὐκ ἀπελεύσομαι εἰς τὴν σύνοδον, καὶ ποιείτωσαν ὡς θέλουσιν. Ἐν ἑτέρᾳ δὲ συνελεύσει ἦλθε καὶ ὁ Χριστοφόρος, καὶ ἀπῄτησαν ἐκεῖνοι οἱ συνοδικοὶ τὴν ἀπὸ τοῦ Πάπα συγκατάθεσιν, εἰς ἃ πράττουσι περὶ συναθροίσεως τῆς συνόδου. καὶ ἵνα εἴπῃ, εἰ ἔχει λόγους παρ' ἐκείνου, ὅτι ἐλεύσεται καὶ ἐκεῖνος ἐν τῇ συνόδῳ. ἡ οὖν ἀρχὴ τῆς ἀπολογίας τοῦ Χριστοφόρου οὐκ ἤρεσεν αὐτοῖς, καὶ εὐθὺς ἔσκωψαν ἐκεῖνον, καὶ εἶπον λόγους σκληροὺς πλείστους, καὶ πλήρεις θυμοῦ, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐστενοχώρησαν αὐτὸν, ὅτι ἐδέετο ὕστερον καὶ παρεκάλει καὶ ἔλεγε στέργειν πάντας τὰ παρ' ἐκείνων γινόμενα, καὶ ἀγράφως καὶ ἐγγράφως, καὶ καθὼς ἂν ἐθέλωσιν αὐτὸν τοῦτο ὑποσχεθῆναι. οἱ δὲ οὐδόλως παρεδέχοντο αὐτὸν, ἀλλὰ σκληροῖς λόγοις ἀεὶ ἔβαλλον. ὁ δὲ ἀναγκαζόμενος ἔλεγεν, ὅτι οὐκ εἶπον τι κακὸν πρὸς αὐτοὺς, ἢ ἐναν-

SECT. II. CAP. XXXVI.

E duobus ſequeſtris Notarius humano ſemper ac molliter fluenti ſermone Latinos allocutus eſt. At Cantacuzenus ſeverior, etiamſi in nonnullis ſe ſatis manſuetum & tractabilem comprobavit, pro ratione cauſæ propoſitæ tamen ſæpius aſperè increpuit, rerum exactor acerrimus, & explorator verborum, maximè in quibus à Notarii placitis, ut nimium moderatis, diſſenſit. Ad hanc vero de reditu quæſtionem toties in medium prolatam, cum & noſtra poſtulata & Latinorum reſponſa perpendiſſet, dixit ſibi inania verba nequaquam ſufficere, utcunque ſe eorum generalia Concilia ubicunq; terrarum conſtituenda non interturbaturum: Et tunc quæcunque velint, aut poſſint, monſtra in mundum producant: Adfuit inſequenti congreſſui Chriſtophorus, à quo Synodici petivere Papæ approbationem, ad ea quæ Synodo congregandæ comminiſcuntur: & ut ſine fuco promat ſententiam, ſi norit, an ipſe Papa ad Synodum venire decreviſſet.

Chriſtophorus ad hæc primo tergiverſari viſus eſt, & verba proferre Synodicorum mentibus averſa, ita ut indignatione accenſi, in hominem dictis durioribus increpitum, ſannis & probris debaccharentur, & in tantas animi anguſtias redarguerunt, ut veniâ delicti ſuppliciter imploratâ, polliceretur ultro Papam omnia confirmaturum, ſeu ſcripta ſeu non ſcripta, prout ipſi vellent, aut exoptarent: At illi de conceptâ iracundiâ nihil remittentes, adverſus Chriſtophorum maledictis continuis intonuerunt: ut tandem coactus ſubmiſſe dixerit, mirari ſe cur in ipſum tantopere excanduerint, cum nihil indi-

ἐναντίον. ἐν ὅσῳ δὲ λέγω ὅτι στέργω πάντα ὅσα ποιοῦσι, καὶ ὑπόσχομαι στέργειν ταῦτα, καὶ τὸν πάπαν, καὶ ἐγγράφως τοῦτο ἤδη πιστώσομαι, οὐκ οἶδα τί ἂν ἕτερον εἴποιμι, ἢ τί ἄλλο ζητοῦσιν ἀπ' ἐμοῦ. Οἱ δὲ κατεφρόνησαν τούτου καὶ ἠγέρθησαν μετὰ θυμοῦ. ἐλυπήθησαν δὲ καὶ πρὸς τοὺς μεσάζοντας, καὶ εἶπον, ὅτι ἡμεῖς εἴχομεν γραμματικοὺς, καὶ ἀπέθανον ἐν τῇ ὁδῷ, ἠθελήσαμεν δὲ καὶ λαβεῖν γραμματικὸν ἐκ τοῦ Γαλατᾶ, καὶ ἔχειν αὐτὸν ἐν ταῖς συνελεύσεσιν. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐνεδώκατε ἡμῖν ἔχειν γραμματικὸν, καὶ ἔνι τοῦτο εἰς ἡμᾶς βαρύ. Εἰ γὰρ εἴχομεν, νῦν εὐθὺς ἂν ἔγραφε, καὶ ἐποιοῦμεν προτέστον. καὶ οὔτε αὐτὸς, οὔτε ὁ πάπας ἐποίει ἂν ἄλλο παρ' ὃ ἡμεῖς ἠθέλομεν: Εἶπον οὖν πρὸς ταῦτα οἱ μεσάζοντες, ὅτι ἡμεῖς, ὅσα εἴπομεν, καὶ ὅσα ἠκούσαμεν ἀφ' ἡμῶν, θέλομεν ἵνα ὦσι πεφυλαγμένα. πῶς οὖν ἐμέλλομεν ἔχειν ξένον ἄνθρωπον πρὸς ὃν οὐκ ἔχομεν πληροφορίαν εἰς λόγους μυστηριώδεις, ἵνα φαυλίζῃ τούτους εἰς πολλούς. οἱ δὲ εἶπον, καὶ πῶς ὑμεῖς ἔχετε γραμματικὸν τὸν Ἄγγελον, ἡμᾶς δὲ οὐκ εἰάσατε ἔχειν; ἀπεκρίθησαν, ὅτι ὁ ἄγγελος οὐκ ἔνι τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐστὶν εἷς τῶν καλῶν καὶ ἐκκρίτων ἀρχόντων, καὶ ὅταν δι' ἀναγκαῖα τινὰ ἔχῃ ὁ βασιλεὺς μεθ' ἑαυτοῦ τέσσαρας τοὺς κρείττονας ἄρχοντας, ἐστὶ καὶ αὐτὸς εἷς μετ' ἐκείνων. ὡρίσθη οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως παρεῖναι καὶ ἐνταῦθα, ὡς εἷς τῶν ἐκλελεγμένων, καὶ οὐχ ὡς γραμματικός. Εἶπον δὲ ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἡμεῖς ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει ληψόμεθα καὶ γραμματικόν. χωρὶς γὰρ τούτου οὐκ ἐλευσόμεθα. εἶπον οὖν οἱ ἄρχοντες, εἰ θέλετε νῦν ἔχειν γραμματικὸν περὶ οὗ λέγετε ἤδη, οὐ κωλύομεν.

gnum protulerit, aut eorum rationibus contrarium: tantummodo Papam omnia confirmaturum; quod denuo polliceor, (inquit) & ex scriptis ab ipso Papa mandatis ad me cum fide & juramento manifestè sanciam, si vultis: & quid aut ipse vobis magis tempestivum proloquar, aut à me vos expectetis, plane non invenio: Hominem tamen contemnere perseverarunt, ac demum dolore & ira perciti surrexerunt in pedes: Nec in Christophorum sola tempestas desæviit: Sed contra Sequestros multum etiam infremuerunt, quasi natam in eorum fundis contumeliam hanc paterentur: Nos domo nobiscum attulimus, inquiunt, non modo satis amplum vernarum numerum, sed & interpretum, qui navigandi incommodis & fatali lue omnes interiere: Et cum Interpretem è Peræâ vellemus conducere, quem ad hæc particularia comitia adhiberemus, vetuistis, nullam veniam elargiti: quod nos gravi jamdudum vulnere lancinat. Nam si nobis peritus interpres ad manum adfuisset, solennem Protestationis formam curassemus publicari: contrà quam nec ipse Papa, nec Papæ vicarius aut possent, aut auderent, aliud statuere, quam quod nostris mentibus allubuisset. Ad hęc Sequestri rejecerunt: se semper summo studio incubuisse ut dicta omnia, & communicata invicem consilia secreta conservarentur: quâ igitur fiduciâ hominem externum, cujus integritati non multum attribuerent, ad negotia, & subtilissima consiliorum capita accedere paterentur, ut ille nostra mysteria ad vulgum in compitis efferret. Et quorsum (respondent Legati) pro vobis Angelum Interpretem admittitis, cum nobis tanti beneficii favorem pernegatis? Responderunt Sequestri, Angelum non esse cujuslibet sortis virum, nec inter vulgares reponendum sed inter primariæ Nobilitatis Principes, cujus solerti operâ noster sæpe utitur Imperator; qui si tribus quatuorve ex omni ordine Magnatum stipatus recedat ad arcana revolvenda, semper Angelus ex eorum numero unus jubetur esse: & nunc mandatur ab Imperatore nostro cœtui se adjungere ut Delegatum, non ut Interpretem: At Synodici pertinaciter asseruerunt, velle se Interpretem ad alios conventus assumere, aut ulterius non convenire: quibus ut nostri Principes gratificarentur; & si nunc vultis, inquiunt, Interpretem advocare, nemo nostrûm obstabit.

τμήμ. β. Κεφ. λζ.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ συνήλθομεν ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τοῦ Βάσου, ἐχόντων τῶν συνοδικῶν καὶ Γραμματικὸν μεθ' ἑαυτῶν ἐκ τοῦ Γαλατᾶ. εἶπον οὖν ὀλίγους τινὰς λόγους, καὶ εὐθὺς ἐνεφάνισεν ὁ Χριστοφόρος ἐγ-

Sect. II. Cap. XXXVII.

Posterâ luce in celeberrimo Sancti Blasii Monasterio convenimus, adducentibus secum Synodicis Interpretem è Peræâ: Et cum pauca prælibassent, Christophorus schedam è sinu prompsit, propriâ manu exaratam, quæ abundè & luculenter comprehendit, summam sibi à

Papâ

ἔγγραφον οἰκειόχειρον διαλαμβάνον ἀρκούντως καὶ πεπλατυσμένως, ὅπως ἔχει πᾶσαν ἄδειαν καὶ ἔνδοσιν ἀπὸ τοῦ Πάπα, ἵνα συνεργήσῃ καὶ αὐτὸς τοῖς συνοδικοῖς, εἰς εἴτι ἂν ἐθέλωσι, καὶ στέρξῃ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπὸ τοῦ πάπα πᾶν ὅπερ ἂν ποιήσωσιν. ἤδη οὖν στέργει αὐτὸς πάντα τὰ παρ' αὐτῶν πραττόμενα, καὶ στέρξει ταῦτα καὶ ὁ πάπας ἀναμφιβόλως, ὡς καὶ αὐτὸς πληροφορεῖ τοῦτο. ἔδοξεν οὖν πᾶσιν ἰσχυρόν τε καὶ ἀρκετὸν γράμμα, ὅπερ ὁ Χριστοφόρος ἔδωκεν. οἱ δὲ ἔλαβον μὲν καὶ τοῦτο, πλὴν οὐκ ἠρκέσθησαν. ἀλλ' εἶπον τῷ γραμματικῷ ὃν ἔφερον, καὶ ἔγραψεν ἅπερ ἐκείνοις ἤρεσεν. ἐπεὶ δὲ εἴδομεν καὶ ἡμεῖς συμπεραινόμενα τὰ τοῦ δεκρέτου, ἐπετέθημεν ἐκείνοις περὶ τῆς ὑποστροφῆς, ἵνα δῆλον ὡς προστεθῇ τὸ, καὶ εἰ οὐ γένηται ἕνωσις, ἐπανασώσωσι τοὺς ἡμετέρους ἐνταῦθα μετὰ τῶν αὐτῶν κατέργων καὶ ἐξόδων. οἱ δὲ πάλιν λόγοις μὲν ἔλεγον τοῦτο, γράψαι δὲ οὐκ ἤθελον, μόλις δέ ποτε εἶπον, γράψαι καὶ δοῦναι ἡμῖν δι' ἰδίου αὐτῶν γράμματος. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἠθελήσαμεν τοῦτο, ἀλλ' ἐζητήσαμεν γραφῆναι ἐν τῷ δεκρέτῳ, οἱ δὲ οὐκ ἠθέλησαν. ὡς οὖν ἠναγκάσαμεν αὐτοὺς σχεδὸν πάντες διὰ πολλῶν λόγων, καὶ εἴπομεν ἐπειδὴ ὑπόσχεσθε τοῦτο, μέλλει δὲ μεταγραφῆναι καὶ τὸ δεκρέτον, καὶ μεταποιεῖτε καὶ τὸ προοίμιον, λοιπὸν τίνος χάριν οὐ θέλετε προσθεῖναι καὶ τοῦτο; εἶπον, οὐ δυνάμεθα τοῦτο ποιῆσαι. εἴπομεν οὖν. καὶ πῶς τὸ μὲν προοίμιον μετεποιήσατε; τοῦτο δὲ λέγετε οὐ δύνασθε προσθεῖναι; πρὸς γοῦν τοῦτο εἶπον ἐκεῖνοι. ὅτι τὸ μὲν προοίμιον ἐστὶν ἐκτὸς τῆς ὑποθέσεως. οὐ δὲ γὰρ ἅπτεται τῶν ζητημάτων, καὶ τῶν Κεφαλαίων. διὸ οὐδὲ ἀποφαίνεται περὶ ἐκείνου ἡ σύνοδος, καὶ ἐν τούτῳ εἴχομεν ἄδειαν μεταποιῆσαι αὐτό. εἰς δὲ τὰ κεφάλαια ἀποφαίνεται ἡ σύνοδος. ἔνθα δὲ ἀποφαίνεται ἡ σύνοδος, οὐδεὶς ἔχει ἄδειαν μεταποιῆσαι ἢ προσθεῖναι μίαν κεραίαν. καὶ εὐθὺς λέγει ὁ Καντακουζηνὸς, μετὰ σφοδροῦ ζήλου πρὸς τὸν Ἰωάννην. σὺ μὲν λέγεις ὅτι ἔνθα ἀπεφήνατο ἡ σύνοδος ὑμῶν, ἥτις ἐνὶ μερικὴ, καὶ οὐδὲ ἀξίωμα ἔχει ὡς πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς συνόδους, ὅτι οὐδεὶς ἔχει ἄδειαν προσθεῖναι μίαν κεραίαν. εἰς δὲ τὸ ἅγιον σύμβολον, ὅπερ ἐβεβαίωσαν, ἀπα-

Papâ demandari autoritatem cum Synodicis concurrendi; & nomine Papæ confirmandi quęcunque illi conſtituiſſent: Et quod ipſe in præſenti causâ, & hactenus diſcuſſis articulis calculum ſuum adjiciat, & idem à Papâ præſtandum ſyncera fide, profiteatur. Atq; hæc Chriſtophorus tam prolixè teſtata fecit, ut reſcriptum illud ſatis validum & firmum à cunctis judicaretur: Et illud quidem Synodici receperunt, ſed manu non ſatis exporrectâ, aut animo ſedato ac placido: quare interpreti ſcribendum aliquid mandarunt, quod ipſorum mentibus magis allubeſceret: At nos ubi jam clare perſpeximus, omnia in Decreto comprehenſa jam peracta eſſe, renovatâ veteri de reditu querimonia, obnixè rogavimus ut hunc unicum articulum adjiciant Decreto: Si nulla emerſerit unio, ut illi nos reducant, iiſdem commeatibus, & navigiis, ad eundem portum unde hinc primo ſolvimus. Illi verbis, ut ſæpe antea uſurpatis, promittunt ſe facturos, ſed ſcriptis inſerere penitus abnuerunt: Vel ſi ſcripta pollicitis anteferremus, ſe ſcripto quodam proprio ac peculiari, id præſtituros pollicentur: At nos eorum ſcripta reſpuentes petivimus, ut articulus ille de reditu ab infectâ unione, Decreto expreſſis verbis inſcribatur: quod illi pertinaciſſime repudiarunt.

Et cum nos omnes ferme una voce, multiſque verbis, eorum aſſenſum ad pudorem uſque ſollicitaremus, ſciſcitati ſumus: Cum hæc omnia vos præſtituros omnino pepigiſtis, & jam Decretum eſt transſcribendum cum adſuto proœmio, quid impedit, quo minus hæc pauca verba in Decreto locum inveniant? Illi breviſſime reſponderunt, ſe non poſſe. Sed nos porro inſtitimus: & pacto proœmium diverſum à priori conſarcinare, ſi hoc tantillum ſuperaddere non poteſtis? Et cum pluribus urgerentur, hanc rationem reddiderunt: Quia proœmium ultra totius negotii metam conſiſtit, neque enim penetrat ad rerum tractandarum capitula, ac intimam ſubſtantiam: quare nec Patres in Synodo de proœmiis definiunt, & nobis patuit facultas hoc noſtrum pro libitu refingendi: At in gravioribus articulis, quos Synodus ad ſeverum calculum revocat, aut definit, nobis nec ſyllabæ immutandi, aut minimum apicem adjiciendi poteſtas permittitur. Tum Cantacuzenus irâ permotus & ad Joannem convertens ſermonem ita efferbuit: Tu aſſeris, ubi Synodus veſtra quid explicitè determinaverit, quæ cum ſit particularis, ad celebritatem & gloriam Generalium nunquam aſſurget, nemini licere aut comma recoquere, aut apicem adjungere. At vos non puduit adjungere pro veſtrâ libidine, ad ſacrum ſymbolum, quod omnes Synodi generales definiere, determinaruntque, nihil addi, nihil demi poſſe ſine anathemate:

Quin

ἅπασαι αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, καὶ εἰς ὃ ἀπεφήναντο μήτε προσθεῖναι, μήτε ἀφελεῖν προσεθήκατε. λοιπὸν λέγω καὶ ἐγὼ ἀνάθεμα τοῖς προστεθηκόσιν ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ. εἶτα εἶπεν ὁ Ἄγγελος, ὅτι μετὰ θελήματος τῶν κυρίων μου τῶνδε, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς βραχέα τινὰ περὶ τούτου. ὑμεῖς ἔφητε ὅτι τὸ προοίμιον ἐστὶν ἐκτὸς τῆς ὑποθέσεως. ἐγὼ δὲ λέγω μᾶλλον, ὅτι τὸ προοίμιον περιέχει πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν. πᾶν γὰρ προοίμιον συνοπτικῶς διαλαμβάνει καὶ περιέχει πᾶσαν τὴν ὑπὸ τοῦ καθόλου λόγου δηλωθησομένην, καὶ ἐπεξεργασθησομένην ὕλην. καὶ οὗτος ἐστὶν ὁ σκοπὸς παντὸς προοιμίου. καὶ τούτου χάριν ἐπενοήθη, ἵνα δι᾽ ὀλίγου καταλαμβάνωνται τὰ ἐφεξῆς διὰ πολλῶν ῥηθησόμενα. Τὸ γὰρ προοίμιον πρὸς τὴν καθόλου ὑπόθεσιν, λόγον ἐπέχει κεφαλῆς. καὶ ὥσπερ ἡ κεφαλὴ ἡνωμένη ἐστὶ τῷ καθόλου σώματι, καὶ δηλωτικὴ καὶ συσταλτικὴ τούτου, καὶ κυριωτέρα, οὕτω καὶ τὸ προοίμιον κυριώτερον ἐστὶ καὶ τιμιώτερον πάντων τῶν ἐφεξῆς κεφαλαίων. καὶ ὁ τοῦτο μεταποιῶν, πολλῷ μᾶλλον μεταποιήσει τὰ ἐφεξῆς εἴγε βούλεται. ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμεῖς μετεποιήσατε τὸ προοίμιον, εὐκόλως ἔχετε προσθεῖναι καὶ ὃ λέγομεν, καὶ ζητοῦμεν, ἵνα ποιήσητε τοῦτο.

Quin & ego illud anathema non verebor pronuntiare: Maledicti sint qui quidquam Sacro Symbolo adjiciunt. At Philommatius Angelus mitiùs, & non nisi impetratâ veniâ ad loquendum sic orsus est: Si Domini mei ex his subselliis benigne annuent, vobis Latinis in vicem mutuam, pauca & succincta proferam: Procemium dicitis extra scopum rerum propositarum evagari; at ego procemium singula proposita complecti dico: quicquid enim in totâ serie subsequentium sermonum diligentiùs perpolitum absolvitur, id omne procemium in angustiori compendio comprehendit: eumque in finem excogitata est præfandi consuetudo, ut multis dicenda, paucis prælibet: Atque ita se habet ad totam negotii molem, ut caput ad corpus humanum: nam ut illud corpori conjunctissimum est, idque compage quadam unitum sibi constringit, & manifestat, præcipua pars cunctis simul membris supereminens: ita procemium pars præstantior, ab omnibus substratis, & dignitatis loci prærogativam sibi arrogat: Et qui procemium vel refigit vel corrigit, multo æquius poterit quæcunque subsequuntur: Quocirca cum ipsum Procemium transferri in aliam formam non abnuistis, facile potestis tantillum Decreto addere; & quod petimus, concedere, si vultis, & ut velitis concedere, nunc ardenter petimus.

τμήμ. β. Κεφ. λη.

Πολλῆς οὖν ζητήσεως περὶ τούτου γεγονυίας, καὶ πρὶν καὶ μετὰ τούτους λόγους, ἐκεῖνοι εἶπον, ὅτι ἀδύνατον ἔνι προστεθῆναι τοῦτο ἐν τῷ δεκρέτῳ. ἐπεὶ δὲ μέλλομεν ποιῆσαι σάλβο κονδοῦκτο ἐν ἐκείνῳ προσθήσομεν, καὶ τοῦτο καθὼς λέγετε. ἔκτοτε οὖν συνῆλθον ἰδίως καὶ συνέθηκαν τὸ σάλβο κονδοῦκτο, καθὼς ἤρεσε καὶ τοῖς ἡμετέροις, καὶ ἔγραψαν καὶ αὐτὸ καὶ τὸ δεκρέτον, μετὰ τοῦ νέου προοιμίου ἐν βεμβράναις μόνου τοῦ βουλλωθῆναι δεόμενα παρὰ τῆς συνόδου. ἐτάχθη δὲ καὶ ὁ Ἱέρικος Μαγκὲρ ἀπελθεῖν ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ ἐξοικονομῆσαι, καὶ στεῖλαι ταῦτα βεβουλλωμένα. Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ δηλωθέντα ἐλέγοντο καὶ ἐπράττοντο, παρεγίνοντο καὶ οὗτοι οἱ ἐκ τῆς Βασιλείας πρέσβεις, καὶ ἔβλεπον καὶ ὡμίλουν τῷ πατριάρχῃ, καὶ παρεκίνουν αὐτὸν συνθέσθαι πρὸς τὸ εἰς τὴν σύνοδον ἀπελθεῖν. ὁ δὲ ἀνεβάλλετο.

Sect. II. Cap. XXXVIII.

Et cum multa hinc illinc verba de hac concertatione & in principio & fine colloquii moverentur, illi in eodem luto hærebant, impossibile esse quod cupimus in Decretum inserere: Verum cum salvum Conductum pro nobis essent postulaturi in aliquâ Decreti laciniâ, hoc quoque de reditu insinuarent: atque ita seorsim discedentes salvum conductum ad nostrorum vota compinxerunt: quod cum Decreto, Decretique procemio scribi mandarunt in membranis, sed absque sigillis, ut ipsius Concilii bullis condecorentur: Et Henricum Mancer ordinarunt, ad Synodum rectà tendere, ut hæc dispenset, & cuncta bullis appensis obsignata remittantur.

Dum hæc à nobis tractata sic absolvuntur, Legati Basileensium sæpe Patriarcham obsequiose compellantes, multis rationibus impulerunt, ut ipse assentiret ad Synodum proficisci: Ille vero tergiversando moras nectens, exiguam spem adventus sui monstrabat: Attamen cum omnia inter nos ventilata ad ultimam periodum

ἀνεβάλλετο καὶ ἀνένδυεν. ὅτε δὲ εἶδον καὶ αὐτοὶ συμπεραινόμενα τὰ λαληθέντα, τότε ἐπετέθησαν τῷ πατριάρχῃ, καὶ ἐζήτησαν ἵνα πληροφορηθῶσιν ὡς ὁμολογουμένως ἐλεύσεται ἐν τῇ συνόδῳ. ὁ δὲ προβαλλόμενος πάλιν τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ, καὶ τὸ γῆρας ἀνεβάλλετο. Μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὴν ἐπίθεσιν αὐτῶν, εἶπεν, ὡς εἴπερ ἐπιδημήσει ὁ πάπας ἐν τῇ συνόδῳ, ἐλεύσομαι καὶ ἐγώ. εἶπον οὖν ἐκεῖνοι, ὅτι ἡμεῖς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου ζητοῦμεν ἔχειν ἐκεῖσε, καὶ τὴν σὴν ἐπιδημίαν περὶ πλείστου ποιούμεθα, ὁ δὲ πάπας ἔνι ἰδικός μας. καὶ ἔχομεν αὐτόν. ἔφη δὲ ὁ πατριάρχης, καὶ πῶς ἔχετε αὐτὸν, ὅπου γε ἐγὼ οἶδα ὡς οὐκ ἐλεύσεται ἐν τῇ συνόδῳ; Εἶπον δὲ αὐτοὶ, ὅτι ἐλθέτω ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἀπαραιτήτως. ἡμεῖς δὲ κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἕξομεν πάπαν ἐν τῇ συνόδῳ. καὶ εἶπεν ὁ πατριάρχης, ὅτι τοῦτο πάλιν ἐστὶ κάλλιον, ὅτι δι' ἐμὲ ἵνα ἔχητε αὐτὸν, ἢ ἄλλον πάπαν. οὐκ ἐλεύσομαι ἐγὼ μετὰ τοιούτων λόγων. τότε εἶπον ἐκεῖνοι, ὅτι πληροφοροῦμεν τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου, ὅτι αὐτὸς ὁ Πάπας ἐλεύσεται ἐν τῇ συνόδῳ ἀπαραιτήτως. καὶ οὕτω τότε συνέθετο καὶ ὁ πατριάρχης ἀπελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον.

Τούτων δὲ τελεσθέντων πάντων, εἶπον πρὸς ἐκείνους οἱ ἡμέτεροι, ὅτι τὸ πρὶν διαλαμβανόμενον ἐν τῷ προοιμίῳ, διεφημίσθη εἰς πολλοὺς ἅμα τὸ ἐλθεῖν ὑμᾶς, ἔτι μηδὲ ἡμῶν εἰδότων ἀκριβῶς τοῦτο. νῦν δὲ πάλιν κηρυχθήσεται ὅπως συνεθέμεθα ἀπελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον. μήποτε οὖν δόξῃ τοῖς πολλοῖς ὅτι κατεδεξάμεθα ἀπελθεῖν, καὶ ποιῆσαι σύνοδον μετὰ τῶν λεγόντων περὶ ἡμῶν ὅτι ἔχομεν αἵρεσιν. καὶ ἔσται τοῦτο εἰς μεγάλην ὕφεσιν ἡμῶν καὶ κατάγνωσιν, θέλομεν ἵνα προσκαλεσώμεθα, καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων τινὰς, καὶ ἐκ τῶν Γενουϊστῶν καὶ ἐκ τῶν Βενετικῶν, καὶ ἐκ τῶν Κατελάνων, καὶ τῶν Ἀγκωνιτάνων, καὶ ἀναγνωσθῇ τὸ νέον προοίμιον, καὶ εἴπητε πρὸς πάντας, ὅτι ἐπειδὴ εἶχε τὸ πρῶτον τινὰς λέξεις, μὴ οὔσας εἰς ἀνάπαυσιν καὶ τιμὴν ἡμῶν, ἠργήσατε παντελῶς ἐκεῖνο, καὶ ἐγράψατε τὸ παρὸν, καὶ οὕτως ἀνεπαύθημεν καὶ ἡμεῖς, καὶ συνεβιβάσθημεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, μετὰ

perducerentur, eum vehementius exstimularunt, conventis jam assensum præbere, & in certissimam fidem præsentiæ suæ illos reponere: qui ætatem multum provectam & valetudinariam corporis habitudinem prætexens, eorum vota plus adhuc distrahebat: Verum eorum sollicitationibus quotidie fatigatus, promisit, modo ipse Papa Concilio interesse dignaretur: Tum illi, obtestamur imprimis sanctitatem tuam Patriarchalem, ne gravetur adeundi nos fastidium subire, cujus præsentiam præ cunctis aliis plurimi æstimamus: Quod Papam spectat, ille noster est, nobis innexus ac implicatus: Et quomodo vester est, dixit Patriarcha, qui, sat scio, ad Synodum non perveniet? At illi, certiores nos faciat sanctitas vestra de adventu suo, & spondebimus Papam Synodo non defuturum: Quibus Patriarcha respondit; Mihi quidem perinde erit, sive hic Papa, sive alter Synodo præsideat, ego tamen sub conditionibus incertis non accedam: Tum illi candidè ac remoto velo, promittunt ipsum, qui nunc fruitur throno, Eugenium: Et tum primum sine ulteriori hæsitatione Patriarcha, de adventu suo ad Synodum fideli pollicitatione interpositâ adstipulatus est.

His omnibus sic absolutis, Latinos nostri ad hunc modum allocuti sunt: qualia Decretum prius continebat, quamplurimi jam olim norunt, quorum aures rumor quidam dissipatus afflavit, ut primum vos ipsi huc appulistis, & nostram ipsorum certam notitiam antevertit: & nunc denuo usquequaque rumigerabitur, consensisse nos in pactum vobiscum ad Synodum proficiscendi: Ne igitur isti quamplurimi rumore falso concipiant, nos Synodum adituros, cum iis hominibus qui nostram gentem hæreseos labe infamant: quod omnino caderet in existimationis nostræ diminutionem & opprobrium, cogimur à vobis ardenter expetiscere, ad ignominiam emolliendam, ut convocatis nostrorum nonnullis, cum aliquot Genuensibus, Venetis, Catelanis, Anconitanisque è Peræâ, hoc nuperum prooemium publice legatur, ut omnes intelligant, quem sensum ferat: Et verbis insuper significetis: Quandoquidem prius Decretum quasdam voces asperiores perhibuit, quæ nostras mentes dedecore atque infamiâ inquietarunt, visum fuit vobis necessum, hoc novum perpolire: Cui nos acquievimus, pacti vobiscum in Italiam migrare ad Synodum, & cætera præstare conventa inter duas gentes ut in Decreto proferuntur: Et his Latini ultro suffragati, voluntati nostræ subscripserunt. In quodam igitur die Dominico, solenniter congregantur multi è nostris evocati, & ex eorum hominum generibus quos nuper memoravimus, in Templum Christi Resurrectioni dedicatum: Ubi pro-

μετὰ τῶν συμφωνιῶν τῶν ἐν τῷ Δεκρέτῳ διαλαμβανομένων, ἔστερξαν τοῦτο καὶ οἱ συνοδικοί.

Καὶ ἐν μιᾷ κυριακῇ συνήχθησαν προσκληθέντες πολλοὶ τῶν ἡμετέρων, καὶ τῶν δηλωθέντων γενῶν, ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως. ἀνεγνώσθη οὖν τὸ προοίμιον, καὶ εἶπε δὲ ὁ Φρὰ Ἰωάννης εἰς ἐπήκοον πάντων ὅσα ἦσαν εἰς ἀνάπαυσιν καὶ τιμὴν τῶν ἡμετέρων. Εἶπε δὲ καὶ ὁ μεσάζων ὁ Νοταρᾶς ὀλίγα τινὰ σύμφωνα καὶ ἀκόλουθα τούτοις. καὶ οὕτως ἐτελέσθη τὸ Δεκρέτον μετὰ τῆς συνεργίας τῶν συνοδικῶν, ὅπερ λαβὼν ὁ προειρημένος, μετὰ καὶ τοῦ σάλβο κοντούκτου, καὶ ἑτέρων γραμμάτων βασιλικῶν τε καὶ πατριαρχικῶν, πρὸς τὴν σύνοδον ἀπεδήμησεν: ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Χριστοφόρος πρὸς τὸν Πάπαν ἀπῆλθεν.

procœmio novo palam perlecto, Joannes elatâ voce ut omnes audiant, pronuntiavit, quæ tranquillitatem nostram pariter & honorem procuravere: Quem secutus Sequester Notarius, pauca insuper addidit Joannis orationi consentanea: Atque ita transactum fuit in his Synodicorum conventibus negotium Decreti, quod cum salvo conducto Literisque ab Imperatore & Patriarcha conscriptis, manibus prehendens prædictus Henricus Mancer, ad Concilium revertitur, & Christophorus ad Papam.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO III.

Ἐν ᾗ περὶ τῶν γραμμάτων τῆς τοποτηρήσεως τῶν πατριαρχῶν. καὶ ὅπως ἐσκέπτοντο περὶ τῶν διαλέξεων. καὶ ὅπως μετὰ τοῦ ἐλθεῖν τὰ τοῦ Πάπα κάτεργα ἦλθον καὶ τῆς συνόδου. διὸ καὶ συνεβούλευον πάντες ἵνα παύσῃ ἡ τῶν ἡμετέρων ἀποδημία. ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τοῦ Πατριάρχου περιέστησαν, καὶ ἐγένετο ἡ πρὸς τὸν πάπαν ἀποδημία. Ἀπομνημονευμάτων γ.

Hæc complectitur, Epistolas seu Diplomata Patriarcharum, ad Vicarios designandos: Et ut nostri deliberabant, de disputationibus obeundis cum in Italiam pervenirent: ut triremes Papæ appulerunt: etiam & Synodi: Unde omnes ferè consulebant profectionem in Italiam omittere: solo Imperatore & Patriarchâ renitentibus qui contrarium statuunt, & spreto Concilio ad Papam proficisci. Historiæ narratio tertia.

τμήματος γ. κεφάλαιον α.

Ὅσα μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς περὶ τῆς ἑνώσεως παρὰ τοῦ θαυμαστοῦ καὶ ἀοιδίμου βασιλέως ἐγένοντο, καὶ ὅπως ἐκεῖνος περὶ τῶν τοιούτων ἐπραγματεύσατο, καὶ ὁποίαν αὖθις ἀρχὴν ὁ μετ᾽ ἐκεῖνον κατεβάλετο περὶ συστάσεως τῆς συνόδου, ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. ἃ δ᾽ ἐφεξῆς ἐλέγοντο τε καὶ ἐπράττοντο, οἱ μὲν εἰδέναι ταῦτ᾽ ἐφιέμενοι καὶ λέγειν, καὶ γράφειν, ἐπιζητοῦσι. Ὁ δὲ λόγος ὀκνεῖ καὶ ἀναβάλλεται βραχέα μὲν εἰπεῖν προθέμενος, πρὸς δὲ τὸ μῆκος τῶν λεγομένων, ἀμηχανῶν. παρατρέχειν μὲν γὰρ τινὰ ἐξ ὧν οἶδεν οὐ βούλεται, ἐπεὶ τοῦτο γε ὑπέσχετο ἐξ ἀρχῆς. καὶ ἄλλως οὐδὲ τῷ λέγοντι τὸ τίμιον περισωθήσεται, πολλῶν ὄντων τῶν εἰδότων καὶ μαρτυρησόντων τὰ παραλειφθησόμενα. τὸ δὲ καὶ πάντα λεπτομερῶς διηγεῖσθαι, ἀδολεσχίαν ἡγεῖται μακρὰν, καὶ ἐναντίαν τῆς ἰδίας αὐτοῦ προαιρέσεως. διὸ τὰς μὲν ἑκατέρωθεν ὑπερβολὰς χαίρειν ἐῶν, μέσην δ᾽ ὡς οἷόν τε βαδίζων, καὶ τῶν καιριωτέρων ἐφαπτόμενος, δηλώσει τὰ γεγονότα.

Ὁ τοίνυν δηλωθεὶς φρὰ Ἰωάννης τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐναπολειφθεὶς ἐκάθητο μετὰ τοῦ λοιποῦ συνοδικοῦ πρέσβεως, ἐκδεχό-

SECT. III. CAP. I.

Quanta ab exordio negotii suscepti, admirabilis noster ac celeberrimus Imperator gesserit, & quâ animi contentione huic operi se implicuerit: & qualia post hac nova principia, noster Palęologus patris premens vestigia projecerit in Synodo generali convocandâ, ex prælibatis sat constare arbitror: Quæ deinceps secuta sunt, dicta, vel perpetrata, à primo molimine, ad postremum rerum exitum, qui scire desiderant, non possunt non etiam ardenter percupere ut ea singula literarum monumentis commendarentur: At me, dum intentius operis magnitudinem commentor, ipsa oratio deficit, quæ primò cuncta compendifacere instituens, nunc vastâ mole rerum dicendarum obruta, horret ac refugit: Nam ulla præterire graviora momenta, quæ comperta habeat & perspecta, autor detestatur, contrarium ab incepto opere pollicitus, se cuncta fideliter narraturum: sed nec sibi laudem ac decorem reservaret integritatis ac fidei, cum multi adhuc vivant testes, qui ejus omissa queant detegere ac propalare: E contra, in omnes rerum circumstantias evagari, censet nihil aliud esse quam garrulitatem immodicam, & vanam linguæ profluentiam, ab autoris indole ac genio longissimè alienam: Utrique igitur extremo valedicens, medium tenebit iter, inter luxuriantem ac futilem orationem, & brevitatem sterilem: res præcipuas tantum, & dignissima tractationum capita cum judicio & solertia delibans.

χόμενος τὰ γράμματα ἐκ τῆς συνόδου ἐσφραγισμένα, οὕτω γὰρ βεβουλευμένον ἦν ἐξ ἀρχῆς. μεταξὺ δὲ τοῦ καιροῦ τέθνηκεν ὁ εἷς τῶν πρέσβεων, τῷ θανατικῷ καὶ αὐτὸς συναρπασθεὶς, καὶ μόνος ὁ Ἰωάννης ἐναπελείφθη, ὃς καὶ φίλος ἐγεγόνει τῷ πατριάρχῃ, καὶ συχνῶς προσήρχετο καὶ ὡμίλει μετ' αὐτοῦ. ὁ δὲ πατριάρχης εἰ καὶ συνέθετο ἀπελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, ὡς δεδήλωται, ἀλλ' οὖν καὶ ἔτι δυσχεραίνων ἐφαίνετο πρὸς τὴν ἀποδημίαν, καὶ τὰ πρὸς ἀποφυγὴν αὐτῆς, εἰ ἐνεδέχετο μελετῶν ὡς ἐδόκει. Ὁ γοῦν Ἰωάννης νουνεχὴς ἀνὴρ ὢν, καὶ ποικίλος, καὶ καταλαβὼν τὸν πατριάρχην, χαίροντα τῇ φιλοδοξίᾳ καὶ τῇ τιμῇ καὶ τῇ δοκούσῃ εὐκοσμίᾳ, μετήρχετο αὐτὸν λόγοις καὶ τρόποις, οἷς ἔβλεπεν αὐτὸν χαίροντα, καὶ ὑπέσχετο, ὡς εἰ παρεγένετο ἐν ταῖς Γαλίαις ὁ πατριάρχης, μεγάλως τιμηθήσεται, καὶ δοξασθήσεται παρὰ πάντων τῶν ἐκεῖσε, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ δωροφορήσουσιν αὐτῷ πάντες, καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς βουλεύμασιν αὐτοῦ ἐξακολουθήσουσιν, ὡς κρείττονος τῶν ἐκεῖσε, καὶ ὄντος, καὶ φανησομένου. Τοῖς γοῦν τοιούτοις λόγοις πεισθεὶς ὁ πατριάρχης, ἢ φενακισθεὶς εἰπεῖν ἀληθέστερον, ὁ πρὶν δυσχεραίνων, ὕστερον μεταβληθεὶς, πρόθυμος ἐγεγόνει πρὸς τὴν ἀποδημίαν, καὶ κατὰ μικρὸν πρὸς ταύτην παρεσκευάζετο.

Ubi diſceſſerat, ut dixi, Henricus Baſileam verſus, frater Joannes cum collegâ altero, Conſtantinopoli permanſit, ſcripta, Concilii obſignata bullis opperiens: ut ab initio conſultum fuit. Interea collega alter lethali morbo præreptus extinguitur, ut Joannes jam ſine conſorte ſolus, & munere & loco potiretur. Qui Patriarchæ in favorem & gratiam irrepere, ei frequenter adeſſe, cum eo ſermocinari, pro magnifico duxit: Nam Patriarcha quamvis ad Synodum peregre proficiſci conſenſerat, ut in prioribus ſat abundè demonſtravimus, tam longum tamen iter, in tam remotas regiones, haud æquo animo plenè concoxerat, & videbatur hac ſe moleſtiâ exonerare velle, ſi qua occaſio percommoda admota eſſet. Quare Joannes, peritiſſimus rerum agendarum artifex, callidus, & vafer, cum ſentiret Patriarcham inflatibus adulatoriis obnoxium, turgeſcere inani gloriæ cupidine, nitoris & elegantiæ, hominem tentabat moribus conſentaneis, & verbis, quibus eum capi maximè credebat. Ac ſæpenumero prædicabat peregrinationem trans-Alpinam: ſi ſemel in Galliis conſiſteret Patriarcha, quam illuſtris præfulgeret! quantâ gloriâ omnes extollerent! præcipuè Patres Synodici! ut ejus favorem xeniis ambirent! ut ejus dicta tanquam oracula prenſarent, eique adhærerent tanquam homini ſublimioris ingenii, eminentioris loci, quam qui Concilium frequentant: ſuamque excellentiam cunctis mortalibus anteferendam, virtute ingenitâ comprobaret. His Patriarcha dictis delinitus, vel, ut verius dicam, deluſus, iter peregrinum quod anteà animo fluctuanti deſpuebat, mutatâ ſententiâ paulatim amplexus eſt, & ad id ſe demum parabat aſſiduâ Joannis aſſentandi arte ac lenocinio circumactus.

τμήμ. γ. Κεφ. β.

Ἐνιαυτοῦ δὲ ἐγγὺς παρῳχηκότος, ἔφθασαν σταλέντα τὰ γράμματα παρὰ τῆς συνόδου ἐσφραγισμένα, καὶ εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἤρξατο φροντίζειν περὶ συναθροίσεως τῆς συνόδου, καὶ πρέσβεις ἐκλέγεται, καὶ γράμματα γράφονται βασιλικά τε καὶ πατριαρχικὰ, καὶ ἐκ τοῦ Ἰωάννου φλωρία λαμβάνει, καὶ ἐξόδους παρέχει τοῖς πρέσβεσι, καὶ κανίσχια πρὸς οὓς αἱ πρεσβεῖαι.

Καὶ εἰς μὲν Τραπεζοῦντα καὶ Ἰβηρίαν στέλλει κῦρον Ἀνδρόνικον τὸν Ἰάγαριν, ὃς καὶ ἀπελθὼν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἐξοικονομήσας ἔφερε μεθ' ἑαυτοῦ, ἐκ μὲν τῆς Ἰβηρίας ἐπισκόπους δύο, καὶ πρέσβιν ἕνα ἐκ τῶν ἀρχόντων τοῦ βασιλέως, ἐκ δὲ τῆς Τρα-

SECT. III. CAP. II.

Anno unico præter propter elapſo, remiſſa ſunt à Synodo ſcripta omnia ſigillis impreſſa, perfecta & conſummata: Tum Imperator cœpit acrius circumſpicere de congregandis Patribus ad Synodum: Quare Legatos deligit, & literas ab ipſo & Patriarcha parat, acceptis aliquot florenis à Joanne, quibus Legatos ad iter inſtruat, & munera tranſmittat, pro more, invitatis & ad Synodum venturis.

Ad Trapezuntem & Iberiam dirigit Imperator Dom: Andronicum Jagarin, qui ea loca peragrans, captatâ prudenter incolarum benevolentiâ, ſecum reduxit ex Iberiâ duos Epiſcopos, & unum Legatum, è numero præcipuorum regis Iberici Senatorum: è Trapezunte Metropolitam unum, cum alio Legato à rege Trapezuntino: Moldoblachiæ Metropolitano, paulò anteà iter domum inſtituenti, dedit in mandatis nego-

Τραπεζοῦντος τὸν μητροπολίτην καὶ ἕτερον πρέσβιν τοῦ βασιλέως. εἰς δὲ τὴν Μολδοβλαχίαν ἀνέθηκαν τῷ μητροπολίτῃ περὶ ὀλίγου ἀπελθόντι ἐκεῖσε, καὶ ὕστερον πάλιν ἔγραψαν πρὸς αὐτὸν τε καὶ τὸν αὐθέντην, καὶ ἦλθον ἐνταῦθα ὁ μητροπολίτης τε καὶ πρέσβεις ὁ Νεάγωγις, καὶ ὁ πρωτοπάπας. ὁμοίως ἀνέθηκαν καὶ τῷ Ῥωσίας περὶ μικροῦ χειροτονηθέντι, καὶ ἀπελθόντι μετὰ τοῦ Γουδέλης, ἵνα ἴδωσι καὶ ἐξοικονομήσωσι τοὺς ῥηγάδας, καὶ λάβωσιν ἐξ ἐκείνων πρέσβεις καὶ ἐπισκόπους, καὶ ἐνδημήσωσιν εἰς τὴν σύνοδον, ὃ καὶ πεποιήκασιν. Εἰς δὲ τὸν δεσπότην Σερβίας ἀνέθηκαν τῷ γυναικαδέλφῳ αὐτοῦ τῷ μεγάλῳ Δομεστικῷ αὐτοῦ τῷ Καντακουζηνῷ, πρὸς αὐτὸν ἀπερχομένῳ. καὶ εἶπε πολλὰ περὶ τούτου τῷ δεσπότῃ. ὁ δὲ οὔτε πρέσβιν στεῖλαι, οὔτε γράψαι ἠθέλησεν.

Εἰς δὲ τοὺς πατριάρχας ἔστειλε Παῦλον τὸν μακροχέρην μετὰ γραμμάτων βασιλικῶν τε καὶ πατριαρχικῶν, ἀναθεὶς αὐτῷ καὶ λόγους ὁ βασιλεὺς οὓς ἤθελεν. ὃς καὶ ἀπελθὼν, καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν παρακινήσας καὶ ἐξοικονομήσας ἐκείνους, γράμματα ἔφερε πρός τε τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην, καὶ ἕτερα γράμματα τοποτηρήσεων διεκόμισε πρὸς τοὺς τοποτηρητὰς, οὓς ἐκ τῶν ἐνταῦθα ἐκεῖνοι ἀποκατέστησαν.

τμήμ. γ. Κεφ. γ.

Ὁ μὲν γὰρ Ἀλεξανδρείας ἐποίησε τοποτηρητὰς ἑαυτοῦ τὸν Ἡρακλείας κῦρον Ἀντώνιον, καὶ κῦρον Μάρκον τὸν Εὐγένικον, ἱερομόναχον τότε τυγχάνοντα. ὁ δὲ Ἀντιοχείας τὸν Ἐφέσου Ἰωάσαφ, καὶ τὸν πνευματικὸν Γρηγόριον. ὁ δὲ Ἱεροσολυμῶν τὸν Σάρδεων κῦρον Διονύσιον, καὶ τὸν Ῥωσίας κῦρον Ἰσίδωρον, ἱερομονάχους καὶ αὐτοὺς τότε τυγχάνοντας. ἐπανελθόντος οὖν τοῦ Παύλου, καὶ τὰ γράμματα διακομίσαντος, ἀποδόντος δὲ καὶ τῷ πατριάρχῃ τὰ πρὸς αὐτὸν πιττάκια τῶν δηλωθέντων πατριαρχῶν, ἰδὼν ὁ πατριάρχης τὰ πρόσωπα τῶν τοποτηρητῶν χωρισθέντα καὶ ἀποκαταστάντα ἐκεῖσε, δεινὸν ἡγήσατο, ὡς μὴ ἔχων καὶ αὐτὸς εἴδησιν περὶ τῶν προσώπων, καὶ τῷ βασιλεῖ διεμηνύσατο μετά τε τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος καὶ ἐμοῦ,

ὅτι

negotium pro virili procurare: & literis poſteà commonuit ad ipſum conſcriptis, & Moldoblachiæ principem: Rediit ad nos brevi Metropolitanus ipſe, ſecum adducens in comitatu Legatum nomine Neagogin, & Proto-Papam confeſſionibus audiendis, ſeu primum Pœnitentiarium. Similiter & rem tractandam commiſit Imperator Ruſſiæ Metropolitano, nuper ad eam dignitatem evecto, & Metropolin ſuam redeunti, in conſortio Gudelæ ab Imperatore Legati: ut ambo junctis officiis, & quâ poſſent ſolertiâ, iſtarum terrarum reges adoriantur, perſuadeantque Epiſcopos tranſmitttere, & Legatos ad augendam futuræ Synodi celebritatem: quæ illi juſſa ſolenniter obierunt: Ad Deſpotam Serviæ, cum privatis conſiliis inſtruxit magnum Domus ſuæ Seneſchallum Dom: Cantacuzenum, cariſſimæ Conjugis Mariæ fratrem, in Serviam, ob alia negotia abiturientem: qui ei cum multis & verbis & rationibus cauſam commendare contendiſſet, Deſpotam nihil commovit: nec reſcribere, nec omnino Legatum remittere dignantem.

Ad Patriarchas miſit Paulum Longimanum literis ab ipſo & Patriarcha ſcriptis ad ſingulos exornatum, & quibus prætereà Imperatori viſum eſt arcanis præceptis; qui tam diligenter munere functus eſt, & quantum potuit eos ſic excitavit, ut literas Regi ac Patriarchæ ab illis ipſe reportaverit, & alios inſuper codicillos delegationum, iis nempe viris, quos è noſtris ſibi vicarios ad Synodum futuram Patriarchæ reliqui deſignaverant.

SECT. III. CAP. III.

Patriarcha Alexandrinus ſibi ſubſtituit Vicarios Dom: Antonium Heracleæ Archiepiſcopum, & Marcum Eugenium, tunc unum è ſacrorum Monachorum numero, poſtea Epheſi præſulem: Antiochenus Joaſaphum tunc Epheſi, & Gregorium Confeſſarium: Hieroſolymitanus Dionyſium Sardium, & Iſidorum Ruſſiæ Epiſcopos, ſed utrumque inter ſacros Monachos repertum, uti tum ferebant tempora, cum literæ Vicariꝗ compingerentur: Revertente igitur Paulo, cum literis quas apportabat, & tradente in manum Patriarchæ ſingulas reliquorum Patriarcharum tabellas affabrè compaginatas: ut primum in iis Patriarcha Vicariorum nomina adſcripta conſpexit, à ſingulis Patriarchis ſeorſim conſtituta, graviter ſuccenſuit, quod ipſi de perſonis eligendis nihil anteà innotuiſſet: Quocirca per magnum Scriniarium & meipſum dolorem ſuum Imperatori ſignificavit; à nonnullis ſe contemptui haberi, nec ſat ſcire à quo

 vin-

ὅτι ὁρῶ ἐμαυτὸν περιφρονούμενον. καὶ οὐκ οἶδα πῶς γίνεται τοῦτο. εἰ γὰρ καταφρονοῦμαι, πῶς ἔσομαι παρακολουθῶν ἢ συμπράττων, ἐν οἷς ἂν δέοι κἀμὲ συνεργεῖν;

Ἰδοὺ γὰρ φαίνεται ὅτι ἐντεῦθεν ἐτυπώθησαν οἱ τοποτηρηταί. ἔδει οὖν ἔχειν κἀμὲ τὴν περὶ τούτων εἴδησιν, οὐδὲ γὰρ ἀποδημῶν ἐτύγχανον, οὐδὲ ἐκώλυέ τι, τὸ εἰδέναι με περὶ τούτων. ἴσως δὲ καὶ συμφέρων ἦν ἂν μᾶλλον. συνεβούλευον γὰρ ἄν τι καὶ αὐτὸς ἐν τούτοις συμβουλῆς ἄξιον. νῦν δὲ κατελείφθην, ὡς μὴ κριθεὶς ἄξιος εἰδέναι περὶ τῶν τοιούτων. καὶ εἰ θελήσω τυχὸν καὶ αὐτὸς ἡμετέρους τοποτηρητὰς ποιῆσαι, καὶ εἰς τὴν σύνοδον στεῖλαι τίνας ἐκλέξομαι, ἐπεὶ ταῦτα τὰ πρόσωπα ἐλήφθησαν παρὰ τῶν πατριαρχῶν. πολλαχόθεν οὖν μοι δοκεῖ λυπηρὸν τὸ τοιοῦτον. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπελογήσατο, ὅτι οὐκ ἐτυπώθησαν ἐντεῦθεν τὰ πρόσωπα τῶν τοποτηρητῶν, οὐδὲ ἡ ἡμετέρα βουλὴ ἐξελέξατο. ἀλλ᾽ ὅτε ἀπήρχετο ὁ πρέσβις, ἐνεθυμήθημεν ὅτι εἰ οὐκ ἔχουσιν οἱ πατριάρχαι στεῖλαι ἐκεῖθεν τινὰς, πάντως ἐξετάσουσι περὶ τῶν ἐνταῦθα, καὶ εἴπομεν ἁπλῶς τῷ πρέσβει, ὅτι εἰ ἐρωτήσουσιν, εἰπὲ ὅσους οἶδας ἐκκρίτους τῶν ἡμετέρων. εἶπεν οὖν πολλοὺς, καὶ ἐκ τῶν πολλῶν ἐξελέξαντο ἐκεῖνοι τοὺς δηλωθέντας. παρ᾽ ἐκείνων οὖν ἐγένετο ἡ ἐκλογὴ, καὶ οὐ παρ᾽ ἡμῶν. καὶ οὐ δεῖ λυπεῖσθαι περὶ τούτου τὸν πατριάρχην. τὸ δὲ λέγει ὅτι οὐχ εὑρήσει στεῖλαι τοποτηρητὴν, σιγησάτω. ἅπαξ γάρ μοι ἔταξεν ἐλθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, διὸ καὶ ἐλεύσεται. οὐκέτι γὰρ ἔχει δίκαιον ἀνακαλέσασθαι τοῦτο.

Ἐπεὶ δὲ οἱ πατριάρχαι ὑπετύπουν τοὺς τοποτηρητὰς ἐν τοῖς γράμμασιν, ὅπως ὀφείλουσι περὶ τῆς ἑνώσεως διαλεχθῆναι. Ἔγραφον γὰρ, ὅτι ἐὰν γένηται νομίμως, καὶ κανονικῶς, καὶ κατὰ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας, καὶ μηδέν τι προστεθῇ τῇ πίστει, ἢ ἀμειφθῇ ἢ καινοποιηθῇ, οὕτως ἵνα στέρξωσι καὶ αὐτοί. καὶ συντεθῶσι τῷ γενησομένῳ.

vindictam reposceret: verum si me pergant homines ludificari, inquit, quâ potero fiduciâ vobiscum ad hæc negotia concurrere, aut meas partes adimplere?

Id enim perspicuum esse & Sole clarius, hanc Vicariorum scenam apud nos fabrefactam fuisse, cujus anteà me decuit aliquam notitiam accepisse, qui nec in longinquo aut peregre habitabam, aut quidquam aliud præpediebat, quod sciam, quo minus ad me ejusdem scientia perveniret: Sic enim fortasse ad eorum vota lubentius accessissem, aut aliquid subinnuissem consilii, nec eorum apparatu, nec meo consensu indignum: nunc penitus expungor, tanquam ineptus ad hæc arcana capessenda: Præterea si quoslibet è nostris cuperem mei ipsius nomine ad Synodum delegare, cum hæ personæ primariæ ab aliis Patriarchis anticipantur, mihi electio deesset: Ex omni latere hoc me malum acerbissimè mordet: Respondit Imperator: Nec à nostrâ prævaricatione, aut imperitiâ hanc Vicariorum nomenclaturam prodiisse, sed discedentem Legatum nostrum id subiit monere, si Patriarchæ non reperirent in suis ditionibus, quos submitterent idoneos, oculos in nostros homines rejicerent; atque id innocenter sine fuco & fallaciâ, Legato dedimus in mandatis, ut si interrogaretur, qui nam apud nos degerent tantorum moliminum capaces, recenseat quos maximè noverat in virtutibus excellere: Et cum ille multa insignium virorum nomina præconiis subornasset, Patriarchæ hæc pauca ut cuique collibitum fuit, suis in Synodo agendis præficere gestierunt: Ab illis igitur, non à nobis, concinnata est hæc electio, quæ non tantopere debeat Patriarcham contristare. Quod vero subjungit, non reperturum se, si quærat, quem mittat Vicarium, istam vocem perpetuo silentio damnet: Semel enim consensit mecum peregrè proficisci, & necessum jam erit ut promissa firmet: Nefas ei aut receptui canere, aut cramben recoquere; nescit vox missa reverti.

Sed, quod graviori censurâ dignum in istis inerat diplomatis: ita suos Vicarios Patriarchæ, in suorum sensuum beneplacita, quibusdã metis ac limitationibus efformarant, ut vel insulsa & inutilis, vel cassa & nulla electio haberetur: Mandarunt enim, ut si legitimè quid proponeretur, si Canonicè, secundum tradita à Conciliis Oecumenicis, & Sanctorum Ecclesiæ Doctorum præscripta, si nihil symbolo fidei vel adderetur, vel mutaretur, vel innovaretur, tum Vicarii prolatis sententiis concurrerent ad quicquid est definiendum, aliter suffragiis interdicerentur.

τμήμ. γ. Κεφ. δ.

Μαθὼν ταῦτα ὁ φρὰ Ἰωάννης, καὶ ζητήσας καὶ ἰδὼν τὰ γράμματα, ἀνέδραμεν εὐθὺς εἰς τὸν βασιλέα, καὶ εἶπεν ὅτι τὰ τοιαῦτα γράμματα, εἰ φανῶσιν ἐν τῇ συνόδῳ, μεγάλως σκανδαλίσουσι τοὺς ἐκεῖ, καὶ ἐγὼ μετὰ τοιούτων γραμμάτων οὐκ ἐλεύσομαι εἰς τὴν σύνοδον. εἰ γὰρ εἰμὶ ἐνταῦθα ὡς ἐκείνων ἐπίτροπος, παρέχω δὲ καὶ τὰς ἐξόδους τῶν ἐκεῖσε ἀπελευσομένων. εἶτα οὐ φροντίσω περὶ τῶν γραμμάτων τῶν φανησομένων ἐκεῖσε, ἵνα ὑπάρχωσι πρὸς ἀνάπαυσιν καὶ τιμὴν τῆς συνόδου; τί ἐροῦσιν ἐκεῖνοι πρὸς ἐμέ; τί δὲ ἀπολογήσομαι ἐγὼ πρὸς ἐκείνους; οὐ γὰρ διὰ γραμμάτων ὑποτυποῦν χρὴ τοὺς τοποτηρητὰς, ὅτι εἰ οὕτω γένηται ἵνα στέργωσιν, εἰ δὲ ἄλλως μὴ στέργωσιν, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτω καὶ ἐλευθέρως διδόναι αὐτοῖς ἄδειαν, στέργειν πᾶν ὅπερ ἂν φανῇ καλὸν κοινῶς πάσῃ τῇ συνόδῳ. διορθωτήτω δὴ τὸ περὶ τούτου ὡς ἐγὼ εἰσηγοῦμαι. ἄνευ γὰρ ταύτης διορθώσεως οὐδὲ τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου συμβουλευσαίμην ἂν ἔγωγε παραγενέσθαι ἐν τῇ συνόδῳ.

Πείθεται τούτοις ὁ βασιλεὺς, καὶ σκεψάμενος τὴν περίληψιν τοῦ γράμματος τῆς τοποτηρήσεως, ἐντεῦθεν ἐκλίθησι κατὰ τὸ αὐτῷ τε καὶ τῷ φρὰ Ἰωάννῃ δοκοῦν. καὶ στέλλει τοῦτο τοῖς πατριάρχαις μετὰ μοναχοῦ Θεοδοσίου τοῦ Ἀντιόχου, ἀναθεὶς αὐτῷ καὶ λόγους οὓς ἤθελε. γράψας δὲ εἰς πλάτος καὶ τοῖς πατριάρχαις, ὅτι τὰ μὲν γράμματα τῶν τοποτηρήσεων γραφήτωσαν ἴσα κατὰ πάντα τῷ νῦν στελλομένῳ παρ' ἡμῶν, διὰ τὸ τίμιον καὶ τῆς συνόδου, καὶ τῶν τοποτηρητῶν, καὶ ὑπογραφήτωσαν παρ' ὑμῶν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ τάξις ἀπαιτεῖ γράφεσθαι ταῦτα. Γινώσκετε δὲ ὡς ἡμεῖς οὐδὲν ἄλλο ποιήσομεν, εἰ μὴ ὅπερ ἐγράψατε καὶ ὑμεῖς. οὐδὲ γὰρ μεταποιῆσαι τι βουλόμεθα, ἢ παρασαλεῦσαι ἀφ' ὧν παρελάβομεν ἀπὸ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ προσθεῖναι τι τούτοις ἢ ἀφελεῖν ἐξ ὧν κατέχομεν καὶ πιστεύομεν μέχρι τοῦ νῦν, καὶ πρεσβεύομεν. ἀλλ' ἐμμενοῦμεν τούτοις ἀνενδοιάστως. μὴ οὖν ἐνοχλήτω ὑμῖν ἕτερός τις λογισμὸς, ἀλλὰ ποιήσατε τὰ γράμματα καθὼς γρα-

SECT. III. CAP. IV.

Hæc cum fratris Joannis auribus increpuiſſent, & diligenti indagine diplomata perluſtraſſet, feſtinanter ad Imperatorem accurrit, & tam malæ conditionis eſſe Patriarcharum reſcripta pleno ore inclamavit, ut ſi coram Concilii Patribus explorarentur, immani flagitio cunctorum pectora configerent: nec meipſum tam perfrictæ frontis eſſe judico, ut cum iſtiuſmodi tabellis vultum in Concilio attollere auderem: Enimvero, ſi hæc mihi ſit demandata provincia à Concilio, ut Procuratoris officio fungar, & commeatum illuc iter facturis cum judicio ſuppeditem, nonne debeam cum ſingulari perſpicacia cavere de ſyngraphis illic dilucidandis, ut omnia in tranquillitatem, in honorem & exiſtimationem Concilii cedant? Quid illi mihi dicent? quid non contrà me detonabunt? & quid reponam ego? quam excuſationem tergiverſationis ac negligentiæ fingam? Vicariorum ſuffragia conſtringere nefas, adhibitis modorum & differentiarum cancellis: ſi ſic quæſtio proponatur dirimenda, ſuffragentur; ſin minus; abſtineant: ſed dimittendi ſunt ad ſua cogitata Vicarii, ut ſimpliciter & pro arbitrio in æquum, rectumque deſcendant, & liberrimam pronuntient ſententiam. Proſpiciat igitur Majeſtas Tua Sacratiſſima, ut hæc ad trutinam revocata corrigantur: Nam ſine novâ Diplomatum inſpectione, nec mihi licitum eſſe ducerem, nec Majeſtati Tuæ conſultum, ad Synodum properare.

His ultrò perſuaſus Imperator, acquievit; & ſerio perpendens, qualia hæ literæ Vicariæ complectebantur, quod ipſi ac fratri Joanni diſplicuit, ſtilo confodit, aut docuit in ſpongiam incumbere: quod intactum remanſit, miſit ad Patriarchas, per Monachum Theodoſium Antiochenum: quem inſuper inſtruxit, quibus viſum eſt placitis ac ſermonibus: quin & literas dedit tradendas Patriarchis, benevolas & ſatis prolixas, quibus ſignificavit: Oportere diplomata Vicariorum, ad eam ſpeciem quam ipſe formarat, refingi, ut ſuus honor & Synodo, & Vicariis conſtet, & ſubſcripta, ut anteà remandari: ſic enim & ordinem, & temperamenta rerum poſtulare: Verum & inſuper ſcitote, inquit, nos iiſdem niti fundamentis, quæ in veſtris præſcribitis; unde nos nulla ratiocinia dimovebunt: ſtatuimus enim nihil refigere, nihil tranſgredi eorum, quæ aut Synodi generales, aut ſacroſancti Doctores Eccleſiæ ſemel promulgavere: nihil addere, nihil demere ab iis, quæ in hunc uſque diem profeſſi ſumus, ſed in iis ſacratiſſimis immori Senatus conſultis: nulla igitur ſiniſtra de nobis mentes veſtras incurſet opinio: quin reſarcite veſtra diplomata ad exemplar datum: & vivite

γράφομεν, ἐπειδὴ ἔχετε πληροφορίαν, ὡς οὐδὲ ἡμεῖς ποιήσομεν ἄλλο παρ' ὃ βούλεσθε.

Μετὰ τοιούτων γραμμάτων καὶ λόγων ἀπελθὼν ὁ Ἀντιόχος, πείθει τοὺς πατριάρχας. οἱ δὲ ἐνέδωκαν μεταγραφῆναι τὰ γράμματα τῆς τοποτηρήσεως, ἴσα τῷ ἐντεῦθεν σταλέντι. μετέγραψαν οὖν καὶ ἐτέλεσαν ταῦτα, ἐνήλλαξαν δὲ καὶ τὰ πρόσωπα τῶν τοποτηρητῶν, καὶ διεκόμισεν αὐτὰ ὁ Ἀντιόχος. καὶ ἠρκέσθησαν εἰς αὐτὰ ὁ βασιλεύς τε καὶ ὁ φρὰ Ἰωάννης. Τοιαύτας προκατασκευὰς παρεῖχεν ἡμῖν ὁ Δεφένσωρ τῶν τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας δογμάτων.

vivite ſecuri, nihil nos divertere poſſe ab eâ firmitate & conſtantiâ fidei, quam à nobis exigitis.

Quibus literis & mandatis onuſtus Patriarchas adivit Antiochenus, eoſque facile à priori ſententiâ, ad Imperatoris mentem diduxit: diplomata retractata ad ideam ab Imperatore propoſitam, reſcripſerunt: quæ cum retuliſſet Antiochenus Imperatori ac Joanni, quamplurimum placuere. Has prægustationes & tentamenta Eccleſiaſticorum moliminum nobis exhibuit fidei noſtræ, ac dogmatum receptorum in Eccleſiâ Defenſor Palæologus Joannes.

τμήμ. γ. Κεφ. ε.

Ὅτε δὲ τοὺς πρέσβεις ἔστειλεν ὁ βασιλεὺς πρός τε τοὺς πατριάρχας καὶ εἰς τὴν Ἰβηρίαν, ἔστειλε καὶ πρὸς τὸν πάπαν κῦρον Μανουὴλ τὸν Βουλωτήν, ἵνα δώσῃ αὐτῷ εἴδησιν, ὅπως ὁ βασιλεὺς ἑτοιμάζεται ἐλθεῖν ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ ἐλεύσεται χωρὶς λόγου τινὸς μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ τῆς συνόδου τῶν ἀνατολικῶν, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ δὲ τοῦ ἐρχομένου χειμῶνος, ἵνα καὶ ὁ Πάπας πρὸς τοῦτο ὑπάρχῃ ἕτοιμος. Ἔστειλε δὲ καὶ πρὸς τὴν ἐν Βασιλείᾳ σύνοδον κῦρον Ἰωάννην τὸν δισύπατον, ἵνα δείξῃ καὶ τοῖς ἐκεῖσε, ὅπως ἑτοιμάζεται ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ εἰς τὴν σύνοδον ἐλευσόμενοι, καὶ ἵνα διὰ παρακινήσεως τοῦ δισυπάτου ἐπιμεληθῶσι κἀκεῖνοι στεῖλαι τὰ κάτεργα, ὥστε φθάσαι ἐνταῦθα κατὰ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν. Τότε γὰρ εὑρήσουσι πάντας ἑτοίμους πρὸς τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὰ κάτεργα, καὶ δι' αὐτῶν παραγενέσθαι εἰς τὴν σύνοδον. Ἐπὶ τούτοις οὖν ὡς ἐδόκει ἐστάλη ὁ δισύπατος πρὸς τὴν σύνοδον, ἐπεὶ καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν συνοδικῶν συνεβιβάσθη. καὶ ἐκεῖνοι ἔδωκαν καὶ τὴν ἔξοδον, ἣν ὁ Ἰωάννης διεκόμισε, δι' ἧς συνήχθησαν καὶ οἱ συνελθόντες.

Ὁ δὲ ἀπῆλθε μὲν πρὸς τὴν σύνοδον, καὶ λόγους οὓς ἤθελεν εἶπεν ἐκεῖ, καθὼς ἐφάνη ἀπὸ τοῦ πράγματος. ὅπως δὲ ἐκεῖθεν πρὸς τὸν Πάπαν μετέβη, κἀκεῖνος διήγειρε πρὸς τὸ στεῖλαι κάτεργα, καὶ ἐξόδους, καὶ μετὰ τοῦ Πάπα τὴν μελετω-

SECT. III. CAP. V.

Imperator, quo tempore Legatos inſtruxit ad Iberiam & Patriarchas, miſit etiam ad Papam Dom. Manuelem Sigilli cuſtodem, ut ei prænuntiet, omnia jam eſſe gnaviter expedita: Et quod ipſe Imperator ſtet in procinctu iter ad Synodum carpere: quo decrevit, ſubmoto omni ambiguo & morâ, certiſſime pervenire, cum Patriarchâ & univerſo Orientalium cœtu, ad primordia ſubſequentis Brumæ: ut Papa præmonitus eo ſe quoque accingat. Miſit & ad Synodum Baſileæ, Dominum Ioannem Biſconſulem, ut idem Patribus Concilii ſignificet: Imperatorem, Patriarcham, & cunctos Orientales, quorum intereſt ad Concilium pervenire, omnia rite diſpoſuiſſe, ut iter illuc dirigant: Quocirca ut eoſdem etiam commonefaciat Biſconſul, de parandis triremibus, quæ debeant ad ineuntis Autumni tempora huc appellere: quando nos promptos invenient navigia conſcendere, & dare vela ventis fœlici curſu ad Baſileam perrecturos. His viſus eſt mandatis inſtrui Biſconſul; quandoquidem Imperator cum Synodicis tantum pepigerat: Et Ioannes ſubminiſtrarat impenſas, elargiente Concilio, quibus Synodum adituri huc primum adducerentur.

At ille abiit ad Concilium quo miſſus erat, & quæ voluit verba cum illis ſermocinatus eſt, ut exitus comprobavit: Sed quibus mediis rem ita geſſit, ut à Concilio ad Papam tranſiret, eumque pariter exſtimularet, triremes parare, ſumptus impendere, quaſi cogitata noſtratium Synodus cum Papa debeat convenire; nec pro comperto novimus, nec memorare in promptu habemus. Sed omnibus id perquam abſurdum videbatur, utrumq; ſimul & Papam & Concilium de iiſdem rebus ſollicitari: & ab utroque ad nos navigia & ſumptus tranſmitti: Et quanquam illud myſterium

τωμένην γενέσθαι σύνοδον, οὔτε οἴδαμεν, οὔτε εἰπεῖν ἔχομεν, ἐπεὶ καὶ τοῖς πᾶσιν ἄπορον ἔδοξε τοῦτο. πλὴν εἰ καὶ δυστέκμαρτον ἦν, ἀλλ' οὖν οὕτω περιέβη, ὡς προϋπέθετο ὁ δισύπατος, εἰ δὲ βούλει ὡς παρεπρέσβευσε.

τμήμ. γ. Κεφ. ς.

Ἐν ὅσῳ δὲ οἱ δηλωθέντες πρέσβεις ἀποδημοῦντες ἐτύγχανον, ὁ βασιλεὺς σκοπὸν ἔθετο συναθροῖσαι τοὺς ἐλλογίμους τῶν ἡμετέρων, καὶ σκέψασθαι πόθεν ἂν εἴη ἁρμοδιώτερον ἄρξασθαι τῶν πρὸς Λατίνους λόγων, καὶ πῶς μέλλουσι προβαίνειν αἱ διαλέξεις. ὥρισεν οὖν καὶ συνήχθησαν ὁ Ἐφέσου καὶ ὁ Ἡρακλείας, οἱ ἄρχοντες τῆς Ἐκκλησίας οἱ σταυροφόροι, πνευματικὸς ὁ κύριος ὁ Γρηγόριος, καὶ ἱερομόναχος κύριος Μάρκος ὁ Εὐγενικὸς, παρῆν δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν μεσαζόντων, καὶ διδασκάλου τοῦ Σχολαρίου, καὶ τοῦ κριτοπουλ. . . .

Ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἐπεὶ ἐστείλαμεν πρέσβεις πρὸς οὓς εἴχομεν χρείαν, ὥστε ἐπιδημῆσαι εἰς τὴν σύνοδον, καὶ ἐκδεχόμεθα ἵνα μετ' ἐκείνων καὶ ἡμεῖς ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Ἰταλίαν, εἰ ὁ θεὸς εὐδοκήσοι, ἴσως μὲν ὁ καιρὸς ἐκεῖνος καὶ τὰ πράγματα διδάξουσιν ἡμᾶς ἀκριβέστερον τότε πόθεν ἂν ἀρξώμεθα, καὶ πῶς πρὸς Λατίνους διαλεξώμεθα. ἀλλ' ἵνα μὴ πάντη ἀργοὶ τὸν καιρὸν ζημιώμεθα, ἔδοξέ μοι καλὸν, ἵνα καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν σκεπτώμεθα περὶ τούτου, καὶ προγυμναζώμεθα εἰς τὰ περὶ ὧν ἡ τοιαύτη ἀπαιτεῖ ὕλη. ἤδη οὖν χάριν τούτου συνήχθητε, καὶ εἰπάτω ἕκαστος τὸ δοκοῦν αὐτῷ. Εἶπεν οὖν πρῶτον ὁ Καντακουζηνὸς ὁ μεσάζων, ὅτι ἐμοὶ δοκεῖ καλὸν ἵνα ὁ ταχθησόμενος τοὺς πρὸς ἐκείνους ποιεῖσθαι λόγους, εἴπῃ ἡμέρως καὶ φιλικῶς μετὰ τῆς προσηκούσης κατασκευῆς, καὶ τιμῆς, καὶ οἰκονομίας; ὅτι τὸ αἴτιον τοῦ σχίσματος ἐγένετο ἀπὸ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθέσεως. Διορθωθήτω γοῦν τὸ περὶ τούτου, καὶ οὕτω προχωρήσομεν καὶ εἰς τοὺς ἐφεξῆς λόγους. Εἶπον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι, οἱ μὲν τὰ αὐτὰ, οἱ δὲ ἕτερα. Τότε δὴ καὶ ὁ διδάσκαλος ὁ Σχολάριος.

Λόγον ἀνέγνω συμβουλευτικὸν ὃν ἔφθασεν ἤδη ἐκμελετήσας σοφῶς ἄγαν καὶ συνε-

rium in profundo lateat, & nullis indiciis aut conjecturis queat manifestari, tamen ita successit, sicut Bisconsul anteà, sive ex proprio ingenio male informato, sive, ut rectius dicam, ex male administratâ legatione, sibi proposuerat.

Sect. III. Cap. VI.

Dum hæc apud exteros Legati nostri obeunt, ne tempus vacuum negotii tereretur, Imperator novum consilii genus comminiscitur, in unum congregare, quos inter nostros sciebat, in pietate ac literatura excellere: ut collatis calculis cum judicio pronuncient: unde potissimũ nostræ cum Latinis disceptationes ordiantur, continuentur, ac desinant. Mandavit igitur accersiri, qui confestim advolarunt, Præsules Ephesi & Heracleæ, Crucigeri, principes Ecclesiæ Magnæ: Inter spirituales Patres Dom: Gregorius: inter sacros Monachos, Dom. Marcus Eugenicus: Adfuit & Imperator ipse, cum Sequestris Doctore Scholario, ac Critopl. . . .

Quibus assidentibus mentem sic aperuit Imperator: Quandoquidem Legatos emisimus, ad quos conveniebat; ut quorum referret interesse Synodo generali, huc prius confluerent in Synodum, & nunc eorum adventum præstolamur, ut unà cum illis nos Italiam migremus, si Deus annuerit: Et quanquam ipsa fortasse tempora nos rectius instituent, & negotiorum moderamina, cum in arenâ stabimus, dimicaturi: qui ordo tenendus sit in nostris eruditis congressibus, à primo concursu, ad ultimum receptum: Ne tamen ignaviâ videamur obtorpescere, cum tanto temporis dispendio & jacturâ, visum est mihi vos huc evocare, tanquam in præludium ante palæstram, ut nunc incipiamus de eâ re circumspicere, & arma stringere discamus, in iis quę hujus argumenti summus apex ac natura postulat: nosque exerceamus ut alacriores reddamur in omni gymnico certamine, cum adversariis digladiari. Huc igitur eâ fine vos coëgi, ut promat unusquisque quod menti suæ maximè arrideat. Cui Cantacuzenus Sequester primus hæc verba fecit: Mihi percommodum videri, ut qui inter nostros constituatur cum Latinis serram reciprocare, exponat, sed mansuetè & peramanter, adjunctâ etiam gratiâ præmeditatæ eloquentiæ, & in eorum honorem qua valeat solertia temperatæ, & dicat primam labem, unionis inter Ecclesias ruptæ, additamentum ad symbolum proseminasse: Hoc unum tanquam fontem dissidii semel obstruant illi, & ad cætera inter nos discrimina amputanda, sine obice facillimè progrediemur. Post Cantacuzenum, varii sua

N

συνετῶς, ὃς καὶ ἐπῃνέθη παρὰ πάντων ὡς ἄριστα συγγεγραμμένος, καὶ τὰ τοῦ κρείττονος συμβουλῆς εἰσηγούμενος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν πολλῶν, τῶν σοφῶν τε καὶ γενναίων, καὶ καλλίστων ἐπιχειρημάτων διείληπτο, καὶ τοῦτο τεῖνον εἰς τὸν Βασιλέα. ὡς εἰ μὲν προὐπετέθη τὸ ἐξετασθῆναι τὴν δόξαν κατὰ τὸ ἐγχωροῦν ἀκριβέστατα, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν θεοῦ διδόντος, σαφῶς καὶ ἀριδήλως, διὰ ῥητῶν τῶν τῆς Ἐκκλησίας Διδασκάλων ἀποδειχθῇ, καὶ ἀβιάστως ἀποφανθῇ συνοδικῶς, στέρχθη τοῦτο παρὰ πάντων ἀνενδοιάστως, παρ' ἐκείνων τε καὶ παρ' ἡμῶν, καὶ μηδεμία τις διαφορὰ καταλειφθῇ. οὕτω χρὴ καὶ τὴν σύνοδον καλῶς συνελθεῖν καὶ πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἀφικέσθαι, καὶ ἀγωνιστικῶς ἐξετάσαι, καὶ ἀποδεῖξαι περὶ ὧν ἂν δεήσοι. Εἰ δὲ πρόκειται πρὸς οἰκονομίαν τινὰ χωρῆσαι ἑνωτικήν, περιττὸν ἐστὶ τὸ καὶ τὴν ἁγίαν Βασιλείαν σου, καὶ τὸν ἅγιον τὸν πατριάρχην, καὶ τοὺς λοιποὺς κόπους καὶ κινδύνους ὑποστῆναι, καὶ ἐξόδους πλείστας ὑπὲρ τούτου ἀναλωθῆναι μηδέν τι τῇ πατρίδι, ἢ τῷ κοινῷ συμβαλουμένας. Οἰκονομικὴν γὰρ ἕνωσιν δυνατόν ἐστι γενέσθαι, καὶ διὰ πρέσβεων τριῶν ἢ τεττάρων ἐκεῖσε παραγενομένων. καὶ τοῦτο ἴσως ἔσται καὶ τῇ πατρίδι λυσιτελέστερον.

ſua placita deprompſere, hic eadem laudare, alter alia, prout quemque ſubtilior rerum agendarum conceptus animavit: tandem & Doctor Scholarius, ſuam in medium ſic protulit opinionem.

Aliquando perlegiſſe me memini Orationem generis Deliberativi à prudenti admodum viro, & ſolertiſſimo eloquentiæ artifice, compoſitam, quam omnes cum applauſu mirabili accipiebant, ut elegantiſſimè conſcriptam, & præſtantiſſimorum Conſiliorum capita complectentem: Inter alia quamplurima nobiliſſima, & pulcherrima argumenta, & hoc unum continebat, quod maximè ſpectare videtur Imperatorem: Qui ſi (inquit) cupiet controverſias inter nos ac Latinos, ad imum fundum rimari, & quam fieri poſſit accuratiſſime perveſtigatas, à tenebris in lucem eruere: Primo proſpiciat jubeatque ſingula dogmata per Doctorum Eccleſiæ, & antiquorum Patrum ſcripta demonſtrari: dein Synodice definiri, id eſt non repreſſis, non coactis, ſed ſolutiſſimis ac liberrimis ſuffragiis proponi ac diſcuti: Tandem quod utraque pars amplexabitur, tanquam Eccleſiæ plebiſcitum recipi, nulla in poſterum humanâ arte labefactandum: Et hanc ſequatur Methodum, dum inter nos ac Latinos nullus differentiæ apex intactus relinquatur: Sic cum laude forſan, & ſalvo honore poterimus Synodum huc cogere, ad Italiam confidenter pergere, contentioſè cum Latinis congredi, & quæcunque libeat perquirere, ac indagare: At ſi incumbat Imperator politicis machinamentis, & tractationibus unionem conſuere, fruſtrà erit de profectione in Italiam meditari: Parcat tua Majeſtas Sacratiſſima, & Patriarcha: Parcant quotquot ſunt aut noſtrates, aut alienigenæ, tot faſtidiis, laboribus, impenſis, nihil patriæ, aut uſui publico honoris aut emolumenti allaturis: unionem tali comparatam ſtratagemate, treſve quatuorve Legati intercurſantes cum articulis & codicillis maturabunt, & fortaſſe ſic partam rebus noſtris non minus conducere.

τμήμ. γ. κεφ. ζ.

Ἤρεσεν οὖν πᾶσι σχεδὸν καὶ ἡ τοιαύτη συμβουλὴ ὡς ἀρίστη. Ὅμως δὲ μετὰ πολλοὺς λόγους τοιούτους ἔδοξε καλὸν, ἵνα ἀναγινώσκηται τὸ βιβλίον τοῦ ἁγίου τοῦ Καβάσιλα, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκλέγωνται, καὶ σκέπτωνται ἐν οἷς δεῖ. ἀνεδέξαντο οὖν τὸν τοιοῦτον ἀγῶνα ὁ ἱερομόναχος κύριος Μάρκος ὁ Εὐγενικὸς, καὶ ὁ δηλωθεὶς Σχολάριος. καὶ συνήρχοντο ἐνώπιον τοῦ βασιλέως μετὰ καὶ ὀλίγων τινῶν ἐκ τῶν προειρημένων καὶ ἐσκήπτοντο, καὶ ἐγύμναζον τὰ ζητήματα, καὶ περὶ συναγωγῆς βιβλίων ἐφρόντιζον, ὧν τὰ μὴ εὑρισκόμενα

SECT. III. CAP. VII.

Hanc orationem prudentiſſimi, atque literatiſſimi Scholarii plurimum laudarunt, & in eandem cum illo, omnes fermè conſenſerunt. Veruntamen poſt multos hac illac ſatos ſermones, viſum eſt etiam rationi conſentaneum, ut noſtri libros evolvant, ac præcipuè ſancti Cabaſilæ: è quibus, tanquam è fœcundiſſimo promtuario, permulta dogmata noſtro uſui profutura decerpantur. Quam moleſtiam in ſe ultrò ſuſceperunt, Marcus Eugenicus, Hieromonachus, & qui modo peroraret Scholarius: qui Imperatoris in conſpectu coierunt cum aliquibus prædictorum, & ſcrutati diligenter Cabaſilæ lucubrationes & monumenta

μενα ἐνθάδε, ἐκ τοῦ ἁγίου ὄρους εὑρεῖν ἤλπιζον. διὸ καὶ ἔστειλαν ἐκεῖσε τὸν ἡγούμενον τοῦ Καλέως ἱερομόναχον κύριον Ἀθανάσιον, ἵνα προσκαλέσηται τοὺς κρείττονας τῶν ἐκεῖσε. φέρῃ δὲ καὶ βιβλία ὅσα ἐζητοῦντο. ὁ δὲ βιβλίον μὲν οὐ διεκόμισεν, ἔφερε δὲ μόνους δύο ἱερομονάχους, Μωϋσῆν ἐκ τῆς Λαύρας, καὶ Δωρόθεον, ἐκ τοῦ Βατοπεδίου, ὡς δῆθεν τοποτηρητὰς πάντων τῶν ἁγιορειτῶν.

Ἐν τούτοις ἐσκέπτοντο καὶ περὶ προσώπων ἁρμοδίων πρὸς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι, καὶ τινὸς περὶ τοῦ ἱερομονάχου κυρίου Νείλου τοῦ Ταρχανειώτου εἰρηκότος, ὡς χρησίμου πρὸς τὴν σύνοδον ὄντος, ἔφη ὁ βασιλεύς, δειλιῶ μήποτε εὑρεθῇ τι καλογέρων, καὶ φωνήν τινα ῥίψῃ ἐκεῖσε, ἥτις μεγάλην ἡμῖν προξενήσει βλάβην. ἐντεῦθεν οὖν ἔδει στοχάζεσθαι τοὺς συνετοὺς τίνα σκοπὸν εἶχεν ὁ βασιλεύς, καὶ ὅπως εἰ ᾔδει γενναῖόν τι ἐνυπάρχον τοῖς ἡμετέροις, οὐκ ἂν εἰς τοσοῦτον κρημνὸν ὤθει τὴν ἐκκλησίαν. Ἐν ὅσῳ δὲ αὗται αἱ γυμνασίαι ἐγίνοντο, τέθνηκεν ὁ Ἐφέσου κύριος Ἰωάσαφ.

ta literaria, quæstiones eruerunt publicæ examinationi reservandas. Tum aliam insuper curam instituere, ut multi huc Codices alii congererentur, & qui rariores in his partibus dispalescerent, in Sancto Monte se reperturos sperabant. Quare eo destinarunt Præpositum Monasterii Sancti Calei, Hieromonachum Dominum Athanasium, ut assumptis sibi Magistratibus, ac viris qui in illis partibus præpotuissent, bonâ cum ipsorum veniâ liceret illuc reportare, quos haberet libros in mandatis: At ille librorum nihil, tantum binos secum reduxit Monachos sacris ordinibus initiatos, Mosen ex Monasterio Lauræ, & Dorotheum Batopædii, ut in posterum apud nos degant, communes Vicarii ad Synodum delegati pro omnibus istis Sanctimonticolis monachis.

Tertia demum sollicitudo iis incubuit de personis idoneis ad Synodum eligendis: & cum quidam Domini Nili Tarchaniotæ Hieromonachi mentionem injecisset, tanquam viri docti, ac perutilis ad has Theologicas quæstionum ventilationes, respondit Imperator, se magnopere pertimescere, ne Nilus severioribus Pœnitentiariorum moribus imbutus, minus flexibilem se præberet ad nostras qualescunque opiniones, & vota: & forte aliquid interdum effutiret subrusticum ac insulsum, quod sibimetipsi dedecus, nobis invidiam & damnum propagaret: unde prudentioribus fas est conjectare, quo affectu, quave sententia ergà nostrates noster Imperator esset animatus; qui si quid nobile ac generosum in nostratibus animadvertens fovisset, nunquam in tot præcipitia ac scopulos Ecclesiam naufragam impulisset: Sed dum hæ disputatoriæ prolusiones inter nostros exercentur, Ephesi Præsul Dom: Joasaph extinctus, diem ultimum clausit.

τμήμ. γ. Κεφ. η.

Περὶ δὲ τὰ τέλη τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἔφθασαν ἐνταῦθα τὰ τοῦ πάπα κάτεργα τέσσαρα, μεθ' ὧν ἦλθεν ὁ δισύπατος, καὶ ὁ βουλλωτής, καὶ λεγάτος τοῦ πάπα, καὶ σὺν αὐτῷ πρέσβεις ἐπίσκοποι τρεῖς, ὁ Κορώνης, Χριστοφόρος ὁ Πορτουγάλλου καὶ ὁ ...... μετὰ δὲ τῶν κατέργων τούτων ἦλθε καὶ ὁ πανευτυχέστατος τῶν τότε δεσπότης κύριος Κωνσταντῖνος ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἐπὶ τῷ ὡς ἐπίτροπος εὑρίσκεσθαι ἐν τῇ πόλει ἀποδημοῦντος τοῦ βασιλέως. οὕτω γὰρ αὐτὸς διωρίσατο, καὶ οἱ τζαγγράτορες ἐκ τῆς Κρήτης. εἰ δέ τινες καὶ ἐκ τῶν ἀπαισίων οἰωνῶν περὶ τῶν μελλέντων μαντεύονται ἐξῆν ἂν αὐτοῖς, καὶ περὶ τούτου προκειμένου στοχάζεσθαι, ἅμα γὰρ τῷ στῆναι τὰς τριήρεις ἐν τῷ λιμένι, καὶ χαλᾶν τὰ πρυμνήσια, εὐθὺς σεισμὸς ἐγέ-

SECT. III. CAP. VIII.

Circa finem mensis Septembris huc appulerunt à Papa missæ triremes quatuor; in quibus Bisconsul & Sigilli Custos, nostri ad Papam & Concilium Legati jam reduces, Legatus Papæ, ac in ejus comitatu tres Episcopi, ad nos à Papâ delegati, Corones, Christophorus, alter, Lusitanię & . . . . præcipui vectabantur: Et cum iisdem à Peloponneso, beatissimus principum Despota Dominus Constantinus, ut in præfecturam succederet civitatis & rerum Imperii administrandarum, Imperatore peregrè profecto, sicut Imperator præstituerat, & à Creta sagittarii in urbis præsidium. Et si mortales ab infaustis ominibus dira quandoque soleant augurari, quæ mens tam læva, ut hinc inauspicatissima portenta non præsagiret? In ipso enim portus ingressu, dum se littori applicabant, & è puppe funalia religandis triremibus demitterentur, exorta repentini turbinis procella, tam ingenti motu circumsita loca quatefecit, ut non aliud

 quam

ἐγένετο μέγας, καὶ θεομηνίαν οἱ συνετώτεροι τοῦτο ἡγήσαντο. ἐκ δὴ τούτου, καὶ τῶν λόγων ἀνεμνήσθησαν τινὲς κυρίου Δημητρίου τοῦ Χρυσολωρᾶ, οὓς πρὸ τριάκοντα χρόνους εἰρήκει. ἐκεῖνος γὰρ φιλόσοφος ὤν, καὶ περὶ τὴν ἀστρονομικὴν ἀσχολούμενος ἐπιστήμην, ἄλλως δὲ καὶ φίλος τυγχάνων τοῦ σοφοῦ βασιλέως κυρίου Μανουήλ, ἦλθεν εἰς αὐτὸν ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης πρέσβεις, σταλεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου Ἰωάννου τοῦ μετονομασθέντος κυρίου Ἰωσὴφ μοναχοῦ. εἰς οὖν τὰ βασίλεια διατρίβων καὶ οὗτος, καὶ παριστάμενος ἐν ἀρίστῳ τοῦ βασιλέως μετὰ καὶ ἄλλων ἀρχόντων κατὰ τὸ ἔθος, ἠρωτήθη παρ' αὐτοῦ, εἰ ἐκ τῆς ἐπιστήμης εὗρέ τι καὶ ἔχει εἰπεῖν γενησόμενον; ὁ δὲ ἀνέφερεν ὅτι εὗρεν ὡς ὁ ἕβδομος Παλαιολόγος μέλλει ποιῆσαι τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἕνωσιν, καὶ μέλλει γενέσθαι ἐ πολὺ κακὸν εἰς τοὺς χριστιανούς. ὡς οὖν ἤκουσε τούτων ὁ βασιλεὺς, εἶπε, τὸ μὲν ἓν ἤθελον ἴσως ἀκοῦσαι, τὸ δὲ ἕτερον οὐδὲ ἀκοῦσαι ἤθελον. ἔσται δὲ πρὸς τοῦτο ὁ ἀνέψιός μου, ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ἕβδομος. καὶ εἶπεν ὁ χρυσολωρᾶς, οὐκ ἔστιν ὁ αὐθέντης μου ὁ ἀνέψιός σου, ἀλλ' ὁ αὐθέντης μου ὁ υἱός σου ὁ βασιλεύς. εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ οὐκ ἔσομαι ἐγὼ εἰς αὐτὸ, ἔστω ὁ βουλόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς τεκμήρια τῶν γενησομένων ἐσημειώθησαν. ὁ δὲ λόγος χωρείτω πρὸς τὴν διήγησιν.

quam irati Numinis indicium, futurorum ſagaciores interpretarentur. Quin & multi exinde in memoriam revocarunt Domini Demetrii Chryſoloræ vaticinium, quod ante triginta annos prædixerat eventurum: Hic enim cum ſummus eſſet Philoſophus, in Aſtronomia etiam non parum exercitatus, & ex intimis amicis ſapientiſſimi Regum Dom: Manuelis, ad quem tum venerat ex Theſſalonica miſſus ab Imperatore Domino Joanne, qui cucullo induto ſe Joſephum Monachum appellavit. Et cum aliquas in aulâ Imperatoriâ moras traxiſſet Chryſoloras, ſemel adſtabat inter alios principes, uti mos eſt, Manueli ad menſam prandenti: à quo interrogatus an aliquid ex profundæ Artis peritiâ noſſet quod certo pronuntiaret futurum? Reſpondit, ſe reperiſſe ex ſyderum concurſu ſeptimum Palæologum initurum Concordiam cum Latinis, & unionem Eccleſiarum maximè pernicioſam, & Chriſtianis omnibus deteſtandam. Quibus auditis dixit Imperator, ſe prius illud de Concordiâ lubenti animo percepturum; at poſterius omen triſte infœlicitatis & damni, à nobis, inquit, avertat Deus. Sed fata hæc, ſi ſeptimum prænotant, meo Conſobrino impendent, qui in ſerie Palæologorum Joannes ſeptimus cluit: At Chryſoloras, non Dom: Imperatoris conſobrinum, ſed filium eſſe ajebat quem aſtra deſtinant. Cui Imperator placide rejecit: Et eſto, cuicumque lubeat hæc planetarum fatalis prædictio, modo meum caput non attingat. Illud vaticinium Chryſoloræ, & in portu infauſta triremium quaſſatio, ut ſigna indubitata futurorum malorum nobis præmonſtrata ſunt; ſed in reliquum diſcurſum noſtra procedat hiſtoria.

τμήμ. γ. Κεφ. θ.

Οἱ τοίνυν ἡμέτεροι πρέσβεις ἐλθόντες ἀνέφερον τῷ Βασιλεῖ, ὡς ὁ Πάπας συνεβιβάσθη μετὰ τῆς ἐν Βασιλείᾳ συνόδου, καὶ ἡνώθησαν, καὶ οἱ πλείονες τῶν ἐπισκόπων συνῆλθον καὶ εἰσὶ μετὰ τοῦ πάπα, ἄλλοι δ' ἀπῆλθον εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἡ σύνοδος ἔπαυσε. ἔχει δὲ τὸ κράτος, καὶ τὴν ἰσχὺν πᾶσαν ὁ Πάπας, διὸ καὶ τὰ κάτεργα καὶ τὰς ἐξόδους ἔστειλεν ἵνα μετ' ἐκείνου συγκροτηθῇ ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος. τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τῷ πατριάρχῃ ἀνέφερον, καὶ πρὸς πάντας σχεδὸν διεφήμισαν. καὶ μάλιστα ὁ πρὸς τὴν σύνοδον πρέσβις σταλεὶς ὁ δισύπατος. ἦλθον δὲ καὶ οἱ δηλωθέντες ἐπίσκοποι ὡς πρέσβεις, καὶ εἶδον τὸν πα-

τρι-

SECT. III. CAP. IX.

Noſtri vero Legati poſtquam veniſſent, Imperatori nuntiarunt Papam cum Baſileenſibus in gratiam & reconciliationem deſcendiſſe, ſolutumque eſſe Concilium, Epiſcopis multis ad ſuas ſedes, pluribus ad Papam reverſis; & quod omni autoritate, & juriſdictione in omnes jam Papa potiretur: quare & vectoria navigia & commeatus miſerit, ut apud ipſum hæc Synodus Oecumenica celebraretur. Eadem Patriarchæ, & ferme omnium in aures palam ebuccinarunt: præcipuè, & ante omnes miſſus ad Concilium Biſconſul: Epiſcopi etiam prædicti Patriarcham obſequioſè compellarunt, uti moris eſt, & eadem cum Legatis noſtris prædicantes, rogabant Patriarcham, ut ſe ad navigationem accingeret. Sed & Concilii Procuratorem fratrem Joannem, Conſtantinopoli permanentem, ut diximus, in con-

τριάρχην κατὰ τὸ ἔθος, καὶ εἶπον ταῦτα· ἅπερ καὶ οἱ ἡμέτεροι προεκήρυξαν, καὶ ἐζήτουν ἑτοιμάζεσθαι τὸν πατριάρχην πρὸς τὸν κατάπλουν. εἶχον δὲ καὶ τὸν ἐκ τῆς συνόδου ἐνταῦθα περιμείναντα φρὰ Ἰωάννην μεθ' ἑαυτῶν, ὃς ἰδὼν τοὺς δύω ἐπισκόπους γνωρίμους ἐκ τῶν συνοδικῶν ὄντας, καὶ μὴ εἰδὼς ἀκριβῶς, ὅπως προσετέθησαν τῷ πάπᾳ, τοῖς λόγοις ἐκείνων πεισθεὶς, πρὸς δὲ καὶ γράμμασιν ἐκεῖθεν αὐτῷ σταλεῖσιν ἐξαπατηθεὶς, συνηγόρησε καὶ αὐτὸς, καὶ ἐβεβαίωσε τοὺς λόγους τῶν ἐπισκόπων, καὶ πρὸς τὴν ἀποδημίαν ἐκίνει τὸν πατριάρχην. Ὁ δὲ Λεγάτος, ἐκ τῶν τριήρεων ἐκβὰς, πρὸς τὴν ἑτοιμασθεῖσαν αὐτῷ οἰκίαν ἀπήρχετο μετὰ τιμῆς καὶ τῶν ἀρχόντων βασιλικῶν. προηγεῖτο μὲν αὐτοῦ σταυρὸς. αὐτὸς δὲ διήρχετο εὐλογῶν ἀδεῶς τοὺς παρατυχόντας, ὅπερ βαρὺ μὲν ἔδοξε πᾶσι, καί τινες τῷ Πατριάρχῃ περὶ τούτου ἀπήγγειλαν. ὁ δὲ οὐκ ἠθέλησε λόγον τινὰ ποιήσασθαι περὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ὁ μεσάζων ὁ Νοταρᾶς συνετῶς ἄγαν τοῦ εὐλογεῖν ἐπέσχεν αὐτόν.

contubernium adſcivere: qui cum Epiſcopos ſatis noſſet è numero Synodicorum Patrum fuiſſe; ſed non ſatis intelligeret, quibus modis ſe ita Papæ comprobaſſent, ut ejus in amicitiam & clientelam concederent, eorum dictis pariter, & aliquibus literis ad ipſum Baſileâ conſcriptis; in errorem inductus ſe eorum cauſæ adjunxit; & non ſolum ubique verba Epiſcoporum confirmavit, ſed ad iter peregrè ſuſcipiendum, Patriarcham plurimum inſtigavit. Legatus interea Papæ è navigio deſcendens, abiit in ſibi paratum domicilium, cum ingenti pompâ, à Principibus Imperii deductus: prælata etiam cruce in majorem magnificentiam: Et quacumque itabat in plateis occurſantes liberrimè benedixit: quod ut inſolitum omnibus diſplicuit; cum tamen id à Legato Romano in alienâ provinciâ, ac juriſdictione audacter nimis tentari, Patriarchæ ſignificaretur, negotium diſſimulavit, ut levioris momenti; aut ad ipſum parum attinentis: donec Dom. Notarius Sequeſter, novitate rei commotus, illum ab hac benedicendi geſticulatione planè inhibuiſſet.

τμήμ. γ. κεφ. ι.

Ὁ μὲν οὖν Βασιλεὺς καὶ ὁ Πατριάρχης πρὸς τὴν ἀποδημίαν παρεσκευάζοντο. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς συνήχθησαν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κελεύσματι βασιλικῷ τε καὶ πατριαρχικῷ. καὶ ὀλίγοι μὲν ἦσαν πρὸς τὸν κατάπλουν ἕτοιμοι. οἱ πλείους δ' ἠξίουν καὶ καθικέτευον εἰς τὰς ἰδίας ἐκκλησίας προσμένειν, μήποτε διὰ τὴν πρὸς τοὺς Λατίνους ἐπιδημίαν, ἢ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, ἢ τῆς ἰδίας ζωῆς στερηθῶσιν. ἃ δὴ καὶ ἐς ὕστερον γέγονε. Τότε δὴ καὶ αὐτὸς δὶς καὶ τρὶς ἠξίωσα καὶ ἠδεήθην τοῦ μεσάζοντος τοῦ Νοταρᾶ, ἵνα ἀνενέγκῃ καὶ παρακαλέσῃ τὸν βασιλέα, καὶ εὐεργετήσῃ μοι τὸ καταλειφθῆναι ἐνταῦθα, ὃς καὶ τῷ βασιλεῖ περὶ τούτου ἀνενεγκὼν, μετὰ καί τινων εὐλόγων αἰτιῶν προσθεὶς, ὅτι ἐστὶ καὶ ἐνταῦθα χρεία, ἵνα τὸ καθολικὸν κριτήριον ἐνεργῆται, παύσεται δὲ, εἰ αὐτὸς ἀπέλθῃ, ἐπεὶ οὐκ ἔχομεν ἄλλον ἴσον αὐτῷ προσθεῖναι. οἱ γὰρ ὄντες μετ' αὐτοῦ ὀλίγην εἴδησιν ἔχουσι πρὸς τὸ κρίνειν. ὁ βασιλεὺς οὐδόλως κατένευσε τῇ δεήσει, ἀλλ' εἴρηκεν, ὡς οὔτ' αὐτὸν, οὔτ' ἄλλον ἴσον τῷ μεγάλῳ Ἐκ-

SECT. III. CAP. X.

At Imperator & Patriarcha ſe ad navigandum parabant: etiam Præſules undique Conſtantinopolin convenerant, Imperatoris ac Patriarchæ hortamentis citati: licet eorum perpauci neceſſariis inſtructi ad conſcendendum naves viderentur, & quamplurimi flagranter petierint, in demandatis ſibi curis paſtoralibus, requieſcere, quam periculum adire longinquæ peregrinationis in Italiam, & Eccleſiis ſimul ac vitis privari; quorum utrumque poſteà permultis accidit: Tum & ipſe bis terve ad Dom. Notarium Sequeſtrum manus ſupplices protendi, ut meo nomine Imperatorem exoraret, id unum mihi ſummi beneficii loco gratificari, ut relinquar meis muniis in civitate obeundis, & è Clariſſimorum virorum Catalogo Italiam adeuntium penitus expungar: Qui cum ad Imperatorem de his referret, adderetque etiam de ſuâ penu, prætextus aliquot plauſibiles, & argumenta rationi maximè conſentanea: nempe neceſſum eſſe aliquem hîc Judicem prudentem reperiri litibus adminiſtrandis, ne tribunalia rauca conticeſcant: quod omnino eveniet, niſi hic homo morabitur, cui tota civitas parem non exhibet: Collegæ enim longe ſubſidunt infrà illius dignitatem, & exiguam præ illo rerum gerundarum experientiam ad judicandum afferunt:

O Im-

Ἐκκλησιάρχῃ καταλείψομεν ἐνθάδε. περὶ δὲ τοῦ κριτηρίου οὐ ποιοῦμαι πολὺν λόγον, ἔφη· οὐδὲ γὰρ παράδοξον, εἰ καὶ ἐλάττω τινὰ εὑρήσετε ὑμεῖς, καὶ διενεργῆται τὸ κριτήριον μέχρις ἂν ἔλθωμεν. ὡς οὖν ἔμαθον ταῦτα, καὶ οὐδὲ παρὰ τοῦ πατριάρχου εὗρον ἔνδοσιν τινὰ ἢ συγγνώμην, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἄκων ἡτοιμαζόμην ὁ δείλαιος, ὡς μὴ ὄφελον!

Imperator tamen penitus abnuit: perſeveranter affirmans, ſe nec ipſum, nec alium quempiam Magno Eccleſiarchæ æqualem hic relicturum: De Judicialibus vero ſe non multum laborare, dixit: Nec enim pro monſtro haberi debeat, ſi vos ipſi Judicem minoris notæ, prudentiæ ac peritiæ expiſcabimini, qui fora Judicatoria, formis ac ritibus aſſuetis tantùm animare noſſet, ac percalefacere, dum nos à Synodo redibimus. Hæc cum ab Imperatore perdidiciſſem, & à Patriarcha, nullam ſupereſſe ſpem permanendi, me miſerum cum cæteris ad iter cingebam: quod utinam nunquam contigiſſet.

τμήμ. γ. Κεφ. ια.

Ἡμέραι παρῆλθον περίπου ἴσως ιέ μετὰ τὴν ἐνθάδε τῶν κατέργων ἐπιδημίαν, καὶ ἀγγελία τις ἦλθεν ὅτι ἔρχονται κάτεργα ἐκ τῆς συνόδου καὶ ἔφθασαν εἰς τὴν Χίον. εἶπον δὲ τοῦτο οἱ ἡμέτεροι πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Πάπα ἐλθόντας. ἐκεῖνοι δὲ, ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ δισύπατος εἶπον, ὅτι ψεῦδός ἐστι τοῦτο. ἡμεῖς γὰρ οἴδαμεν ὡς οὐκ ἐλεύσονται κάτεργα ἐκ τῆς συνόδου. Μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην διαλαλιὰν, τεσσάρων ἢ πέντε παρελθουσῶν ἡμερῶν, ἤδη ἐφάνησαν ἐρχόμενα τὰ κάτεργα τέσσαρα. ὡς οὖν ἐπληροφορήθη τοῦτο ὁ Καπετάνιος τῶν παπικῶν κατέργων, ὃς καὶ ἀνεψιὸς ἦν τοῦ Πάπα, Κουντλουμέρης καλούμενος, ἐβουλήθη πόλεμον μετ' ἐκείνων συνάψαι. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Βασιλεὺς, τὰ μὲν τῆς συνόδου κάτεργα προσέταξε στῆναι περὶ τὸν τοῦ ὑψωμαθείου αἰγιαλόν. τῷ δὲ Κουντλουμέρῃ διωρίσατο παύσασθαι τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς βουλῆς, ἣν ἐβουλεύσατο ποιῆσαι κατὰ τῶν συνοδικῶν, μηδὲ γὰρ ἐξεῖναι αὐτῷ μάχεσθαι καὶ πολέμους συνάπτειν εἰς τόπον βασιλικόν. ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, ἀλλὰ διεμηνύσατο τῷ Βασιλεῖ, ὅτι ὁρισμὸν ἔχει παρὰ τοῦ Πάπα, ἵνα πολεμήσῃ ὅπου ἂν εὕρῃ τὰ κάτεργα τῆς συνόδου, καὶ, εἰ δυνηθῇ, καταδύσῃ καὶ ἀφανίσῃ αὐτά. ἀλλὰ καὶ οἱ συνοδικοὶ ταῦτα ἀκούσαντες, πρὸς πόλεμον παρεσκευάζοντο. οὕτως ἦσαν ἀληθῆ ἅπερ καὶ ὁ Λεγάτος καὶ ὁ Κουντλουμέρης, καὶ οἱ τοῦ Πάπα ἐπίσκοποι, καὶ οἱ ἡμέτεροι πρέσβεις ἔλεγον. ὥρισε γοῦν ὁ Βασιλεὺς, ὅτι εἰ εὑρίσκεις αὐτὰ ἀλλαχοῦ, ἐποίεις ἂν ὅπερ ἤθελες. νυνὶ δὲ εἰς τὸν ἐμὸν τόπον, καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἡμετέρῳ λιμένι, οὐδεὶς ἔχει ἄδειαν

SECT. III. CAP. XI.

Vix quindecim dies præterierant ab appulſu Papicarum triremium, cum nuntium perfertur ad Imperatorem, alias venire rectà à Concilio, & prope Chii promontorium huc velificari. Hæc noſtri quotidie in aures Papalium blaterabant, quibus illi denuo, ſed præcipuè Biſconſul, commentum id mendaciſſimum affirmare non dubitarunt: Nec enim fieri poſſe ut à Concilio triremes huc mittantur, fide certiſſimâ aſſeruêre. Dum verò hæ famigerationes hac illac ſpargerentur, ecce, poſt aliorum quatuor aut quinque dierum curriculum, jam ex alto apparuere, pleno curſu ad noſtra littora contendentes. Qua de re certior factus Condelmerius, Papicarum triremium præfectus, & Papæ nepos, quaſi nactus occaſionem pulcherrimi facinoris edendi, pruriit cum Synodalibus navali prælio confligere. Id ubi noſter Imperator intellexit, Synodalibus ad littus Hypſomathium, in anchoris ſtare juſſis, Condelmerio mandavit, ut impetum coërceret, nec vindictæ fructum à Synodalibus carpere maturaret intra terminos Imperii ſui: At Condelmerius præcipienti haud obtemperans, id Imperatori juſſit renuntiari, ſe cum diplomate mandatum à Papa accepiſſe, ut quacunque Oceani in ripa Synodi triremibus occurriſſet, eaſdem oppugnare, in mare deprimere, ac delere univerſas conaretur: Nec minus alacres Synodici videbantur, arma arripere ad propulſandam injuriam, ſi qua alicunde inferretur. Adeo omnia erant pro veris fucata & falſa quæ Legatus, & Condelmerius, & Epiſcopi Papæ, & noſtri Legati tam confidenter antea perſonuerunt. At Imperator Condelmerio remandavit, ſi alibi gentium aut Oceani eas deprehendat, vel adoriatur hoſtiliter, vel abſtineat, pro ſuo libitu; in ſua jurisdictione, in navium ſuarum ſtationibus belligerandi libertatem nemini ſe concedere: Tandem poſt multa hortamenta ac reſponſa huc illuc reciprocata, ægre Condelmerio perſuaſit mitiora conſilia capeſſere: & poſtridie

ἄδειαν πολέμους συνάπλειν. Μόλις οὖν διὰ πολλῶν λόγων καὶ μηνυμάτων κατέπλευσε τὸν Κουλλουμέριον, καὶ ἡσύχασε. καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ὥρμισε, καὶ ἦλθον τὰ συνοδικὰ εἰς τὸν Κυνηγόν.

Ἐξῆλθον οὖν οἱ ἐκ τῆς συνόδου πρέσβεις ἐπίσκοποι, καὶ δύο Γραμματικοὶ καὶ ὁ Καπιτάνιος αὐτῶν, μετὰ καὶ ἑτέρων ἀρχόντων, καὶ εἶδον τὸν βασιλέα. ἦλθον δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ εἶπον ὅτι ἡμεῖς ἐποιήσαμεν ὅσα εἴχομεν ἐν ταῖς συμφωνίαις ἡμῶν. ἐδώκαμεν γὰρ καὶ τὰς πρώτας ἐξόδους, ἐκομίσαμεν δὲ νῦν καὶ τὰς λοιπὰς πρὸς οἰκονομίαν ὑμῶν, καὶ τὰ κάτεργα ἐντὸς τοῦ συμπεφωνημένου καιροῦ, καὶ γράμματα καὶ βούλλας ἐλάβομεν ἀπὸ τῶν ῥηγῶν τε καὶ αὐθεντῶν, ἵνα διέρχησθε διὰ τῶν τόπων αὐτῶν μετὰ πάσης ἀγάπης, καὶ ἀναπαύσεως καὶ τιμῆς. καὶ ἀνοίξαντες ἓν κιβώτιον μεστὸν, ἔδειξαν τοῦτο γραμμάτων τε καὶ βουλλῶν, δι᾽ ἃ, εἶπον, ἂν ὀφείλετε καὶ ὑμεῖς μεθ᾽ ἡμῶν πρὸς τὴν σύνοδον παραγένεσθαι. συνῆν δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ Ἰωάννης καὶ τὴν ἀπάτην ὡμολόγησεν, ἣν ἠπατήθη παρὰ τῶν τοῦ Πάπα πρέσβεων, καὶ ἠξίου καὶ αὐτὸς, μὴ τὰς πρὸς τὴν σύνοδον ἀθετῆσαι συνθήκας. ἔκτοτε γοῦν οἱ μὲν τοῦ Πάπα ἐζήτουν ἀπελθεῖν τοὺς ἡμετέρους μετ᾽ αὐτῶν πρὸς τὸν Πάπαν. οἱ δ᾽ αὖ ἐκ τῆς συνόδου ἀνθεῖλκον πρὸς ἑαυτούς.

postridie Synodicos jussit intra Cynegum propiori portui applicare.

E quibus cum in terram descendissent à Synodo Legati, Episcopi aliquot, cum duobus interpretibus, & navigiorum præfecto, Imperatorem invisere permissi sunt, & posteà Patriarcham: quorum utrique largiter prædicarunt, quantâ cum sedulitate quicquid in articulis contineretur, implevissent: ut prima impendia elargiti, nunc quod residuum esset, apportarent in saccis, ne quid nobis deficeret ad Synodum instruendam: Etiam & vectoria ante præstitutum tempus, cum diplomatis ac literis comitialibus Regum Præsidumque: & tunc arculam referantes infarctam istiusmodi bullis ac scriptis commonstrarunt: quorum beneficio per singulas provincias, cum favore, honore, & gratiâ ad Synodum securi ac incolumes pertranseamus. Aderat & cum illis frater Joannes, qui priorem fassus errorem, à Legatorum Papæ verbis perperam contractum, vehementer rogavit ne vellemus tam flagrantem benevolentiam & pacta Concilii insuper habere, aut vilipendere: at deinceps à diversis studiis partis utriusque, hac illac rapiebamur cum blandimentis ac pollicitationibus quà nos pronos vergere animadverterunt: Et Papici, ad Papam iter tendere, nostros sollicitarunt: Synodales ex adverso ad Concilium.

τμήμ. γ. κεφ. ιβ.

Καὶ λόγοι πολλοὶ μεταξὺ τούτων ἐγίνοντο. Μετὰ γοῦν τῶν ἄλλων εἶπον καὶ τοῦτο, ὅτι οὐκ ἔχουσιν οἱ ἐκ τῆς συνόδου δοῦναι τὰς ἐξόδους, ὅσας οἱ ἐκ τοῦ Πάπα πρὸς τὴν οἰκονομίαν τῶν ἐκεῖσε ἀφιξομένων παρέχουσιν. ἐδίδουν γὰρ οὗτοι φλωρία πεντακισχίλια. οἱ δὲ ἐκ τῆς συνόδου τοῦτο ἀκούσαντες, ἔδειξαν πρός τινας τῶν ἀρχόντων χιλιάδας κ. ἃς καὶ παρεῖχον διὰ τὴν οἰκονομίαν, καὶ μάλαγμα ἐπέκεινα φλωρίων χιλιάδων δέκα, καὶ γράμματα ἅπερ εἶχον ἐπισκοπικὰ λαβεῖν ὅσα χρήζουσιν ἐκ τοῦ Γαλατᾶ. ὅτι δὲ ὑστέρησαν κατὰ τὸν καιρὸν ἔλεγον, ὅτι οὕτως ἡμῖν ἔφη ὁ δισύπατος, ὅτι ἀποδέχεται ὁ βασιλεὺς, ἵνα εὑρεθῆτε εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κατὰ τὸν Ὀκτώβριον, μετὰ τὸ συναχθῆναι καὶ τὸν οἶνον ἐντὸς

Sect. III. Cap. XII.

Interea multa hac illac verba variabantur. Inter cætera, & hoc quoque pervulgarunt, quò nostros ad Papæ partes circumducerent: Stipendia non tam lauta, munifica & liberalia, à Synodalibus effundi posse, quam à Legatis Papę, ut nostri Italiam petituri, omni necessariorum affluentiâ copiosè instruantur: nam Papici quinque florenorum millia jamdudum impertierunt. At illud cum audivissent Synodales, ut studium liberalitatis in Papalibus, non tam æmulari viderentur, quam quadruplo excedere, florenorum viginti millia aliquibus nostrorum Principum, non modo monstrarunt, sed largissima manu in nostros usus profuderunt: & præter ea viginti alia decem millia, tanquam in accessionem majoris abundantiæ, omnibus nostris quæstubus, & indigentiis permulcendis. Et si hæc triginta minus suffectura arbitremur, ostendunt se attulisse literas à Concilio collybisticas, ad nostros in

ἐντὸς, μήποτε ἐλθόντων ὑμῶν πρότερον γένηται μάχη καὶ ἐναπολειφθῶσι τὰ εἰσοδήματα ἔξω. κατὰ γοῦν τὴν εἰσήγησιν ἐκείνου ἡμεῖς μὲν ἠρξάμεθα ἑτοιμάζειν τὰ κάτεργα μετὰ τὴν ἑορτὴν εὐθὺς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου. αὐτὸς δὲ παραπῆλθεν εἰς τὸν Πάπαν, καὶ κατεσκεύασεν ὅσα ἤθελεν.

Ὡς οὖν ταῦτα οἱ ἡμέτεροι ἐθεώρουν, ἔλεγον σχεδὸν πάντες, ὅτι οὐ συμφέρει τῷ βασιλεῖ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ἰταλίαν, κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, καὶ οὐδὲ ἔχει αἰτιάσασθαι αὐτὸν, ἐν ὁποιονοῦν μέρος. ἔχει γὰρ αἰτίαν νόμιμον καὶ εὐλογωτάτην εἰπεῖν, ὅτι ἐπειδὴ ἔχομεν συμφωνίαν, ἵνα ὑπάρχωσιν ὅ τε Πάπας καὶ ἡ Σύνοδος ἡνωμένοι, καὶ οὕτως ἵνα ἔλθωμεν καὶ ἡμεῖς εἰς τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἐκεῖνοι δὲ εἰσὶν ἐσχισμένοι καὶ πρὸς ἀλλήλους μάχονται. ἄπιτε καὶ ὑμεῖς, καὶ εἰρηνευσάτωσαν πρῶτον ἐκεῖνοι, καὶ ἑνωθήτωσαν, καὶ τότε ἐλευσόμεθα καὶ ἡμεῖς. συνεβούλευον οὖν καὶ πολλοὶ ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ γεγονέναι τὸν τοιοῦτον ἐμποδισμὸν ἔλεγον. Ἔστεργον δὲ ταῦτα καὶ οἱ συνοδικοί.

in Peræa mercatores, ſumendi fœnore, quantumcunque lubeat, vel opus eſſe videretur. Quod autem tardius acceſſerint, & eorum curſum Papici anticiparint, id eorum vitio verti non debeat; ſiquidem ſtata à Biſconſule tempora non fefellere: qui nobis, inquiunt, menſem Octobrem indixit, atque id tantum à nobis veſtrum expetere Imperatorem, peractâ Vindemiâ, & cum milites ſe ad hyberna recepiſſent, ne in vos periculum ab hoſtibus redundet, qui civitatem invadant bello vobis abſentibus, aut damnum, ſi proventu terræ, ac frugibus non demeſſis peregrè proficiſcamini: Itaque ad feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli æſtate mediâ cœpimus navigia apparare, ut ſecundum Biſconſulis juſſa, tempeſtive ſatis & veſtra poſtulata, & noſtram fidem abſolviſſe reperiremur: At Biſconſul, cum hæc nobis ceciniſſet verbis apertis ac candidis, ut credidimus, poſtea mutatâ pelle tranſiit ad Papam, & aliâ cretâ parietem dealbavit.

Hæc ut noſtrates perceperunt, plerique opinati ſunt, Italicam profectionem Imperatoriæ Majeſtati multum diſconducere: præſtat aulæ ſuæ immorando utrique parti querelarum occaſiones adimere: & ei, jam reſiliendi non modo plauſibilem, ſed legitimam offerri rationem, concordiæ inter ipſos violatæ. Inprimis enim polliciti ſunt articulis, Papam & Synodum in Pacis fœdera coalituros: ut capite membriſque in unam compagem ferruminatis, Synodus Oecumenica celebretur: At illi hoſtilem in modum divulſi, ex diametro pugnant. Eant igitur primum ipſi, pacem inter ſe ac unionem redintegrent, & nos impigrè comitabimur eorum laudabili exemplo incitati. Hæc & hujusmodi alia conati ſunt permulti Imperatori inſinuare, & non ſine numine divino hæc obſtacula in tranſverſum nunc injici prædicarunt: Quin & Synodales in eandem cum noſtratibus opinionem deſcenderunt, nec Papam nec Concilium adiri debere.

τμήμ. γ. κεφ. ιγ.

Ἀλλ᾽ ὁ βασιλεὺς οὐκ ἠθέλησε παραδέξασθαι τὰ τοιαῦτα. ὡς δὲ εἶδον οἱ συνοδικοὶ συντεθειμένον τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην ἀπελθεῖν πρὸς τὸν Πάπαν, εἶπον, ὅτι ἡμεῖς λέγομεν περιμένειν τὰ κάτεργα ἡμῶν ἐνταῦθα μέχρι, καὶ μηνῶν ἓξ διὰ ἡμετέρων ἐξόδων. χρησάσθω δὲ τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς εἴπου θελήσει, καὶ στειλάτω πρὸς τὸν Πάπαν, καὶ πρὸς τὴν σύνοδον πρέσβιν. δύναται γὰρ καὶ ἐντὸς τούτου τοῦ καιροῦ ἀπελθεῖν καὶ ὑποστρέψαι. καὶ εἰ μὲν ὁ πρέσβις ἐλθὼν πληροφορήσει ὅτι εἰρήνευσαν, οὕτω καὶ πρὸς Ἰταλίαν ἀπελθέτω ὁ βασιλεύς. εἰ δὲ ἐκεῖνοι οὐκ εἰρηνεύσουσιν, ἡμεῖς μὲν τότε ἀπελευσόμεθα, καὶ ὁ βασιλεὺς οἴκοι καθήσθω. ἀλλὰ καὶ ὁ δηλωθεὶς Ἰωάννης εἰς τὸν

πα-

Sect. III. Cap. XIII.

At Imperator nullatenus acquievit. Verum ubi Synodici plane percepiſſent, & Imperatorem & Patriarcham decreviſſe ſpreto Concilio ad Papam accurrere, hæc ultro Imperatori obtulerunt. Triremes quatuor, quas huc advexímus, in veſtris ſtationibus hærere patiemur, & in ſex porro menſes noſtris ſtipendiis, alemus. Promat autem interea Imperator, in quoſcunque velit uſus, aut fortunæ aleam: modo Legatum mittat ad Papam & Concilium, qui intrà hoc ſemeſtre ſpatium, facillime eat, redeatque: Et ſi reverſus firmiſſimis rationibns, vobis dabit comprobatum, Papam cum Concilio in amicitiam ac fœdera coiiſſe, retineat Imperator propoſitum migrandi in Italiam: Sin, ſi continuari illic odia animadverterit, & civilibus invicem altercationibus eos debacchari, nos ad noſtra revertemur, & Imperator in ſuo tutus Imperio perſiſtat. Quin & frater Joannes,

nes,

πατριάρχην ἐλθὼν εἶπεν, ὅτι ἐγὼ προσέμεινα ταύτῃ τῇ πόλει ἐπέκεινα τῶν δύο χρόνων, καὶ ἀγαπῶ καὶ τὸ συμφέρον τῆς σῆς ἁγιότητος, καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς πόλεως. εἰ οὖν καὶ πρότερον τὰς ἐξόδους κατεβαλόμην ἐγὼ, δι' ὧν καὶ οἱ ἐνταῦθα συνῆλθον, καὶ παρεκίνουν καὶ τὴν ἡμῶν πρὸς τὴν σύνοδον ἐπιδημίαν. ἀλλὰ νῦν αἰδούμενος καὶ τὴν ἀγάπην καὶ τὴν ἀναδοχὴν ἣν εὗρον ἀφ' ὑμῶν, καὶ τὸ συμφέρον ὑμῖν περιποιούμενος, συμβουλεύω ὅτι οὐ συμφέρει ὑμῖν κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν πρὸς ἡμᾶς, ἢ πρὸς τὸν Πάπαν παραγενέσθαι. τὰ αὐτὰ οὖν ἀνέφερον πρῶτον πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ νῦν δὲ πρὸς τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σοῦ, ὡς φίλον ὑμῶν.

Ἐν τούτοις ἔφθασε καὶ ὁ δισύπατος κύριος Μανουὴλ, παρὰ τοῦ βασιλέως Σιγισμούντου σταλεὶς, καὶ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐκ τῆς Οὐγγρίας διά τε τῆς Σερβίας καὶ Μακεδονίας σπουδαίως ἐλθὼν, καὶ προκινδυνεύσας ἵνα φθάσῃ, καὶ ἐξαγγείλῃ τὴν συμβουλὴν τοῦ τῶν Ἀλαμανῶν βασιλέως. Ἐκεῖνος γὰρ, ὃ καὶ πρότερον ὡς δεδήλωται, παρακινῶν καὶ διεγείρων τὸν βασιλέα ἡμῶν πρὸς τὸ σπουδάσαι ποιῆσαι τὴν ἕνωσιν, παρ' οὗ καὶ οὕτως μεγίστων ἀγαθῶν καὶ ἀμοιβῶν ἀπολαύσειν ἤλπιζε, συνεβούλευσε νῦν καὶ γράμμασι καὶ λόγοις διὰ τοῦ δισυπάτου, μὴ πρὸς τοὺς Λατίνους ἀπελθεῖν κατὰ τὸν παρόντα καιρόν. ἀλλ' ὡς ἔοικεν, οὕτως ἐγκατελείφθημεν, ὥστε ὁρῶντες μὴ βλέπειν, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιέναι, μήποτε καὶ συνετῶς ἐνστάντες, τὴν ἐκκλησίαν ἡμῶν ἄσπιλον διασώζοιμεν.

nes, cujus hic crebra eſt facta mentio, Patriarcham his fere verbis aggreſſus eſt: In hac civitate jam traxi moras duorum annorum; & quantum excurrit: & Sanctitatis Veſtræ emolumentum, Imperatoris, & Urbis; mihi ſemper fuit intimo cordi promovere: Et ſi prima exordia impenſarum ipſe projecerim, quibus veſtri Patres, à diverſis terrarum oris huc ad Synodum confluerent, & omnes mihi notos aut ullo vinctos neceſſitudinis jure; ad hanc Synodicam expeditionem extimulaverim, æquum eſt æſtimare me veſtram gentem, ut inſigni affectu ſemper reveritum, ita nunquam ab Italicâ profectione antehac abhorruiſſe. At nunc ſingulis perpenſis, eo obſervantiæ & gratitudinis ſenſu contactus ſum, ob ſingularem caritatem, quam ergà me jam dudum ultra mea merita exercuiſtis; ſimul & veſtri commodi ac honoris conſervandi percupidus ſuadeo, ut nunc ſe res habent in Italiâ, nec vobis tutũ eſſe, nec honorificũ, vel ad nos, vel ad Papam iter inſtituere. Hæc Imperatori liquido præmonſtrata retuli: & nunc eadem eximiæ Sanctitati Veſtræ occinere non detrectabo; qui fideliſſima, & non vulgari venerationis ac amicitiæ cultu utrumque veſtrûm proſequor.

In his pervolavit ad nos alter Biſconſulum Dom: Manuel, ab Imperatore Sigiſmundo; qui continuum quadraginta dierum iter, ex Hungariâ per Serviam & Macedoniam pernicibus equis emenſus eſt: magnâ incitatione animi contendens noſtra conſulta antevertere, ut Imperatoris Germanorum ſalubria monita ad noſtrum Imperatorem maturè perferret: Nam Sigiſmundus, ut antea declaravimus, noſtrum Imperatorem perpetuis expergefecit aculeis, ut unioni cum Latinis conflandæ totis viribus incumberet: quæ labores ejus maximos ſola ſummis beneficiis, etiam ultrà ſpem & vota ampliſſima, compenſare poſſet: At nunc in plane contrariam ſententiam immigravit Sigiſmundus: conſuluitque & literis ſcriptis, & mandatis inſuper oretenus per Biſconſulem: Nobis eſſe abſtinendum ab omni profectione in Italiam, ut nunc rerum gerundarum momenta, & temporum viciſſitudines procurrunt: Nos vero tam perverſæ indolis, tam depravati ingenii natura in mundum tulit, ut nec perſpecta oculis diſcernere poſſemus, nec auribus percepta intelligere, nec noſtræ utilitati prudenter inhærentes, & aliorum inſidiis præcaventes, Eccleſiam ſaltem noſtram omni labe immunem ac intemeratam conſervare.

τμῆμ. γ. Κεφ. ιδ.

Οἴμοι ὅτι οὐδ' ἀμυδρῶς γοῦν ἐκτραγῳδῆσαι τὴν ἐμπεσοῦσαν ἡμῖν τῶν δεινῶν συμφορὰν ἔξεστιν, ἐπεχομένης καὶ τῆς χειρὸς καὶ τῆς γλώττης τῷ μεγέθει τῶν δυσχερῶν, καὶ τῇ ἀνοίᾳ τε, καὶ αἰσχύνῃ τοῦ γένους. οὕτω γὰρ εἰπεῖν εὐπρεπέστερον. οὐ μό-

SECT. III. CAP. XIV.

Hei mihi! quam cuperem ut vel occultis ſingultibus, & in pectoris ſcrinio reconditis noſtra fata plangere liceret, vel in Theatro Mundi, ſpectante toto mortalium genere, calamitates ac infortunia tragicè decantare! ſed magnitudo eventuum infœliciſſimorum, imperitia, & ignominia meorum popularium, & calamum cohi-

οὐ μόνον γὰρ αἱ τῶν πολλῶν χριστιανῶν καὶ τῶν φίλων, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἐχθρῶν συμβουλαὶ συνεφώνουν.

Τοῦ γὰρ Ἀσὰν κυρίου Παύλου πρέσβεως σταλέντος τότε πρὸς τὸν Ἀμουρᾶν, εἶπον αὐτῷ οἱ Βεζίριδες, τί ἐνι τὸ κατεπεῖγον τὸν βασιλέα, καὶ ἀπέρχεται πρὸς τοὺς Λατίνους; εἰ ἔχει τινὰ ἀνάγκην, εἰπάτω ταύτην, καὶ ὁ αὐθέντης θεραπεύσει ταύτην. κρείττονα θεραπείαν εὑρήσει ἀπὸ τοῦ αὐθέντου παρ' ὃ ἀπὸ τῶν Λατίνων, καὶ πλέον συμφέρει τῷ βασιλεῖ ἡ φιλία τοῦ Ἀμουρᾶ, ἤπερ ἡ τῶν Λατίνων. παραιτησάσθω οὖν τὴν πρὸς Λατίνους ἀποδημίαν, καὶ εὑρήσει ὅπερ ἂν ζητήσῃ παρὰ τοῦ αὐθέντου. ἀλλὰ προέβαινεν ὃ ἀπέκειτο. καὶ πάντων αἱ συμβουλαὶ ὡς οὐδὲν ἐλογίζοντο. τὰς μὲν οὖν τῶν συνοδικῶν συμβουλὰς καὶ τὰ κάτεργα τούτων παρῃτήσαντο, καὶ ἀπέπεμψαν. μεθ' ὧν καὶ ὁ φρὰ Ἰωάννης ἀπεδήμησεν. οἱ δὲ ἡμέτεροι παρεσκευάζοντο μετὰ τῶν ἐκ τοῦ Πάπα κατέργων ἐκπλεῦσαι.

bent, & linguam obſtruunt. Quid enim aliud hominem tot circumdatum miſeriis deceat effari? Quando non ſolum univerſa gens Chriſtianorum, & amicorum noſtris partibus faventium, ſed & infenſiſſimorum hoſtium in eadem conſilia conſpiraverint?

Enimvero cum Dom: Paulus Aſanes, tunc temporis ad Amurathem Legatus aliquantiſper in aulâ Ottomannicâ perduraret: Baſſæ Turcici, ſeu primi Imperatoris conſiliarii, Aſanem interrogarunt, quid rei eſſet, quod veſtrum Imperatorem tantopere impulerit, ad Latinorum opem implorandam ſe convertere? ſi neceſſitas urgeat (inquiunt) exprimat mentem Imperatori noſtro, qui actutum ſubveniet: & opportuniora ſubſidia à noſtro Domino inveniet, quam à Latinis: & magis profuerit veſtro Imperatori fœdus ictum cum Amurathe, quam cum Latinis. Quare omni profectioni in Italiam renuntiet ac valedicat: Et quicquid à noſtro Imperatore petierit, majori cum fide & caritate præſtitum, quam à Latinis expectabit. Sed quod in fatis erat repoſitum, id duntaxat eventum habuit. Omnia omnium conſilia, amicorum pariter & hoſtium, in fumum evanuere: convocatis enim Synodalibus veniam deprecantur, & ipſos cum triremibus repudiant ac dimittunt. Quibuſcum & frater Joannes exiit ad ſuos, noſtroſque jubent in triremibus Papæ ad enavigandum brevi ſe accingant.

τμήμ. γ. κεφ. ιε.

Ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει τοίνυν συναθροισθέντων ἀρχιερέων, προσκαλεσάμενος ὁ Πατριάρχης ἰδίως τοὺς κρείττονας, πρὸς τὴν σύνοδον ἑτοιμάζεσθαι, ἀπελθεῖν κατεσκεύασε. καὶ αὐτοὺς μήτε τοῦ πατριάρχου βουλευσαμένου μετ' αὐτῶν ἢ πρότερον ὡς ἐχρῆν, ἢ καὶ νῦν, εἰ συμφέρει, καὶ εἰ πᾶσιν ἀρέσκει πρὸς Λατίνους ἀπελθεῖν, καὶ περὶ δογμάτων ἀγωνίζεσθαι, μήτε τῶν ἀρχιερέων αἰτησαμένων βουλεύσασθαι, καὶ εἰδέναι εἰ ἐπὶ συμφέροντι ἔσται τοῦτο τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας. εἰ γὰρ οὗτοι οἱ τὸ κρεῖττον μέρος ὄντες τῆς συνόδου, καὶ πλείονα τὴν ἰσχὺν, ὅσον ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ τῆς τάξεως διασώζοντες, βουλὴν περὶ τῶν τοιούτων ἐζήτουν. εἴχομεν ἂν καὶ ἡμεῖς τὰ δέοντα συνεισενεγκεῖν. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀδελφοί, οὐκ ἀπήτησαν μετὰ τοῦ σφῶν ἀδελφοῦ βουλεύσασθαι, πῶς οἱ υἱοὶ τῷ πατρὶ ἐζήτουν βουλεύεσθαι; καὶ εἰ οἱ ἀδελφοὶ εἵποντο, ἐξ ἀνάγκης παρείποντο, καὶ οἱ υἱοὶ ἑκόντες ἀέ-

κον-

SECT. III. CAP. XV.

Præſulum igitur in civitatem collectorum, primoribus ad ſe vocatis, ſuadet Patriarcha ut ſe properè ad peregrinandũ inſtruant: cum nec anteà Patriarcha cum Epiſcopis deliberaſſet, ut decuit, ſed ne tum quidem cum vocarentur, an omnibus conveniret, an omnibus perplaceret migrare ad Latinos, & cum illis de dogmatibus relligionis controverſari: nec Epiſcopi conſiliũ à Patriarchâ poſtulaſſent, ut ſciant an ea profectio in Eccleſiæ noſtræ commodũ eſſet redundatura. Nam ſi illi in Synodo futuri, pars prior & potentior, propter ſublimem venerationem, & eminentiam loci, quâ cæteris præfulgebant, de his in aliquo peculiari conventu dubitare deſideraſſent, nacti eſſemus opportunitatem & nos noſtram conferendi ſymbolam. Et ſi fratres à fratre germano iſtiusmodi Concilium non petierunt, in æquo & pari conſiſtentes, quâ fronte cum parentibus filii inæqualia capita conjungere efflagitabunt? Et ſi fratres neceſſitate coacti ad comitandum pertrahebantur, inferiorem turbam omnino oportebat, obtorto collo, velint, nolint, tanquam filios patribus, vel potius tanquam agnos gregibus obſecundare.

Sed

κοντί γε θυμῷ κατὰ τὸν ποιητήν· ἢ μᾶλλον εἰπεῖν παρείποντο τῷ ποιμένι ὡς ἄρνες.

Τότε καὶ ἀρχιερεῖς ἐχειροτονήθησαν, ὁ κύριος Μάρκος Ἐφέσου, ὁ κύριος Διονύσιος Σάρδεων, καὶ ὁ κύριος Βησσαρίων Νικαίας. ἵν᾽ ὡς πρόκριτοι παρῶσιν ἐν τῇ συνόδῳ. ἐκ γοῦν τῶν ἀρχιερέων ὅσους ἐξελέξατο ὁ πατριάρχης, καὶ παρεγένοντο εἰς τὴν σύνοδον, εἰσὶν οὗτοι, ὁ Ἐφέσου, ὁ Τραπεζοῦντος, ὁ Ἡρακλείας, ὁ Κυζίκου, ὁ Σάρδεων, ὁ Νικομηδείας, ὁ Νικαίας, ὁ Τορνόβου, ὁ Μονεμβασίας, ὁ Λακεδαιμονίας, ὁ Ἀμασείας, ὁ Μιτυλήνης, ὁ Σταυρουπόλεως, ὁ Μολδοβλαχίας, ὁ Ῥόδου, ὁ Μελενίκου, ὁ Δράμας, ὁ Γάννου, ὁ Δρίστρας, ὁ Ἀγχιάλου. ἦλθε δὲ ἐκεῖσε καὶ ὁ Ῥωσίας μετὰ καὶ ἑνὸς ἐπισκόπου. οὗτοι οὖν ἀπῆλθον, καὶ παρῆσαν ἐν τῇ Συνόδῳ. τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν προσκληθέντων, καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐλθόντων ἀρχιερέων, κατέλιπεν ἐνταῦθα ὁ πατριάρχης, μήτε τίνος χάριν προσεκλήθησαν, εἰπὼν πρὸς αὐτούς, καὶ διά τι οὐκ ἀπέρχονται καὶ μετ᾽ αὐτοῦ; μήτε γνώμας δοῦναι περὶ τοῦ προκειμένου ἀπαιτήσας αὐτούς.

Ἐκ δὲ τῶν ἀρχόντων τῆς ἐκκλησίας ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας σκευοφύλαξ, ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης, ὁ καὶ τῶν παρόντων συγγραφεύς, ὁ πρωτέκδικος, ὁ νομοφύλαξ, καὶ οἱ ἑξῆς ὀφφικιάλιοι ἄρχοντες πάντες σχεδὸν πλὴν τοῦ ἱερομνήμονος, κατασχούσης αὐτὸν ἐνταῦθα νόσου πολυημέρου, καὶ δυσθεραπεύτου. ἐκ δὲ τῶν ἱερομονάχων ὁ πνευματικὸς κύριος Γρηγόριος ὁ ἡγούμενος τοῦ Παντοκράτορος, ὁ ἡγούμενος τοῦ Καλέως, ὁ ἡγούμενος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἱερομόναχος ὁ κύριος Παχώμιος, ἱερομόναχος ὁ κύριος Μωϋσῆς ἐκ τῆς Λαύρας, ἱερομόναχος ὁ κύριος Δωρόθεος ἐκ τοῦ Βατοπαιδίου. οὗτοι ἦσαν οἱ ἐκ τοῦ μέρους τῆς ἀναλολικῆς ἐκκλησίας τὴν σύνοδον ἐκπληροῦντες, καὶ οὐ πλείους. παρῆσαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας, ὡς εἴρηται, καὶ ψάλται, καὶ πᾶς ὁ κλῆρος σχεδόν, καί τινες ἱερομόναχοι καὶ μοναχοί.

Sed & circa hæc tempora ad sacras infulas, & Episcopale pedum promoventur Marcus Eugenicus Ephesi, Sardium Dionysius, & Bessario Nicææ Episcopi: ut tanquam primipilares & Antesignani, pro reliquâ Græcorum multitudine, & religione patriâ, contra Latinos in prima acie depugnent; omniumque Præsulum & Episcoporum, qui electi à Patriarcha in Synodicos Patres, ad Synodum pervenerunt, hic census perhibetur: Ephesi, Trapezuntis, Heracleæ, Cyzici, Sardium, Nicomediæ, Nicææ, Tornobi, Monembasiæ, Lacedæmoniæ, Amasææ, Mitylenes, Stauropoleos, Moldoblachiæ, Rhodi, Melenici, Dramæ, Ganni, Distræ, Anchiali, Episcopi: venit & ex Russiâ Isidorus Metropolitanus, uno Episcopo comitatus. Et hi omnes generalem Synodum in Italiâ frequentarunt. At reliquos Præsules invitatos Constantinopolin, & qui Constantinopolin accesserunt, Constantinopoli deseruit Patriarcha, nec quorsum invitarentur, satis explicata ratione, nec quorsum cum illo non peregrinarentur: nec omnino sententias proferre de hoc negotio aut jubentur aut permittuntur.

E principibus Ecclesiæ delecti sunt Magnus Sacellius seu Thesaurarius, Magnus Scevophylax, seu Sacrarum Vestium Custos, M. Scriniarius seu Chartophylax: M. Ecclesiarcha, hujus Historiæ autor: M. Protecdicus, seu Patronus confugientium ad gremium Ecclesiæ, & Nomophylax, Canonicarum Legum Enarrator; cæterique propemodum omnes, in suis ordinibus ac provinciis administrandis Principes, Ecclesiæ Officiales, excepto uno Patriarchæ Memoratore & Anamnestâ, qui diuturno, & vix sanabili morbo conflictatus, iter ferre non valuit. Ex consecratis Monachis Dom: Gregorius Pœnitentiarius, Monasteriorum Omnipotentis, Calei, & Sancti Basilii Abbates seu Præsidentes: Consecrati Monachi alii, sed sine præfecturâ, Dom. Pachomius, Dom. Moses ex Laurâ, Dom. Dorotheus ex Batopædio: totidem: & nec plures, nec pauciores, Orientalis Ecclesiæ partes in Synodo suppleverunt: aderant & præter recensitos Principes Ecclesiæ, Psaltæ, cum toto Clericorum choro, & nonnulli insuper alii Monachi consecrati, & sub simplici voto Monachi.

τμήμ. γ. Κεφ. ις.

Τούτοις τοίνυν καὶ τοῖς λοιποῖς παρεκελεύσατο ὁ πατριάρχης τοῖς μὲν δι' ἑαυτοῦ, τοῖς δὲ καὶ δι' ἑτέρων ἑτοιμασθῆναι ἀρχοντικῶς, καὶ ἐντίμως ἀπελθεῖν πρὸς τὴν Ἰταλίαν, ὡς οὕτως ἀποδεχομένου τοῦ βασιλέως. Ἐν ἐκείναις δὲ ταῖς ἡμέραις καθημένου τοῦ πατριάρχου, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀποδημίαν διεξιόντος, παρόντων καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων τινῶν, πρὸς δὲ καὶ ἡμῶν καὶ πάντων δεινὴν ἡγουμένων τὴν μετὰ τῶν Λατίνων συνέλευσιν καὶ συζήτησιν, καὶ δειλιώντων μὴ καὶ περὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν τίνες κινδυνεύσωσιν, ὁ πατριάρχης μηδεμίαν ἡμᾶς ἔχειν δειλίαν παρηγγυᾶτο. ἔλεγε γὰρ πολὺ θάῤῥος ἔχειν καὶ πληροφορίαν, καὶ ἀπὸ γραμμάτων καὶ ἀπὸ λόγων τῶν ἐρχομένων ἐκεῖθεν.

Ὡς ἀπελθόντων ἡμῶν ἐκεῖσε σὺν Θεῷ ὑποδέξονται πάντας μετὰ πολλῆς τιμῆς καὶ ἀγάπης, καὶ μεγάλως θεραπεύσουσιν ἡμᾶς, καὶ ἕξομεν πᾶσαν ἄδειαν καὶ ἐλευθερίαν λέγειν ἅπερ ἂν ἐθέλωμεν. καὶ ἀποδείξομεν τὴν ἡμετέραν δόξαν, τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, καθαρωτάτην καὶ λαμπροτάτην. καὶ ὅσον εἰς τὰ περὶ τῆς δόξης διδάσκαλοι ἐκείνων φανήσονται οἱ ἡμέτεροι, καὶ πεισθήσονται, καὶ στέρξουσι τὴν ἡμετέραν δόξαν, καὶ οὕτως ἑνωθησόμεθα. πόσων οὖν ἀγαθῶν καὶ στεφάνων ἄξιοι ἐσόμεθα, εἰ τοσοῦτον ἀγαθὸν δι' ἡμῶν γένηται, συναιρομένου θεοῦ; εἰ δὲ τὸ ἡμέτερον οὐ στέρξουσι, πάλιν ὑποστρεψόμεθα λαμπροὶ, λαμπρῶς θεοῦ χάριτι κηρύξαντες τὴν ἀληθῆ δόξαν, καὶ τὴν ἡμῶν κρατύναντες ἐκκλησίαν, καὶ μηδέν τι τῆς ἀληθείας παρασαλεύσαντες.

Εἰ δὲ καὶ πρὸς βίαν χωρήσουσιν, ἡμεῖς μὲν οὐδ' ὅλως τῆς πατρίου καὶ ὑγιοῦς ἡμῶν δόξης ἐκκλινοῦμεν, κατ' ἴι, κἂν βασάνους ἡμῖν ἐπαγάγωσιν, ἀλλὰ πάντ' ἂν ὑποσταίημεν, ἢ παρασαλεῦσαι τι ὧν παρελάβομεν ἔκ τε τῶν ἁγίων καὶ Οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων. καὶ ἢ μαρτυρικῶς τελειωθησόμεθα, ἢ μάρτυρες ἐσόμεθα τῇ προαιρέσει. καὶ τί κρεῖττον ἔσται τοῦ γενέσθαι με ὡς τὸν ἅγιον Γεώργιον, ἢ ὡς τὸν ἅγιον Δημήτριον; Ὁπότερον δ' ἂν ἐκ τῶν τριῶν γένοιτο, μεγάλην δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ σωτηρίαν ψυχικὴν ἡμῖν προξενήσει. Διὸ λέγω

SECT. III. CAP. XVI.

Hos, cæteroſque iſtorum ordinum quorum intererat, non deſtitit quotidie Patriarcha exacuere, partim ipſe adhortando, partim per alios ſubmonendo, ut ſe cultu ſplendido ac magnifico exornent, quemadmodum decet Eccleſiæ Principes, ituros in Italiam: id enim non modo Patriarcham exigere, ſed Imperatorem exſpectare. Et ſemel tum temporum contigit, Patriarcham in ſolio reſidentem, adſtantibus aliquot Prælatis, nobiſque Eccleſiæ Principibus, quæ ad noſtram peregrinationem ſpectabant prolixè & ſigillatim percurrere. Et cum nos omnes conſternatos animadverteret, ut rem oneroſam, defugere congreſſum cum Latinis, & capitum fidei ventilationem; quin & nonnullos perterritos cohorreſcere, quaſi in manifeſtum vitæ periculum conjicerentur, metum omnem deponere juſſit Patriarcha, & juſtę formidinis nullam ſubeſſe rationem, acriter interpoſitâ fidejuſſione ſpoſpondit: ſed è contrà ingentem ſpem, confidentiam, & alacritatem colligere nos debere, ex omnibus literis ac ſermonibus, qui illinc ad nos pervolant.

Quanto cum honore, laude ac caritate, ubi ſemel in eorum Terras trajiciemus, univerſi amplexabuntur? quibus officiis nos proſequi, quo cultu, quâ obſervantiâ nos demereri ſtudebunt? conceſſa omni veniâ ac libertate, quælibet argutandi. Tunc adjuvante Chriſto noſtram religionem puriorem aſtris coruſcare in meditullio Italiæ faciemus. Et quantum ad dogmata, eorum Doctores ita nobiſcum in eandem ſententiam deſcendent, ut plane noſtri eſſe apparuerint: tum noſtris aſſentientibus, quicquid propoſitum erit, omnes in univerſum conſtabilient, & dicto ocyus Unio perfecta conſummabitur. Et quibus ſertis ac coronis redimiri in omnem æternitatem merebimur, ſi noſtrâ operâ tam ingens beneficium, in Chriſtianum orbem poſſit derivari? Quod ſi è longinquo ſtabunt, & in noſtras deſpuent opiniones, invicti tamen & illuſtres redibimus, ſi Deus gratiam impertiet; & cum triumpho gloriabimur, à Veritatis ſtadio non deflexiſſe, ſed noſtram Eccleſiam illibatam, religionem Orthodoxam, fidemque tot ſeculis approbatam, animoſe ac fortiter aſſeruiſſe.

Aut ſi vim nobis intentabunt, ne minimum apicem demittemus noſtræ religionis puræ ac defæcatæ, quam tot proavorum, tot ætatum decurſus nobis propagavere; nec ſi tormenta in nos, & equuleos juſſerint expediri, tanquam in hæreticos ac parricidas. Omne generoſum martyrium, aut certamen pro Chriſto ſubire decretum eſt, quam eorum quidquam tranſgredi, quæ nobis à Synodis generalibus, & Sanctis Eccleſiæ

λέγω, ἵνα δῶμεν τὴν πρὸς τὸ θεῖον ἔργον τοῦτο προαίρεσιν καὶ προθυμίαν ἡμῶν τῷ θεῷ, καὶ καταφρονήσωμεν καὶ κόπων καὶ κινδύνων ὑπὲρ αὐτοῦ. κἀκεῖνος δώσει τὴν ἔκβασιν τοῦ πράγματος ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ συμφέροντι. Ἀλλ' ὅμως οἴδατε ὅτι ἐγὼ ἤμην ὁ δυσχεραίνων ἀεὶ πλέον πάντων ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, καὶ μήδ' ὅλως συντιθέμενος πρὸς τὸ ἀφικέσθαι ἐς Ἰταλίαν. Νῦν δὲ ὁρᾶτε πῶς παρέβλεψα πᾶσαν δυσχέρειαν καὶ δειλίαν, καὶ ἐγενόμην πρόθυμος εἰς αὐτό. νομίζω οὖν εἶναι καὶ τοῦτο τὸ Θεοῦ.

clesiæ Doctoribus hucusque tradita sunt: atque vel moriemur Martyres consummati, vel saltem vivemus in voto, ac spontaneâ voluntate martyres. Et quid optabilius, quid gloriosius, quam eam palmam victoriæ immarcessibilem obtinere, iisque coronari laureolis, quibus S. Georgius, & S. Demetrius æterna capita circumcingunt? Eveniat igitur ex illis tribus quodcunque possit, salvi erimus. Seu enim nos amplectantur, seu repudient, seu violentas manus injiciant, seu vivendum nobis, seu moriendum, non poterimus honore, existimatione, ac perenni animarum salute defraudari. Quare, eia agite, excutite socordiam, induite animorum promptitudinem ac propensionẽ, ad hoc cæleste opus peragendum: contemnite labores & pericula, subvenite Christo, qui exitum dabit nostræ utilitati accommodatissimum. Sed & illud in memoriam revocetis velim, quam ego præ omnibus aliis huic negotio obluctatus, mentem ægram & indignabundam, ad Italicam profectionem semper attulerim: nunc in planè diversum vergere me cernitis, & ablegata omni formidine ac difficultate, omnium mortalium promptissimum accedere; nec id mihi sine Numinis afflatu contigisse credibile puto.

τμήμ. γ. Κεφ. ιζ.

Ταῦτα εἶπε καὶ εἰς πολλοὺς καὶ πολλάκις ἑτοιμαζόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἀποδημίαν διεγείρων ἡμᾶς. καὶ ἀπελευσόμεθα, ἔλεγε, καὶ ὑποστρέψομεν νικηταὶ, τροπαιοῦχοι. Ἀλλὰ καὶ τοῖς μὴ προαιρουμένοις, ἢ καὶ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, σφοδρῶς ἠπείλει, καὶ τὰ δεινότατα κατ' αὐτῶν ἔλεγε πράξειν εἰ μὴ ἕποιντο. τοῖς δὲ λέγουσι μὴ δύνασθαι ἀπελθεῖν διὰ τὸ περιπεσεῖν χρέεσιν, ἔφασκε μᾶλλον ἐλθέτωσαν, ἵν' ἐκεῖθεν καὶ τὰ χρέα αὐτῶν ἀποπλήσωσιν. Εἰπόντος δὲ τοῦ Ἡρακλείας, ἰδοὺ, ἀπέρχεται ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, λοιπὸν ἀκολουθοῦμεν σοι καὶ ἡμεῖς. ἐπεὶ δὲ ἐσμὲν καλόγηροι, δεῖ καὶ καλογηρικῶς ἀποδημῆσαι ἡμᾶς μετὰ τῶν ῥάσων, καὶ τῶν μανδύων, καὶ καλογήρων, καθὼς ἔχομεν. τί δεῖ ἡμῖν ἀρχοντικῶν καὶ φιλοτίμων παρασκευῶν; ὁ πατριάρχης ἔφη πρὸς αὐτὸν, καλῶς λέγεις, εἴπερ ἤθελεν οὕτως ὁ βασιλεύς. ἀλλ' ἐκεῖνος θέλει ἵνα ἡ Ἐκκλησία ἡμῶν ἀπέλθῃ ἐκεῖσε ἐντίμως. Φησὶ γὰρ, ὡς εἰ μὲν ἐντίμως ἐκεῖσε φανῇ, τιμηθήσεται καὶ παρ' ἐκείνων, καὶ ἡμῖν τίμιον ἔσται. εἰ δὲ πενιχρῶς ὀφθῇ, καταφρονηθήσεται, καὶ ὡς οὐδὲν παρ' ἐκείνοις λογισθήσεται. καὶ εἶπεν ὁ Ἡρακλείας, λοιπὸν δότε ἡμῖν ἐξόδους ἱκανὰς, ἵν' ἑτοιμασθῶμεν ὡς θέλετε.

Sect. III. Cap. XVII.

Hæc & hujusmodi multa, multis & multoties inculcavit Patriarcha, ingenti amore ac desiderio hujus peregrinationis obeundæ, omnium corda ac medullas accendens: Et, ibimus, inquit, redibimusque; ibimus cum discrimine, redibimus cum victoria & trophæo. At quos avertere aures ab ejus placitis, & jugo collum retrahere cernebat, iis graviter increpitis, extrema mala denuntiabat, nisi sequerentur. Et si qui forte se ære alieno pressos, etiam ultrà facultates confiterentur, nec iter capessere, nec nummulariorum foro discedere posse, suasit eò potius ad Italiam festinare, ut illinc hauriant opulentiam, quâ contractâ debita dispungant. Et cum semel inter colloquendum Heracleënsis Prælatus Patriarchæ subinnuisset: Ecce, Tua Sanctitas eximia Italiam adibit honorificè instructa, propter superlativum gradum, & transcendentem eminentiam. At nos, qui in tuo comitatu pone subsequimur, Monachos oportet, cum sagulis & togis accedere crassioribus; quid opus est Dalmaticis & manuleatis ornamentis regalibus, ad pompam mundanam, & ambitionem quæsitis? Non est intempestivum quod subornas, respondit Patriarcha, si temporis ratio postularet, aut Imperator pateretur: qui mandat universum nostrorum Clericorum armamentarium ad splendorem & magnificentiam componi. Nam si nostra Ecclesia in eorum conspectum honorabilis & decora primùm apparebit, venerationem ab iis consequetur, & cultum, qui in nostram gloriam plurimum cedet: si ut

Ὁ δὲ πατριάρχης παρεκελεύσατο ἑτοιμασθῆναι καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη πάντα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. δυσχεραινόντων δὲ ἡμῶν καὶ ἐπὶ τούτῳ, καὶ λεγόντων, τίς ἡ χρεία τῶν τοσούτων ἱερῶν σκευῶν; ἢ ἐν ποίας τραπέζης μεγέθει ἁπλωθήσονται τὰ τοιαῦτα ἱερὰ τραπεζόφορα; ἢ κατὰ τί συμφέρει κινδυνεύειν καὶ ταῦτα; καὶ εἰ συμβῇ τι παραχωρήσει Θεοῦ, ζημιωθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ στερηθῆναι τοσούτων καὶ τοιούτων ἱερῶν κειμηλίων. εἶπεν ὁ πατριάρχης, ὅτι δώσουσιν ἡμῖν ἓν μοναστήριον, ἐν ᾧ ἔσται καὶ ναὸς μέγας. κἀκεῖ χρήσιμα φανοῦνται ἡμῖν ταῦτα τὰ ἱερά. θαῤῥῶ δὲ ὅτι διακομίσομεν ἐντεῦθα, πάλιν αὐτὰ καὶ μετὰ προσθήκης. εἰ δὲ ἕτερόν τι συμβῇ, συγκινδυνευέτω ἡμῖν καὶ αὐτά. ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν θαλαττίων κινδύνων αὐτά τε καὶ ἡμᾶς πειραθῆναι, τὴν πεῖραν ἔλαβον ταῦτα τοῦ ναυαγίου.

Ἐπὶ ξηρᾶς ἔτι εὑρισκόμενα ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. τρία γὰρ τῶν σαθρωθέντων ἱερῶν ῥιπιδίων, ἀντὶ τοῦ ἑδρασθῆναι καὶ εὐτρεπισθῆναι, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ηὐτρεπίσθησαν, πρὸς τὸ ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης τίθεσθαι, καὶ τὰ ζωοποιὰ καὶ φρικτὰ καὶ ἄχραντα περικαλύπτειν καὶ ῥιπίζειν μυστήρια, κατὰ τὸν τύπον τῶν θείων ἑξαπτερύγων τῶν τῷ Θεῷ παρισταμένων, καὶ τῶν πτέρυξι τὰ πρόσωπα καὶ τοὺς πόδας ἑαυτῶν κατακαλυπτόντων, τὰ δὲ εἰς διβάμβουλον μετεσκευάσθησαν. τῆς μορφῆς τῶν ἑξαπτερύγων ἀποπτάσης, ἢ ἀπελασθείσης εἰπεῖν ἐξ αὐτῶν. καὶ ἀντὶ τοῦ θείᾳ ἐναποτίθεσθαι τραπέζῃ, ὡς ἱερὸν ἀνάθημα, τὸ δὲ λαμπαδουχοῦν περιάγεσθαι ὧδε κἀκεῖσε, καὶ ὡς ἔτυχεν ἀποτίθεσθαι καὶ ῥιπτεῖσθαι. προοίμιον εἶπεν ἄν τις τοῦτο τῆς ὅσον οὔπω γενησομένης παρατροπῆς τοῦ καθαροῦ καὶ ἀκιβδήλου τῆς ἐκκλησίας δόγματος, καὶ τῆς καταστροφῆς τῆς ἐκ τῆς ἀδιαφορίας τῶν προεστώτων φεῦ αὐτῆς ἐπακολουθησούσης!

paupertina, in exiguo nitore, & ſimplici mediocritate, contemptibilis ab illis proteretur. Dependat igitur Imperator vectigal ſat redundans & copioſum, replicuit Heracleenſis, ut tali apparatu ſuccincti, & Imperatori perplacere, & Italis præfulgere valeamus.

Patriarcha vero ut magnificentiæ ſuæ ſtudium commendet, juſſit omnia utenſilia magnæ Eccleſiæ attolli, & in expeditionem convaſari. Infrementibus autem nobis ac ſciſcitantibus; Cui bono, vaſa tot, tam grandia, tam pretioſa, in tam longas regiones tranſvehere? & quibus illic in aris diſtendentur? quis menſæ ambitus tam capax, ut tam ampla ſacrificiis recipiendis vaſcula comprehendat? Et quid attinet, ut illa naufragii periculum adeant, ſi Deus tempeſtatem immittat, ut vel illiſa ſcopulis, vel in rupes acta, profundo ſubmergantur; & Eccleſia male mulctata, tot monumentis privetur? Patriarcha reſpondit: Ab Italis impetrabimus Monaſterium aliquod percelebre, cum auguſtiſſimâ intus æde ſacrâ, ubi vaſa ordine explicata, noſtro uſui percommoda videbuntur: & niſi mea mens male auguretur, eadem reportabimus numero auctiora: quin & ſi fata velint, ut tempeſtas ingruat, & quid adverſi contingat; nobiſcum unà, bonis avibus periclitentur vaſa Dei, cum Dei miniſtris. Verum antequam aut illa, aut nos ſævitiam ventorumque & maris experiremur, terreſtri vix naufragio enatarunt.

Nam dum adhuc in Sanctiſſimâ Eccleſiâ magnâ, vaſa perſiſterent, tres forte pyxides vetuſtate collapſæ ac deformes venerunt reſarciendæ: & pro eo quod refici debuerunt, ac ſuis ſedibus reſtitui, pares ejus ſpeciei reliquis, ut ſimul extantes in ſacro altari, vivifica, tremenda, & intaminata ſemper Sacramenti myſteria ſubumbrarent, ad ſimilitudinem cæleſtium Angelorum, qui ſex alis potiti, ac divinæ Majeſtati ſemper obverſantes, capita & pedes præ verecundiâ obnubilant: ſed hæ in aliam formam migrare juſſæ ab artifice, tres pyxides in unam, ſed eandem & geminam ampullam prodiere: vel avolantibus alis, ut ita loquar; vel ſuam ipſorum formam abigentibus Angelis. Verum cum jam Ampulla eſſet Altari admovenda, tanquam novum donarium, contus lampadis cui Ampulla infigebatur, cępit hac illac vertigine reciprocâ motitare, & ſacræ menſæ male applicatus, Ampullam prope Altaris crepidinem effudit in terram. Quod ut infeliciſſimæ Tragœdiæ procemium, everſionem noſtræ Eccleſiæ puræ ac incorruptæ, dogmatumque omnium cataſtrophen prænuntiavit; quæ per dolum & fraudem, & ſupinam ignaviam virorum nos gubernantium, mox (eheu!) inſecuta eſt.

τμήμ. γ. Κεφ. ιη.

Ἀλλὰ καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς πολλοὺς ἐκείνους χρυσίνους λαβών, οὓς ὁ Ῥωσίας κῦρος Φώτιος τῷ παντοκράτορι Χριστῷ ἀφιέρωσεν, εἰς ἰδίας ἐχρήσατο οἰκονομίας. καὶ ἐξ αὐτῶν χρυσόπαστον ἐπίβλημα τῷ ἰδίῳ κοιτῶνι κατεσκεύασε, καὶ τῶν ὀχημάτων αὐτοῦ ἐφεστρίσι χρυσοπάστοις σκέπη μετὰ χρυσορρόϊσκων, ἵν' οὕτω πομπῶν ἐν Ἰταλοῖς μέγας βασιλεὺς παρ' ἐκείνων νομίζοιτο. τοιούτοις ἐξιτηρίοις δώροις δεξιωσάμενοι τὸ θεῖον, οἱ ἡγεμόνες ἡμῶν ηὔξαντο, ὅτε τῆς Κωνσταντίνου ἐξέλθοιεν. οὕτως ὁ κρατῶν τῷ παντοκράτορι ἀπεδίδου τὰ εὐχαριστήρια. καίτοιγε καὶ παρακλήσεις ἔψαλλον παμπληθεί, ἔν τε τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τῶν Ὁδηγῶν, καὶ ταῖς ἐν ταῖς ὑμνῳδίαις αἰτήσεσι προσέθηκαν, τὸ ἔτι δεόμεθα, ὑπὲρ εἰρήνης, εὐοδώσεως, διορθώσεως, καὶ ἑνώσεως τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ. ἡμεῖς δὲ ἐλέγομεν, ὡς ὁ καταφρονηθεὶς παντοκράτωρ, πῶς ἂν οἴει εὐοδώσαι τὰς πράξεις τῶν τὰ αὐτοῦ ὑφελομένων; εἰ δὲ μέμφοιτό μοι τις ὡς καθαπτομένῳ τινῶν, μὴ τῆς ἐμῆς προαιρέσεως ἴδιον, λογιζέσθω τοῦτο. τῶν γὰρ διαπραξαμένων, οὐ τοῦ διηγουμένου τὸ πταῖσμα τυγχάνει. οἱ δὲ ἐκ τοῦ Πάπα ἐπείθεντο τοῖς ἡμετέροις πρὸς τὴν ἐξέλευσιν κατεπείγοντες, καὶ τὰς ιε χιλιάδας τῶν φλωρίων εἰς τὰ βασίλεια διεκόμισαν, καὶ ὁ βασιλεὺς διεμηνύσατο τῷ πατριάρχῃ, ἵνα λάβῃ τὰς ἓξ χιλιάδας, καὶ διανείμῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ εἰς τὴν σύνοδον ἀπερχομένῃ. ὁ δὲ Πατριάρχης ἀπεκρίθη δι' ἡμῶν, ὅτι πολλάκις ὥρισεν ἡ ἁγία βασιλεία σου, ἵνα ἐπιμαθῶσιν οἱ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἀρχοντικῶς καὶ ἐντίμως, νῦν δὲ ὁρίζεις ἵνα λάβωσι τὰς ς, ἅσιν οὖν ἀρκέσουσιν αὐταὶ πρὸς οἰκονομίας ἐντίμους τῇ ἐμῇ ἰδιότητι, σὺν τοῖς ἐν τῷ κελλίῳ μου τοῖς ἀρχιερεῦσιν, ἢ τοῖς ἄρχουσι τῆς ἐκκλησίας; πῶς οἰκονομηθήσονται δι' αὐτῶν ὡς δεῖ καὶ ἀρχοντικῶς; ἢ τίνος χάριν ἀπὸ τῶν ιε χιλιάδων τὰς ς ληψόμεθα; ὁ καθόλου ἀγὼν τῆς τοιαύτης πράξεως πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐστί, καὶ εἰς αὐτὴν ἀναδραμεῖ, καὶ ἡ ἀνάγκη καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων. ἐχρῆν οὖν, καὶ τὰ πλείω τῶν φλω-

SECT. III. CAP. XVIII.

At Imperator ſacrilegè diripiens haud mediocrem auri ſummam, quam Ruſſiæ Metropolitanus Dom: Photius, omnipotenti Chriſto donum immortale conſecraverat, in privatos uſus inaniter conſumpſit. Ac primò lectum ſtravit, toralibus multo auro intertextis: dein vehiculorum jugales integumentis amiciit variegatis auro, cum corymbis ac bullis totis ex auro, ab omni fimbriâ uſquequaque pendentibus: Ut pompa circumductus noſter Imperator, Italiæ populis aliquis deauratus Jupiter crederetur, aut Crœſus ex opulentâ Lydiâ. Hæc vota pro itu: His ſacrificiis auſpicari diſceſſum placuit, his muneribus ac donis, Dei miſericordiam promereri, noſtri profani principes inſtituere, cum urbe Conſtantinopoli egrederentur. Et ille qui ſola ope Dei Omnipotentis, inter mortales regnavit, hac gratâ animi teſtificatione, Dei beneficia compenſare voluit. Veruntamen ſolennes ſupplicationes, cum univerſâ plebe, circà civitatem in gyrum ductâ cantillarunt: Primò, in ſanctiſſimâ Eccleſiâ magnâ, dein in venerabili Monaſterio Hodegorum. Et ad ſingulas preces hymnicas ſemper id adjecerunt, in fine: Inſuper te oramus, pro pace, pro expedito itinere, proſpero ſucceſſu, Reformatione ac Unione Eccleſiarum Chriſti. At nos iiſdem tum replicuimus: Et quod iter, quem ſucceſſum omnipotens Deus contemptui habitus, impertire poſſit eorum hominum conatibus, qui Deum ſuo jure manifeſto fraudant? Et ſi fortaſſe alicui Momo meam hic moderationem carpendam offero, quod ultra ſcamna proſiliam argumenti, acrius in nonnullos quam par eſt invectus: Sciatis, velim, culpam non in perſtringente, ſed in perpetrante reſidere. Legati vero à Papâ noſtros ad maturandam profectionem extimulantes, ne quid deficiat ad diſceſſus exordia, quindecim millia florenorum in atrium Imperatoris comportata, numerarunt: Et tum Patriarchæ ſignificavit Imperator, ut ex iis quindecim ſex millia aſſumeret, diſtribuenda Clericis, ipſum ad Italiam comitaturis. At Patriarcha reſponſum per nos remiſit: Sæpenumero Tua Imperatoria Majeſtas nobis injunxit, ut quotquot ad noſtram Eccleſiam pertinerent, pro gradu ac ordine ſingulorum, quanta poſſent cum pompa & celebritate inſtruerentur: Et inde nobis ex largitione Papali ſex tantum millia florenorum collocas? Cui ſolemnitati honorificæ, quibus pompis aut apparatibus tantilli ſumptus ſufficient? Si mei unius ratio ineatur, cum meis Cubiculariis, Archiepiſcopis ac Proceribus Eccleſiæ, hæc exilis ſumma quid præſtaret, ut ſinguli decenter & honeſtè, multò minùs magnificè & regiè exornentur? Et quare ex quindecim milli-

τῶν φλωρίων περιελθεῖν εἰς αὐτήν. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ ἤμην ὁ συμβουλεύσας, καὶ συνεργήσας ἀπελθεῖν ἡμᾶς εἰς τὸν Πάπαν. νῦν οὖν ἐπεὶ τοιαύτη δόσις ἐστὶ, δεῖ με λοιπὸν μεταβάλλοντα παραινέσαι ζητεῖν πρὸς τὴν σύνοδον. μᾶλλον δὲ μηδὲ ἀπελθεῖν ὅλως, μήτε πρὸς τὸν Πάπαν, μήτε πρὸς τὴν Σύνοδον.

millibus, sex tantum millia sumeremus? tota Negotii moles ac discrimen Ecclesiam spectat, & in Ecclesiam necessario recumbet tota concertatio, seu verbis, seu factis peragenda: ut labor ac fastidium; ita merces ac præmium; & si florenorum non integer numerus, at saltem maxima pars in sinum Ecclesiæ recidere debet: Verum ego ut primus autor extiti ad Papam proficiscendi; ita nunc cum plane videam Papalem munificentiam aliò quam par est derivari, mutatâ in melius sententiâ, autor ero migrandi ad Concilium, vel potius ad neutrum, nec ad Papam, nec ad Concilium.

τμήμ. γ. κεφ. ιθ.

Ἀπεκρίθη πρὸς ταῦτα ὁ Βασιλεύς. θαυμάζω πῶς λέγει οὕτως ὁ Πατριάρχης. ἡμεῖς οὐκ ἐποιήσαμεν παρειςπρακτόν τι εἰς τὸν τοιοῦτον μερισμόν. ἐδώκαμεν γὰρ τῷ ἀδελφῷ μου τῷ δεσπότῃ τὰς χβ. καὶ οὐκ ἔχει τις εἰπεῖν, ὅτι ἐδώκαμεν αὐτῷ πολλά. ἢ ὅτι περισσόν ἐστι τὸ ἐλθεῖν καὶ αὐτὸν μεθ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ὀλίγα εἰσὶ πρὸς οἰκονομίαν αὐτοῦ, καὶ πάντες οἴδασιν ὅτι ἀνάγκη ἐστὶ ἐλθεῖν καὶ αὐτὸν μεθ' ἡμῶν. ἐδώκαμεν καὶ χα. τοῖς ἀποκρισιαρίοις. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸ ἀναγκαῖον. ἐναπελείφθησαν καὶ αἱ ιβ. καὶ ἐμερίσαμεν αὐτὰς ἐπίσας. καίτοιγε ὀλιγώτερα ἔδει δοῦναι τῇ ἐκκλησίᾳ. ἡμεῖς γὰρ ἔχομεν πολλὰς ἐξόδους. τίς δὲ ἡ χρεία ἐλθεῖν ἐκ τῆς ἐκκλησίας πολλοὺς καὶ ἀχρείους; ἐλθέτωσαν ὀλιγώτεροι καὶ ἀναγκαῖοι, καὶ ἔσται αὐτῇ ἡ ἔξοδος ἀρκετή. Μεμνῆσθαι δὲ χρὴ καὶ τοῦ ἐν τῷ Δεκρέτῳ. ἔταξαν γὰρ ἐκεῖσε τρέφειν ἑπτακοσίους, καὶ οὐ μὴ θρέψωσιν ἕνα περισσότερον τούτων. δεῖ οὖν εἶναι ἐντεῦθεν ὀλιγωτέρους, ὅτι ἐλεύσονται ἐκεῖ μετὰ τοῦ Ῥωσίας πολλοί. οὐ προσήκει δὲ καὶ τῷ Πατριάρχῃ λέγειν, μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν σύνοδον. μόλις γὰρ ἂν ἔδει αὐτὸν μὴ συνακολουθῆσαι μοὶ εἰς τὴν σύνοδον ἀπιόντι, ὅτε ἑώρα με εἰς ἑτέραν μετατιθέμενον δόξαν.

Πρὸς δὲ ταῦτα εἶπε καὶ ὁ μεσάζων Καντακουζηνὸς, ὅτι ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ Βασιλεὺς, οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν καταναλίσκει πολλά. ἐκ τῶν ἰδίων γὰρ ἑτοιμάζει καὶ τὸ κάτεργον αὐτοῦ, καὶ ἄλλα τινὰ ἅπερ ἀναγκάζεται ἔχειν πρὸς τὴν τοιαύτην ὁδόν. καὶ οὐκ ἦσαν ἁρμόδιοι νῦν πρὸς τὸν Βασιλέα οὗτοι οἱ λόγοι τοῦ πατριάρχου, οὐδ' εὐπρεπεῖς, ὡς οὐδ'

ἐμοὶ

SECT. III. CAP. XIX.

Ad hæc Imperator, mirari se, quod talia proferat Patriarcha; se nihil in hac divisione inconditum rationi, admisisse. Si quidem, inquit, fratri Despotæ duo millia assignavi; nec ea aut nimis multa pro se suoque satellitio, in ordinem Heroicum instruendis, mihi quis objiciat: aut ejus præsentiam ut supervacaneam proscribat. Alterum mille meis Apocrisiariis tradidi; & id etiam necessitas efflagitavit: Et quæ remanent millia duodecim, ecce, in æquales sarcinulas partitus sum inter me & Ecclesiam: quanquam Ecclesia sibi minus debeat vendicare, & ego plus; cui plus oneris, & plura quotidie stipendia incumbunt expendenda. Et quid opus est tam ingenti multitudine Clericorum inutilium? Renoventur tabulæ, redigantur in parciorem numerum; accedant tantum idonei, & tum sex millia florenorum omnibus requisita, abundanter suppeditabunt. Meminisse insuper oportet, quid Synodi Decretum promittat: alere septingentos, & ne unicum huic numero superaddi patientur: Quin & debent nostratium pauciores advenire, quanto plures secum trahet Russiæ Metropolitanus. Nec decet Patriarcham, se non iturum ad Synodum, profiteri: vix enim ei licuit me ad Synodum non comitari, si ad Synodum ire propositum tenuissem; & ne tunc quidem non licuit, cum me plane videret, mutato consilio aliud determinasse.

Subjunxit Cantacuzenus Sequester hæc pauca: Dominus noster Imperator, & in hæc quæ numeravit, & in domestica, multa quotidie elargitur impendia, triremem suam propriis sumptibus instruit, & permulta alia quæ tam longinqua navigatio postulat. Nec Patriarchæ sermones ad Imperatorem, videntur aut generosi, aut decori; quemadmodum nec mihi aut decens esset, aut amabile, si hac purpurâ indutus senatoriâ, simiorum gesticulationibus, in scena aut foro publico ludionum mores exprimere conarer. Ut hæc ab Imperatore Patriarchæ retulimus; Patriarcha nos statim remisit ad Imperatorem,

cum

ἐμοὶ ἦν ἂν εὐπρεπὲς, εἰ τοὺς ἐπὶ σκηνῆς ἐμιμούμενους ἐν ἀγορᾷ. ὡς οὖν εἴπομεν ταῦτα τῷ πατριάρχῃ, πάλιν ἐκεῖνος διεμηνύσατο μεθ' ἡμῶν, ὅτι ἐπεὶ ἐμερίσθησαν οὕτως ὡς ὁρίζει ἡ ἁγία βασιλεία σου. ἐγὼ δὲ οὐ δύναμαι, οὐδὲ πρέπει μοι ἀπελθεῖν μετ' ὀλιγωτέρων, ἐπειδὴ καὶ οἱ λόγοι, καὶ οἱ ἀγῶνες πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας γενήσονται. αὐτὸς γὰρ οὐδὲ Ἰανιτζάρους ὑφαιρῇ, καὶ ἐγὼ πῶς οὐκ ἂν ἀπέλθω μετὰ τῆς ἐμῆς τάξεως; λοιπὸν ὅρισον ἵνα ἔχω ἐγὼ ἐξ αὐτῶν ὅσον ἄν σοι φανῇ ἀρκετὸν, καὶ ἁρμόδιον πρὸς οἰκονομίαν ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἐν τῷ κελλίῳ μου. ἐπεὶ πολλὴν ἔξοδον ἀναγκασθήσομαι ἔχειν, καὶ ἐν τῷ κατέργῳ, καὶ πολλοὶ ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀποβλέψουσι φιλοτιμίαν. ὅρισον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων σου τινὰς, καὶ μερισάτωσαν τὰ λοιπὰ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μεθ' ἡμῶν ἐρχομένους.

cum his novis mandatis: Quandoquidem visum est Tuæ Imperatoriæ Majestati, Papales nummos ita dispensare: & cum mihi nefas esse judicem, meæque Eminentiæ Patriarchali plurimùm disconducens, decurtato meorum numero peregrè proficisci: Et cum omnes dissertationes Theologicæ, ab Ecclesiâ procedunt, & in eandem terminantur: Et cum Tua Majestas Janizariis suis imminui non cupiat; nec ego solitis meis stipatoribus. Statuat igitur ac decernat meam mihi nummorũ portiunculam, quantam conditioni meæ, meisque Camerariis, affeclis ac clientibus æquiparari arbitrabitur: Nam & multa mihi eroganda sunt necessario, dum per mare vehimur, & multi oculis avaris meas largitiones expectabunt: Residuum vero nummorum jubeat Majestas Tua, ut aliquis è suis Magnatibus distribuat, inter Archiepiscopos, Proceres Ecclesiæ, aliosque huic itineri destinatos: prout uniuscujusque qualitati maximè convenire, judicio tuo videbitur, & prudentiæ singulari.

τμῆμ. γ. κεφ. κ.

Μαθὼν δὲ καὶ ταῦτα ὁ βασιλεὺς δι' ἡμῶν, ἀπηγόρευσε μὲν τὸ ἐπιστῆσαι τινὰς πρὸς τὸν μερισμόν. ὥρισε δὲ ὅτι εἴς τινας τῶν ἀρχιερέων, οἵτινες εἰσὶν εὔποροι, οὐ χρεία ἐστὶ δόσεως πρὸς αὐτούς. ἔχουσι γάρ τινες εἰσόδημα καθ' ἔτος ἄσπρους ͵α, καὶ συνῆξαν πολλὰ, ἐπεὶ πρὸ πολλῶν χρόνων ἐγένοντο ἀρχιερεῖς. ἐκείνοις γοῦν οὐ προσήκει λαβεῖν τι ἀπὸ τῆς παρούσης δόσεως, ἀλλ' ὀφείλουσι μᾶλλον αὐτοὶ δοῦναι οἴκοθεν, τοῖς μὴ εὐποροῦσιν. ἢ εἰς ποίαν ἄλλην χρείαν εὐλογωτέραν ἢ ἀναγκαιοτέραν, ἢ εὐσεβεστέραν, καταναλώσουσιν ἅπερ συνῆξαν. δοθήτωσαν οὖν τὰ φλωρία τοῖς λοιποῖς, τοῖς μὴ δυναμένοις οἴκοθεν ἑτοιμασθῆναι, καὶ οὕτως ἔσονται ἀρκετά. εἶτα διέκρινεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα λάβῃ ὁ πατριάρχης τὰ ͵α φλωρία, καὶ ποιήσῃ ὡς θέλει μετὰ τῶν ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. τὰ δὲ ͵ε μερίσωσιν εἰς τοὺς λοιπούς. ἀλλ' ὅμως καὶ μετὰ τοὺς τοιούτους λόγους τοῦ βασιλέως, τοῖς πλουσιωτέροις τῶν ἀρχιερέων ἐδόθησαν καὶ πλείονα φλωρία, τοῖς δὲ ἐνδεεστέροις ἐλάττονα. Ὅτε δὲ καὶ ὁ πνευματικὸς ὁ κύριος Γρηγόριος διεμηνύθη ἑτοιμασθῆναι, εἶπεν ὅτι οἶδα, ὡς πολλὰ δεινὰ συναντήσουσι

SECT. III. CAP. XX.

Cum Imperator mentem Patriarchæ per nos intellexisset, ut aliqui nummorum divisioni præficerentur, edicto cavit: mandans insuper ut Episcopi opulentiores à participatione arceantur: nec enim opus habent dividundorum supplementis: nam qui ultra mille aspros annuatim ex reditibus colligunt, & diu sedibus incubarunt, oportet eos ingentem nummorum vim accumulasse, ut illi nihil recipiant ex hoc Donativo, sed potiùs ut de suo pauperioribus elargiantur: Et quando occasionem dispergendi, quæ corrasserunt præstantiorem, aut cum pietate, ratione, ac necessitate magis conjunctam nanciscentur? Utcunque indigentioribus, florenos distribui imperavit, quos res angusta domi, abundanti commeatu non instruxit: ut si non omnibus, saltem quibus debeant, possint sufficere. Deinde Patriarcham jussit habere mille florenos; quibus pro libitu, se suosque Camerarios & Cellistas tractet: & residua quinque millia in cæteros dispescere. Nihilominus post hanc severam interminationem Imperatoris denuntiatam verbis, omnia in contrarium verterunt: & ditiores Præsulum non modò accipiebant, sed largiori manu dispensatos florenos plures, egeni pauciores. Nec possum silentio præterire memorabile dictum Gregorii Pœnitentiarii; cui cum mandaretur, ut se pararet cum reliquis ad Synodum profecturis, dixit, se probe nosse quam multa adversa contingant, &

σοῦσι καὶ τοῖς εἰς τὴν σύνοδον ἀπιοῦσι, καὶ τοῖς ἐνταῦθα καταλειφθησομένοις. εἰ οὖν θέλουσι κἀμὲ συνεκδημεῖν καὶ συναλγεῖν τοῖς κάμνουσιν, ἀπελεύσομαι. Εἶτα εἶπε καὶ πρός τινα φίλον, ὅτι κάλλιον ἔσται εἰ καταλείψουσιν ἐμὲ ἐνθάδε. εἰ γὰρ ἐκεῖσε ἀπέλθω, ἅπαν δεινὸν ἐργάσομαι. τοῦ δὲ εἰπόντος, καὶ τίνος χάριν οὑτωσὶ φῄς; μᾶλλον ἐλθὲ καὶ ποίησον πᾶν καλόν: Ὁ δὲ αὖθις εἶπεν, λέγω ἵνα γινώσκητε, ὅτι ποιήσω πᾶν κακόν. τοῦτο δὲ ἦν προαναφώνησίς τις ὡς ἔοικε τῶν εἰς ὕστερον γεγονότων.

Εἶτα μηνύσαντο ὁ Βασιλεὺς καὶ ὁ Πατριάρχης τοῖς τοποτηρηταῖς μετ' ἐμοῦ τε καὶ τοῦ Χρυσοκεφάλου ἵνα ἀναδέξωνται τὴν τοποτήρησιν τῶν πατριαρχῶν, καὶ ἐδώκαμεν αὐτοῖς καὶ τὰ γράμματα, τοῦ μὲν Ἀλεξανδρείας τῷ Ἡρακλείας, τοῦ δὲ Ἀντιοχείας τῷ πνευματικῷ κυρῷ Γρηγορίῳ μετὰ τοῦ Ῥωσίας ὅτε ἐνδημήσει, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων τῷ Ἐφέσου, καὶ τῷ Σάρδεων, καὶ ἔστερξαν καὶ ἐδέξαντο ταῦτα. μετὰ δὲ τὴν διανομὴν τῶν φλωρίων ἡτοιμάσθησαν πάντες, καὶ τὴν προθεσμίαν ἐξεδέχοντο τῆς ἀποδημίας. προσήκει λοιπὸν καὶ τινὰ τῶν γεγονότων ἐν τῇ διαποντίῳ ὁδῷ προσθεῖναι τῷ διηγήματι.

peregrè euntibus,& domi permanentibus. Et ſi me volunt potius euntium moleſtiis, quam manentium perfungi,obtemperabo. At cuidam familiari aperte poſtea edixit; Multo ſatius foret ſi me inter manſuros relinquerent; nam ſi illac proficiſcar malorum Iliadem conflabo. Et amico,cur ita loqueretur ſciſcitanti, hortantique, ut potius eat, ac omnia bona conciliet: ille rurſum eandem vocem, ſed acriori cum aſſeveratione protulit in medium: ſciatis velim,inquit, quod illic omnia mala perpetrabo. Quæ vera fuit prædictio,& quaſi prælibatum augurium tot malorum, quæ per illum tanquam unum è primariis autoribus,totam Gentem noſtram inundarunt.

Poſteà Imperator & Patriarcha accerſiverunt Vicarios, qui cæterorum Patriarcharum loca in Concilio deberent capeſſere, per me & Magnum Scriniarium, ut hinc munera inchoarēt,& autoritatem Vicariorum Patriarchalium. Quibus & diplomata tradidimus. Alexandrini, Heracleenſi Archiepiſcopo: Antiocheni Gregorio Pœnitentiario, unà cum Roſſenſi Metropolitâ, cujus adventus indies expectabatur: Hieroſolymitani,Epheſi & Sardium Epiſcopis: qui cuncti libentibus animis reſcripta Patriarcharum acceptarunt. Atque ita florenis rite diſtributis, & Patriarcharum Vicariis aſſumptis,omnes cincti præſtitutum diem, & primum celeuſma ad profectionem præſtolabantur. Quare in ſequentibus ad monſtra marina, & ea quæ nobis inter navigandum acciderunt, progrediendo ſtylum convertam.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO IV.

Ἐν ᾧ περὶ τῶν γεγονότων εἰς τὸν κατάπλουν, καὶ περὶ τῆς εἰς τὸν Βασιλέα ὑπαντῆς τῶν Βενετικῶν, καὶ συμβουλῆς. καὶ περὶ τῆς εἰς τὸν Πάπαν ἐπιδημίας, καὶ τοῦ ἀσπασμοῦ. καὶ περὶ τῆς τάξεως τῶν καθεδρῶν. καὶ περὶ τῆς καταστάσεως τῶν τοποτηρητῶν. καὶ περὶ τῆς τετραμήνου διωρίας. καὶ ὅπως γέγονεν ἡ τῆς Συνόδου ἀνακήρυξις. Ἀπομνημονευμάτων δ.

τμήμ. δ. κεφ. α.

Προθεσμία τοίνυν ἐτάχθη ἡμέρα κυριακή, ἥτις καὶ κδ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἦν, τῆς πρώτης νεμήσεως τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ ἐννεακοσιοστοῦ τεσσαρακοστοῦ ἕκτου ἔτους, καθ' ἣν καὶ ἡ Καπιτανικὴ τριήρης προσωρμίσθη ἐν τοῖς Εὐγενίου τὸν πατριάρχην ἐκδεχομένη. ἐν ταύτῃ γοῦν τῇ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ ἄριστον συνήλθομεν καὶ ἡμεῖς καὶ ἕτεροι πολλοὶ πρὸς τὸν πατριάρχην. Ὁ δὲ ἐξελθὼν παρεγένετο μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ δηλωθέντι αἰγιαλῷ. καὶ πλῆθος λαοῦ συνῆλθεν ἐκεῖσε καὶ ηὐλόγησε καὶ ηὔξατο πᾶσιν ὁ πατριάρχης, καὶ οὕτως εἰσήλθομεν, καὶ ἐμείναμεν εἰς τὸ κάτεργον. Τῇ δὲ ἐφεξῆς πάλιν προσωρμίσθησαν τὰ κάτεργα εἰς τὸν κυνηγόν. καὶ περὶ τετάρτην ὥραν εἰσῆλθε καὶ ὁ Βασιλεὺς εἰς τὸ ἴδιον κάτεργον. καὶ εὐθὺς πάλιν σεισμὸς μέγας ἐγένετο, σύμβολον δεύτερον θεομηνίας. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον φιλοτίμως παραπλεύσασαι αἱ τριήρεις ἦλθον μετὰ κρότων καὶ σαλπίγγων, καὶ ἔστησαν περὶ τὴν τοπικήν, καὶ ἵσταντο ἐκεῖσε, ὄντων καὶ ἡμῶν ἐντὸς πάντων, τήν τε δευτέραν ἡμέραν καὶ τὴν τρίτην. ἔδει γὰρ ἡμᾶς ἐν τῷ λιμένι προγυμνασθῆναι καὶ ἐθίσαι τὰ δυσχερῆ τοῦ κατέργου.

Τῇ δὲ τετράδι ἡμέρᾳ ἥτις ἦν κζ τοῦ Νοεμ-

Hæc comprehendit: quæ navigantibus contigerunt: Venetorum occurſum cum Imperatore, & conſultationem: ut Papam adivimus, ut ſalutavimus: de Ordine & ſitu Cathedrarum: de diſpoſitione Vicariorum; de quatuor menſium protelatione: de Promulgatione Synodi: narrationes 4.

SECT. IV. CAP. I.

Dies igitur diſceſſui noſtro publicè nuncupàtus, fuit Dominicus, viceſimus quartus Novembris, indictionis primæ, anni à Mundo condito ſexies milleſimi nongenteſimi quadrageſimi ſexti, cum prætoria triremis, leniter ſubducta ſtationi, prope vicum Eugenii Patriarcham conſcenſurum expectabat. Eo itaque die, ſtatim à prādio, nos Eccleſiæ proceres, cum aliis permultis ad Patriarcham pervenimus: qui egreſſus Palatio, nobiſcum in vicino littore pererrabat: & cum occurſanti multitudini benedixiſſet pro more Patriarcha, fauſta omnia comprecatus, cuncti ſimul conſcendimus, & permanſimus in trireme. Poſtridie ſimiliter cætera navigia circumducta, ad Cynegum portum applicabant, haud ità procul ab Imperatoris luſtro, & circà horam diei quartum, ante meridiem, deſcendens ex aulâ Imperator, propriam triremem intravit: & ſtatim denuo validiſſimus terræ motus loca & littora circumſita conquaſſavit: ſecundum & manifeſtum Divinæ excandeſcentiæ indicium: Attamen poſt prandium, omnes ſimul triremes, ingenti cum concitatione, & ſtrepitu remorum, tubarumque clangore velificatæ, extremam littoris oram legebant, ad Topicam uſque, ubi funibus firmatæ conſtiterunt: nobis intus ſecundo ac tertio die conquieſcentibus: ut priuſquam in altum ſolveremus, in porta aliquantillum experiremur æquoris incommoda, & aſſuetudo nos condocefaceret, nec maris nauſeâ, nec fluctuum jactatione perturbari.

Quar-

Νοεμβρίου ἄραντες ἐκ τοῦ λιμένος, ἅμα ἡλίῳ μόλις περὶ ἑσπέραν τὸ Ἀθύριον πλοῦν παρηλλάξαμεν. ἅμα δὲ τῷ ἄρξασθαι τοῦ πλοῦ, εἶπέ τινι τῶν αὐτοῦ φίλων ὁ Χριστοφόρος, ὡς ἠσχημένη ἔσται ἡ πρᾶξις ἡμῶν. Τριήρεις δὲ ἦσαν, τρεῖς μὲν αἱ τοῦ Πάπα, προαπῆλθε γὰρ μία ἐξ αὐτῶν μετὰ στρατιωτῶν, ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ βασιλέως. τρεῖς δ᾽ αὖ αἱ συνήθεις τῆς πραγματείας, καὶ μία ἐκ τῆς Φλωρεντίας. κατ᾽ αὐτὴν οὖν τὴν ἡμέραν καθημένων ἐν τῷ κατέργῳ τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ μεγάλου Σακελλαρίου, καὶ ἑτέρων πολλῶν, καὶ διερχομένου τοῦ Κορώνης Χριστοφόρου, ὅς ἦν ὁ τρὶς παρὰ τοῦ Πάπα σταλεὶς ὡς δεδήλωται, καὶ τὰ προειρημένα πάντα διαπραξάμενος, εἶπεν αὐτῷ ὁ μέγας Σακελλάριος, ὦ Δέσποτα Ἐπίσκοπε, μέγα πρᾶγμα ἐργάσω, καὶ πολλήν σοι χάριν εἰδέναι ὁ Πάπας ὀφείλει. τοῦ δὲ ἀπορήσαντος; καὶ τί λέγεις τοῦτο, ἔφη ὁ μέγας Σακελλάριος, οὐ γὰρ νομίζεις εἶναι πολὺ τὸ ἆραι καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ τῆς πόλεως τὸν βασιλέα, τὸν ἅγιον τὸν αὐθέντην τῶν Ῥωμαίων, τὸν πατριάρχην τὸν ἅγιον, τοὺς ἀρχιερεῖς, τοὺς ἄρχοντας, πᾶσαν τὴν ἀνατολικὴν Ἐκκλησίαν, ἐν οἷς εἰσὶ καὶ γέροντες, καὶ ἀσθενεῖς, καὶ πάντας τούτους ἀγαγεῖν εἰς τὸν Πάπαν; πολὺ ἐστὶ τοῦτο, καὶ πάνυ μέγα πρᾶγμα κατώρθωσας, εἴθε δὲ γένοιτο καὶ τὸ τέλος καλόν.

Εἰ γὰρ δοίη ὁ Θεὸς γενέσθαι καὶ ἀγαθὴν ἕνωσιν, ἕξεις καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ πολλοὺς μισθοὺς, καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων εὐχὰς καὶ ἐπαίνους, ἕνεκεν τῶν πρὸς καλὴν ἕνωσιν κόπων καὶ τῶν ἀγώνων σου. ὡς οὖν ἤκουσε τούτων ὁ Χριστοφόρος, περιχαρὴς γενόμενος, εἶπεν, ὅτι γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ. ἐγὼ γὰρ, ἔφη, εἶχον ἀμφιβολίαν, μέχρις ἂν ἴδω τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην εἰσερχομένους εἰς τὰ κάτεργα. ἀφ᾽ οὗ δὲ εἶδον αὐτοὺς εἰσελθόντας, οὐκέτι ἔχω ἀμφιβολίαν. οἶδα γὰρ καὶ τὰς διαθέσεις τῶν αὐθεντῶν, καὶ πληροφοροῦμαι ὅτι γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις. οἱ δὲ δηλωθέντες τῶν τοιούτων κατήκοοι γεγονότες, ἐνεοὶ ἐκάθηντο.

Quarto die, qui fuit vicesimus septimus Novembris, expansis velis à portu movimus, ad Solis exortum; & cum advesperasceret, vix quantum est illinc ad Athyrium, spatii, navigando confecimus: verum ut primò dare vela ventis, & in altum evadere occœpimus, Christophorus, Papæ Legatus, dixit alicui amicorum: quod nostra hæc navigatio in irritum cadet, infælix & improspera. Tota classis ex octo tantum constabat triremibus: Tribus nempe à Papa missis; nam quarta cum militibus classiariis abierat; cujus numerum locumque supplebat Imperatoriâ: Tribus insuper mercatorum onerariis cum unâ ex Florentiâ: Sed eo die assidentibus in Prætoriâ, Heracleensi, cum Magno Sacellario, multisque aliis: ut forte fortuna obviam venit Coronensis Episcopus Christophorus, qui tribus vicibus à Papâ ad nos Legatus, tot facinora diligenter & fideliter ediderat, ut prædiximus, Magnus Sacellarius his fermè verbis eum allocutus est: Domine Episcope, præclarum certe facinus perpetrasti: & immensas tibi gratias, ac meritorum compensationes, Papa debet æternùm agnoscere. Stupenti Christophoro, & quorsum tendat hæc compellatio, secum anxiè ruminanti, Magnus subinfert Sacellarius: Quid? an non tibi grande videtur, & pæne portento simile, tuâ solâ virtute, ac solicitatione, sacrum Imperatorem Romanorum Dominum & Caput, ex urbe primariâ efferre, cum Patriarchâ, tot Archiepiscopis, Præsulibus, Magnatibus, & totâ Orientis Ecclesiâ, in quâ permulti senio, plures ægritudine confecti sunt, & hos omnes ad Papam manu propriâ ductare? Ingens profecto res est, & magni moliminis negotium, quale vix ulla Patrum ætas protulit, si tuam diligentiam, & nostra vota successus par coronabit.

Nam si inter Ecclesias pax & unio conciliabitur; ô quas mercedes, quæ præmia à Deo! ab hominibus, quas laudes & encomia reportabis, pro tuis laboribus, ac fastidiis in eâdem procurandâ? Hæc cum auribus percepisset Christophorus, ingenti gaudio delibutus, respondit: Ne sitis soliciti, Fiet, fiet unio, volente Deo: Ego etenim diu multumque anxius hærebam, dum Imperatorem & Patriarcham triremes conscendere animadverterem; at tum omnem ambiguitatem ablegavi: novi Dominorum affectus intimos: & jam certo certius mihi constat fore unionem: Hæc prædicti Archipræsules audierunt, silentio tamen linguas compescuere.

τμῆμ.

SECT.

τμήμ. δ. κεφ. β.

Τὴν μὲν οὖν πρώτην ἡμέραν, οὔτε διὰ τῆς εἰρεσίας, οὔτε διὰ τῶν ἱστίων ἐπίδοσιν τινὰ ὁ πλοῦς εἶχε, νηνεμίας οὔσης, καὶ αἱ τριήρεις, οὐχ᾽ ὡς πρὸς ἀνθρώπων ἀνάπαυσιν, ἀλλ᾽ ὡς ναυλοφόροι πεφορτισμέναι ἦσαν. τῇ δὲ ἑσπέρᾳ συνδραμοῦσα καὶ ἡ τῶν ἄστρων σύνοδος οὐ μικρῶς τὴν Ἐκκλησιαστικὴν ἐθρόησε καὶ ἐτάραξε Σύνοδον, καὶ περὶ μέσας νύκτας κλύδων ἠγέρθη, καὶ ὄμβρος ἐρράγη πολύς, καὶ σκότος ψηλαφητὸν ἐγεγόνει. Ἐφ᾽ οἷς καὶ οἱ ναυτικοὶ μεγάλως ἠγωνίων, καὶ ᾐτιῶντο τὸ ἀσυμβούλευτον τοῦ Βασιλέως εὐλόγως, ὅτι οὐδὲ τὴν συμβουλὴν τοῦ σοφοῦ ἠθέλησε στέρξαι τοῦ εἰπόντος, οὐδέποτε πλεῦσαι δεῆσαι, ἀλλὰ μήτι φθίνοντός γε μηνός.

Αἱ γὰρ τριήρεις ἐπὶ τοσοῦτον ἐφέροντο ἄνευ ἱστίων, ὥστε ἐδειλίων ἐν αὐταῖς, μήποτε ἐν σκότει προσπελάσαντες τῇ Προικοννήσῳ καταγῶσι. διὸ καὶ ἀγκύρας ὄπισθεν ἐχάλασαν ἕλκεσθαι ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἵνα οὕτως αὐτὰς ἐπέχοιεν τῆς ὁδοῦ. ἀλλὰ καὶ τούτου γεγονότος πάλιν ἐκινδυνεύσαμεν ἄν, εἰ μὴ κύριος ἐλεήσας, ἐβοήθησεν ἡμᾶς. φθάνει γὰρ ἡμέρα, καὶ ὁρῶμεν τὴν Προικόννησον ἱκανὸν διάστημα καταλειφθεῖσαν ὄπισθεν ἡμῶν, καὶ δόξαν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀνεπέμψαμεν. τὸ δὲ πνεῦμα ῥᾷον γινόμενον ἐξ οὐρίας, πλεῖν εὐφόρως παρεῖχεν ἡμᾶς.

SECT. IV. CAP. II.

Et primo quidem die nec remis, nec velis quidquam profecimus, quanquam cuncta aplustria ligavimus ad antennas, & quot erant in navibus velorum additamenta: tanta malacia æquor tranquillabat, & triremes nostræ fluctus tam lentè sulcabant; comparatæ, non ut vectores commodè & laxè invicem in stationibus dispositos transportarent, sed ut fit in conductitiis naulo: ubi homines pressi, confertique densius constipantur. Verum post crepusculum Vespertinum nocte ingruente, cælestis astrorum Synodus, Synodum Ecclesiasticam, non mediocriter perplexam conturbavit: Nam circa noctis conticinium unda cœpit inhorrescere, cũ fædo ac horribili imbre, ac tenebris spissisimis, ut manibus contrectari possent, & totam cæli faciem à nostro conspectu intercludere; quibus ipsi nautæ graviter perterrefacti, Imperatoris temeritatem meritò culpabant, quòd non obtemperasset prudentissimi Philosophorum salubri monito, qui suasit, exeunte Lunâ, ratem incerto mari, ac ventis fallacibus non esse committendam.

Nostræ enim triremes in tantũ spontaneo cursu permissæ sunt ferri, sublatis è Carchesio cunctis & funibus & velis, ut omnes in iisdem metuerent, ne dum Præconnesum insulam cæca hac caligine præterlaberemur, in scopulum aliquem, aut exesi promontorii rupem adactæ frangerentur. Quare & jactas à puppe anchoras retro trahi per mare nautæ sinebant tanquam in remulco, ut refracto impetu, triremes tardius moliri viam per undas possent; & minus violenter saxis allidere: Sed neque hoc commentum periculum avertisset, nisi propius nobis adstitisset potentiori ope misericors Numen: Enimverò ut diluculo circumspectamus, Præconnesum cernimus longo intervallo relictam à tergo: Cujus periculi amoti, & incolumitatis conservatæ soli Deo autori debitas laudes, ac gratias persolvimus: statimque remissâ tempestate ventus mitior spirans, & aurâ blandior à puppe tumida vela implens nobis omnibus fiduciam indidit, ut magno, intrepidoque animo navigationem prosequeremur.

τμήμ. δ. Κεφ. γ.

Ὡς οὖν διηρχόμεθα τὴν Καλλιούπολιν ἐπεὶ πλησιέστερον αὐτῆς παρέπλευσεν ἡ βασιλικὴ τριήρης, καὶ φιλοτιμότερον ἀντεφιλοτιμήσαντο ταύτης, καὶ οἱ ἐκ τῆς Καλλιουπόλεως, συχνοῖς βέλεσι, καὶ τῇ δι᾽ ἀμυντηρίου ὀργάνου λιθοβολίᾳ. ὡς δὲ εἰς τὴν Μάδυτον ἐφθάσαμεν, παρεκρούσατο ὁ βασιλεὺς τὴν συμβουλὴν τῶν εἰπόντων ἀπελθεῖν εἰς τὴν Τένεδον. ἦν γὰρ καὶ ὁ καιρὸς εὔφορος, καὶ τὸ ἑξῆς τῆς ἡμέρας ἱκανὸν πρὸς τὸ φθάσαι.

ὁ δὲ

SECT. IV. CAP. III.

At Callipolin ut prætervehimur, Imperatoria triremis, prope littus adnavigans, ocyus velificata Barbarorum accursantium injurias declinare satagebat: qui ex civitate insecuti, ejus citatissimum cursum antevertere pari industriâ æmulabantur: projectis telorum imbribus, saxorumque ac grandiorum lapidum strue, ex Amynterio instrumento Bellico arcendis adventantium peregrinorum appulsibus comparato. Ut vero illinc ad Madytum paulò altius in mari evasimus, Imperator repudiato eorum consilio, qui Tenedum rectà petere monuerunt, (nam

ὃ δὴ ἔστι ἐν τῇ Μαδύτῳ, καὶ μετ᾽ ὀλίγον σεισμὸς αὖθις ἐγένετο μέγας, ὡς καὶ ἐν τῷ κατέργῳ περιδήλως γνωρισθῆναι πᾶσιν ἡμῖν. καὶ ὡς τρίτην θεομηνίαν τοῦτ᾽ ἐτεκμηράμεθα. ὁ δὲ πατριάρχης ἠθέλεσεν ἐξελθεῖν, καὶ μεῖναι ἐπὶ τῆς ξηρᾶς, καὶ διεμηνύσατο τοῦτο τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ ἔφη, προσμεινάτω μικρὸν, καὶ ἐκβήσεται, εἰ δεήσει. τῶν ναυτικῶν δ᾽ ἐξελθόντων ὑδρεύσασθαι, πρὶν πληρῶσαι τὰς ὑδρίας αὐτῶν, κατέδραμον αὐτῶν οἱ Ἀγαρηνοί. οὓς ἰδόντες οἱ ναυτικοὶ, καταλιπόντες τὰς ὑδρίας αὐτῶν δρόμῳ πολλῷ διὰ τῶν λέμβων εἰς τὰς ναῦς κατέφυγον. εἶτα πέμψαντες καλοὺς ἀνθρώπους ἐζήτουν ὕδωρ, ἢ κἂν κενὰς λαβεῖν τὰς ὑδρίας. οἱ δὲ πρὸς οὐδέτερον ἐνεδίδουν. παρασκευαζομένων ἀπὸ τῶν νηῶν πρὸς πόλεμον, ὁ βασιλεὺς διεκώλυσεν αὐτοὺς, καὶ πέμψας ἄρχοντα εἰς τὸν Σούπασιν, ἐδεξιώσατο αὐτὸν λόγοις τε καὶ φιλοτιμίᾳ, καὶ οὕτως ἔλαβε παρ᾽ αὐτοῦ ἔνδοσιν ὑδρεύσασθαι. Τότε δ᾽ ἐπελάθετο καὶ ὁ πατριάρχης τῆς ἐπὶ ξηρᾶς ἀναπαύσεως. διενυκτερεύσαμεν οὖν ἐκεῖσε, καὶ περιεστείχισεν ἡμᾶς πλῆθος τῆς βαρβάρου στρατιᾶς ἐκ τῆς ἠϊόνος, πυρὰς ἀνάπτον, καὶ ἀλαλάζον τὴν νύχθ᾽ ὅλην, ἡμέρας δ᾽ ἐπιφωσκούσης, αἱ μὲν ἄλλαι τριήρεις ἀπέπλεον ἄρασαι, τὴν δὲ τοῦ Πατριάρχου οὐκ εἴων οἱ βάρβαροι λῦσαι τὸ πρυμνήσιον. καὶ ἀξιούντων τῶν ἐκ νηὸς πολλὰ, καὶ μηδὲν ἀνυόντων, οἱ μὲν ὅπλοις ἐσκευάζοντο, οἱ δὲ πελέκει τὸ πεῖσμα τεμεῖν ἐπεχείρουν. ἅπερ ἰδόντες οἱ Βάρβαροι, μόλις ποτὲ ἐνέδωκαν λῦσαι αὐτό.

& ſatis commoda navigatio favit, & ſatis diei ſuperfuit, ad eam diſtantiæ intercapedinem exuperandam) decrevit è regione Madyti navem inhibere: & ſtatim alter terræ motus, circumfluam regionem tam validis pulſibus contremefecit, ut in triremibus planè à nobis ſentiretur, qui hanc tertiam irati Numinis ſignificationem interpretabamur. At Patriarcha navi deſcendere cupiens in aridum, ut circumactum inſolitâ vertigine caput ſopore ſecuro componeret, id Imperatori exponere non detrectavit. At Imperator pro Patriarcha ſollicitus, & inconditos tumultus Barbarorum reformidans, aliquantiſper eum trireme juſſit immorari, ita ut mox deſcendat, ſi commodum videretur. Interea nautæ aquatum egreſſi, antequam hydrias implevisſent, Hagareni tam confuſo agmine in eos irruunt, ut relictis ſitulis noſtri quantâ poterant pedum pernicitate ad lembos primùm, dein ad navigia aufugerint: Qui jam in ſalvum ſubducti, extra dimicandi aleam, aliquot boni moris, ac facundiæ viros retro ad Barbaros dirigunt, imploratum vel aquandi libertatem, vel urnas aquarum vacuas ſaltem reportandi. Barbari vero obſtinatâ inhumanitate utrumq; recuſarunt: Ita ut cum nonnulli è triremibus ferocientes, ultionem armis repetere feſtinaſſent, Imperator obſtiterit, & ſatius duxerit ad ſummum inter Barbaros Magiſtratum, quem Supaſin appellarunt, Magnatem è ſuis mandare, qui blando alloquio, & geſtuum comitate, barbaros ità pervicit, ut utrumque impetraret: Quę Patriarcha tamen oculis perſpiciens, ſpem omnem quietis in terrâ capeſſendæ penitus abjecit: Et omnes una illic in triremibus inſomnes pernoctavimus: magna barbarorum militum multitudine, nos tanquam obſeſſos cingente: qui circumjecta littora pyris accenſis colluſtrabant, & inſulſis jubilationibus exultabundi, quaſi in ſignum partæ victoriæ, totâ nocte vociferabantur: Cumque matutinum jubar appeteret, reliqua navigia ſublatis anchoris jam altum tenuere: ſola triremis Patriarchæ reſtitit funibus ad terram religata, quos Barbari non patiebantur ſolvi: quamvis multi nautarum id obnixè exorarent, ſed fruſtra. Tandem ubi intra naves alios vident conari gladiis, alios bipennibus funes abrumpere, Barbari licet inviti, ac reluctantes conceſſerunt.

τμήμ. δ. Κεφ. δ.

Ἡ μὲν οὖν Φλωρεντιανὴ τριήρης εὐθὺς ἡμᾶς καταλιποῦσα, ἄλλην ἀπέπλεεν. ἡμεῖς δὲ ἡμέραν ὅλην, καὶ μέρος ἱκανὸν τῆς νυκτὸς ἱστίοις διαπλέοντες καὶ εἰρεσίαις, μόλις εἰς Λῆμνον ἐν τῷ λιμένι τοῦ Μύδρου προσωρμίσθημεν, κἀκεῖσε ἐπὶ δύο περιμείναντες ἡμέρας. ὥστε τοὺς ναυτικοὺς

SECT. IV. CAP. IV.

Triremis verò Florentina, paulatim à reliquâ Claſſe diſtracta, alio curſum inſtituit, dum nos, diem integrum, noctemque maximâ ex parte, velis, remiſque contendentes, vix in Lemni portum, quem Mydrum appellant incolæ, navem ſubduximus, ubi in Inſula biduo commorati, nautæ noſtri omnia bona triſtium Lemniorum, in Myſorum prædam, ut fert Pro-

ἡμᾶς ὡς Μυσῶν λείαν διαθεῖναι τὰ τῶν δυστήνων Λημνίων, καὶ ἐμπλησθῆναι τῶν σκύλων. οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι ἀναγκαῖον διεπράχθη ἐκεῖσε, οὐδέ τι καίριον προσμεῖναι κατήπειγεν. ἐκεῖθεν ἄραντες ἀπεπλέομεν τῶν τῆς πραγματείας κατέργων, μετὰ τὸ ἐμφορηθῆναι πρὸς ὥρας λυσάντων καὶ μηδεμίαν φροντίδα περὶ τοῦ Βασιλέως ποιησαμένων. ἵνα δὲ καὶ αὐτὸς τῷ λόγῳ παραπλεύσω τὰ μεταξὺ, σαββάτῳ πρωῒ προσωρμίσθημεν εἰς τὸν εὔριπον: κἀκεῖσε βουληθεὶς ἐξελθεῖν ὁ πατριάρχης, καὶ ἐντὸς τοῦ κάστρου ἑαυτὸν ἀναπαῦσαι, ἐπεὶ καὶ μετὰ τιμῆς προσῆλθον αὐτῷ οἱ τῶν Λατίνων ἄρχοντες, καὶ ἀνάπαυσιν ἑτοιμασθῆναι αὐτῷ ἤκουσεν, οὐκ οἶδ' εἰ καὶ ἀληθῆ, ὅμως δ' ἐκωλύθη, παρὰ τοῦ Βασιλέως εἰρηκότος μὴ προσῆκον εἶναι αὐτῷ εἰσελθεῖν εἰς τὸ Κάστρον, εὐπρεπέστερον δ' εἶναι εἴγε βούλοιτο ἀναπαυθῆναι ἐκτός. ὁ δὲ ἐπὶ τοῦτο λυπηθεὶς, ἔξω που σκηνὴν πηξάμενος, δύο προσέμεινεν ἡμέρας, ὀπώραις, καὶ τισὶ τροφίμοις καὶ οἴνῳ δωρούμενος ὑπὸ τῶν νησιωτῶν, τοῦ Βασιλέως μηδόλως τῆς τριήρεως ἀποβάντος.

Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Πελοπόννησον ἐρχόμενοι, τῆς βασιλικῆς νηὸς ἱκανὸν διάστημα προηγουμένης ἀεὶ καὶ ἱπταμένης οἱονεὶ τὰ πελάγη, ἐπεὶ μετὰ δύο ἡμέρας βιαίου καὶ σφοδροῦ πνεύματος πνεύσαντος περὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ἐκείνη μὲν ἀπέπτη, καὶ ἡμῖν οὐκ ἐφαίνετο ἄλλην βαδίσασα. οἱ δ' ἡμέτεροι εὐθὺ τῆς τοῦ Πέλοπος πλέοντές τε καὶ φθάσαντες ἐν τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ τῆς Συκῆς ἔστησαν, ταύτην δ' οὐχ' εὕρομεν. Ἐκεῖσε προσεμένομεν αὐτὴν ἐκδεχόμενοι. τοῦ πατριάρχου δ' εἰς χέρσον ἐν τῇ σκηνῇ ἀναπαυομένου. ὡς δὲ καὶ δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ οὐδ' ὅλως ἐμάθομέν τι περὶ αὐτῆς, οὔτ' ἐκ τῆς χέρσου, οὔτ' ἐκ τῶν πλοΐμων, ἀμηχανίᾳ μεγάλῃ καὶ λύπῃ συνειχόμεθα. Τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ τὴν τοῦ κατέργου ἑτοιμάσας ὁ καπιτάνιος βάλκαν, παρακινήσει πολλῶν ἐξ ἡμῶν ἔστειλεν αὐτὴν μετὰ τοῦ Ἀμηραλῆ, ἵνα μάθῃ τι περὶ τοῦ Βασιλέως, καὶ τῇ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ ὑπέστρεψε καὶ εἶπεν ὅπως ἀπέβη ὁ Βασιλεὺς εἰς τὸ Κεγχρεῶνα. ὕστερον δὲ ἦλθε καὶ τὸ κάτεργον, καὶ ἀπηρχόμεθα ὁμοῦ μετὰ τὴν

verbium, diripuerunt, omnigenis ſpoliis exaturati: Nec enim quid aliud neceſſario peragendum nos impulit eò divertere, nec aliud quid præclari permanere ſuaſit, niſi ut more prædonum in miſeros Inſulares graſſaremur. Illinc autem ſolventes, Mercatorias triremes, relictas à tergo multis paraſangis enavigavimus, quando carinas prædis, plus æquo oneraſſent, & ad ſua momenta à ſtationibus ſolvere, omnemque curam Imperatoris adſequendi exuere conſtituiſſent: Ac ut ipſe etiam enavigem, & multa in medio relicta prætervehar, diluculo Sabbathi appulimus Euripum: Ubi egredi avide expetebat Patriarcha, ut intra Caſtelli mænia ſe à fluctibus marinis reciperet, ad quietem magis firmam & accommodatam: atque eò ardentiùs quò eum cum veneratione honorificâ compellaſſent aliquot Latinorum proceres; & paratum ſibi illic dormitorium ab aliis audierat: ab Imperatore tamē præpediebatur, qui contrarium edocuit, Patriarchæ & tutius fore, & honeſtius, extra arcis præſidia, quam intra, ſomnum carpere, ſi tantopere avebat requieſcere: Quod Imperatoris conſilium ægro vix animo concoquens, nihilominus amplexus eſt, & fixo alicubi, extra caſtelli metas tentorio, biduum moræ traxit, vino, ac pomis, aliiſque frugibus alimenta ſuggerentibus, donatus ab Inſulanis, Imperatore ne pedis unguem extra triremem efferente.

Ab Eubœa Peloponneſi littora adlegimus: Imperatoriâ rate ſemper claſſis ſemitam ad vaſta interſtitia præoccupante, ac findente pelagus, non aliter ac aërem pennis avicula, adeo enim effusè velis indulgebat Imperator, ut per biduum vento validiore flante, ad ſolem Meridianum è conſpectu noſtro diſparuerit, invectus in alium canalem. Noſtri vero Pelopis Inſulam circumvecti, anchoris in portu Ficulenſi conſtiterunt, Imperatoriam triremem biduo præſtolati, Patriarchâ interim in continenti, & ſub tentorio refocillationem carpente. At elapſo biduo, cum nihil terrâ marive de Imperatore increbuiſſet, inexplicabilis dolor, & conſilii inopia omnium animos pervaſit. Tertio die Prætoriam ſcapham è trireme remigibus inſtruens Condelmerius, multis noſtrum id deprecantibus, emiſit, cum Admiralio ſuo ſubpræfecto, ut Imperatorem exploraret, qui poſtridie reverſus nobis ſignificavit ad Cenchræas enavigaſſe Imperatorem: cujus mox adventans triremis ſe nobis exhibuit ſpectabilem: & poſt quatridui moram à Ficulenſi iter perreximus. Verum cauſa divertendi in tantam diſtantiam hæc fuit. Imperator cernens mare commotum intumeſcere, & flatum impetuoſius efferventem, atrociſſimam tempeſtatem minitari, ſtandum alicubi judicavit, dum venti ponerent, & fluctuum æſtus frangerentur: adeo pri-

τὴν τετάρτην ἡμέραν. ἡ δὲ αἰτία τῆς ἀφ' ἡμῶν διαστάσεως ἦν αὕτη. ὁ Βασιλεὺς ἰδὼν τραχυνομένην τὴν θάλασσαν, καὶ τὸ πνεῦμα φερόμενον βιαιότερον, στῆναι πη δεῖν ἐκέλευε. ἔστη τοίνυν ἐν τῇ καλουμένῃ Γαδουροννήσῳ, καὶ προσέμεινεν ἐκεῖσε, μέχρις ἂν ῥᾷον τὸ πνεῦμα ἐγένετο, μὴ εἰδότων τῶν μετ' αὐτοῦ ἴσως ἄρα καὶ περιέπεσον. εἶτ' ἐκεῖθεν ἀπῆλθε εἰς τὴν Κεγχρεῶνα. ἐν δέ γε τῇ νήσῳ ἐκείνῃ ἦσαν δύο κάτεργα Κατελανικὰ καὶ γαλιῶται δύο, ἀπὸ ἑτέρου μέρους, καὶ οἱ μὲν τοῦ Βασιλέως, οὔτ' εἶδον οὔτε ἔγνων τι περὶ τούτων. οἱ δὲ Κατελανοὶ, καὶ εἶδον τὸ κάτεργον καὶ ἔγνων ὅπως ἐντὸς ἐστὶν ὁ Βασιλεὺς, καὶ ἐβουλεύσαντο ὅπως κατ' αὐτοῦ ὁρμήσωσιν. ἔτι γοῦν νυκτερινῆς σκοτίας οὔσης ὡπλίζοντο. καὶ διαυγαζούσης ἡμέρας ἡτοιμάσθησαν, καὶ πρὸς τὸ ἐκπλεῦσαι ἤδη κατ' αὐτοῦ ἠγωνίζοντο. Ἀλλ' ἔτι τούτων ἐν τούτοις ὄντων μετεβουλεύσατό τις καὶ εἶπε, δεῖ ἡμᾶς σκέψασθαι καλῶς περὶ οὗ ἐγχειροῦμεν. ἰδοὺ γὰρ ὁ Βασιλεὺς αὐθέντης ἐστὶ μέγας, καὶ πᾶν ἰσχυρὸν ὅπλον, καίπερ ἀνδρεῖος ὁπλίτης μετ' αὐτοῦ ἔσται, καὶ τὸ κάτεργον αὐτοῦ ἱκανὸν φανεῖται τρισὶν ἀντιπαρατάξασθαι. εἰ γοῦν ἐπιχειρήσομεν κατ' αὐτοῦ καὶ ἀποτύχωμεν, ἀτιμία καὶ ζημία ἡμῖν ἐπακολουθήσει, καὶ εἰς κακὸν ἡμῖν ἀποβήσεται, διὸ βέλτιόν μοι δοκεῖ παύσασθαι τοῦ ἐγχειρήματος. τούτοις πεισθέντες τοῖς λόγοις ἐπαύσαντο τότε, ἦν ἄρα βοήθεια τοῦ Θεοῦ. οἴδασι γὰρ οἱ ἡμέτεροι πῶς καὶ πότερον ἠδύναντο ὁπλισθῆναι, οἱ ἐν τῷ κατέργῳ, καὶ περὶ τούτου λέγειν οὐ χρή. ταῦτα δὲ ἡμεῖς ἀκριβῶς ἐμάθομεν, μετὰ χρόνου περιδρομὴν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ παρά τινος ἐπιεικοῦς ἀνθρώπου Ῥοδίου, τότε μὲν ὑπὸ τῶν Κατελάνων κατεχομένου, μετὰ δὲ ταῦτα φυγόντος, κἀκεῖσε εὑρεθέντος μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύοντες, καὶ ποτὲ μὲν νηνεμίᾳ, ποτὲ δὲ κλύδωσι προσπαλαίοντες, εἰς τὴν Μεθώνην ἐφθάσαμεν σαββάτῳ πρωΐ. ἦλθεν οὖν ἐκεῖ καὶ ὁ τῶν Ῥωμαίων Ἐπίσκοπος, καὶ ἕτεροι πολλοὶ, προσεκύνησαν τὸν πατριάρχην. προσῆλθε δὲ αὐτῷ μετὰ τιμῆς καὶ ὁ Καστελλάνος, μετὰ καὶ ἑτέρων ἀρχόντων Λατίνων. προσέταξε δὲ ἡμᾶς ὁ πατριάρχης ἑτοιμασθῆναι ἐντίμως, καὶ πλη-

primum ad Insulam Gadyron, clam reliquis suarum navium quas cursu prævorterat, ita se occultatum abdidit, objectu cujusdam promontorii, aut procurrentis in mare aggeris, ut quid eo factum sit, aut quibus adversis incidisset, pauci admodum conjectarent, donec procellâ mutante in clementius cælum, explicuit vela, ab Insula Gadyro delapsus in aliã Cenchræonem. A cujus Insulæ ripâ alterâ binæ triremes Catelaunicæ, stabant anchoris firmatæ, cum totidem Galeotis, quæ ab Imperatoriâ ignoratæ, interjectu Insulæ delituerunt: at illæ Imperatoriam subeuntem alveo plane conspexerant, & noverant Imperatorem in illis vehi: unde sævum ineunt consilium, cum Imperatore manus conserendi; & dum tenebris adhuc & noctis, & Insulæ occulerentur, omnia parant ad dimicandum: ut exorto die prompti jam atque alacres navigia è stationibus expedire, pugnamque capessere viderentur: Quod & præstitissent sanè, nisi quidam è suorum numero tempestive impetum saniori consilio retardasset: suadens ut sibi prospiciant: omnia cautè ac prudenter esse molienda: Imperatorem principem præpotentem, heroicum & magnanimum, abundare armis in bellum, ac militibus fortissimis: Rostratamque eam quâ vehitur, tanto robore compactam, tot viribus instructam maria persultare, ut vel cum tribus bellicosissimis navigiis sola possit concurrere: Si igitur Imperatorem invadimus, nec succedet spes aut votum, pro gloriâ & honore dedecus ac infamiam; pro utilitate ac commodo, damnum ac pænam lucrabimur: Quare videtur omnino dimittenda hæc machinatio. His mitigati dictis, conceptam manifestæ prædæ spem, Catelauni posuere: Quod nec ex nostra arte, nec merito, sed ex solâ Dei ope, ac providentiâ profectum est: Quandoquidem omnes nostri satis intelligebant, quam longe impar, ac invalida fuerit triremis Imperatoria, navali prælio confligere: nec id pluribus probare opus est: Quod & abunde fassi sunt nostrates, in Florentiâ, post multorum mensium decursum, cum res nobis propalaretur à quodam honesto cive Rhodio, qui tum captivus ab istis Catelaumis detinebatur; sed posteà nactus libertatem perfugit in Italiam, & cum nostratibus conversatus est: Nos verò illinc promovendæ navigationis studio vela expandimus: Et ventis quandoque nullis, quandoque nimium sævientibus colluctati, tandem Sabbathi multo mane, Methones sinum intravimus: ubi Episcopus loci, à Romanorum autoritatem derivans, cum permultis aliis ad Patriarcham obsequiose pervenit, eumque adoravit: Idem & Castelli Præfectus fecit, & nonnulli proceres Latinorum: Præceperat autem Patriarcha, nos cultu quam potuimus maximè

πλησίον αὐτοῦ εὑρίσκεσθαι, ὃ καὶ πεποιήκαμεν πρὸ τοῦ τὸν κασελλάνον ἐλθεῖν: εἶτα εἶπεν, ὅτι οἱ ἐπίσκοποι οὗτοι οἱ λατῖνοι βούλονται κατέχειν μὲν ἑκατέρωθεν κατὰ τὸ ἔθος. τὸ δὲ ἐστὶν ὑμέτερον δίκαιον. ἀλλ' οὗτοι εἰσὶν ἀνατεθειμένοι πρὸς τοῦτο, καὶ ἀπὸ τοῦ παπᾶ, τί οὖν δοκεῖ ὑμῖν; μήτις ἔχῃ αἰτιάσασθαι ἡμᾶς ἀπὸ τούτου: ἐξωτερικὴ τιμὴ ἐστὶ τοῦτο. ἐστὶ δὲ καὶ λόγος τοῦ πάπα; καὶ οὐ δοκεῖ μοι ἐγγίζειν κατὰ τὶ ἡμᾶς. ἡμῶν δὲ πρὸς σκέψιν ἀπιδεῖν βουληθέντων, εἶπεν εὐθὺς προπετῶς ὁ μέγας Σκευοφύλαξ. τοῦτο ἐξωτερικὴ τιμή ἐστι, καὶ οὐ λυμαίνεται. τὸ δ' αὐτὸ εἶπε καὶ ὁ μέγας σακελλάριος. Ὁ δὲ μεθώνης προσκυνήσας τὸν πατριάρχην ὑπέστρεψε, καὶ συναθροίσας πάντας τοὺς ἱερεῖς, καὶ τὰς ἁγίας εἰκόνας λαβὼν, ἦλθεν εἰσαγαγεῖν τὸν πατριάρχην μετὰ λιτῆς.

me venerabili ac decoro cinctos; juxta ejus latera consistere: quod & præstitimus ante adventum præfecti. Nam id secum Patriarcha cogitavit, quod & nobis aperte explicuit his verbis: Latini Episcopi adstare mihi in loco proximo, mea utrinque stipare latera honoris causâ, putant ad jus suum pertinere: quam ego vestram esse prærogativam censeo; At quid si id edocti sunt à Papâ? quid faciendum judicatis; ut nemo nostros mores incuset, si diversum ab eorum institutis ordinem sequamur? Est peregrina Heroas honorandi consuetudo fulta etiam autoritate Papæ, nec nostræ gentis ritus ullo modo attingit: Dum verba Patriarchæ perpendimus, & circumspicimus in eo negotio quid consilii esset capiendum, Magnus Scenophylax abruptè respondit: Si peregrina consuetudo nostros non attingit mores, ergò utcunque à peregrinis usurpata, nostros nec vitiat, nec labefactat: Idem & Magnus Sacellarius pronuntiavit. At Episcopus Methones post exhibitam Patriarchæ reverentiam domum abit; Et collecto omni cætu Sacerdotum, assumptisque sacris Imaginibus, ad nos illico revertitur, cum Clericali pompa & supplicatione solenni Patriarcham deducturus ad Ecclesiam.

τμήμ. δ. Κεφ. ε.

Ὡς οὖν ἐξηρχόμεθα τῆς νηὸς ἠρώτησέ με, εἰ ἔσονται καὶ λατῖνοι μεθ' ἡμῶν; εἶπε γὰρ, ὡς ὅτε λιτανεύομεν ἡμεῖς, οὐκ ἔρχονται μεθ' ἡμῶν Λατῖνοι. ἐγὼ δὲ εἰδὼς τὸ γενησόμενον, εἶπον, μή σοι μελέτω νῦν περὶ τούτου, ἐπειδὴ πάρεστιν ὁ πατριάρχης. πάντα εἰς τὴν ἐκείνου ἀνάγονται διάκρισιν. διερχομένων οὖν ἡμῶν τὰς ὁδοὺς, ἐκρατεῖτο ὁ πατριάρχης ἀπὸ τῶν ἀγκαλῶν, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς μέρους παρὰ τοῦ Κορώνης Χριστοφόρου εὐπρεπέστερον, ἀπὸ δὲ θατέρου παρὰ τοῦ πορτουγάλου ἄκροις δακτύλοις καθὼς εἰώθασιν οἱ λατῖνοι πεσενταρίζειν. Τὸ δὲ κατάλυμα εἰς ὃ ἀπήγαγον τὸν πατριάρχην, ἦν ἀνώγεων παλαιότερον, ὅπερ ἔλεγον εἶναι τῆς ἐπισκοπῆς, ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων ἀοίκητον πάνυ κατερραγμένον καὶ ἀκαλλώπιστον. Δίχα φραγμοῦ τὸ κατώγεων αὐτοῦ καὶ χοίρων ἐνδιαίτημα: ἦν δὲ ἐκεῖσε κλίνη μία, καὶ ἐπ' αὐτῆς πίλωτο προσκεφάλαιον, ἴσως διὰ τὸν πατριάρχην, ἐρρυπωμένον λίαν καὶ πενιχρόν. ἐν τούτῳ οὖν εἰσελθόντες ἡμεῖς, καὶ μηδὲ καθίσαι εὑρόντες ἐξήλθομεν. ὁ δὲ πατριάρχης λίαν ἀηδῶς ἀριστήσας ἐν αὐτῷ ὡς μηδεμίαν ἀνάπαυσιν εὑράμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ τῶν χοίρων γρυλισμοῦ διοχλούμενος διε-

SECT. IV. CAP. V.

Ut primum navigio egressi sumus, me interrogavit Episcopus, an Latini in nostro comitatu veherentur? se, cum Ecclesiæ Græcanicæ præficeretur, nec Romani officij ritum observare dixit, nec sacris operari solitum aspectantibus Latinis. Ego vero satis gnarus, quo tendat hæc oratio, jussi de hac re, omnem animo sollicitudinem eximeret, cum ipse Patriarcha adsit, cujus autoritati, ac limatissimo judicio omnes ritus ac officia permittuntur examinanda: Nobis autem ulterius per vias progredientibus, Patriarcham ansis librabant, à dextrâ Coronensis Christoforus, Legatus Pontificius, formâ ac modo magis aulico ac eleganti; à sinistrâ Lusitaniæ Episcopus, summis tantum digitis Patriarchæ manum delibantes, ut solent Latini, quos amant ac reverentur, decoris ac magnificentiæ ergò, per plateas publicas deducere. Diversorium vero in quod Patriarcham introduxere, stetit in superiori contignatione cænaculum, quod palatium sedis Episcopalis profiteri non erubuerunt: inhospitum à multis annis ac inhabitabile, rimis dehiscens, fædum ac deforme: Quod inferius remansit, apertum hiavit, sine sepimento, vile gurgustium, & hara, in quâ fæcunda scrofa suos alat porculos: In cænaculo lectus erat unicus, quem unico pulvinari straverant; eoque forsan in usum & honorem Patriarchæ allato, sed nimis sordido, paupere & lutulento: In id nos etiam intravimus secuti Patriarcham: sed

διεμηνύσατο, καὶ ὠνείδισε τὸν χριστοφόρον περὶ τούτου. εἶτα ἀπῄτησεν εἰς τὸ τοῦ καστελλάνου παλάτιον ἀπελθεῖν. ἤκουσε γάρ, εἶναι αὐτὸ μέγα καὶ περιφανές. Ὁ δὲ χριστοφόρος ἐλθὼν κατέπεισε τὸν καστελλάνον, καὶ ἐδέξατο τὸν πατριάρχην εἰς τὸ παλάτιον. κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ ἑσπερινοῦ ὕμνου παρεγενώμεθα καὶ ἡμεῖς. ὁ οὖν τὴν συνήθη συναπτὴν λέγων διάκονος, εἶπεν ἐκ συναρπαγῆς, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου. Εὐθὺς οὖν ἔδοξεν καὶ ἡμῖν βαρὺ, καὶ ἐσκώψαμεν τὸν εἰπόντα τοῦτο.

Πρωΐας δὲ γενομένης στέλλει ὁ πνευματικὸς ὁ κῦρος γρηγόριος πρὸς ἡμᾶς καλόγηρον αὐτοῦ, καὶ γραμμάτιον διαλαμβάνον, ὡς ἠκούσαμεν ὅτι εἶπεν ὁ διάκονος ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου τούτου. καὶ ζητοῦμεν εἰδέναι εἴτ᾽ ἐκ συναρπαγῆς ἐγένετο, εἴτε καὶ μετὰ μελέτης. εἰ μὲν οὖν ἐκ συναρπαγῆς ἦν, διορθωθήτω. εἰ δὲ μεμελετημένον ἦν, δότε καὶ ἡμῖν εἴδεσιν, ἵνα γνῶμεν ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, ἡνώθητε, καὶ ποιήσωμεν καὶ αὐτοὶ τὸ προσῆκον ἡμῖν. ἀπεκρίθημεν δὲ καὶ ἡμεῖς ὅτι καὶ ἐκ συναρπαγῆς ἦν καὶ ἡμῖν βαρὺ ἔδοξε, καὶ ἐσκώψαμεν καὶ διωρθωσάμεθα τοῦτο, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τῆς αὐτῆς συγγνώμης ἐσμέν. ἐτελέσαμεν δὲ ἐκεῖ καὶ τὴν ἑορτὴν τοῦ χριστοῦ γέννων περιφανῶς, ἐπεὶ καὶ μεγάλη ἦν ἡ οἰκία, καὶ προσέμεινεν εἰς αὐτὴν ὁ πατριάρχης ἡμέρας ιγʹ.

ſed cum nec ubi ſedere nos oportuit invenimus, nec ubi decenter ſtare, nos ſubduximus: At illic Patriarcha inſuaviter, ac permoleſtè pranſus eſt, quia nihil ad voluptatem, aut mentis recreationem reppererat: Sed nunc loci vaſtitie ac ſolitudine, nunc porculorum grunnitu inquietatus, Chriſtophorum ad ſe vocatum non ſine conviтiis increpuit, quod ipſum in volutabro cum porcis caſtrametari feciſſet: ac demum oravit, ut ſibi fas eſſet ad præfecti palatium ſe recipere: Chriſtoforus alacriter id in ſe præſtaturum ſuſcepit; & præfectus facile à Chriſtophoro perſuaſus cum veneratione ac gratiâ, Patriarcham intrà munimenta admiſit. Nos vero ad horam Veſpertini cantus pro more cultui interfuimus: Et Diaconus cujus vices erant ſacra peragere recitans aſſuetam pro pace Collectam, non omiſit, quod habebatur in Collectâ pro hac æde ſacra perorare, quod nobis viſum eſt perabſurdum, & inconcinnum, cum nulla ædes ſacra eo loci eſſet, pro quâ vota funderet; & tantum non in apertum cachinnum reſoluti ſumus.

At craſtino mane Gregorius pœnitentiarius, ad nos miſit per manum Monachi ſui, ſcriptam ſchedulam, quæ hæc continebat: Accepimus heri Diaconum inter precandum, pro hac æde ſacra votum explicuiſſe, ubi nulla ædes ſacra apparuit; Et percupimus ſcire, ſi id de induſtriâ, aut temerario linguæ lapſu fecerit. Si ſubitaneum fuerit crimen, & inter cæteras preces, ab hac particulâ abſtinere non adverterit, ut debuit, admonebitur in poſterum ut veat. Sin præconſultum & datâ operâ commiſſum, facite ut ſciam vos mihi concordes aſſentire, antequam hinc abeamus ad Synodum pro concordiâ adipiſcendâ, & nos junctim præſtabimus, quod noſtris officiis conducet, in hominis imperitiâ ſimul ac impudentiâ caſtigandâ: Quibus reſponſum dedimus: Nos cum Domino Pœnitentiario in eádem verſatos animi ſententiâ graviter tuliſſe hominis temeritatem, & ludibrio expoſuiſſe: ſed cum intelleximus ex ignorantiâ, aut prava rerum æſtimatione hominem lapſum, errorem fatenti condonavimus. Utcumque ſolemnitatem Natalis Chriſti illic magnificè celebravimus, cum domus præfecti ſatis ampla ſufficeret, nobis ad ſacra recipiendis; ibidemque Patriarcha tredecim diebus integris perduravit.

τμήμ. δ. κεφ. ϛ.

Τινὲς οὖν ἀνεβάλλοντο τὴν πρὸς ἰταλίαν ὁδὸν, τὴν δυσχέρειαν καὶ τὴν ἐν τοῖς πλοίοις στενοχωρίαν τὴν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων προβαλλόμενοι, πρὸς δὴ τοῦτο ἐβουλεύετο ὁ πατριάρχης, ἵνα ζητήσῃ τοὺς ἐκ τοῦ πάπα εὑρεῖν, καὶ ἑτοιμάσαι ἕτερον ἓν κάτεργον ἐκ τοῦ Ναυπλίου, ἢ ἑτέρωθεν, καὶ εἰσάξαι ἐν αὐτῷ τοὺς, μὴ ἔχοντας ἀνάπαυσιν, καὶ ἑτέρους ἐκ τῶν πολλῶν ἵνα οὕτως ἐν ταῖς ναυσὶν εὐρυχωρία γένηται, καὶ

Sect. IV. Cap. VI.

Verum nonnulli omnino retardarunt noſtram navigationem in Italiam, propter incommodam transvectionem, & nimiam multitudinem in navibus ſtipatam. Patriarcha ut huic malo occurreret conſilium dedit, ab iis implorare quos Papa miſerat nobis in Italiam deducendis, ut unam inſuper triremem vel ex Nauplio, vel aliunde conducant: ut qui nimis arctè in cunctis premerentur, in illum ſubmoti, majoris ſpatii ſolatia participarent: Quod ut plurimis placuit. At Sardienſis in contrarium objecit: primo

καὶ ἀνάπαυσις τοῖς ἐκεῖσε, ὃ καὶ ἤρεσε τοῖς πλείοσιν. ὁ δὲ Σάρδεων εἶπε, πρῶτον μὲν ἔνι δύσκολον εὑρεῖν αὐτοὺς κάτεργον, εἰ δὲ καὶ εὑρήσουσιν, οὐ δυνήσονται οἰκονομῆσαι αὐτὸ μέχρι καὶ ἑνὸς μηνὸς τὸ ἔλαττον, εἰ καὶ μεγάλως σπουδάσουσι. καὶ ἔσται ἀπὸ τούτου πλημμέλεια, καὶ ἔξοδος πολλὴ εἰς τὰ κάτεργα. εἶτα οὐδὲ θελήσουσιν ἀποβλέψαι πρός τι τοιοῦτον. ἐπεὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάθεσιν ἀπὸ τοῦ πάπα. δεῖ οὖν ἡμᾶς ζητεῖν ἅπερ δύνανται κἀκεῖνοι ποιεῖν εὐκόλως. εἰ δὲ ζητοῦμεν μεγάλα καὶ ἀπαγορεύσονται, παρ᾽ ἐκείνων, εἶτα παραιτούμεθα καὶ ἡμεῖς ἅπερ ζητοῦμεν, καὶ νοήσουσιν ἡμᾶς παρῃτουμένους εὐκόλως τὰ ζητήματα ἡμῶν, μεγάλην βλάβην ἕξομεν ἀπὸ τούτου, ἐλευσόμεθα γὰρ καὶ εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα, τὰ ἀναγκαῖα, κἀκεῖνοι εἰδότες τὰς παραιτήσεις ἡμῶν, ἐνστήσονται, καὶ κατορθῶσαί τι οὐ δυνησόμεθα. Θεραπεῖαι δ᾽ ἔφη δοκοῦσι μοὶ δύναται δύο. μία μὲν ἐπεὶ πάρεισιν ἐνταῦθα τὰ τῆς Συρίας κάτεργα, καὶ αἱ ἐν αὐτοῖς καμάραι εἰσὶν, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν ὀφφικιαλίων, ἐξωνηθήτω ἡ χρῆσις αὐτῶν, ἵνα εἰσαχθῶσιν ἐν αὐταῖς τινὲς τῶν ἡμετέρων, καὶ ἀναπαυθῶσιν. ἑτέρα δὲ, ἵνα ἐκβάλλωσι τοὺς δούλους οὓς ἔχουσιν, καὶ ἴσως γενήσεται καὶ ἐκ τούτου εὐρυχωρία τις. ἀνάγκη δὲ ὑπομεῖναι ἡμᾶς καὶ στενοχωρίαν πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, ὑποθεμένους ὡς ἠσθενοῦμεν ἢ ὑπὸ περιορισμὸν ἐσμέν. περιέστη οὖν ἵνα ζητήσωσιν ἐκβαλεῖν δούλους, καὶ τὰς πραγματείας ἃς εἶχον: ὡς ἂν οὕτως πως πλείων εὐρυχωρία εἰς τὰ κάτεργα γένηται, διεμηνύσαντο δὲ τοῦτο τῷ καπιτάνῳ καὶ τῷ Χριστοφόρῳ δι᾽ ἡμῶν, οἱ δὲ περὶ μὲν πραγματειῶν εἶπον μὴ εἰσάξαι, οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν καίτοιγε καὶ εἶχον καὶ εἰσήξαν. περὶ δὲ τῶν δούλων εἶπον, ὅτι οὐκ εἰσάξομεν αὐτοὺς εἰς τὰ κάτεργα, ἡμεῖς γὰρ ἐνταῦθα ἐμέλλομεν καταλιπεῖν αὐτοὺς, εἰ καὶ ὑμεῖς τοῦτο οὐκ ἐζητεῖτε. οὐδεὶς γὰρ τῶν δούλων ἐλεύσεται εἰς τὴν Βενετίαν διὰ τῶν κατέργων. ἠλήθευσαν δὲ καὶ ἄκοντες εἰς τὸν τελευταῖον καὶ μόνον αὐτῶν λόγον: καὶ πάντας εἰσῆξαν τοὺς δούλους εἰς τὰ κάτεργα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν διεσώθη εἰς τὴν Βενετίαν τοῦ βουβῶνος πάντας τῷ βυθῷ παραπέμψαντος τῆς θαλάσσης. τὸ καινότερον δὲ, ὅτι πάντων ἐμοῦ συνδιαιτωμένων ἐκ πάσης ἡλικίας,

primo rem arduam fore papalibus, hac anni tempeſtate, triremem onere vacuam, invenire: Et ſi ad manum habeant, menſis ad minimum effluet, etiamſi ſe multum fatigabunt, priusquam omnibus neceſſariis inſtruere poſſint: unde damnum ſuborietur, temporis in quærenda rate, & impenſarum in ea adornanda: Deinde & Papæ autoritate forte deſtituuntur. Unde hæc rejicient ut aliena à ſuis articulis, & ultrà metas mandatorum procurrentia: quare rogandi ſunt ea quæ facile poterunt, & ſine graviori incommodo præſtare. Nam ſi importuna quæ poſtulamus illi repudiabunt, docebimus in poſterum nobis negari poſſe mediocria. Et ſi nos ſemel deprecari animadverterint quæ nos petimus, & illi negant; ſemper illi in eo negandi ſtudio verſabuntur, & nobiſmetipſis damnum capitale concitabimus. Nam cum perventum erit ad Synodum, & Theologicas diſſertationes, cum nos conſciverint tergiverſari, & ad deprecationes redargui poſſe, inſtabunt animoſius; & nihil unquam præclari nobis præſtandum permittent. Opinor autem in duobus, hujus incommodi remedia conſiſtere. Aut Syriacas triremes hic in promptu conducendas eſſe, in quibus varia cubicula vectoribus locantur à navium officialibus, ut in iis noſtratium aliquot rite diſpoſiti, refocillentur: Vel ut unuſquiſque noſtrûm, quos ſecum adduxit ſervos dimittens, cæteris permanſuris liberiorem locorum capacitatem relinquat. Interea nos omnes nonnihil anguſtiarum pati oportet, ad paucorum dierum breve ſpatium; nobiſcum reputantes, quaſi aut lectis affixi morbo, aut exilio damnati mulctaremur. Ita tandem in id conventum eſt, ut poſtularent mancipia ejici, & mercimonia, ut ſic fieret in triremibus locorum relaxatio. Quod ubi ſignificatum eſt per nos claſſis Præfecto & Chriſtophoro, reſponderunt, ſe nulla mercimonia attuliſſe, nec habere jam quæ exonerent, quanquam id falſum eſſe ſatis conſtaret, & attuliſſe ſe mercimonia, & jam habere: ſervos vero ſe ſuos hinc dimittere decreviſſe, etiamſi de ea re nihil dixiſſemus; Nullum mancipium nos Venetias uſque in triremibus comitabitur. Nec in eo fidem fefellere, veridici vel inviti, conjurantibus fatis in omnium ſervorum internecionem. Nam quamvis eos omnes, contrà quam promiſerant, in triremibus ut antea repoſuere, eorum tamen nemo incolumis Venetias pervenit, ſed graſſante tumore qui inguina inflammabat, omnes ad unum extincti in fundo maris demergebantur: Et quod magis obſtupeſcendum, cum plurimi ſimul in iiſdem triremibus verſarentur ex omni ætate ac conditione; neminem vel Græcorum vel Latinorum fatalis lues afflavit, præter ſervos ſolos, eoſdemque omnes, ne

κίας, οὐδενὶ οὔτε τῶν γραικῶν οὔτε τῶν λατίνων ἡ νόσος ἐνέσκηψεν, εἰ μὴ τοῖς δούλοις πᾶσι μόνοις. οὐδεὶς γὰρ διεσώθη. ἐκεῖθεν δὲ τῶν νηῶν ἐπιβάντες ἤλθομεν δι' αὐτῶν εἰς λιμένα τὸν ναβαρῖνον ὀλίγον ἀπέχοντα τῆς μεθώνης.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφιππος τὴν τοῦ πέλοπος διελθὼν ἀπὸ τοῦ κεγχρεῶνος, καὶ διὰ μέσου τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ συγγενόμενος ἦλθε καὶ αὐτὸς εἰς τὸν ναβαρῖνον, ἐπιβάντος δὲ καὶ αὐτοῦ τῆς νηὸς τὸν πλοῦν διηνύομεν.

unus quidem ex illis salvus permansit: Verum illic navigia conscendentes, aliquantulum promovimus ad portum Nabarenum, non ita procul à Methone Civitate distantem.

Interea Imperator à Cenchreone totam Pelopis Insulam eques peragravit, fratresque cum compellaret, nos assecutus est in Navareno: navemque conscendit, & omnes unà tot diebus omissam navigationem redintegravimus.

τμήμ. δ. κεφ. ζ.

Ἵνα οὖν τὰ μεταξὺ παραδεράμω κλύδωνάς τε καὶ κινδύνους, οὓς ὑπέστημεν περί τε τὴν Μεθώνην καὶ περὶ τὸν τῶν Ἰωαννίνων κόλπον, ἔνθα τῆς βασιλικῆς νεὼς ὁρμῆσαι βουληθείσης, ἣ καὶ τῶν βενετίκων ἀκουσίως ἑπομένων καὶ στραφεισῶν τῶν δύο, εὐθὺς ἐῤῥάγησαν τὰ ἱστία αὐτῶν ἄνωθεν ἕως κάτω τάς τε στάσεις, ἃς ἱστάμεθα κωλυόμενοι ὑπὸ τοῦ καιροῦ ὅμως ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν εὐφόρου τετυχηκότες ἀνέμου ἐξ οὐρίας ἐπλέομεν, γηθόμενοι τῷ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀέρος καθαρῷ καὶ λαμπρῷ, καὶ τῇ τοῦ πλοὸς ταχυτῆτι. κυριακὴ δὲ ἦν καὶ παραμονὴ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων θεοφανίων, καὶ τὴν νῆσον τῆς κεφαληνίας παρεπλέομεν, καὶ περὶ δευτέραν ὥραν μετὰ μεσημβρίαν, κατῆρεν ἡ τοῦ βασιλέως ναῦς, καὶ ἔστη ἐν λιμένι τῷ καλουμένῳ Πιτζκάρδω πάντων βοώντων καὶ μονονοὺ ὀλοφυρομένων, ὡς τοιούτου πλοῦ αἰτίου ζημιουμένων, ὥστε καὶ τὸν λεγάτον ἀναγκασθέντα εἰπεῖν ἑλληνιστί. μὴ γὰρ ἔχομεν ἐκ τῶν ἡμετέρων κόλπων ἐκπέμπειν τὸν ἄνεμον ὅταν ἐθέλωμεν. ἀλλ' οἱ λόγοι πάντων ὡς ἄσημοι φωναὶ καὶ ὡς ψόφοι κενοὶ εἰς ἀέρα ἐῤῥίπτοντο. Μία δὲ τῶν τριήρων ἀδείας δραξαμένη καὶ μίλια περιελθοῦσα λ περὶ τῆς ἑσπέρας ἐλιμενίσθη, καὶ τῇ ἐπιούσῃ τὸν πλοῦν διανύσασα εἰς τὴν κέρκυραν ἔφθασε καὶ καλῆς ἔτυχε ἀναπαύσεως.

Ἡμᾶς δὲ τῶν πνευμάτων ἐναντιότης ἐπὶ πέντε νυχθήμερα κατεῖχεν ἐκεῖσε, μηδὲ ὕδατος ἐμφορηθῆναι ἔχοντας, μόλις δ' οὖν ποτε καιροῦ λασάμενοι καὶ λύσαντες περὶ μέσας νύκτας, εὐφόρως ἐφερόμεθα τὴν

Sect. IV. Cap. VII.

Atque ut compendii causâ omittam, quæ nobis acciderunt obvia ac protrita, nempe quas undas, quæ pericula sustinuimus, circa Methonem, & sinum Joanninorum: ubi triremis Imperatoria avolare impetuosius festinans, in aliam Venetorum subsequi æmulantem subito obliquata incurrit: & ambæ proris adversis tanto cum conflictu arietarunt, ut vela ab utriusque antennis diffracta, deciderint: Ac ut prætercam, quibus hic illic abditi portubus vim ventorum adversam, declinavimus: Semel contigit ut in die ventum nacti pro votis secundum, & flantem à puppe, progrederemur navigantes, & sole sereno, cæloque sudo, & navium expeditâ navigatione plurimum oblectati: Erat autem dies Dominicus, & pervigilia solennis festi Theophaniorum, quando nos Cephalleniam Insulam prætervecti sumus: Imperatoria vero triremis ad horam secundam à Meridie portui se applicuit, qui Pitzcardius, seu Cordicrepius vulgo dicebatur: reclamantibus nobis universis, ac plurimum ingemiscentibus, tam faustæ navigationis opportunam occasionem corrumpi: sic ut legatus Pontificius, Græcè exclamare coactus fuerit: Creditisne nos in sinu portare ventos, ut flatum tam secundum vobis quotidie promere valeamus? At omnium monita ut voces irritæ cadebant, aut ut soni, qui nullum sensum important, in aera projiciebantur: Una tamen triremis animosè se proripiens in cursum, sexaginta milliaribus eâ nocte nos antevertit, & vesperi tempestive appulsa, cras Corcyram usque perrexit, ac utrobique portum satis commodum obtinuit.

At contrà, nos venti adversi quinque diebus ac noctibus continuis Pitzcardio detinuere: cum nec lymphæ satis ad explendam sitim suppeteret: Tandem tempus magis plausibile nacti solvimus ad noctis conticinium: Ac primum vento obsecundante, leniter ferimur: mox asperius intu-

τὴν ἀρχήν. εἶτα κατὰ μικρὸν τὸ πνεῦμα ἐτραχύνετο, καὶ ἔτι μεῖζον, καὶ ἡ θάλασσα ἠγείρετο, καὶ εἰς σφοδρὸν κατήντησε κλύδωνα.

intumuit unda, & paulatim ſic crevit, ut efferatum mare in atrociſſimam tempeſtatem deſineret.

τμήμ. δ. Κεφ. η.

Ἕως μὲν οὖν ὁ ἄνεμος ταῖς ναυσὶν ἐπ᾽ εὐθείας ἐνεδίδου φέρεσθαι, ξ μίλια διέδραμον ἐν τέσσαρσιν ὥραις βιαίως φερόμενοι. ὧν μεταξὺ καὶ τὸ λεγόμενον στοῦνιν, τὸ τὴν κεραίαν κατέχον τέμνεσθαι ἤρξατο. ὃ καὶ μᾶλλον ἐξέπληξεν ἡμᾶς ὕστερον γνόντας τὸ περὶ τούτου, ὅπως ἐν σκότει βαθεῖ, καὶ τοσαύτῃ βίᾳ καὶ βοῇ τοῦ τε ἀνέμου καὶ τῆς θαλάσσης ἔγνωσαν οἱ ναυτικοὶ τὸ στοῦνιν τεμνόμενον, καὶ ἐν τοιαύτῃ βίᾳ ἀναβάντες ἔδησαν καὶ ὠχύρωσαν αὐτό. ὅτε καὶ οἱ πλείους τῶν ναυτῶν, οὐδ᾽ ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὀρθὰ βαίνειν ἠδύναντο. ἀλλ᾽ ἔτι σκοτίας οὔσης αἰφνιδίως ἀντιπνέει καὶ ἀντεμβάλλει τὸ πνεῦμα, καὶ ὑψηλὸν καὶ τραχὺ ἀντιστρέφει κῦμα, καὶ ἀντίρροπα κύματα τοῖς ἐπερχομένοις ἀντεπεγείρει, καὶ εἰς τὸ ὄπισθεν τὰς νῆας βιαίως ὠθεῖται. ὁποῖος μὲν οὖν ὁ κίνδυνος ἦν τότε, οὐδὲ γνῶναι ἀκριβῶς εἴχομεν, τῇ ζάλῃ καὶ τῷ πλήθει τῶν ἰλίγγων καταδαρθέντες. μία μόνον ἠγγέλθη παραμυθία, ἣ καὶ ἡμῖν ἐκλάμψασα τότε καὶ γλυκεῖα καὶ ἐξαισία φωταγωγία. ἣν καὶ τινὲς τῶν ἡμετέρων οἰκείοις ἑωράκασιν ὀφθαλμοῖς. ὅμως μὴ ἔχοντες ὅπη ἂν ἐλλιμενισθῶμεν, τὴν αὐτὴν πάλιν ἐστράφημεν, καὶ τὴν ὁδὸν ἐν τέσσαρσιν ὥραις διηνύσαμεν ταύτην, ἐν ιδ᾽ μόλις διήλθομεν εἰς τὸν πιτζκάρδον αὖθις ἀνασωθέντες, παρ᾽ ὅλην ἐκείνην τὴν ἡμέραν κλυδωνιζόμενοι, καθ᾽ ἣν οὐ βρώσεως τινὸς οὐδὲ πόσεως ἐγευσάμεθα, οὐχ ὅτι γε ἡμεῖς, ἀλλ᾽ οὐδὲ οἱ ναῦται. πάντων σκοτοδινίᾳ, καὶ κάρῳ βαρεῖ κειμένων ὡσεὶ νεκρῶν, πέντε μόνων ἢ ἓξ γρηγορεῖν δυνηθέντων, καὶ τὸ κάτεργον ἰθυνόντων, τῶν δὲ κυμάτων ὡς ὄρη μέγιστα ἀντικρουόντων.

Πάλιν τοινῦν ἐν τῷ αὐτῷ προσεμείναμεν λιμένι τριημερεύσαντες. εἶτ᾽ εὐφόρου καιροῦ δραξάμενοι, νυκτὸς ἀρξαμένης καὶ τῆς Σελήνης, ἡδύ τι διαλαμπούσης καὶ καθαρὸν, πλέειν ἠρξάμεθα. οὔπω δὲ καλῶς ἐξελθόντες τοῦ λιμένος, τὸ ἕτερον κάτεργον διεπέτασε τὰ ἱστία, τὸ δὲ πνεῦμα ὠθῆ-

σαν

Sect. IV. Cap. VIII.

Quamdiu vero nobis per ventum licuit rectà progredi, ſexaginta milliaria confecimus, in quatuor horarum ſpatio; adeò violentis flatibus provehebamur: Interea Sunis qui dicitur, quo quaſi camo injecto antenna ad Carcheſium hæret religata, crebro ad malū affrictu, radi cæpit: Et quod nos majori admiratione perculſos terruit, intelleximus, in tam denſâ caligine, tam ferventi æſtu ventorumque & maris, in tam immani fluctuum repercuſſu nautas animadvertiſſe, quod rudens iſta enervaretur: Et cum plerique nautarum, ne veſtigiis quidem in tabulato recti ſtare valerent, tamē eorum aliqui, antennarum funibus illata intertrimenta reſarcirent: Sed quod omni diſcrimine gravius accidit, dum adhuc in his ſpiſſiſſimis tenebris agitamur, variato cæli cardine ventus reflavit cōtrarius, & à puppe in proram incubuit, tam impetuoſo turbine fluctus fluctibus allidens, & undas undis, ut noſtras naves in anterius directo curſu collimantes, retro in puppim redire coëgerit: At nemo noſtrum magnitudinem periculi tum æſtimare poterat, cum noſtras aures terribilis fragor colluctantium undarum obſtupefecit, & omnem cerebri ſenſum extinxit plane intertriginoſa vertigo, quâ conſopiti obruebamur: Unicum tamen nobis ſolatium ab aliquibus nuntiatū accepimus: Deum noſtris malis permulcendis interfuiſſe: nam inſoliti ſplendoris lumē gratum ac glorioſum nos circumfulſit; quod non ita pauci noſtrorum propriis oculis conſpexerūt: Utcunq; cum nullibi in tam ſævo mari jactis anchoris cōſiſtere poſſemus, nec portus eſſet vicino in littore ad quem confugere, eandem retro viam, iiſdem ferme paſſibus, ad eundem Pitzcardi infauſtum ſinum remetiri cogimur: Et ſexaginta milliaria quæ in horis quatuor progrediendo confecimus, vix totidem in quatuordecim retroacti ſuperavimus à Cælo, ſaloq; fluctibus & tempeſtate male mulctati, die integrâ, noctuque: Quâ ne micam quidem cibi aut potus, non modo non ipſi, ſed ne nautæ guſtaverant: Marceſcentibus univerſis, ea circumrotatione capitis ac gyro, ut mortuis quam vivis propiores adnumeraremur: ſoli quinque vel ſex viri animoſiores, expugnatâ decumbendi neceſſitate ſuperfuerunt operariæ rudentum curæ, & triremi clavo dirigendæ, contrà undarū immanitatem, quæ ad inſtar ingentiū ſcopulorum noſtra latera undequaque feriebant.

Tandem autem illuc iterum devecti, triduo per-

σαν αὐτὸ. προσέρριψε εἰς τὸ ἡμέτερον κάτεργον, καὶ πρὸς τὸ βράχος ὤθησε τοῦτο, καὶ τὰς κώπας ὡς καλάμην συνέτριψε, καὶ μικροῦ δεῖν καὶ αὐτὸ συνέτριψε τὸ κάτεργον. ὡς δὲ τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ καὶ τούτου ἐρρύθημεν τοῦ κινδύνου, ἐπλέομεν αὐτήν τε τὴν νύκτα, καὶ τὴν ἐξῆς ἡμέραν, καὶ ἔτι τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα. τῇ δ' ἐφεξῆς ἡμέρᾳ περὶ β ἢ γ ὥραν εἰς τὴν κέρκυραν προσωρμίσθημεν.

permansimus, donec serenitate reddita blandior aura navigationi nostræ aspiravit: Tum ad prima noctis ingruentis crepuscula, Luna nitide ac amabiliter emicante, vela dedimus læti: nec tamen eadem satis tuto ab infelici portu expedivimus: Nam dum in alia trireme prope nos vela expanderent, aptarentque funalibus, subitaneus venti flatus ex obliquo incidens vela vicinæ in nostram triremem violenter contorsit, & sic nostris velis implicuit, ut nostram impulsu ac verbere subsidentem in arenarum cumulum afflixerit, remos nostros fregerit, ut culmos stramineos; Et parum aberat quin ipsam triremem nostram eversam in fluctibus depresserit: His demum nexibus enodati Dei ope, & hoc defuncti periculo, denuo solvimus in altum, cursuque per totam noctem continuato, posteramque diem, noctemque aliam totam, tertiâ luce, circa horam diei secundam aut tertiam matutinam navalia Corcyræ intravimus.

τμήμ. δ. Κεφ. θ.

Ἐξελθόντος δὲ ἐν αὐτῇ τοῦ πατριάρχου, προσελθόντων αὐτῷ πρότερον τῶν ἱερέων καὶ τῶν ἐκ τῶν λατίνων ἀρχόντων, συνήχθησαν αὖθις οἱ ἱερεῖς, καὶ ἦλθον αὖθις μετὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων, καὶ ἀνήγαγον τὸν πατριάρχην μετὰ λιτῆς εἰς τὸ τοῦ καστελλάνου παλάτιον, ὑφ' ἡμῶν κατεχόμενον, ὡς κορεσθέντα τῆς παρὰ τῶν λατινεπισκόπων τιμῆς καὶ τὴν ὑπὲρ τούτου ἀνάθεσιν τοῦ πάπα παραιτησάμενον. ἐκεῖσε τοίνυν καὶ τὴν ἑορτὴν τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου ἐτέλεσε προσμείνας ἡμέρας ιά. ὅτε καί τινὲς τῶν Λατίνων τὴν τοσαύτην ὁρῶντες πλημμέλειαν ἠρώτων ἀλλήλους πόσας τῶν ὀρτύγων φαγῇ, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀπεκρίνοντο, ὡς εἰ μὲν τις ἕτερος ἐξωνούμενος παρέχει μοι, φαγοῦμαι δέκα. εἰ δὲ αὐτὸς ἔσομαι καὶ ἐξωνούμενος καὶ ἐσθίων φαγοῦμαι δύο, δοὺς ἐξ αὐτῶν καὶ τῷ δούλῳ μου τὰς κεφαλὰς καὶ τοὺς πόδας. Ταῦτα ἔλεγον ἐμπαίζοντες, καὶ καταισχύνοντες τοὺς ἡμετέρους, ὡς μὴ φειδομένους τῶν ἐξόδων τοῦ πάπα.

Οἱ δὲ τῶν νησιωτῶν καί τῶν μεθωναίων ὀρθόδοξοι, πρὸς ἡμᾶς ἔλεγον, νῦν ὑμεῖς ἐστὲ ὥσπερ ἐκεῖνοι οἱ τιή θεοφόροι πατέρες, ἢ καὶ ὡς οἱ μετ' αὐτοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις διαλάμψαντες συνόδοις. ἃ δ' ἔλεγον ὑποστρεφόντων ἡμῶν, εἰρήσεται ἐν τῷ προσήκοντι μέρει τῶν λόγων. Ἐκπλεύσαντες δ' ἐκεῖθεν, μετὰ μίαν ἡμέραν τὸν ῥαούζιον διαπερᾶν ἠρξάμεθα κόλπον, ὃν δι' ὅλης ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς περαιούμενοι ἀπὸ μέσης νυκτὸς μέχρι πρωΐας εἰς σφοδρὸν πάλιν περι-

Sect. IV. Cap. IX.

Egredienti illic Patriarchæ tota gens Sacerdotum, & principum Latinorum simul in occursum descenderunt: Quibus omnibus Patriarcham officiose salutantibus, ac domum dimissis, secundâ vice, Clerici ad Patriarcham properarunt, allatis etiam sacris Imaginibus, ut solenni supplicatione illum ad præsidis palatium deducerent: qui non ab Episcopis Latinis, ut anteà, sed à nobis librabatur, quasi fastidiens Latinorum obsequia, ac declinans mandata Papæ quæ Latini ad id acceperant: Illic tamen festum S. Antonii celebravimus, undecim diebus commorati. Quando Latinorum nonnulli limis oculis intuiti tantum temporis dispendium, alter alterum interrogabat, quot in unâ mensâ coturnices posset manducare? respondit alter: si invitatus ad mensam coturnices acciperem, alienis partas sumptibus, decem integras devorarem: sed si esse mihi & emptor & esor, duo sufficerent: Etenim memetipsum totâ carne duorum satiarem, reliquias unguium & rostrorum meo servulo diglutiendas relinquerem: At in nostrum caput hanc fabam cuderunt, quasi nostrates utcunque domi viverent, foras tamen Papali sumptui non parcerent.

Nec Insulani à Methone aliquot Orthodoxi, minus Sycophantice nobis applauserunt: Ab hoc itinere (inquientes) laudem æternam promerebitis, pares futuri gloriâ apud posteros, iis tercentum & octodecim patribus qui divino lumine afflati, Nicææ ante aliquot centurias annorum primam Synodum generalem celebravere: aut quibuslibet aliis, qui succedentibus Conciliis quam maximè inclaruerunt: Verum quid nobis reversis à Synodo effutiverint, in decursu hujus historiæ memorabimus. Sed illinc enavigavimus, & post viginti quatuor horarum spatia, inchoavimus Ragu-

περιπεπλώκαμεν κλύδωνα, τῶν κατέργων ἄλλου ἀλλαχόσε διασπαρέντων, καὶ μηδὲ μετὰ τὴν φαῦσιν τῆς ἡμέρας ἀπ' ἀλλήλων ὁρωμένων. ἀρξαμένης ἡμέρας, εὑρέθημεν καὶ ἡμεῖς παραδόξως ὀλίγον τῆς χέρσου ἀπέχοντες, καὶ περὶ βῶραν εἰς τὴν κούρσουλαν προσωρμίσθημεν. καὶ ὥρας ἱκανῆς παρελθούσης τὸ ἕτερον ἦλθε κάτεργον. εἶτ' ἔφθασε καὶ τὸ τοῦ βασιλέως, μετὰ δ' ὥραν, καὶ ὕστερον τὸ λοιπόν. ἐκεῖ οὖν ἠκούσθη ὅπως ἀπέθανε καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀλαμανῶν, καὶ ὅτι ὁ πάπας ἦλθεν εἰς τὴν Φερραρίαν ἐκδεχόμενος καὶ ἡμᾶς ἐκεῖσε.

Raguſium ſinum trajicere : Et cum diem noctemque in eo tranando duraremus, à media nocte ad auroram, in tempeſtatem aliam denuo incidimus, tam violentis fluctibus ſævientem, ut ſingulæ triremes invicem diſpalatæ, totum ſinum pererraverint, permanſerintque tam incredibili perturbatione à ſe disjunctæ, ut diei invectâ luce, necdum apparuerint : Et quod nos inexpectato paradoxo attonitos confudit, cum lux clara effulſiſſet, non procul à terrâ nos abeſſe deprehendimus; & poſt horam unam aut alteram Corcyram Melænam in Adriatico appulimus. Ubi aliquantiſper in ipſo portu permanentibus, ſecunda triremis noſtra venit in conſpectum, & poſt horas quatuor Imperatoria, & tandem cæteræ omnes ſartæ tectæ: In ea primum Inſulâ, nuntium accepimus de morte Sigiſmundi Germanorum Imperatoris, & quod Papa è Româ Ferrariam migraſſet, nos illic expectaturus.

τμήμ. δ'. κεφ. ι.

Τότε ἐξῆλθεν ὁ βασιλεύς τε καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ εἶδον ἀλλήλους, καὶ ἐβουλεύσαντο μόνοι ἐφ' ἱκανὴν ὥραν. οὐδὲ τέως γὰρ εἶδεν ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην ἀφ' οὗ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξῆλθον. δύο ἤδη παρῳχηκότων μηνῶν. Τότε δ' ἐλαλήθη καὶ τοῦτο, ὡς εἴπερ ἤκουον τὸν τοῦ Σιγισμούντου θάνατον ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, οὐκ ἂν ἀπήρχοντο εἰς τὴν σύνοδον. περιμείναντες δὲ ἐκεῖσε δύο ἡμέρας, εἶτα πλεύσαντες ἑτέρας δύο προσωρμίσθημεν ἐν νησιδίῳ ἐρήμῳ, οὗ καὶ νόσος ἐνέσκηψε δεινὴ τῷ βασιλεῖ. κατηνέχθη δὲ καὶ χιὼν γεγονότος ψύχους πολλοῦ, καὶ τέσσαρας ἡμέρας ἐκεῖ κατεψυχόμεθα: τοῦ βασιλέως μόλις μετὰ τὴν δ' ἡμέραν ἐκ τῆς σκηνῆς εἰς τὸ κάτεργον εἰσαχθέντος, καὶ τὸν πλοῦν μεθ' ἡμῶν διανύοντος, εἰς πόλιν δὲ τὴν λεγομένην Τζιάραν φθάσαντες, κἀκεῖσε τρεῖς περιεμείναμεν ἡμέρας. τῇ δ' ἑξῆς πλεόντων ἡμῶν καὶ τοῦ πνεύματος τραχυνομένου εἶτα καὶ βιαιότερον πνεύσαντος, ὑπὸ τῆς βίας ἐτετρύγει τὸ κέρας τῆς βασιλικῆς νεὼς καὶ τότε μὲν ἀναβάντες, ὡς ἐνῆν αὐτὸ, κατωχύρωσαν. Μετ' ὀλίγον δ' εἰς τὸ καλούμενον Ῥουβίνιν ἐφθάσαμεν, ὅπου αὐτήν τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἱστάμεθα τῆς κεραίας τεκταινομένης. Ἐκεῖθεν δὲ παρελθόντες ὀλίγον προσωρμίσθημεν εἰς τὸ Παρέντζον. ἔνθα καὶ κλύδωνος γεγονότος, τρεῖς ἡμέρας ἱστάμεθα. Τότε ἠθέλησεν ὁ βασιλεὺς στεῖλαι τὸν δισύπατον εἰς τὸν

Δοῦκαν

Sect. IV. Cap. X.

Tunc primum è navi deſcendit Imperator in occurſum Patriarchæ, & ſoli bene longam conſultationem pertexuerunt. Nec enim Imperator, ex quo Conſtantinopoli valedixerat, in hunc uſque diem Patriarcham aut viderat, aut ſalutarat, & jam duo menſes integri effluxerant: Inter cætera vero, & hoc inſigne tum dicebatur. In Peloponneſo, ſi ſciviſſent de morte Sigiſmundi, retro converſi, ab omni ulteriori profectione ad Synodum abſtinuiſſent. At illic duobus diebus quieſcendo conſumptis, & totidem illinc navigando, ad ſtationem pervenimus in Inſulam habitantium vacuam. In quâ Imperator gravi morbo pertentatus decubuit: Et cum nix copioſa cælitus delaberetur, forti gelu comitata, quatriduo ibidem obriguimus, Imperatore vix ad quartum diem è tentorio triremem uſque efferri ſuſtinente: At tum remittente paroxyſmo, ad navigia nobiſcum rediit, & inde progreſſi, in Zara urbe, naves ad anchoras deduximus: ubi triduo perſiſtentes, dum quartâ luce æquor iteravimus, ventus aſper ac ſonorus perflavit, qui paulatim increbeſcens, antennam Imperatoriæ triremis flatuum vehementiâ, ita ad malum attriverat, ut coacti nautæ tum ſcalam conſcendere, raptim, & prout poterant intertrimenta firmaverint: uſque dum Ruvenem aſſequeremur, aliud in eodem littore oppidulum, ubi biduo noſtræ moræ, naupegi novam antennam dolabellis fabricarunt: A Ruvene autem porro aliquantillum velificati, in Parentii ſtatione anchoras projecimus, contra jam jam ingruentem tempeſtatem, quam triduo illic evitavimus: Et tum primum Imperatori venit in mentem mittere Dom. Biſconſulem ad Ducem Venetiarum, in trireme excu-

bitoriâ,

Δουκαὶ τῆς Βενετίας, πρότερον μετὰ τοῦ κατέργου τῆς βίγλης πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν ἡμῖν ἐντυχόντος, καὶ ἑπομένου, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὴν εἰς Βενετίαν ἐστέλλετο.

bitoriâ, quæ nobis ante paucos dies obviam facta mari in reditu à Venetiis, nobiſcum reverſa eſt, ut cum Biſconſule iterum Venetias remandaretur.

τμήμ. δ. κεφ. ια.

Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Πατριάρχης, στέλλει κἀκεῖνος ἐμὲ, ἵνα καὶ αὐτὸς τὸ δοκεῖν ὡς πατριαρχικὸς πρέσβις, σὺν τῷ βασιλικῷ πρέσβει εἰς τὸν Δοῦκαν παραγενώμεθα. πρὸ μιᾶς οὖν ἡμέρας ἐξελθεῖν βουληθέντες, ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἐκωλύθημεν. τῇ δ' ἐπιούσῃ μετὰ δείλην ὀψίαν ἄραντες ἐπλέομεν, καὶ οὐρίου τυχόντες τοῦ πνεύματος τῆς εὐθὺ Βενετίας ἐπλέομεν. μετὰ λοιπὸν δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ τριήρεις ἔπλεον κατόπιν ἡμῶν ἱκανῶς ἀμφιεσταλμέναι. ἐξ οὐρίας οὖν τὴν νύχθ' ὅλην διαπλεύσαντες τὴν Βενετίαν καθείδομεν. ἀλλὰ πρὶν τὴν ἡμέραν διαυγάσαι, τελείως, ἡ Βασιλικὴ τριήρης ἡμᾶς παραμείψασα προῆλθε, μηδόλως τῶν λοιπῶν ἡμῖν φαινομένων. καὶ τὰ λεγόμενα καστέλλια, ἃ πρὸ τῆς Βενετίας ὡσεὶ μίλια δύο αὐτῆς ἀπέχοντα, οἱονεὶ θύρα καὶ ἀκρόπολις ταύτης εἰσί. πύργοι γάρ εἰσι δύο μέγιστοι ὀχυρώτατοι, μέσον τῆς θαλάττης ἱστάμενοι ὀλίγον ἀλλήλων ἀπέχοντες, οἷοί τε ὄντες ἀνιέναι τε καὶ ἐπέχειν τὴν εἰς Βενετίαν δίοδον, μὴ οὔσης ἀλλαχόθεν πρὸς τὴν Βενετίαν ὁδοῦ, ὅσον ἀπὸ θαλάσσης. Ταύτας τοίνυν διελθοῦσα ἡ βασιλικὴ ναῦς ἔνδοθεν ἔστη περὶ τὴν τοῦ ἁγίου Νικολάου μονήν. ἡμεῖς δὲ τὴν ἡμετέραν περὶ β ὥραν τῆς ἡμέρας εἰς τὸν τοῦ ἁγίου Μάρκου ὡρμίσαμεν ναύσταθμον, καὶ ἐξελθόντες εἰς τὸ τοῦ Δουκὸς παρεγενόμεθα Παλάτιον. ὁ καὶ μαθὼν ὁ Δοὺξ, ἐπέταξεν εὐθὺς, καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐτόν. καὶ ἅμα τῷ ὀφθῆναι ἡμᾶς αὐτῷ ἀπὸ τῆς πύλης τοῦ τρικλίνου, εὐθὺς ἀνέστη. καὶ ὡς ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν ἐβαδίζομεν, οὕτω καὶ αὐτὸς πρὸς ἡμᾶς ἤρχετο. ὅθεν καὶ μέσον τοῦ τρικλίνου προσκυνήσαντες προσείπομεν αὐτῷ. ὁ δὲ ἀσμένως ἡμᾶς δεξάμενος καὶ προσειρηκὼς, καὶ τῇ μὲν μιᾷ χειρὶ αὐτοῦ τὴν τοῦ Δισυπάτου κατέχων χεῖρα, τῇ ἑτέρᾳ δὲ τὴν ἐμήν. καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρώτων ἀρχόντων, προστάξει αὐτοῦ, τῆς ἑτέρας ἑκατέρου ἡμῶν λαβομένων, ἑτέ-

ρων

Sect. IV. Cap. XI.

Id cum Patriarchæ innotuiſſet, ne omnia Imperatori permitteret, æquum cenſuit me Biſconſuli Collegam adjungere, ut cum Imperatorio Eccleſiaſticus à Patriarcha Legatus ad Venetiarum Ducem proficiſceretur: Et cum ambo munia exordiri cuperemus, diem integrum portu nos egredi vetuit tempeſtas: Poſtridie vero ad Veſpertinum crepuſculum pandentes vela, & ventum nacti ſecundum Venetias recta tetendimus, cæteræque ſequebantur, ſatis ſtrenuè ac gnaviter, ſed pone à tergo, ſubmiſſæ & ea ſolâ nocte navigantes, Venetias manè conſpeximus: priuſquam tamen clarus dies illuxiſſet, Imperatoria triremis noſtram prætervecta, anteverterat, cæteris per totum alveum diſpalatis: Tum Caſtella quæ appellantur, primùm apparuere, ad duo milliaria Venetiis diſtantia, poſita in ipſo veſtibulo civitatis, ut arces ſummæ, ac intrandi obices: Quæ non aliæ ſunt, quam binæ Turres parallelæ, & non multum invicem disjunctæ, validiſſima propugnacula, in maris meditullio, rates advenas vel admittere, vel retundere ædificata; cum alia per mare ingredientibus urbem via non concedatur: Per ea igitur Imperatoria triremis penetrans, intus ad S. Nicolai Monaſterium conſtitit: Nos vero noſtrum ad S. Marci navale applicuimus, circa horam diei ſecundam, & recta è navi ad Ducis palatium iter carpſimus: cui cùm adventus noſtri rumor percrebuiſſet, nos ſtatim ad ipſum juſſit adduci: utque primum in mutuum obtutum devenimus, ab extima Triclinii valvâ, ſurrexit, & quibus nos ad eum paſſibus, iiſdem & ille ad nos appropinquávit; ut fermè in cubiculi centro concurrentes, eum veneraremur: Ille vero nos peramanter recepit, vultu ſereno, ſermone blando: & medium inter utrumque ſe interſerens, una manu manum Biſconſulis, alterâ meam prehendit: Cujus ad exemplum pariter & monitum, Senatores Primarii qui aderant, utrinque utriuſque manibus alteris, ſuas implicuerunt: Et pari ſitu Senator alter, ejus Senatoris ſiniſtram tenuit, qui mihi dextram accommodarat: ut ordine expanſo in latum, ſeu acie ad frontem compoſitâ, à meditullio cubiculi ad interiorem parietem progrederemur conſeſſuri: omnino ad formam Antemenſalium: Ita Dux nos manibus retinens, & lento paſſu graviter

nobiſ-

ρων διʼ ἀρχόντων καὶ τῶν ἐμοὶ ἀκολουθησάντων ἀρχόντων, τῶν ἀντιμινσίων ὁμοίως ἐπιλαβομένων. οὕτω τοίνυν ὁ Δοὺξ κατέχων ἡμᾶς καὶ βαδίζων ἀναγαγών τε εἰς ἓν καὶ αὐτὸς ἐκάθητο δεύτερον σκίμποδα καὶ πρὸς τὸ καθῆσαι στραφεὶς, συνέστρεψε καὶ ἡμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ κατεχομένους ἔτι, καὶ τὸν μὲν Δισύπατον πλησίον αὐτοῦ, ἐμὲ δʼ εὐθὺς μετʼ αὐτὸν ἐκάθισε. καὶ τότε τῶν χειρῶν ἀνῆκεν ἡμᾶς. προσείπομεν οὖν τῷ Δουκὶ, ὁ μὲν Δισύπατος, τὸν τοῦ Βασιλέως, ἐγὼ δὲ τὸν τοῦ Πατριάρχου χαιρετισμὸν, διʼ ἑρμηνέος. ὁ δὲ ηὐχαρίστησε καὶ εὐφράνθη ἐπὶ τῆς ὑγείας τοῦ τε βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου, ὡς εἰκὸς, καὶ ὅπως ὑπέστησαν κόπους καὶ δυσχερείας, ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ἑνώσεως τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ μέτρια τινα εἶπεν ὑπὲρ τούτου, καὶ τὰ ἀνήκοντα ἤκουσε παρʼ ἡμῶν. καὶ μετὰ τὴν ὁμιλίαν ἀναστὰς, καὶ ἡμᾶς ἑκατέρωθεν αὐτοῦ συμπαραλαβὼν, καὶ κατέχων ὡς καὶ πρότερον, διῆλθε τὸ τρίκλινον, καὶ εἰσήγαγεν ἡμᾶς εἰς κελλίον, ἐν ᾧ ἦν κλίνη περιφανῶς ἐστρωμένη, ἔνθα πάλιν οἰκείαις χερσὶ καθίσας ἡμᾶς ἐξῆλθε, καὶ μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν ἐβουλεύσατο, καὶ ὡς ἐν ὀλίγῳ κέκληκεν ἡμᾶς διʼ ἑνὸς τῶν ἐκείνῳ συνόντων. ἐρχομένων οὖν ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, εὐθὺς ἀνέστη καὶ ἵστατο, μέχρις ἂν καὶ ἡμεῖς καθεσθῶμεν, καὶ εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ὅτι ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν πρὸ ἡμερῶν ὅπως ἐγγὺς ἡμῶν παρεγένετο ὁ Βασιλεύς τε καὶ ὁ Πατριάρχης, ἵνα ἑτοιμασθῶμεν καὶ ποιήσωμεν τὴν ἀνήκουσαν τιμὴν πρὸς ὑπάντησιν αὐτῶν. διὰ τοῦτο προσμεινάτωσαν ἐκεῖσε περὶ τὸν ἅγιον Νικολὸ, καὶ αὔριον ἐλεύσονται τὴν ὀφειλομένην αὐτοῖς τιμὴν, ὡς χρὴ, ποιησόντων ἡμῶν. ἐγὼ δὲ ἐλεύσομαι σήμερον ἰδεῖν τὸν Βασιλέα, ἐπειδὴ ἔμαθον ὡς ὑπὸ νόσου τεταλαιπωρημένος ἐστί.

nobiſcum ſpatiatus, deduxit ad ſubſellium ſecundarium, ſeu inferius ſublimi ſolio, & in ampliorem capacitatem exporrectum: quo dum ſe circumvertit ad ſedem capeſſendam, nos etiam circumvertit adhuc manibus innexos: Et Biſconſulem ſibi proximum, me proximum Biſconſuli collocavit, ut uno contuitu utrumque ſimul alloqueretur, & tum utrumque laxatis manibus dimiſit. At nos exorſi primum fari, Biſconſul ab Imperatore, ego à Patriarcha Serenitati ſuæ Salutem plurimam impertivimus per Interpretem adſtantem: Quod Dux ore renidenti amplexus, utriuſque adventui gratulari ſe; & de valetudine tam Imperatoris, quam Patriarchæ ſerio triumphare, ajebat: qui tot labores, ac faſtidia exantlaſſent, ad Pacem ac Concordiam Eccleſiæ Chriſtianæ procurandam: quanquam de eo negotio parcè apud nos diſſeruit, & mediocria tantum à Nobis exaudivit. Finito alloquio conſtitit erectus, & nos utrinque ad latera ſibi adaptans, manibuſque implicans, ut prius, triclinium remetitur; & nos in aliud cubiculum induxit, lectum habens ſumptuoſis tapetibus magnificè conſtratum: ubi nos è propriis manibus in ſedilia reponens, exiit cum ſuis conſultaturus; & morâ brevi interjectâ, nos per quendam Domeſticum accerſivit: intrantibus autem nobis, Dux illico aſſurrexit, & in pedes ſtetit, dum nos aſſideremus: Ac ſe primùm cepit excuſare, quod non ſatis maturè, & niſi ab aliquot dieculis intellexiſſet de adventu Imperatoris ac Patriarchæ, ut in illorum occurſum tempeſtive prorueret cum ſuis, eaque officia exhiberet, quibus tanti principes ſunt excipiendi. Quare ut nunc ſe res habent, orabat, ut quam elegerint ſtationem in ſinu Nicolaitano, aliquantiſper retinere dignarentur, introitumque ſuum in craſtiuum differre, dummodo liceret quæ ſibi ſuiſque incumbunt obſequia, prius præſtare: Interea ſe hodie ad Imperatorem excurrere decreviſſe, eumque inviſere, ut lætus ſciat, an ex morbo nuperrime contracto, ac maris nauſeâ, in priſtinum ſatis convaluiſſet.

τμήμ. δ. κεφ. ιβ.

Μετὰ τοιούτων λόγων ἐξέπεμψεν ἡμᾶς ὁ Δοὺξ πρός τε τὸν Βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην. ἡμεῖς δὲ ἐζητήσαμεν ἰδεῖν τὰς οἰκίας ἐν αἷς ἀναπαύσονται οἱ ἡμέτεροι. ἐπέταξε δὲ δύο ἄρχοντας, καὶ ἦλθον καὶ ἔδειξαν ἡμῖν οἰκίαν λαμπρὰν καὶ περιφανῆ, ἣν ἡτοίμασαν τῷ Βασιλεῖ ἔχουσαν κλίνας λϛ. καὶ ἑτέραν πάλιν ἀλλαχοῦ, ἣν ἡτοίμασαν διὰ τὸν δεσπότην.

εἶτα

Sect. IV. Cap. XII.

Hæc locutus Dux Venetus, Nos ad Imperatorem & Patriarcham remiſit: At nos prius deſideravimus videre diverſoria noſtris recipiendis deſignata: Et Dux annuens duobus Senatoribus dedit in mandatis, ut confeſtim noſtris votis obſequantur: qui ut nos per plateas diducunt, unam commonſtrant domum, ſplendidam & anguſtam, triginta ſex diverſa ſtrata continentem, quam Imperatori noſtro præpararant: & aliam alibi, quam Deſpotæ. Deinde,

εἶτα ἤγαγον ἡμᾶς ἀντιπέραν τοῦ ἁγίου Μάρκου, εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Γεωργίου, καὶ ἔδειξαν ἡμῖν ἀναπαύσεις διὰ τὸν Πατριάρχην. καὶ οἴνου βουτζία δ. ἃ διεκόμισαν πρότερον, καὶ ἄρτους, ἀρωματικά τε πλεῖστα, λαμπάδιά τε καὶ κηρίαλια, πετζικὰ μικρά τε καὶ μεγάλα, ἰχθύας τε πολλοὺς ἄρτι διακομισθέντας, καὶ οἰκίαν πεπληρωμένην ξύλων. ἐν τούτοις ὡμίλουν οἱ ἄρχοντες οἱ δεικνύοντες ἡμῖν ταῦτα μετὰ τοῦ Δισυπάτου, ὡς τὴν αὐτῶν ἐπισταμένου διάλεκτον. Μετὰ τῶν ἄλλων οὖν ἠρώτησαν, εἰ ἔχει ὁ Βασιλεὺς περὶ αὐτὸν τοὺς μεσάζοντας, τὸν Καντακουζηνὸν δηλονότι, καὶ τὸν Νοταρᾶν; ὡς δὲ ἤκουσαν ὅτι ἔχει, τὸν Φιλανικὸν καὶ τὸν Ἰάγαριν, καὶ ἄλλους ἄρχοντας; ἐκείνους δ' ἐπαφῆκε διοικεῖν τὰ τῆς πόλεως. εἶπον ὅτι ἡμῖν δοκεῖ ἀναγκαῖον ἦν ἔχειν καὶ τινὰ ἐκείνων ἐνταῦθα. ἰδόντες δὲ ἡμεῖς ταῦτα ἀπηρχόμεθα πρὸς τὸν βασιλέα.

Ὁ δὲ πατριάρχης μὴ θελήσας προσμεῖναι ἐν τῷ κατέργῳ ἐξῆλθε, καὶ συνηντήσαμεν αὐτῷ μεταξὺ τοῦ πλοῦ περαιουμένῳ πρὸς τὸν ἅγιον Γεώργιον. βραχὺ μεθ' ἡμῶν ἔφθασε καὶ ὁ Δοὺξ, καὶ πλησιάσας τῷ πατριάρχῃ ἀπένειμε τὸν προσήκοντα χαιρετισμὸν, καὶ μικρὸν πρὸς ἀλλήλους ὡμίλησαν. εἶτα ὁ μὲν Δοὺξ ἀπῆλθεν εἰς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ πατριάρχης εἰς τὸν ἅγιον Γεώργιον. ὀγδόην ἄγοντος τῷ τότε τοῦ Φεβρουαρίου. σάββατον δὲ ἦν τοῦ ἀσώτου καὶ ἐποίησαν ἡμῖν δεῖπνον, καὶ τῇ ἑξῆς ἄριστον καὶ δεῖπνον ἐκ τῆς αὐθεντείας, ἐκ κρεῶν καὶ ὀρνίθων, καὶ ἰχθύων τοῖς μὴ κρεωφαγοῦσι.

Τῇ δὲ Κυριακῇ μετ' ἄριστον ἀπῆλθεν ὁ Δοὺξ μετὰ τῶν ἐκκρίτων τῆς Βενετίας ἀρχόντων πρὸς τὸν Βασιλέα, διὰ τοῦ ἰδίου αὐτοῦ πλοίου τοῦ καλουμένου πετζαντέρου, ὅπερ κατὰ μὲν τὸ μῆκος ἔλαττόν ἐστι τοῦ κατέργου πολλῷ, κατὰ δὲ τὸ πλάτος εὐρύτερον. δυσὶ δὲ καταστρώμασι κατεσκεύασται, καὶ τὸ μὲν κάτω τοῖς ἐρέταις ἀπονενέμηται ἵν' ἐκεῖσε καθήμενοι δι' ἐπιτηδείων θυριδίων ἐρέττωσι, καὶ ἑτέρων δύο πλοίων προπορευομένων καὶ ἑλκόντων αὐτὸ καλῳδίοις, ὅταν πη πλέειν δεήσειεν. Τὸ δὲ ἄνω ἐν εἴδει τρικλίνου τοῖς ἄρχουσι διακεκόσμηται, καὶ περὶ τὴν πρύμναν σκίμποδας ἡυτρέπισται τῷ Δουκὶ, ἵν' ἐκεῖσε καθή-

de, alio circumactos manu ductant ad Monasterium S. Georgii, è regione Divi Marci, Palude tantum interfluente, paratum Patriarchæ hospitium. Ostendunt & quatuor vini cupas, panesque permultos, & bellaria aromatibus condita, lampadasque & lucernas cereas, multiplicia altilia magna & parva: pisciculos quamplurimos recentes à Mari, & nuperrimè importatos, domiciliumque plenum cremiorum in focum. Interea Senatores illi nobis dati in duces viarum, & ædium indigitatores, cum Dom. Bisconsule confabulabantur, Italici sermonis gnaro. Atq; inter alia interrogarunt, si secum Imperator adduxisset sequestros Cantacuzenum & Notarium? Cumque ab illo Imperatorem didicissent attulisse Philanthropicum & Jagarin cum aliis Principibus in comitatu; sed Cantacuzenum cum Collegâ, rebus Imperii, Urbisque administrandis domi deseruisse, responderunt: Sibi visum magis consultum, & pro temporum momentis magis necessarium, si alterutrum saltem eorum in consortio retinuisset: Nos vero perlustratis omnibus quæ contemplari cupiebamus, ad Imperatorem retro nosmet recepimus.

At Patriarcha diutius in trireme perseverare fastidiens, descendit in cymbam, eique in Monasterium S. Georgii tendenti, scaphâ in medio trajectu obvenimus: & Dux ferme in eodem instanti eò nobiscum appulit: Qui suam ad Patriarchæ scapham applicans, debitam humanitatem obsequiumque explicuit: & ambo invicem pro exiguo temporis spatio, locique incommodo, ceremoniis quibusdam, ac dictis familiariter reciprocatis perfuncti sunt: Inde Dux ad Imperatorem perrexit, & Patriarcha ad S. Georgii Monasterium: Agebatur tum dies Octavus Februarii, Sabbatum Asotæ, quâ nobis Cænam luculentam & opiparam exhibuerunt: & die insequenti, utramque mensam meridie ac vespera, prandium & cænam, Autoritate Publicâ, & Dominorum impensis, ex omni genere dapum, carnium, volucrumque; & piscium, si qui forte carnibus non vescerentur.

Die Dominico seu crastino Dux statim à prandio, adhibitis aliquot Selectioribus è Senatu, Imperatorem adiit, cymbâ vectus propriâ, quam Veneti vulgo Bucentorum nuncupant: Quod ut longitudine Triremi cedit, ita latitudine exuperat: Duobusque tabulatis in altum constructa assurgit: Inferiori Remigum, qui scalmis ac transtris insidentes, per ima laterum foramina, tanquam per nidos aut fenestras, exertos in mare remos impellant: Duobus insuper navigiis à prorâ viam præeuntibus, & ligatum remulco trahentibus, si quando cursu incitatiori provolare cuperent: Superius tabulatum

καθήμενος, πρὸς πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ἄρχοντας ἀποβλέπειν ἔχῃ. ἀπέναντι δὲ τούτου ἕτερος σκίμπους ἀπέχων ὅσον δίοδον ἐλευθέραν μεταξὺ τῶν καθημένων εὑρίσκεσθαι. ἐκ τούτου δὲ κατὰ μῆκος ἑτέρων σκιμπόδων πεπλήρωται. Δύο μὲν ὄντων ἐπὶ ταῖς παραστοιχίσι, καὶ ἑτέρων ἀπέναντι τούτων, καὶ ἄλλων αὖ ἐν τῷ μεταξὺ διεχόντων ἀπ᾽ ἀλλήλων, ὅσον δίοδον εἶναι τοῖς διϊωθισμένοις καὶ πεποικιλμένοις ἐκ χρωμάτων Λατινικοῖς ὑφάσμασι τῶν σκιμπόδων πάντων κεκοσμημένων. ὕπερθεν δὲ τούτων κιγκλίσι κοκκοβαφέσι κυλινδρικῶς διεσκευάσται εἰς ὕψος ἱκανὸν ἐπηρμέναις ἐφ᾽ ὧν ἐπίβλημα περιτιθέασι ἐκ κοκκίνων τζοχῶν, χρείαν σκέπης οὐκ ἄνευ τέρψεως ἐκπληροῦν. ἔξωθεν δὲ τῶν παραστοιχίδων, κλάδοις γλυπτοῖς, καὶ ἑτέροις τισὶ λεπτοῖς χρυσοπάστοις καὶ κεραυνοκοκκινοῖς διακεκόσμηνται. χρυσεοὶ δὲ γλυπτοὶ λεοντόμορφοι Μάρκοι περικάθηνται, δύο μὲν ἑκατέρωθεν τῆς πρύμνης ἐκτὸς, ἄλλος δὲ ἐν τῇ πρώρᾳ.

latum Principes tantum capiebat ac Senatores, & in modum cubiculi alto fornice camerabatur: Ad mediam Puppis regionem, ſcamnum ſublimius erigebatur Duci, in quo diſcumbens cunctos Senatores, ad latera collocatos, uno aſpectu contemplabatur; Et juxta illud, quaſi ex adverſo, aliud ſedile figebatur, relicto inter utrumque ſpatio, quanto quis inter ſedentes libere tranſmearet: à quo, ad eundem ſitus ordinem tota ſcapha in longum ſedilibus replebatur: Et cum bina eſſent navigii latera, in utroque ſedilia ſic è regione invicem diſponebantur, ut unum alteri ad rectam lineam reſponderet, ſervatis utrinque iiſdem ſedilium intervallis: Quin & alia in medio inter duo latera procurrebant, cum haud majori intercapedine, quam quæ defluentes à ſummo Latios tapetas, floribus pulcherrime intextos, & omnigenâ colorum varietate capeſſeret, quibus ſcapha undique inſtructa rutilabat: Et his deſuper, à ſcaphæ cælo, valvulæ cancellatæ, & cocco tinctæ, rotunde in modum Cylindri revolvebantur, centris ad commodam altitudinem fixis; Cui pannum injiciebant amplum ad inſtar pallæ, aut toralis ſtraguli, coccineis floſculis ac lapillis pretioſis, arte plumaria ſic variegatum, ut non ſine ſumma intuentium voluptate, etiam umbraculi uſum ac ſpeciem præberet: At exterius in laterum parietibus, ſculpti undiquaque virides ramuſculi verminabant, & noduli interſerti, alii ex auro, alii è rufo candicantes: ſculpti & ex auro inſignes marculi in Leonis effigiem extuberabant, duo ad puppem, ab utroque exteriori latere gubernaculi, & tertius ad proram.

τμήμ. δ. Κεφ. ιγ.

Μετὰ τοῦτο τοίνυν, ὁ Δοὺξ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἕτεροί τε πλεῖστοι μεθ᾽ ἑτέρων πλοιαρίων ἀναριθμήτων σχεδὸν παρεγένοντο πρὸς τὸν Βασιλέα, καὶ προσεκύνησαν αὐτὸν μετὰ σαλπίγγων καὶ παιάνων, καὶ παντοίων μουσικῶν. καὶ ὁ μὲν Δοὺξ εἰς τὴν Βασιλικὴν ἀνήχθη τριήρη, τὸν ἴδιόν τε υἱὸν τῷ Βασιλεῖ παρέθετο, εἰ καὶ μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ὁ παῖς τὸ ζῆν ἐξεμέτρησε. καὶ παρεκάλει τὸν Βασιλέα ὁ Δοὺξ μεταβῆναι εἰς τὸν πουζαντοῦρον, καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἐντὸς ἀφικέσθαι τῆς Βενετίας. ὁ δὲ Βασιλεὺς οὐ μετέβη, οὐκ ἔχων εὐκόλως ποιῆσαι τοῦτο, ἀνεδέξατο δὲ ἄσμενος, καὶ ἐκάθισε τὸν Δοῦκα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὸν δὲ ἴδιον ἀδελφὸν τὸν Δεσπότην κύριον Δημήτριον ἐξ ἀριστερῶν. καὶ οὕτω προστάξει τοῦ Βασιλέως ἄρασα ἡ Βασιλικὴ τριήρης σχολῇ τε καὶ βάδην παραπλέουσα προεπέμπετο καὶ ἐδορυφορεῖτο, παρά τε τῶν πε-

SECT. IV. CAP. XIII.

In hac igitur ſcapha Dux ipſe cum ſuis, & cum infinita multitudine pone ſequentium, in aliis navigiis pæne innumeris, ad ripam adverſam perlati, Imperatorem venerabantur, claſſicorum reſonantium clangoribus, triumphalibus hymnis, JoPæan, & omnigenis Muſicorum Inſtrumentis: Ubi Dux in Triremem Imperatoris receptus perhumaniter, filium ſuum ad latus Imperatoris adplicitum, Imperatori commendavit: licet infra aliquot dieculas puer vitam cum morte mutaverit, ad plures migrans: Tum Imperatorem Dux invitavit in ſuum tranſire Bucentorum, ut magnificentius Venetias adveheretur: At Imperator renuit, cum id commode præſtare, ſine moleſtiâ ac perturbatione, non inveniret: Ducem vero ad ſe receptum, benigniſſime retinuit, & ad dextrum collocavit, fratremque ad ſiniſtram, Dom: Demetrium Deſpotam. Et his ad hunc modum compoſitis, Imperatorio celeuſmate Triremis è ſtatione prodiit, ac oram littoris maritimam curſu lento ac teſtudineo legit, ſtipata quaſi ſatelli-

 tio

Πεζανλέρου καὶ ἑτέρων τῶν μὲν παρεπομένων, τῶν δὲ περικυκλούντων. ἐνίων δὲ καὶ ἡγουμένων ὑπὸ τοῦ πλήθους. Τοσοῦτον γὰρ πλῆθος τῶν πλοιαρίων συνήθροιστο, ὥστε τὴν περιαύλιον τῆς Βενετίας θάλασσαν, σχεδὸν πᾶσαν καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν πλοίων. εἶπεν ἄν τις ἰδὼν ἄλλην κινητὴν Βενετίαν τὴν ἠϊόνα ταύτην σχεδιασθῆναι. οὕτως οὖν μετὰ κρότων καὶ παιάνων τὸν Βασιλέα προπέμποντες, ἑορτασίμως εἰς τὴν ἑτοιμασθεῖσαν ἤγαγον οἰκίαν, οὐ τῶν σαλπίγγων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἐν ὅλῃ τῇ Βενετίᾳ κωδώνων, διάτονον ἠχούντων, καὶ κωδωνιζομένων, ἐφ' ἱκανόν. ἓν μόνον ἠμαύρου τρόπον τινὰ τὴν φαιδρότητα τῆς δορυφορίας, τὸ ὁμιχλῶδες καὶ διάβροχον τῆς ἡμέρας ἐκείνης.

Καὶ τὸν Πατριάρχην δὲ οὐ κατέλιπον ἄμοιρον ἑορτασίμου τιμῆς. δύο γὰρ πλοιάρια εὐτρεπίσαντες, καὶ πατριαρχικαῖς σημαίαις μικραῖς τε καὶ πυκναῖς, ἐφ' ὅλαις τῶν παρατοιχίσι αὐτὰ περιστέψαντες. μέσον δὲ φιάλας ἐπηρμένας κατασκευάσαντες πορφυριζούσας, καὶ παρ' αὐταῖς κέδρους χλοαζούσας στήσαντες ὡς παρὰ ταῖς φιάλαις δοκεῖν πεφυτεῦσθαι, καὶ τοῖς ἐν αὐταῖς ὕδασιν ἄρδεσθαι, καὶ ταύτας κατασκιάζειν, πρὸ τῆς πατριαρχικῆς οἰκίας αὐτὰ φέροντες ἔστησαν. καὶ ἵσταντο αὐτὰ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐκεῖ. οὕτω πως καὶ τῷ πατριάρχῃ τὴν ἑορτάσιμον τιμὴν καὶ δορυφορίαν ἀφωσίωσαν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω παρέβησαν.

tio prænavigantis Bucentori, & infinita multitudine navigiorum, quæ illam in circuitu à tergo, latere ac fronte undique circumcingebant: Siquidem tam immensa scapharum copia illac coiverat, ut totum fermè spatium, quod à littore ad Urbis Pomæria interjacet, latissima maris area, tota scaphis cooperta tegeretur: & speciem alterius urbis in aqua mobilis repræsentaret, aut innatantium Hadriæ paludibus Venetiarum. Adeo cum festivâ solennitate, cum pompâ, applausibus ac triumphis, Imperatorem domum deduxerunt, sibi destinatam: Et sonitu per aërem reboante, non modo omnium Classicorum, Tubarumque, sed & omnium campanarum per totam civitatem Venetam, totamque noctem strenuè ac fortiter in utrumque latus pulsantium: At unum omnium votis defuit: & tanti spectaculi amænitatem fœda cæli facies, ac imbrifera deturpavit.

Nec Patriarcham omittunt, aut suâ qualicunque parte festivæ solennitatis fraudant. Nam duo navigia, ad emblematicum usum, & ostentationem popularem parata insignibus Patriarchicis, in formam quidem exilem, sed vividam & condensam depictis, ad omnia latera circumcirca coronarunt: è medio autem navigiorum phialas purpureo fulgore rubentes sic erexerat artifex, & juxta Phialas, Cedros arbores, æstivo virore germinantes sic implantarat, ut è Phialis arbores subnasci viderentur, & earum ebulliendi undâ madefieri, ad novum indies incrementum, atque umbrâ ad securitatem obtegi: Et hæc in littore proximo Patriarchali Monasterio in Anchoris fixerant: nec per integrum diem illinc submoveri passi sunt: Ita Patriarchæ, publicam celebritatem, & comitatum, ipsum honorifice stipantium quodammodo consecrarunt: atque hæc ad hunc modum se habuerunt.

τμήμ. δ. κεφ. ιδ.

Ὁ δὲ Χριστοφόρος ἅμα τῷ εἰς Βενετίαν φθάσαι εὐθὺς ἀπῆλθεν εἰς τὸν πάπαν, καταλιπὼν ἀνθ' ἑαυτοῦ τὸν ἐκ τῶν Βενετίκων ἀρχόντων Μιχέλετον τζίου καλούμενον ἡμῶν ἐπιμελησόμενον. ὅστις μετὰ παραδρομὴν ἡμερῶν δύο εἶπε τῷ πατριάρχῃ ὅπως ἐστὶν ἀνατεθειμένον, ἵνα παράσχῃ αὐτὸς ἔξοδον ὀλίγων τινῶν ἡμερῶν. μέχρις ἂν στείλῃ ἐκεῖθεν ὁ πάπας. ἔδωκεν οὖν τοῖς περὶ τὸν Βασιλέα. καὶ νῦν ζητῶ, εἶπε, μαθεῖν τί ὁρίζεις δοῦναι τοῖς περὶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου.

Ὁ δὲ πατριάρχης ἠρώτησεν αὐτὸν τὸ, πῶς ἐποίησεν εἰς τοὺς περὶ τὸν Βασιλέα,

καὶ

Sect. IV. Cap. XIV.

Christophorus ut primum Venetias appulit, sine morâ ad Papam iter festinavit, relicto Vicario, qui curam ageret nostratibus idonea administrandi, Michaele Chiensi Principe Veneto, ac viro consulari: Ille biduo exacto, Patriarcham adiens, significavit, se accepisse in mandatis ut aliquot dierum stipendia nobis solveret, dummodo Papæ mens illinc ulterius innotesceret: & dedisse se hactenus Imperatori, ac nunc venisse sciscitatum, quot sua sanctitas nummos sibi, suisque exhiberi postularet.

Patriarcha interrogavit, qua methodo Imperatorios tractasset: Respondit, se Imperatori optionem proposuisse, ut quantam vellet ipse nummorum præstationem determinaret; qui-

quin-

καὶ εἶπεν ὅτι ἀνέφερε τῷ βασιλεῖ, ἵνα ὁρίζῃ ὅσον ἔχει θέλημα δόσιν γενέσθαι. καὶ ὁ βασιλεὺς ὥρισε φλωρία φ, αὐτὸς δὲ ἀνέφερεν, ὅτι ὥρισας φ ἐγὼ δὲ ἤδη δίδωμι χ. ἔδωκα οὖν ἐκεῖ ταῦτα ἵνα διανείμωσι τοῖς περὶ τὸν βασιλέα. ὁμοίως οὖν ἀναφέρω, ἵνα ὁρίσῃς καὶ αὐτὸς καθὼς ἔχεις θέλημα. ὥρισεν οὖν ὁ πατριάρχης ὅτι ἐπειδὴ αὕτη ἡ δόσις δι᾽ ὀλίγας ἡμέρας γίνεται δὸς φλωρία τ. ὁ δὲ αὖθις εἶπεν, ὅτι ὥρισας τ, ἐγὼ δὲ ἤδη δίδωμι υ. ἔλαβον οὖν καὶ διεμερίσαντο ταῦτα πρός τε τὸν πατριάρχην, καὶ τὸν σύν καθόλου. εἶτα ἦλθεν ὁ Δοὺξ καὶ εἶδε τὸν πατριάρχην. ἔστειλε δὲ αὐτῷ κανίσκιον σάκχαρ ἰνδικοῦ, καὶ λαμπάδας μεγάλας μ, καὶ οἶνον. καὶ μεθ᾽ ἡμέρας ἦλθεν ὁ Καρδινάλιος τοῦ σταυροῦ παρὰ τοῦ πάπα σταλείς, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ὁ Μαρκέσης τῆς Φεραρίας, καὶ εἶδον τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην. ὅτε οὖν ἦλθεν εἰς τὸν πατριάρχην εἵπετο καὶ ὁ Δοὺξ κατέχων τὰ κράσπεδα τοῦ Καρδιναλικοῦ ἱματίου.

Ἔμεινεν οὖν εἰς τὴν Βενετίαν ὀλίγας ἡμέρας καὶ πάλιν ὑπέστρεψεν ὁ Καρδινάλιος εἰς τὸν πάπαν. λόγοι οὖν ἐκινοῦντο τότε πολλοὶ περὶ τοῦ εἰ δεῖ τοὺς ἡμετέρους πρὸς τὸν πάπαν, ἢ πρὸς τὴν ἐν Βασιλείᾳ σύνοδον ἀφικέσθαι.

quingentorum florenorum summam explicitis verbis nominavit: at ego replicui, si Majestas tua tantum quinquies centum exposcit, ego sexies centum numerabo: quæ statim persolvi Imperatori, suisque distribuenda, & nunc ut eodem fungar officio erga tuam Sanctitatem, votum do, ut quantum ipsa cupiat, libere explicet: Tum Patriarcha, quandoquidem stipendium nuncupatur aliquot diecularum, effunde mihi, meisque florenos ter centum: Cui Michael, & si Sanctitatis tuæ modestia se intrà ambitum ter centum sistat, ego adjecto unius centum auctario, quadringentos accumulabo: quas nostri prehendentes, Patriarchæ, ac toti Clero dispertierunt: Posthæc Dux Patriarcham officiosè invisit, obtulitque dono copiam Indici Sacchari, quadraginta grandiora luminaria, ac vinum: & transactis aliquot diebus, Sanctæ crucis Cardinalis advenit, à Papa missus, & cum illo Ferrariensis Marchio, qui Imperatorem salutarunt, & Patriarcham: at quoties ad Patriarcham ingrederetur Cardinalis, Dux Venetiarum, à tergo subsecutus, imam fimbriam Cardinalitii paludamenti sublatam à vestigio manibus librabat.

Et cum aliquot dies Venetiis consumpsisset Cardinalis, rediit ad Papam: ac tum primum sermones fieri cæperunt, & multifarie increbescere: An Nostrates oporteat ad Papam proficisci, an Basilæam ad Concilium.

τμήμ. δ. Κεφ. ιε.

Εἶπεν οὖν ὁ Δοὺξ τῷ βασιλεῖ. ὅτι ἡ Βενετία ἐστὶν ὡς ἂν ἰδική σας, δύνασθε ἀναπαυθῆναι καλῶς ἐν αὐτῇ μέχρις ἂν ἐθέλητε. συμβουλεύω οὖν, ὅτι κρεῖττον ἐστὶν ἵνα προσμείνητε, ἐν τῇ Βενετίᾳ καὶ ἀποπειράσησθε καὶ τοῦ πάπα, καὶ τῆς συνόδου. ἐλεύσονται γὰρ ἐκατέρωθεν καὶ ζητήσουσι καὶ ἀξιώσουσι πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἀπελθεῖν, καὶ τότε ζητήσετε καὶ ὑμεῖς τὰ ὑπὲρ ἑαυτῶν. καὶ ὅπη ἂν εὕρητε τὰ μᾶλλον λυσιτελοῦντα ὑμῖν, οὕτως ἐκεῖσε ἀπέλθετε. προσμείνατε οὖν ἵνα εἰδῆτε τί λέγουσιν ἡμῖν ἑκάτεροι, καὶ οὕτως εὑρήσετε τὸ συμφέρον ὑμῖν. τὰ αὐτὰ δὲ ἔλεγον καὶ οἱ κρείττονες τῶν Βενετίκων, καὶ προσετίθουν, ὅτι εἰ θελήσετε γενήσεται καὶ ἡ σύνοδος ἐνταῦθα, καὶ ἔσται τοῦτο, καὶ εἰς πλείονα τιμὴν ὑμῶν καὶ ἀνάπαυσιν. Ὁ δὲ βασιλεὺς προσεκαλεῖτο τὸν πα-

τρι-

Sect. IV. Cap. XV.

Intereà Dux Imperatori suasit, ut Venetias æstimaret, tanquam propriam sui ipsius Patriam, ubi plurimâ cum libertate requiescere posset, quamdiu vellet: subinde se consulere, ut hic figat, dum utriusque tam Papæ quam Concilii benevolentias exploret, perspiciatque, quò tendant eorum præcipua consulta: Nam & illorum uterque maximâ cum ambitione vos ad ipsos pertrahere conabuntur, & vos poteritis, utriusque argumentis cum judicio perpensis, qua vestra vos emolumenta ducunt, illac concedere: Eadem cum Duce, & præstantissimi Senatorum accinuerunt: professi, si in Civitate Venetâ Synodum Generalem celebrari cuperemus, se non repugnaturos: & id forsan, nec minus gloriæ vestræ convenire, nec solatio minus conferre. Imperator, cum hæc verba altius in animo insedissent, Patriarcham ad se accersivit, ut communi Consilio, de his rebus judicent, ipse enim ægrotabat: Similiter & Patriarcha forte fortuna tum in lecto decum-

bebat,

τριάρχην ἵνα περὶ τούτου βουλεύσωνται, ἐνόσει γάρ. ἔτυχε δὲ καὶ ὁ πατριάρχης νοσῶν, καὶ οὐδέτερος ἐδύνατο πρὸς τὸν ἕτερον ἀφικέσθαι, καὶ ἐδυσχέραινε πρὸς τοῦτο ὁ βασιλεύς. μετὰ γοῦν β καὶ γ πρόσκλησιν διεμηνύσατο. ὅτι βουλευθήτω ἡ ἁγία βασιλεία σου μετὰ τῶν ἰδικῶν σου. εἶτα ὕστερον ἵνα μάθω καὶ αὐτὸς τὸ συμπέρασμα τῆς βουλῆς, καὶ ἐντεῦθεν κἀγὼ βουλεύσομαι ὅπερ ἂν μοὶ δόξῃ λυσιτελέστερον. ἀλλὰ οὐκ ἤρεσαν ταῦτα τῷ βασιλεῖ. ἔλεγε γάρ, πῶς ἂν βουλεύσηται καλῶς μὴ ἀκούσας πάντων τῶν ἐν τῇ βουλῇ τὰς γνώμας. ἐν τῇ βουλῇ γὰρ κινοῦνται λόγοι πολλοὶ, καὶ λέγουσι τινὲς τὰς αἰτίας δι᾽ ἃς δοκεῖ αὐτοῖς συμφέρειν τὸ δὲ γενέσθαι, ἕτεροι δ᾽ αὖ ἀντιλαμβανόμενοι τῶν ἐναντίων λόγων, λέγουσιν αἰτίας δι᾽ ἃς νομίζουσι μὴ προσήκειν γενέσθαι τὸ δόξαν τοῖς προτέροις συμφέρον. Ὅταν οὖν γυμνασθῶσι καλῶς αἱ αἰτίαι, καὶ ἀκούσωσιν οἱ βουλευταὶ πάντας τοὺς λόγους, καὶ τὰς ἀντιθέσεις ἑκάστου, τότε δύνανται περισυνάξαι καὶ ἐκλέξασθαι ἐκ τῶν πολλῶν τὸ συμφέρον, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ παρόντι. ἐνταῦθα κινοῦνται λόγοι πολλοὶ περὶ τούτου καὶ γυμνάζεται τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐναντιοῦνται τινὲς τοῖς βουλομένοις λυσιτελεστέραν τὴν εἰς τὸν πάπαν ἡμῶν ἔλευσιν. καὶ μέχρι τοῦ νῦν δοκοῦσι βέλτιον λέγειν οὗτοι οἱ τὸ μὴ ἀπελθεῖν εἰς ἐκεῖνον βουλόμενοι. ἐλθέτω οὖν ἀπαραιτήτως ὁ πατριάρχης ὅτι ἀναγκαία ἐστὶν ἡ περὶ τούτων συμβουλή.

Τούτων τῶν λόγων ἀκούσας ὁ πατριάρχης εἶπεν. οἶδα ἐγὼ πῶς καὶ παρά τινων λέγονται οἱ τοιοῦτοι λόγοι, καὶ ὅταν ἐκεῖσε ἀπέλθω ἑνὶ λόγῳ πάντας αὐτοὺς ἀνατρέψω. εἶτα διεμηνύσατο τῷ βασιλεῖ, ὅπως ἦν κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἄνετος καὶ τῇ μετ᾽ ἐκείνην εἰ καὶ ἔτι ῥάων γένοιτο τῇ ἐφεξῆς ἀφίξεται.

τμήμ. δ. Κεφ. ιϛ.

Ὁ δὲ Χριστοφόρος ἀπελθὼν εἰς τὸν πάπαν ἐκ τῆς Βενετίας ὡς δεδήλωται θᾶττον ὑπέστρεψε, καὶ ἦν ἐν τῇ Βενετίᾳ διεγείρων τοὺς ἡμετέρους, καὶ τὴν πρὸς τὸν πάπαν ἔλευσιν διαπραττόμενος κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. δέδωκεν οὖν πάλιν τῷ μέρει τοῦ πα-

bebat, ut alter alterum adire non valeret: quod admodum impatienter Imperator tulit: Et Patriarcha diversis vicibus bis terve sollicitè advocatus, cum propter morbum adesse non posset; jussit Imperatorem suos Nobiles ad ea quæ sibi videntur expendenda asciscere; & postquam illi constituissent, si quid factu opus esset, se deliberaturum: Quod Imperatori, ut dissentaneum rationi displicuit. Dixit enim, quomodo solus & seorsim Consilium capiat, quum aliorum argumenta non audiverit: Siquidem multi multa proferunt in arcanis Conventibus, quæ omnium examini submittunt: Hi speciosas intexunt causas, cur ea procedendi ratio, si teneatur, non possit non maximum emolumentum procurare: alii diversum plane propugnant, rationibus non minus validis, cur ea quæ prioribus visa sunt utilia, fieri ipsi non conducere judicarent: Et hæc arbitris discernenda subjiciuntur, seu consultantibus qui cum utrinque rationes, & pro conducibili & contra allatas ventilaverint, tum circumferre ingenia, cum acri judicio debent; & ex multis, id unicum quod maxime convenit eruere; ut in præsenti negotio: A quamplurimis nostrum serra reciprocatur, & acerrimè disceptata quæstio fervet: An Papa à nobis sit adeundus, necne? Multi ad Papam proficisci suadent; idque ut longe utilius nobis incumbere, affirmant: alii in contrariâ opinione versantur: Et huc usque meo quidem judicio, magis prudentes ac plausibiles afferunt rationes, qui nostræ profectioni ad Papam obversantur: Veniat itaque sine ulteriori tergiversatione Patriarcha, ut nobiscum hunc nodum cuneo tundat, & solvat quæstionem, quæ solâ sui præsentiâ, & publicis nostrorum omnium consiliis restat dirimenda.

His ad Patriarcham ab Imperatore perlatis, respondit breviter Patriarcha: Non sum ignarus, quinam hos sermones in consultationibus spargunt: quorum omnium fundamenta, mearùm rationum unicâ, quamprimum advenero disperdam: Jussit præterea Imperatori ut renuntient, se hodie meliuscule habuisse; & si cras morbus remittere perseverabit, tertio die sui copiam polliceri.

SECT. IV. CAP. XVI.

At Christophorus è Venetiis abiens ad Papam, ocyus eodem repedavit, ut Venetiis reperiretur sat tempestivus, pro virili Papæ partes promovere: nostrorumque animos alacriter excitare, ut ad Papam proficisci contendant: Numeravit etiam Patriarchæ fiscalibus quingentos florenos, stipendium pro cibariis: quorum

πατριάρχου φλωρία φ΄, χάριν συνηρεσίου, ἀφ᾽ ὧν ἔλαβεν ὁ πατριάρχης φλωρία ρκγ΄, ὧν τὰ ρέ΄ δοὺς ἐπρίατο δισκοποτήριον ἀργυροδιάχρυσον θαυμασίᾳ τεχνῇ ἐξειργασμένον. τὰ δὲ λοιπὰ διεμερίσθησαν τοῖς ἄλλοις τοῖς καθόλου.

Εἶτα ἔδωκεν ἰδίως τῷ βασιλεῖ φλωρία αχ΄, καὶ τῷ πατριάρχῃ ὁμοίως αχ΄. ἐποίησε δὲ διὰ ἐξόδου τοῦ πάπα τῷ πατριάρχῃ καὶ λεκάνην ἀργυρᾶν διὰ νιμμὸν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ σκυτέλια ἀργυρᾶ. ὁ δὲ πατριάρχης κατὰ τὴν ἡμέραν ἣν προέστησεν ἐλθεῖν εἰς τὸν βασιλέα, ἀπῆλθε πρῶτον εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Μάρκου, καὶ τὰ ἐκεῖσε ἱερὰ κειμήλια ἐθεάσατο πολύολβα ὄντα καὶ πολυτάλαντα, ἐν οἷς καὶ λίθοι τίμιοι καὶ μέγιστοι εἰσὶ καὶ διαυγέστατοι· καὶ πᾶν εἶδος ἱερῶν ἐκ πάσης ἀρίστης καὶ τιμίας ὕλης κατεσκευασμένον. τὰ μὲν ἐκ λίθων ἐξῃρημένων εὐφυῶς ἄγαν διαγεγλυμμένα, τὰ δὲ ἐκ χρυσοῦ καθαρωτάτου ἀρίστως συντεθειμένα. ἔνθα δὴ καὶ τὰς τοῦ ἱεροῦ καλουμένου τέμπλου θείας εἰκονογραφίας κατείδομεν τῇ αἴγλῃ τοῦ χρυσοῦ μαρμαιρούσας, καὶ τῷ πλήθει τῶν πολυτίμων λίθων καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει τῶν μαργάρων, καὶ τῇ τῆς τέχνης φιλοτιμίᾳ καὶ ποικιλίᾳ, τοὺς θεατὰς καταπληττούσας. αἳ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁλώσεως, ὅτε ἡ πόλις ὑπὸ τῶν Λατίνων (οἴμοι,) ἑάλω ἀπενεχθεῖσαι ἐντεῦθεν ἐκεῖσε νόμῳ τῆς λείας, εἰς μιᾶς μεγίστης εἰκόνος συνετέθησαν σχῆμα, ἱδρυμένης ἄνωθεν τοῦ ἐν τῷ καθολικῷ βήματι ἀλταρίου ὀχυρωτάταις θύραις ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν ἰσχυρῶς πάνυ κατησφαλισμένης, καὶ κλεισὶ καὶ σφραγῖσι διαφυλαττομένης. τῶν δὲ θυρῶν δὶς τοῦ ἔτους ἀνοιγομένων κατὰ τὴν τῶν τοῦ Χριστοῦ γενῶν, καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτήν, καὶ πάντων τῶν ἐκεῖσε θεωρούντων, τὴν ἐκ πολλῶν σύνθετον εἰκόνα ἐκείνην, τοῖς μὲν κεκτημένοις καύχημα καὶ τέρψις ἐγγίνεται, καὶ ἡδονή, τοῖς δ᾽ ἀφαιρεθεῖσιν εἴπου καὶ παρατύχοιεν ἀθυμία καὶ λύπη καὶ κατήφεια. ὡς καὶ ἡμῖν τότε συνέβη.

Πλὴν εἰ καὶ ἐκ τοῦ τέμπλου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἠκούομεν εἶναι ταῦτα, ἀλλ᾽ οὖν ἔγνωμεν ἀκριβῶς ἔκ τε τῶν ἐπιγραφῶν, ἔκ τε τῆς στηλογραφίας τῶν Κομνηνῶν τοῦ Παντοκράτορος

rum à factâ distributione, centum viginti tres in proprios Patriarchæ loculos migrarunt: De quibus ipse statim centum & quinque extraxit ad coemendum calicem, ingentem ac patulum, deauratum ex argento, & opificis artificio mirabili confectum: Reliqui, Ecclesiasticis cæteris in communi dispertiebantur.

Propinavit insuper Imperatori seorsim à suis mille florenos, totidemque Patriarchæ: quin & Papæ sumptibus paravit donandum Patriarchæ malluvium argenteum, impressum Patriarchæ effigie, & aliquot scutellas, argenteas: Patriarcha autem cum diem tertium promisisset Imperatori ad consultandum constituit prius animi gratiâ, Divi Marci ædem, & singula ejusdem monumenta speculari: quæ opulenta supra quam dici possit, & nullo pretio æstimanda, lapilli rarissimi, maximi, fulgentissimi, & universa species rerum Deo sacrandarum, ex præstantissimâ materiâ omnis generis, non possunt non hominum sensus in admirationem rapere: Hic gemmæ ad debitum fastigium elevatæ, stupendum in modum figuris exsculpuntur: illic purissimo auro compositæ sine bracteolis nativo fulgore radiant. Tum in Templo sancto quod dicitur sacras imagines conspeximus, ut corusco splendore auri fulgebant! ut multitudine pretiosissimarum unionum, granditate ac specie insignium vibrabant! ut singulari aurificum artificio ipsam materiam superante oculos attonitos confundebant! Quæ cuncta nostris è fanis expilata per Latinos (hei mihi!) & huc allata ut spolia ac Manubiæ, in unum Colossum ingentem coaluere, quæ nunc D. Marci statua cluit totius orbis stupor & miraculum: stat autem suâ base nixa in ingressu frequentiori ad summum altare, sic validissimis januis & ante & retro occlusa, sic clavibus ac sigillis appensis obfirmata, ut ne mortalium oculis spectanda propaletur, nisi bis in anno, ad festum Nativitatis & Resurrectionis Dominicæ: tum reseratis foribus, cuilibet permittitur portentosam effigiem conflatam ex variis gemmis contemplari, quæ durat ingens gloriandi materia, voluptas ac decor possessoribus, despoliatis vero si qui forte illuc adventant, tristitia, mæror, & animi afflictissimi consternatio, ut nobis tunc temporis contigit.

Et quanquam fando accepimus ea fuisse abrepta è Sacratissimo S. Sophiæ templo, tunc tamen ab inscriptionibus Græcis, & maximè à cippis Comnenonum Imperatorum, percepimus ea olim omnia in Dei Omnipotentis Monasterio sacra deposita permansisse: At si Monasterium tot terrâ marique conquisitis, opulentissimis lapillis abundaverit, quot & quantis oportuit nostram Ecclesiam magnam, seu gemmarum

ρος μονῆς εἶναι ταύτας... εἰ οὖν τὰ τῆς μονῆς τοιαῦτα σκοπεῖν χρὴ ὁποίαν εἶχον ἂν ὑπερβολὴν τὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἔν τε τῇ διαυγείᾳ καὶ λαμπρότητι τῆς ὕλης, καὶ τῇ φαιδρότητι καὶ ποικιλίᾳ τῆς τέχνης, καὶ τῇ τοῦ τιμήματος ὑπερβολῇ. ταῦτα τοιγαροῦν ἀκριβῶς ἰδὼν πάντα ὁ πατριάρχης, καὶ τῇ θεωρίᾳ αὐτῶν οἱονεὶ ἐντρυφήσας, συνόντος αὐτῷ καὶ τοῦ Δουκὸς, διαμηνυθέντος πρότερον παρὰ τοῦ πατριάρχου, πέμψαντος δὲ καὶ τὰ πλοῖα, δι' ὧν εἰς τὸν ἅγιον Μάρκον ἀφίγμεθα καὶ ἐλθόντος καὶ αὐτοῦ, καὶ προπέμψαντος καὶ τὰ δηλωθέντα ἐμφανισθῆναι προστάξαντος. μετὰ γοῦν τὸ ἱκανῶς ἐνασχοληθῆναι τούτοις ὁ πατριάρχης εἰς τὸν βασιλέα μετὰ τοῦ Δουκὸς ἀφίκετο. καὶ ὁ μὲν Δοὺξ ἰδὼν καὶ ὁμιλήσας τῷ βασιλεῖ φιλικῶς τὴν ἰδίαν ἀπέπλει. Ὁ δὲ πατριάρχης συνῆν μένων τῷ βασιλεῖ ὥραν ἱκανήν. ἑτοιμασθέντος δὲ ἀρίστου, τῷ τε πατριάρχῃ καὶ ἡμῖν οὗ ὁ Φιλανθρωπινὸς ᾤκει, ἀπελθόντες μετὰ τοῦ πατριάρχου ἐσιτησάμεθα, καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις εἰσῆλθεν ὁ πατριάρχης εἰς τὸν βασιλέα. καὶ μετ' οὐ πολὺ προσεκλήθησαν οἱ ἄρχοντες τῆς βουλῆς, καὶ ἓξ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τρεῖς ἐξ ἡμῶν.

marum magnitudine seu specierum varietate, & luminosis omnium radiis, seu opificum accurata manu ac pretio, quicquid exhibuerit spectabile, quodcumque Monasterium longe transcendere ac superare? Verum hæc singula oculis perlustrabat Patriarcha, & in his spectaculis ad satietatem deliciabatur: præsente etiam Duce, qui accersitus à Patriarcha, nobis navigium adornarat ad transfretandum in D. Marci fanum, nosque suo comitatu cohonestarat, jusseratque omnia hæc recondita nobis recludi: & cum satis otii indultum his rebus videretur, Patriarcha una cum Duce ad Imperatorem tendit: Dux utroque honorificè salutato domum revertitur: & solus Patriarcha cum Imperatore aliquamdiu remansit: Dum instante prandio Patriarcha ad paratas sibi nobisque epulas in diversorio Philanthropici, pransum cum illo abscessimus: quo finito, rediit ad Imperatorem, & ambo brevi posteà convocatis præcipuis Imperii consiliariis, sex Archiepiscopis, & tribus è nostro ordine proceribus Ecclesiæ, ad consilium properarunt.

τμήμ. δ. Κεφ. ιζ.

Ἐζητήθη οὖν εἰ δεῖ πρὸς τὸν πάπαν ἡμᾶς παραγενέσθαι. καὶ λόγων περὶ τούτου κινηθέντων καὶ τῶν πλειόνων δεῖν εἶναι λεγόντων, εἶπεν ὁ ἡρακλείας. ὡς ἀκούομεν ὅτι ἔρχεται Καρδινάλιος ὁ Ἰουλιανὸς ἐκ τῆς συνόδου καὶ ἐστὶν ἐγγύς. καλὸν οὖν μοι φαίνεται ἵνα προσμείνωμεν ὀλίγον, ὡς ἂν εἴδησίν τινα, καὶ ἐξ ἐκείνου λάβωμεν, καὶ τότε κρεῖττον βουλευσόμεθα. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη, βέλτιον μοι δοκεῖ ἵνα βουλευσάμενοι νῦν στήσωμεν, ὅπερ ἂν φανῇ συμφέρον ἡμῖν. ὅπως ἂν κἀκεῖνος ἐλθὼν εὕρῃ συνιστάμενον τὸ τῆς βουλῆς ἡμῶν ἀποτέλεσμα, καὶ μὴ πρὸς ἄλλο τι παρεκκλίνειν ἡμᾶς πειραθείη. λέγετε τοίνυν πρὸς τὸ πρᾶγμα, καὶ ἄφετε τὸ περὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ὥσπερ ἐπιλελησμένος ὧν ἔλεγε πρότερον, ὅλος ἦν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν πάπαν. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ αὐτοῦ ὁ πατριάρχης. εἰ οὖν

καὶ

Sect. IV. Cap. XVII.

In quo id unum quærebant, an ad Papam proficisci expediret? Variantibus autem hominum sententiis, cum plerique & pars major affirmarent, solus Heracleensis suffragium interposuit de causâ comperendinanda: Audivisse se ajens, Cardinalem Julianum, à Basileensi Synodo huc accelerare, nec ab his finibus longe abesse: quamobrem satius existimem (inquit) adventum ejus præstolari: Et cum sciverimus quid rerum à consilio afferat, prudentius ac melius consultationem instituemus: At Imperator è contra, sibi videri, priusquam appulerit Julianus decernere, quid in nostrum usum cedat: ut cum invenerit nos in eâ fixos determinatione, & consiliorum nostrorum fructum, nos inde dimovere non pertentet: Festinate igitur ad causam, ac mittite Julianum, extrà limites rerum nostrarum exorbitantem: Et quasi oblitus eorum quæ prius apud se statuerat, præceps ruit in hanc sententiam, Papam omnino adeundum esse: Et ante Imperatorem ferocius Patriarcha: Adeo ut si nostri ordinis

tres

καὶ τρεῖς ἐξ ἡμῶν μεθ' ὧν καὶ ὁ Βουλλώτης δεύτερος ἦν εἶπον βέλτιον εἶναι μὴ ἀπελθεῖν νῦν εἰς τὸν πάπαν, οἱ λοιποὶ πάντες τὸ ἐλθεῖν ἀπεφήναντο, καὶ ἐκυρώθη τοῦτο. Μετὰ ταῦτα δευτεραῖος ἔφθασε καὶ ὁ Ἰουλιανὸς εἰς τὴν Βενετίαν. εἶδεν οὖν τὸν βασιλέα, ἦλθε δὲ καὶ εἰς τὸν πατριάρχην ἑπομένου καὶ τοῦ Δουκὸς, καὶ τὰ κράσπεδα τοῦ ἱματίου αὐτοῦ κατέχοντος, εἶτ' ἀπῆλθε καὶ αὐτὸς εἰς τὸν πάπαν. πρῶτον δὲ ἔστειλαν πρὸς αὐτὸν τοὺς δύο αὐταδέλφους, τοὺς δισυπάτους, ὁ δὲ πατριάρχης τὸν Ἡρακλείας καὶ τὸν Μονεμβασίας. κατὰ δὲ τὸ Σάββατον τῆς τυροφάγου εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Γεωργίου ὁ πατριάρχης, καὶ πρῶτον μὲν ἐρραντίσατο καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ ῥαντιστηρίου ἐκείνων τὸ δοκεῖν ἁγιάσματος, εἶτα ὑπέδειξαν αὐτῷ οἱ ἐκεῖσε λατινομόναχοι εὐμεγέθη, καὶ εὐτραφῆ χεῖρα τοῦ ἁγίου Γεωργίου, λέγοντες εἶναι ὑπὸ σανίδος κοιλανθείσης περιεχομένην καὶ εὐφυῶς ἄγαν κατησφαλισμένην, καὶ ἐν κιβωτίῳ φυλαττομένην. ἣν καὶ κατησπάσατο ὁ πατριάρχης. εἰπόντος δὲ αὐτῷ τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ χεὶρ τοῦ ἁγίου Γεωργίου. τὸ γὰρ μαρτυρικὸν ἐκείνου ἅγιον σῶμα κατέκαυσαν, καὶ τὴν κόνιν ἐλίκμησαν, εἶπεν αὐτῷ σκωπτικῶς ὁ πατριάρχης, σιώπα, οὐκ οἶδας τί λέγεις.

tres tantum, quorum ſecundus numero, Magnus Bullota extitit, contravertiſſent, non eundem, ut nunc ſe res habent ad Papam, eundem omnes reliqui pronuntiaſſent, & eundum omnes ſuffragiis confirmarunt: Ante lapſum biduum Venetias appulit Julianus, qui primitias oblati obſequii cum Imperatori præſtitiſſet, ac Patriarchæ, Duce Venetiarum pone & à tergo ſubſequente, ac infimum limbum veſtimenti Cardinalitii manibus geſtante ut ſupra, mox & ipſe Catdinalis relicto concilio ad Papam iter flexit: Tum negotio peracto primum Legatos mandavit Imperator ad Papam, duos Germanos fratres, utrumque Biſconſulem, Patriarcha Heracleenſem & Monembaſianum: Interim Patriarcha in Sabbato Dominici, qui Turophagus dicitur, ingreſſus D. Georgii templum, ſeipſum eorum aſpergillo, & aquâ luſtrali irroravit, ut videretur ſecundum eorum ceremonias ac ritus ſanctificari: Et cum nonulli Latini Monachi iſtius cænobii, eidem manum obtuliſſent D. Georgii Martyris, cui nec magnitudo defuit nec ſagina, quam ſub tabula ex aſſerulis cavata optime munitam, ciſtulæque inditam, à ſe aſſervari ajebant, Patriarcha venerabunde eam exoſculatus eſt: Objicienti vero Magno Scriniario, & non eſſe D. Georgii manum aſſeverenti, cujus ſacrum Martyrio corpus in favillas redactum eſt: & vivicomburii reſiduum vanno in aêra eventilatum, reſpondit Patriarcha cum mordaci ſcommate, eumque ſilere juſſit, ut quæ proferat, neſcientem.

τμήμ. δ. Κεφ. ιη.

Ἔψαλον δὲ τότε οἱ Μοναχοὶ ἑσπέρινον Πολὺν καὶ φιλότιμον, εἰς ὃν καὶ ἵστατο ὁ πατριάρχης, καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτοῦ. εἶτα συνῆλθεν εἰς τὸ βῆμα, καὶ περιεσκόπει τὸ ἀλτάριον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. καὶ προσέταξε περιελεῖν τὰ σκιάδια ἐκ τῶν κεφαλῶν ἡμῶν, καὶ περιειλόμεθα. τότε ἐλθόντων καὶ τῶν Δισυπάτων λαβεῖν εὐλογίαν ἐπὶ τῷ ἀπελθεῖν εἰς τὸν Πάπαν. εἶπεν αὐτοῖς ὁ πατριάρχης μετὰ δριμύτητος ἐκβάλλετε τὰς σκούφιας. εἰπόντος δὲ τοῦ ἑνὸς, ὡς οὗτοι οὐκ ἔχουσι τοιαύτην συνήθειαν, ἔφη, εἰ μὴ ποιήσετε τοῦτο, τύχον ἐκπεσεῖσθε ἀπὸ τῆς ἀρχοντίας ὑμῶν. ἀλλὰ διὰ ταῦτα, ἐγένεσθε τοιοῦτοι ὁποῖοι κατέστητε. τότε λέγει ὁ εἷς πρὸς τὸν ἕτερον, δεῦρο ἀπέλθωμεν, καὶ παρητήσωντο τὴν εὐλογίαν.

Ἀπῆλ-

SECT. IV. CAP. XVIII.

Monachi tum cantillabant in choro hymnum Veſpertinum, qui à multâ æternitatis, ac gloriæ acquirendæ mentione nomen accepit: Cui integro dum pſalleretur, Patriarcha ſtetit erectus in veſtigia, & nos ejus exemplum ſecuti: Poſtea intrà cancellos aſcendit, gradus totumque altare circumſpexit, & quicquid contineret: utque propius acceſſimus, juſſit nos capitibus pileos auferre, & abſtulimus: Intrantibus autem fratribus duobus Biſconſulibus, ut acceptâ benedictione Patriarchali, iter Papam verſus ingrederentur, Patriarcha vehementer increpans, tollite Galeros inquit: & regerenti eorum alteri, Latinos iſtiuſmodi conſuetudinem non agnoſcere, acriter inſtitit Patriarcha, & quidni? inquit. Vos meis monitis obtemperate, aut ego vos forſan veſtris faſtigiis deturbari, & ex albo Heroum expungi curabo: Etenim ſciatis velim non aliâ fine vos civilibus magiſtratibus donari, quam ut his ceremoniis ergà Deum perfungamini: Fratres vero invicem locuti

Ἀπῆλθον οὖν· καὶ οἱ μὲν ἄρχοντες ἠσπάσαντο τὸν πόδα τοῦ πάπα, καὶ ἀναδοχῆς καὶ εὐμενείας ἔτυχον παρ' αὐτοῦ. τῶν δὲ ἀρχιερέων μὴ ἀσπασαμένων τὸν πόδα τοῦ πάπα ἀηδῶς λίαν διετέθη πρὸς αὐτούς. δέον μὲν οὖν διαμηνῦσαι τι περὶ τούτου τῷ πατριάρχῃ, οἱ δὲ οὐδ' ὅλως ἔδωκαν αὐτῷ εἴδησιν. ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ παραδρομὴν ἡμερῶν πέντε ἐξῆλθε τῆς Βενετίας, καὶ παρεγένετο εἰς τὸν πάπαν, καὶ προϋπάντησεν αὐτῷ ὁ Μαρκέσης εἰς τὸ καλούμενον Φραγκουλίν, ὅπερ ἀπέχει τῆς Φερραρίας ὥρας ἡμισείας πρὸς τῇ μιᾷ διάστημα, ἐκεῖ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐξῆλθε τοῦ πλοίου. ὑπεδέξατο δ' αὐτὸν ὁ Μαρκέσης μετὰ μεγάλης τιμῆς, τῶν υἱῶν αὐτοῦ πεζῇ πορευομένων, καὶ οὐρανὸν ὕπερθεν τοῦ βασιλέως αἰωρούμενον κατεχόντων. οὕτως οὖν προεπέμψεν αὐτὸν εἰς τὸν πάπαν, εἶτ' ἐκεῖθεν εἰς τὸ ἴδιον παλάτιον αὐτὸν ἤγαγεν. Ὁ δὲ πατριάρχης δυσχερῶς μὲν ἔφερε τοῦτο, τὸ τὸν βασιλέα πρότερον ἀπελθεῖν εἰς τὸν πάπαν. ἔλεγε γάρ, ἢ ὁμοῦ ἔδει ἀφικέσθαι τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην, ἢ προηγεῖσθαι τὴν ἐκκλησίαν, οὐ μὴν κατόπιν ταύτην ἀκολουθεῖν. τεταρταῖος γε μὴν ἐξῆλθε καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτῷ τὴν παραύλιον τε τῆς Βενετίας θάλασσαν, εἶτα καὶ τὴν γλόντζαν παραμείψαντες, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐπιβάντες ἀνηγόμεθα, καὶ εἰς τὰ ὅρια τοῦ Μαρκέση πεφθακότες εὕρομεν τὸ αὐτοῦ πλοῖον ἐκεῖσε ἐκδεχόμενον τὸν πατριάρχην,

Ὅπερ σχῆμα μὲν εἶχε νηός, τὸ δὲ κάτω τούτου κατάστρωμα ἐπίπεδον ὂν εὖρός τε ἱκανὸν εἶχεν, καὶ μῆκος ἀνάλογον. Ἐκ δὲ τοῦ μήκους μέρος μέν τι εἰς κέλλιον διεκεχώριστο βηλοθύροις, καὶ ἐν αὐτῷ κλίνη ἦν περιφανῶς ἄγαν ἐστρωμένη. τὸ δὲ λοιπὸν τρικλίνου τρόπον διεκεκόσμητο. σκίμποδας μὲν εἶχεν περὶ τοὺς τοίχους τοῖς διευθισμένοις ἐκ χρωμάτων τερπνοῖς καὶ ποικίλοις ὑφάσμασι περικεκαλυμμένους. μέσῳ δ' ἔκειντο δύο σιδηρᾶ πυρεῖα μεγάλα τροχίσκοις περιαγόμενα ἐν οἷς ὅτε ἐδέησε τὸ πῦρ ἀνῆπτον. οἱ δέ γε τοῖχοι τοῦ πλοίου μὴ ὑπερβαίνοντες τὰς κεφαλὰς τῶν ἐν τοῖς σκίμποσι καθημένων τοσούτων, ἄνωθεν ὕψος στυλίσκοις μόνοις ἐπλήρουν. τὸ δέ γε μεταξὺ διάστημα

πᾶν

cuti eamus inquiunt, & ſpretâ benedictione in divorſum abiere ad Papam: Cujus pedem ambo baſiati maximam benignitatem ac gratiam à Papa ſunt conſecuti: at Archiepiſcopos, quod in eundem morem non deſcenderint, Papa ne contueri quidem vultu placido dignatus eſt: Cujus etiam conſuetudinis nonnulla Patriarchæ præſcripſiſſe debuerunt, quod illi penitus neglexerunt: Imperator vero poſt quinque dierum ſpatium Venetiis diſceſſit, ut Papam conveniret: Cui in itinere obviam factus eſt Ferrarienſis Marchio ad Francolin, intervallo ſeſquihoræ ab ipſa Ferrara diſtantem: Ubi Imperatorem trireme deſcendentem Marchio recepit, quâ potuit magnificentiâ & honore: Ejus filiis terrâ gradientibus in pedes juxta equitantem Imperatorem, & Conopæum in ſublime evectum, velut umbrellam Imperatoris vertici circumfuſam, altè comportantibus: atque ita triumphantis in modum, ad Papam prius deduxit, & à Papa ad proprium Marchionis palatium: At Patriarcha graviter ſuccenſuit, quod Imperator ipſius iter ad Papam prævorterit: Aut enim pari paſſu utrumque oportuit Papam adiiſſe dixit, vel Eccleſiam præripuiſſe anſam, non in ſecundis conſtitiſſe: utcumque poſt quatriduum & ipſe Patriarcha noſque ejus comitatus Venetiis valediximus, ac primum illud æquor, quod in ipſis Venetiarum faucibus perſtrepit, dein profundiorem Glontzæ gurgitem prætervecti, rivum intravimus qui nos ſecundo flumine ad Marchionis confinia perduxit: ubi ſtantem in Anchorâ, & adventum Patriarchæ præſtolantem Marchionis ſcapham invenimus.

Cujus forma quidem navi nec impar nec diſſimilis videbatur, niſi quod plano cum eſſet alveo, latitudinem ferebat magis capacem, & æqua ad eandem proportione in longum procurrebat: A longitudine pars aliqua in cellulam dempta, & cortinis valvatis ad modum Januæ diſtincta, torum oſtentabat magnificè conſtratum: at quod reliquum erat navigii, cubiculi inſtar inſtruebatur: Sedilia in lateribus ordine diſpoſita, invicem reſpondebant, & ſuum cuique pulvinar inerat ex variis coloribus ſic acupictum, & amæniſſimis floſculis variegatum, ut ingentem ornatum pariter ac voluptatem aſpectantibus præberet: In ipſo meditullio, ſtabant duo ferrea ignium receptacula glandibus quibuſdam in rotundum circumagenda: In quibus cum opus eſſet, focum ſtruebant: Cum autem latera ſeu parietes navigii, capita ſedentium in ſcamnis altitudine non ſuperarent, faſtigia capitibus imminentia erigebant, inſertis quibuſdam columellis: Inter quas diſtantiæ quod intercedebat feneſtris quibuſdam luminoſis aperiebatur per columellas:

Quæ

πᾶν εἰς παραθυρικὰς ὑπανοίξεις ἐχωρίζετο διὰ τῶν στυλίσκων, διφυῶν ὄντων, καὶ ὁμοιότητα διασωζόντων κιονιδίων εὐφυῶς ἄγαν διαπεπλεγμένων καὶ διαπεποικιλμένων χρυσίῳ τε λαμπρῶς περικεχρυσωμένων, καὶ τοῖς ἐκ λαζουρίου καὶ κινναβάρεως χρώμασιν ἔσθ' ὅπως διακεχρωσμένων. ὧν δὴ σιδήραις ἄνωθεν δι' ἀλλήλων κατησφαλισμένων τὰ μὲν μεταξὺ διαστήματα, ὡς ὑπανοίξεις βηλοθύροις ἐκλείοντο τε καὶ διηνοίγοντο. τοῖς δὲ καταντικρὺ στυλίσκοις τὰ κατὰ διάμετρον σίδηρα τὸ ἑδραῖον ἑκατέρῳ μέρει παρεῖχον, καὶ οὕτως οἱ στυλίσκοι τὸ ἄνω ὑπανεῖχον κατάστρωμα. ὃ δὴ σκέπη τε ἦν τοῦ κάτω τρικλίνου, τήν τε χρείαν τοῦ μαγειρείου παρεῖχεν ἄνωθεν, καὶ τοῖς ὑπηρέταις ἀνάπαυσιν. περὶ δὲ τὸ μέσον ἱστὸν εἶχεν, οὐκ ἱστίων χάριν ἱστάμενον· οὐ γὰρ ἐχρῆτο ἱστίοις πρὸς πλοῦν, ἀλλ' ἵν' ἐκ τούτου ὕψωθεν καλωδίοις δεσμούμενον, ἔξωθεν διὰ τῆς ξηρᾶς ὑπ' ἀνδρῶν προπορευομένων ἕλκηται αὐτῷ. ἔσθ' ὅτε δὴ καὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ ἕτερον πλοῖον κώπαις συχναῖς προηγούμενον εἷλκον αὐτὸ καλωδίῳ, καὶ οὕτως ἔπλει ἔνθα ὁ ἐν αὐτῷ ἄρχων προσέταττε.

Quæ cum essent in longum bifidæ, & adduci & reduci potuerunt: Cum reserarentur in fenestras dehiscebant: cum clauderentur, columnæ speciem orbicularem repræsentabant: cujus inter se scissæ partes tam genuinè coibant, ut junctura acerrimum oculum falleret: omnesque simul columellæ vel multo auro perfusæ radiabant, vel coloribus ceruleo ac coccineo alternatim imbuebantur: Iisdemque in summo apice per ferrea repagula invicem firmatis, distantias, Januæ bivalves desuper occludebant vel aperiebant: & utrisque tam Januis quam columellis ferrea repagula firmitatem dabant, & robur: Ita ut columellæ superiorem contignationem sustentarent, & contignatio cubiculum subtegeret inferius, præbens & culinæ usum, & dormitorium cæteris mancipiis: In medio autē ejusdem tabulati vela pandebantur, non quasi velis omnino uterentur ad navigandum, sed ut funiculis juxta vela ligatis homines in ripæ margine præeunte scapham facilius traherent: vel etiam quod non raro obtigit, ut navis alia præcedens, cum remigio, scapham remulcaret funibus à tergo revinctam; utrovis modo, ut Domino Marchioni allubuit, scapha hac illac raptabatur.

τμήμ. δ. κεφ. ιθ.

Ἔστειλεν οὖν ὁ Μαρκέσης μετὰ οἰκείου ἄρχοντος, καὶ ὑπεδέξατο ἐν αὐτῷ τὸν πατριάρχην. πρὸς ἑσπέραν δὲ ἦν, καὶ ἔμεινεν ἐν αὐτῷ ὁ πατριάρχης. πρωΐας δὲ γινομένης μετεκαλέσατο τούς τε ἀρχιερεῖς τε καὶ ἡμᾶς, καὶ εἰσελθόντες ἐκαθήμεθα μετ' αὐτοῦ. ἔτυχε δὲ τότε ἐμποδισθὲν ἐν τῷ ποταμῷ τὸ πλοῖον, ἐν ᾧ ἦσαν οἵ τε καλόγηροι, καὶ ὁ βίος τοῦ πατριάρχου, καὶ οἱ συνοδοιπόροι αὐτῷ. καὶ ἐπέταξεν ὁ πατριάρχης ἵστασθαι πάντας ἡμᾶς μέχρις ἂν φθάσῃ κἀκεῖνο. βραδύνοντος δὲ ἐπὶ πλεῖστον μέρος τῆς ἡμέρας εἶπεν ὁ Χριστοφόρος τῷ πατριάρχῃ, ἐὰν ὁρίσῃς κέλευσον ἵνα ἀπερχώμεθα σχολαιότερον. φθάσει ἢ κἀκεῖνο. οὔτε γὰρ κίνδυνος οὔτε φόβος τίς ἐστιν ἐνταῦθα. εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ πατριάρχης, ὁ βίος μου χρήζει τὸ ἥμισυ τῆς Βενετίας. πῶς οὖν καταλιπὼν αὐτὸν ἀπελεύσομαι, ἀνάγκη ἐστὶν ἵνα περιμένωμεν μέχρις ἂν ἔλθῃ. ὡς δὲ πάλιν

SECT. IV. CAP. XIX.

Misit igitur Marchio militiæ suæ præfectum, qui Patriarcham in scapham, debitâ cum reverentia suscepit: & quandoquidem vesperâ appetente conscendit, visum est Patriarchæ in scapha pernoctare: Summo mane Archipræsules, & nos convocavit: qui adproperantes discubuimus: Forte fortuna tum contigit naviculam, in quâ sacellani & tota supellex Patriarchæ vectabantur, aliquot stadiis à tergo relictam in vado retardari: Nec enim nobiscum poterat velificatione contendere, aut per flumen gravidè onusta æquam moliri viam: Imperavit itaque Patriarcha omnium remis inhibitis illius postversæ adventum opperiri: Cumque mirificè relanguentem præstolando maxima pars diei effluxisset, Christophorus Patriarchæ suasit, ut potius jubeat nos progredi, sed lentè, quo paulatim illa enatando nos assequeretur: nec enim instare metum aut periculum à mari nullis latrociniis infesto: At Patriarcha respondit: pro dimidio divitiarum quas opulentæ Venetiæ possident, impedimenta mea non amitterem, quâ igitur fronte me hinc jubeas,

λιν εἰς ἱκανὴν ἡμέραν ἱστάμεθα τῶν ἀνθρώπων ἀγανακτησάντων, καὶ ἀρξαμένων ἑτοιμάζεσθαι ἕλκειν τὸ πλοῖον, ἔφη ὁ πατριάρχης, ὁρῶ ὅτι οὐδὲν ἡγοῦνται τοὺς λόγους ἡμῶν. εἴπατε οὖν ἵνα ἐκβάλλωσιν ἡμᾶς ἔξω, αὐτοὶ δὲ ἀπελθέτωσαν ὡς βούλονται. ὅπερ μαθόντες περιέμενον καὶ ἄκοντες πάντες, μόλις οὖν ἔφθασε μετὰ μεσημβρίαν. καὶ ὀλίγον τι τοῦ ποταμοῦ διανύσαντες ὀψίας γενομένης ἐκεῖ διενυκτερεύσαμεν. ἕωθεν δὲ λύσαντες ἀνηρχόμεθα, καὶ πρὶν ἐξήκειν πρώτην ὥραν τῆς ἡμέρας ὁρῶμεν ἔφιππον τὸν [illegible] σταλέντα παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ δρόμῳ πρὸς ἡμᾶς θέοντα. ὃς ἐλθὼν εἶπε τῷ πατριάρχῃ ὅπως ἐκδέχεται ὁ πάπας ἵνα ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἐλθὼν προσκυνήσῃς καὶ ἀσπάσῃ κάτω τὸν πόδα αὐτοῦ. Ὁ γοῦν Βασιλεὺς ἐνίσταται καὶ ἀγωνίζεται ἤδη τρεῖς ἡμέρας ἵνα μὴ γένηται τοῦτο. διαμηνύεται δὲ τοῦτο καὶ τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου, ἵνα εἴδῃς πῶς ἂν προσέλθῃς αὐτῷ.

Δεινὸν οὖν ἔδοξε τοῦτο πάνυ τῷ πατριάρχῃ, ὅτι αὐτὸς ἄλλην ἀναδοχὴν μεγάλην, καὶ διάθεσιν καὶ πληροφορίαν ἐθάῤῥει εὑρήσειν ἀπὸ τοῦ πάπα. διὸ καὶ ἔτι ὢν ἐν Βενετίᾳ εἶπε πρός τινα τῶν οἰκείων, καὶ ὁμιλητῶν τοῦ πάπα. ὅτι ἐγὼ ἔστησα εἰς ἐμαυτὸν, ἵνα εἰ μὲν ὁ πάπας πρωτεύῃ μου κατὰ τοὺς χρόνους, ἔχω αὐτὸν ὡς πατέρα μου. εἰ δὲ ἰσότης ἡμῖν ἔνεστι κατὰ τοὺς χρόνους, ἔχω αὐτὸν ὡς ἀδελφόν μου, εἰ δὲ νεώτερος μου τυγχάνει, ἔχω αὐτὸν ὡς υἱόν μου. καὶ θέλω ἵνα εἰ ἐστὶ οἰκία καλὴ πλησίον τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἔχουσα καὶ εἴσοδον μετέωρον ὑπέρθεν τῆς ὁδοῦ, δώσῃ μοι ταύτην ὡς ἂν πρὸς αὐτὸν ἰδίως διερχόμενος, ἢ κἀκεῖνος αὖ πρὸς ἐμὲ συμβουλεύω αὐτῷ τὰ δέοντα, καὶ ἔσται τοῦτο εἰς μεγάλην ὠφέλειαν αὐτοῦ. οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ ἔχει περὶ αὐτὸν συμβούλους καλοὺς. τοιαύτην πληροφορίαν σχήσειν ἤλπιζε, καὶ διὰ τοῦ πάπα ἐθάῤῥει ἐλευθερῶσαι τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ τῆς ἐπιτεθείσης αὐτῇ δουλείας παρὰ τοῦ βασιλέως, διὰ τῶν προνομίων, ὡς καὶ πρός τινας τῶν συνήθων εἴρηκε τοῦτο. καὶ πολλάκις ἔλεγεν ἔτι ὢν ἐνταῦθα, ὅτι ἐγὼ ἐκεῖσε ἀλλοῖος φανήσομαι καὶ τὴν ἀρχήν μου καθώς μοι προ-

ante eorum adventum diſcedere? omnino hic ſiſtam, dum illa venerint in conſpectum. Cuicumq; denuo in immenſum temporis diſpendiũ nexuiſſemus moras, indignantibus univerſis & ſcapham protrahere parantibus, exclamat Patriarcha: Quandoquidem video mea verba ut invalida à vobis omnibus vilipendi, rogo prius ut me projiciatis in ſiccum, & tum quo vultis properate: quibus verbis omnes vel inviti ſubſtiterunt: & poſt meridiem navicula tanto cum faſtidio expectata vix adrepſit: adeo ut illinc ſolventes vix modicum alvei confecerimus, quando in aliam veſperam provectus ſol inclinaret: & tum etiam in flumine, noctem exegimus: Ad Auroram iter repetivimus,& priuſquam hora diei prima exiret, è longinquo Angarium conſpicimus publicum, miſſum ab Imperatore, ad Patriarcham incitato curſu, & effuſiſſimis habenis advolare: qui ſtatim, ſe veniſſe ſignificatum ait, Papam Romanum à tuâ Eximiâ Sanctitate expectare, ut quam primum advenerit, Papam adoret, ejuſque pedem exoſculetur: Imperator autem de tuo honore anxius toto triduo hoc animo agitavit, ne id tua Sanctitas admittat: & operæ pretium fecit id tuæ Sanctitati per me patefacere, ut proſpiciat quibus ritibus, quo congreſſu Papa ſit compellandus.

Hæc verba aculeo gravi ad ima præcordia Patriarchæ penetrarunt: qui ſibi modos adeundi Papam longe diverſos animo præſumpſerat, affectus alios, amplexus confidentiores, & ex æquo ac pari ſomniarat ſe à Papa recepturum: Ita ut cum adhuc Venetiis moraretur, dixerit cuidam familiari, & ex intimâ admiſſione Papæ: Sic apud me nuper conſtitui: Si Papa me ſuperaret annis, Papam revererer ut Patrem: ſi in æquilibrio conſiſteremus, ſenio pares, eum haberem ut fratrem: at ſi ego provectiorem ætate me deprehenderem, Papam tractarem ut filium: Et ſi domus aliqua in proximo ſtetiſſet contigua Papali, illuſtris æquè ac ſplendida, quæ viam nobis communem in ſublimi & ultrà callem popularem exhibuiſſet, per intergerinos parietes intrinſecus permeantem, eam mihi conduci voluiſſem, ut ipſe ad Papam aliquoties, & ille ad me pervadens, de publicis Eccleſiæ negotiis privatim ageremus: quod fortaſſe cederet in maximum beneficium Papæ: Novi enim quam abundet Papa ſycophantis, & peſſimorum conſiliorum miniſtris, quos ſatius eſſet ab aulâ ablegare: tantum confidentiæ in amplitudine ſuâ, & fraternâ caritate Papæ collocabat: ut etiam adminiculo Papæ ſperaret ſe liberatum ire Eccleſiam ſuam à vili ſervitute quâ Imperator eam involverat, privilegia ſua ſibi injuſte vendicans: ſicut amicorum nonnullis Patriarcha

προσήκει ἀνακαλέσομαι. ὡς δὲ τὸν τοῦ ποδὸς ἀσπασμὸν ἤκουσε, ἐξεπλάγη.

archa ſæpe anteà prædicaverat: ubi ſemel caput exeram in Italiâ, faxo ut alîus conditionis perſona appaream, & autoritatem meam jamdiu collapſam, in plenum ac integrum ut decet revocabo: Nunc autem ut de pede exoſculando nuntium accepit, protinus cohorruit.

τμήμ. δ. Κεφ. κ.

Ὅμως ἀπῆλθε καὶ πληθούσης ἀγορᾶς ἐφθάσαμεν εἰς τὴν Φερραρίαν καὶ ἔστημεν ἀπέναντι τοῦ κάστρου, ἐγγὺς τῆς γεφύρας, καὶ πρὸ μεσημβρίας ἦλθον ἐπίσκοποι ἓξ καὶ προσειρήκασι τῷ πατριάρχῃ τὸν ἀπὸ τοῦ πάπα χαιρετισμὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ ὅπως ὀφείλει ἀποδοῦναι τῷ πάπᾳ τὸν χαιρετισμὸν, ὃν ἐξ ἔθους ἀπονέμουσιν πάντες αὐτῷ.

Ὁ δὲ πατριάρχης εἶπεν ὅτι οὐκ ὀφείλω ἐγὼ τοιοῦτον ἀσπασμόν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδελφοί ἐσμεν, δεῖ περιπτύξασθαι καὶ ἀσπάσασθαι ἀλλήλους ἀδελφικῶς. ἄλλως οὖν οὐ ποιήσω. εἶπε δὲ καὶ ἄλλους τινὰς λόγους περὶ τούτου ὁ πατριάρχης πρὸς οὓς ἀπελογήσαντο καὶ οἱ ἐκ τοῦ πάπα καὶ ἀπῆλθον. ἦν δ' εὐθὺς καὶ ὁ τοιοῦτος πρῶτος χαιρετισμὸς καταπεφρονημένος. οὔτε γὰρ ἐποίησε τὴν ὑπαντὴν ἔτι ὄντος τοῦ πατριάρχου πορρωτέρω, οὔτε Καρδηνάλιον ἔστειλε, ὡς ἔχει ἔθος καὶ εἰς ὑπαντὴν τῶν Καρδηναλίων ποιεῖν, οὔτε πλείονας ἐπισκόπους.

Ὁ δὲ πατριάρχης προσκαλεσάμενος ἐγγὺς τοὺς ἀρχιερεῖς τε καὶ ἡμᾶς εἶπεν, ἠκούσατε, τί διαμηνύεται ὁ πάπας ἡμῖν, θέλει ἵνα ἀσπασώμεθα τὸν αὐτοῦ πόδα. εἶπεν οὖν ὁ τραπεζούντιος νῦν ἰλίζεις ταῦτα πρὸς ἡμᾶς, καὶ τίνα ἦσαν ἅπερ ἔφασκες ἡμῖν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ὅτι πάντα τὰ ἐκεῖσε καλῶς διεθέμεθα, καὶ ὑποδέξονται ἡμᾶς μετὰ μεγάλης τιμῆς, καὶ ἀγάπης, καὶ πᾶσαν θεραπείαν καὶ ἀνάπαυσιν εὑρήσομεν παρὰ τοῦ πάπα καὶ τῶν λατίνων. ὁ δὲ πατριάρχης ἔφη, καὶ ποῦ ἐνεθυμήθην ἐγώ γε τοῦτο; καὶ ὁ τραπεζούντιος εἶπεν, ἀλλὰ ἐκεῖθεν ἔδει καὶ τοῦτο, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐνθυμηθῆναι, καὶ περιστῆναι, ὅταν γὰρ ἠρωτῶμεν, καὶ ἐζητοῦμεν ἵνα εἰδῶμεν πῶς καὶ ἐπὶ τισὶν ἀπελευσόμεθα πρὸς λατίνους. καὶ ὥριζες ἑτοιμασθῆτε μόνον ἵνα ἀπέλθωμεν τὰ δ' ἐκεῖσε ὄψεσθε πάντα καλῶς ὑφ' ἡμῶν κατασκευασθέντα καὶ συμφωνηθέντα, ἐνομίζομεν ὡς οὐδὲν κατελείφθη τῶν δεόντων μὴ ζητηθὲν καὶ συμφωνηθέν. Ὅμως ὁ Χριστόφορος ἐποιήσατο

Sect. IV. Cap. XX.

Diſceſſit nihilominus, & ad tempus quo forum fervet repletum venalibus Ferrariam appulimus: ſtetitque ſcapha è regione caſtri, non procul à parte applicata ripæ: Ante meridiem vero, ſex Epiſcopi adventantes, nomine Papæ ſalutem Patriarchæ impertierunt, & popoſcerunt, ut in eam ſalutandi Papam, in quam omne hominum genus conſenſit & ipſe concedere non dedignaretur.

Patriarcha ſuccinctè reſpondit, ſe talem compellandi conſuetudinem reſpuere, omnemque aliam præter eam quam natura ſanxit, ut fratres cum ſint, more fratrum, mutuis amplexibus ſe implicent: ſe in aliam formam non conſentire: Quin & nonnulla inſuper huc ſpectantia addidit Patriarcha, quibus cum reſponſa reddidiſſent Epiſcopi Papales, retro ceſſerunt: Et ſane hæc primordialis Papæ gratulatio viſa eſt deſpicabilis, & infrà faſtigium Patriarchæ in longum ſubſidere: Nec enim miſerat in Patriarchæ occurſum, dum ille longinquius conſiſteret, quam in ipſo portu: nec mandata detulerat per Cardinalem, uti mos invaluit occurrendi etiam venienti Cardinali, nec per plures quam ſex Epiſcopos.

Abeuntibus vero Epiſcopis papalibus, ſuos convocavit Patriarcha Archipræſules, & nos: Dixitque, An percepiſtis, qualem ad nos direxerit Legationem Papa Romanus? Vult nos in Terram provolutos veſtigiis ſuis oſcula libare: Quem mox interpellavit Trapezuntius: Et quid Domine Patriarcha, hæc nobis jam determinanda proponis? Numquid hæc concordant cum tuis orationibus habitis Conſtantinopoli? nos omnia illic perpulcrè diſpoſuimus: Noſque recipient cum ſummo honore ac caritate: Omne officiorum genus in nos exercebunt Papa & Latini: Cui Patriarcha, & unde mihi hæc in mentem veniſſent, vel per inſomnia? At debuit, rejecit Trapezuntius, Tua Sanctitas hæc, & alia permulta, animo acri ac circumſpecto ſecum in Patriâ recoxiſſe: Cum enim multoties domi à tuâ Sanctitate quæreremus, ſub quibus conditionibus, à Latinis recipiendi, ad Italiam procurreremus, in promptu reſpondit tua Sanctitas: Date tantum diligentiam ut eo procurramus, & cætera omnia clare ob oculos diſpoſita ac ordinata perſpicietis: Hæc tua verba nos in variam credulitatem induxit: Nos

σαλο πολλὴν λόγον ἐκεῖσε περὶ καθέδρας τοῦ τοποτηρητοῦ τοῦ πάπα. εἰ μὴ γοῦν καὶ ἐκ τινὸς ἄλλου, ἀλλ᾽ οὖν ἐκ τούτου γε μόνον ἔδει φροντίσαι καὶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου περὶ τῶν σῶν δικαίων.

Εἶτα εἶπε καὶ αὐτὸς, καὶ πάντες ὅτι τοῦτο οὔτε δίκαιόν ἐστιν, οὔτε πρέπει, οὔτε συμφέρει γενέσθαι κἂν ἔτι καὶ προσβήσεται. εἶπε δὲ καὶ ὁ πατριάρχης ὅτι ἀδύνατόν ἐστι, ἵνα συγκαταβῶ, ὃ νῦν λέγουσι, οὔτε εἰς ἐμαυτὸν, ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰς ὑμᾶς. ποῦ δέ εἰσιν οἱ πρὶν σταλέντες παρ᾽ ἡμῶν ἀρχιερεῖς; ἐκείνους ἔδει γράψαι, καὶ δοῦναι ἡμῖν εἴδησιν περὶ τούτου ἔτι οὖσιν ἐν τῇ Βενετίᾳ, οἱ δὲ οὐδὲ μέχρι τοῦ νῦν πρὸς ἡμᾶς ἐφάνησαν. διαμηνυθήτωσαν ἐλθεῖν ἐνταῦθα. τούτου δὲ γενομένου, ἦλθεν ὁ Ἡρακλείας μόνος, ἐπεὶ ὁ Μονεμβασίας ἐνόσει, καὶ διηγήσατο ὅπως ὅτε προσεκύνησαν τὸν πάπαν, εὐθὺς εἷς τῶν παρεστηκότων αὐτῷ τὸ κράσπεδον τοῦ παπικοῦ ἱματίου ἄρας τὸν ἀσπασμὸν τοῦ ποδὸς παρ᾽ αὐτῶν ἐξεδέχετο. οὐ γινομένου αὐτοὶ μὲν ἔστησαν, καὶ οὐ πλέον τι πεποιήκασι. προσῆλθον δὲ οἱ Διύπατοι καὶ ἐασπάσαντο αὐτόν. ὅθεν καὶ πρὸς αὐτοὺς μὲν εὐμενῶς διετέθη ὁ πάπας, καὶ ἀνεδέξατο αὐτοὺς, πρὸς δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς ἀηδῶς διετέθη, καὶ παρέβλεψεν αὐτοὺς μηδένα λόγον περὶ αὐτῶν ποιησάμενος. ἐκ τότε δὴ κάθηνται μόνον εἰς κατοῦναν ἣν ἔδωκαν αὐτοῖς ὁρισμῷ τοῦ Μαρκέση. εἰρηκότος δὲ τοῦ πατριάρχου, ὅτι ἐπεὶ οὕτως εἴδετε, δέον ἦν, ἵνα διαμηνύσητε καὶ ἡμῖν ταῦτα. εἶπεν ὁ Ἡρακλείας οὐκ εὕρομεν εὐκόλως μηνυτήν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔστειλεν αὖθις τὸν Βουλλωτὴν, δηλῶν τῷ πατριάρχῃ ὅπως ἀγωνίζεται ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν πάπαν διὰ μηνυτῶν, καὶ ὅτι δεῖ καὶ αὐτὸν ἐνίστασθαι. εἶτα περὶ δείλην ὀψίαν ἦλθον πάλιν οἱ ἐκ τοῦ πάπα ἐπίσκοποι, καὶ τὸν τοῦ ποδὸς ἀπῄτησαν ἀσπασμόν.

hic cuncta ad manum anteacta ac maturata reperturos: Et quandoquidem Christophorus cum adhuc Constantinopoli nobiscum perstitisset, illud in primis diligenter sollicitasset, ut Vicarius Papæ, in Concilio primam sedem, vel Constantinopoli ante Patriarcham Constantinopolitanum obtineret: Illud unum debuit si nulla alia ratio adfuisset tuam eximiam Sanctitatem expergefecisse, ut mente sagaciori, suis justis prærogativis invigilaret.

Tum Patriarcha, omnesque qui intererant, id unum unamini voce conclamarunt, injustum esse quod peteretur à Papa, indecorum ac inhonestum, nec eidem submitti debere, ut vel sic cætera cuncta nobis pro animi sententiâ succederent: Immo inter monstra reponendum est quod postulant, asseruit Patriarcha, & factu impossibile, pugnat enim ex Diametro cum meis quibuscunque rationibus, ut vel ipse tam turpiter succumberem, vel vestrum quemlibet paterer: Sed ubi sunt nostri Heracleensis & Monembasius? Cur nos adhuc Venetiis commorantes de isthoc negotio non commonuerunt? Et nec dum in conspectum veniunt: Eat quis ocyus, & arcessat: Quod ubi præstitum fuit, pro jussu Patriarchæ, solus Heracleensis accessit, ægrotante Monembasio: qui rem totam sic enucleavit: Ut primum admissi constitimus coram Papâ, vultu satis humili ac decoro Papam adoravimus: Tum unus ex adstantibus Papæ, revelatâ togæ Papicæ laciniâ, cum pedem ejus monstrasset, consueta ab aliis figi, à nobis oscula poposcit: Nos vero perstare erecti continuavimus, nec proruimus in Terram ad oscula præstanda: At Bisconsules statim insecuti, sine morâ oscula libavere: unde illi magnam à Papa gratiam iniere, & nos ejusdem invidiâ ac præjudicio obruti huc usque jacuimus: Nec enim diversorium vulgare, in quod nos è via primum Marchio deduxit adhuc in honestius commutavimus: Sed hæc perpessi cur nobis non significastis? quærenti Patriarchæ, respondit Heracleensis, quia commodum internuntium nancisci non potuimus.

Dum hæc inter Patriarcham, & Græcos Patres geruntur, supervenit Dom. Bullota, mandatus ab Imperatore ad Patriarcham, ut notum faceret: Imperatorem magnopere angi pro Patriarchæ vice, & sæpe cum Papa per sequestros intercessisse, ut hæc postulata omitterentur: Quare & nunc consulere, ut ipse acriter instet, suumque fastigium propugnet: Interea circa crepusculum Vespertinum rursus alii à Papa mittuntur Episcopi, qui eandem pedis exosculationem demandarunt.

τμήμ. δ. κεφ. κα.

Ἀπελογήσατο δὲ ὁ πατριάρχης μετὰ τῆς ἀνηκούσης ἐνστάσεως, ὅτι πόθεν ἔχει τοῦτο ὁ πά-

Sect. IV. Cap. XXI.

Patriarcha cum decenti, & non iracundâ vehementiâ interrogando respondit: At dicite unde

ὁ πάπας; ἢ ποία τῶν συνόδων δέδωκεν αὐτῷ τοῦτο; δείξατε πόθεν ἔχει αὐτὸ, καὶ ποῦ καταγράφεται; ὅμως ὁ πάπας λέγει ὅτι ἐστὶ διάδοχος τοῦ ἁγίου Πέτρου. εἰ οὖν ἐκεῖνος ἐστὶ Πέτρου τοῦ διάδοχος ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς διάδοχοι τῶν λοιπῶν ἀποστόλων. ἠσπάζοντο οὖν οἱ ἀπόστολοι τὸν πόδα τοῦ ἁγίου Πέτρου; τίς ἤκουσε τοῦτο; Ἀπεκρίθησαν δὲ οἱ ἐπίσκοποι ὅτι ἀρχαῖον ἔθος ἐστὶ τοῦ πάπα, καὶ πάντες ἀπονέμουσιν αὐτῷ τὸν τοιοῦτον ἀσπασμὸν καὶ ἐπίσκοποι, καὶ Ῥῆγες, καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἀλαμανῶν, καὶ οἱ Καρδηνάλιοι οἱ καὶ μείζους τοῦ βασιλέως εἰσὶ, καὶ ἱερωμένοι. καὶ ὁ πατριάρχης εἶπεν, ὅτι τοῦτο ἐνὶ καινοτομία καὶ οὐ στέρξω, οὐδὲ ποιήσω τοῦτο ποτέ. Ἀλλ' εἰ μὲν θέλει ὁ πάπας, ἵνα ἀσπάσωμαι αὐτὸν ἀδελφικῶς, κατὰ τὸ ἡμέτερον ἔθος τὸ ἀρχαῖον καὶ ἐκκλησιαστικὸν, οὕτω καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπελεύσομαι, εἰ δὲ τοῦτο οὐκ ἀποδέχεται παραιτοῦμαι πάντα καὶ ὑποστρέφω. ἀπῆλθον οὖν οἱ ἐπίσκοποι εἰπεῖν ταῦτα τῷ πάπᾳ. καὶ ἤργησαν ὥραν ἱκανήν.

Εἶτα πάλιν ἦλθον τὰ αὐτὰ λέγοντες. καὶ ὅτι πῶς ἐστὶ δυνατὸν τοιαύτης στερηθῆναι τὸν πάπαν τιμῆς; ὁ δὲ πατριάρχης τῶν προτέρων ἀντείχετο λόγων καὶ ἀγώνων. πολλῶν οὖν ἐν τῷ μεταξὺ κινηθέντων λόγων παρ' ἑκατέρων τῶν μερῶν, καὶ μεγάλης γεγονυίας ἐνστάσεως, περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ, τοῦτε πατριάρχου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, ὥρισε τελευταῖον ὁ πατριάρχης. ὡς εἰ μὴ παραιτήσεται ὁ πάπας, καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους ἀρχιερεῖς, καὶ εἰς τοὺς ἄρχοντας μου καὶ εἰς τοὺς σταυροφόρους τὸν τοῦ ποδὸς ἀσπασμὸν ἀδύνατόν ἐστιν ἐκ τοῦ πλοίου με ἐξελθεῖν. δοκεῖ γὰρ μὴ προβαίνειν, κατὰ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ Θεοῦ τὴν παροῦσαν συνάθροισιν καὶ συζήτησιν. διὸ καὶ ἐπήγαγεν ἡμῖν ὁ Θεὸς τὸν τοιοῦτον ἐμποδισμὸν, ὅθεν καὶ ὑποστρέψω ἀπαραιτήτως, ἔτι ὢν ἐν τῷ πλοίῳ, πρὸ τοῦ καὶ ἑτέρων δεινῶν πειραθῆναί με. Ἀπῆλθον οἱ ἐπίσκοποι, καὶ ἀπήγγειλαν ταῦτα τῷ πάπᾳ. καὶ μετὰ παραδρομὴν ὥρας ἱκανῆς ἐλθόντες εἶπον ὅτι ὁ μακαριώτατος πάπας διὰ τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης, καὶ ἵνα μὴ γένηται τὶς ἐμποδισμὸς εἰς τὸ θεῖον τοῦτο τῆς ἑνώσεως ἔργον ἀπὸ τῆς παρούσης αἰτίας παραιτεῖται τὸ ἴδιον δίκαιον

unde Papa hoc ſibi arrogat? quæ Synodus antiquorum Patrum, quis canon hunc morem ei indulſit? monſtrate mihi ubi reperitur iſta conceſſio? in quo codice ſcripta permanet, memorate: Et ſi ſe ſucceſſorem Divi Petri Papa venditet, quidni & nos à reliquis Apoſtolis deſcendiſſe aſſeveremus? Num reliqui Apoſtoli ad S. Petri pedes oſculandos in genua procubuere? quis hoc unquam audivit? Epiſcopi ad vetuſtam conſuetudinem confugerunt, quam à multis retro ſeculis in orbem Chriſtianum irrepſiſſe affirmarunt: & Epiſcopi, Reges, Imperator Germanorum, Cardinales, ipſo Imperatore ſublimiores, & omnes ad unum ſacris ordinibus initiati, hanc oſculandi formam ut Papæ debitam ſemper perſolvunt: novitiam conſuetudinem clamat Patriarcha, & quâ me imbui nec unquam patiar, nec adduci ad ejuſdem praxin amplectendam: Quod ſi cupiat Papa, ut ſicut fratres, fraterno more in mutuos amplexus ruamus, quemadmodum apud nos ab æterno invaluit conſuetudo, & in Eccleſiâ Chriſtianâ, lubentiſſime ad eum accedam: ſin ultrà poſtulare quid, perſeveret, me habeat excuſatum oro, revertar unde venerim: His auditis Epiſcopi ad Papam ſe receperunt, & ſatis diutino temporis ſpatio deſiderati.

Rediere eadem prædicantes: Impoſſibile eſſe ut Papa honoribus ſibi ab omni hominum genere impertitis privetur: Nec minus ferociter Patriarcha verbis prioribus inſtitit, & cum multiplex hinc illinc ab utraque parte verborum rixa ac contentio ſuſcitaretur, Papalibus in veteri luto obſtinatiſſimè fixis; tandem Patriarcha ad hoc poſtremum effatum devolvitur: Niſi Papa remiſerit mihi, meiſque Archiepiſcopis, proceribuſque Crucigeris hanc uſitatam exoſculandi conſuetudinem, mihi immotum hærebit, nunquam ex hac ſcapha in Terram deſcendere: percipio enim, hæc omnia à nobis averſo numine tentari: & Græcos ad Synodum in Latiale ſolum, dogmatumque eventilationem irato Deo coiiſſe: qui nobis ideo hoc ſufflamen injecit, ne in infinitam invidentiam & contemptum noſtra rota procurreret: Volo itaque actutum me ad reditum accingere, dum adhuc in ipſo portu, ac primâ arenâ conſiſto: priuſquam dedecore graviori, aut majoribus malis obruar: Cum hac ultimâ Patriarchæ denuntiatione, ad Papam Epiſcopi diſceſſere: Et poſt aliquot horarum interſtirium reverſi hæc ad Patriarcham retulere: Beatiſſimus Papa ſecum animo perpendens, quanta bonorum meſſis ex concordia in Eccleſiæ gremium redundabit: Et ne remoram tam divino unionis negotio ceremoniæ ſibi debitæ, perperam ſubintrudant: Ecce ſou jure ſeipſum ultro

δίκαιον, καὶ ἰδοὺ ἐλθεῖν προσκαλεῖται τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου.

Πλὴν ὁρίζει, ὅτι ἄλλως ἐβούλετο ἑτοιμάσαι τὴν ἀπ' ἐκείνου πρὸς σὲ ὑποδοχήν. ἐσκέπτετο γὰρ ποιῆσαι αὐτὴν παρρησίᾳ ἐν πλήθει ἀρχόντων καὶ παρασκευῇ μεγάλῃ. νῦν δὲ οὐχ οὕτω ποιήσει. διότι πολὺ τῆς ἰδίας ἀφαιρεῖται τιμῆς, καὶ οὐκ ἀποδέχεται δῆλον τοῦτο γενέσθαι πολλοῖς, ἀλλ' ὑποδέξεταί σε ἐν ἰδίῳ κελλίῳ παρόντων μόνων τῶν Καρδηναλίων. ἔλθε οὖν πρῶτον μετὰ ἓξ ἀπὸ τῶν ἰδικῶν σου, ὧν ἂν ἐθέλης. καὶ μετὰ τὸ προσκυνῆσαι καὶ αὐτοὺς εἰσελθέτωσαν ἕτεροι ἓξ καὶ προσκυνησάτωσαν, καὶ ἓξ ἐλθόντων αὐτῶν ἕτεροι πάλιν ἓξ εἰσελθέτωσαν καὶ προσκυνησάτωσαν, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον προσκυνησάτωσαν ὅσους ἂν ὁρίσης.

ultro defraudat, tuamque eximiam Sanctitatem invitat, ut quo velit modo, ad ipsum accedat.

Verum & id interea tuæ Sanctitati declarari percupit, se aliter primitus secum animo determinasse: non privatim aut perfunctiori, sed honorifice, tuam receptionem Mundo exponere palam cum ingenti principum apparatu, & augustâ plane magnificentiâ: Nunc quando tibi visum est aliter haberi, & ipse de suo jure plurimum decedat, ne tanta detrimenta honoris sui, in vulgum emanent, statuit in Camera sua, adstante solâ Cardinalium coronâ tuam Sanctitatem complecti: Quare desiderat divisis agminibus totam rem geri: primum intrabit Sanctitas tua, cum sex maxime venerandis capitibus, & fastigio tuo proximis, quos Sanctitas tua delegerit, quibus officio erga Papam defunctis, alii sex succedant: quibus denuo salutantibus & digressis, sex alii in eorum vicem subeant, donec integer cætus explicabitur eorum hominum quos tua Sanctitas hoc honore dignandos judicabit.

τμήμ. δ. Κεφ. κβ.

Ἦλθε δὲ καὶ ὁ Μαρκέσης μετὰ τῶν ἐπισκόπων ἐν ταύτῃ τῇ τελευταίᾳ συνελεύσει, καὶ προσεκαλεῖτο τὸν πατριάρχην ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ πρὸς τὸν πάπαν ἀφικέσθαι, ἔπειτα εἰς οἰκίαν ἀναπαύσασθαι. ἐπεὶ δὲ ἑσπέρα ἦν ὅλη γὰρ ἡ ἡμέρα παρῆλθεν ἱσταμένων ἡμῶν, μετὰ τοῦ πλοίου μέχρις ἂν τὸ περὶ τῶν δηλωθέντων διορθωθῇ, πάλιν ἐν τῷ πλοίῳ ἐμείναμεν. ἅμα δὲ πρωῒ προσωρμίσθημεν ἐγγὺς τοῦ κάστρου, καὶ ἐξελθόντες εὐθὺς ἀνέβημεν ἵππους τοὺς παρὰ τοῦ Μαρκέση ἑτοιμασθέντας. καὶ προπεμπόντων αὐτοῦ τε τοῦ Μαρκέση καὶ Καρδηναλίου τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ πάπα Μαρτίνου, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων καὶ ἀρχόντων ἤλθομεν ἐν τοῖς προαυλίοις τοῦ πάπα, καὶ ἀποβάντες τῶν ἵππων διήλθομεν πεζοὶ τὴν αὐλήν, ἐφίππου ὄντος τοῦ πατριάρχου, μέχρι τῶν εἰς τὸ παλάτιον ἀναβαθμῶν. ἐκεῖσε δὲ ἀποβάντος καὶ αὐτοῦ, ἀνήλθομεν μετ' αὐτοῦ, καὶ διελθόντες τοὺς ἐν τῇ πρώτῃ πύλῃ ὑπηρέτας τοῦ πάπα τοὺς τὰς ἀργυρέας τράπας κατέχοντας ὑπὲρ εἴκοσιν ὄντας, εἰσήλθομεν εἰς τὸ τρίκλινον, καὶ διαβάντες αὐτόν, εἰς ἑτέρου τε τοῦ τρικλίνου πύλην ἐλθόντες εὕρομεν ἐν αὐτῷ ἄρχοντας πλείους οἶμαι τῶν δέκα, ῥάβδους κατέχοντας πεντεσπιθαμιαίας χασδέοις κοκ-

Sect. IV. Cap. XXII.

Episcopos Papales in ultimâ reversione ad Patriarcham Marchio comitabatur, Patriarcham plurimum exorans ut è scaphâ descendere & rectà ad Papam progredi atque exinde in domum suam se recipere dignaretur: Sed cum instaret jam vespera sole ad occasum invergente, & totus fermè dies effluxisset, nobis ad ripam scaphâ adhuc immorantibus, dum illa ex osculandi controversia dirimeretur, concinnius visum est, hanc etiam noctem in navigio transigere: Simul ac illuxit, castello propius scapham admovimus, & egressi statim equos conscendimus, in procinctu stratos paratosque singulis à Marchione: Et ipso ac Cardinale demortui Martini nepote, cum aliquot Episcopis, & primariæ Nobilitatis viris, nos deducentibus: Ut vero aulæ Papicæ atrium exterius attigimus, descendentes equis, totam aream in longam pedibus emensi sumus, solo Patriarchâ inequitante: dum ad gradus Palatii devenimus, illic & Patriarcha equo tradito gradus cœpit ascendere, & nos à tergo ejus vestigia premere, dum primæ portæ custodes prætervecti atriarios numero viginti aut supra, qui totidem argenteas fuscinulas manibus librabant, ad tricliniunm spatiosum, sed vigilibus vacuum penetravimus: Quod pertransientes, alterius triclinii januam appulimus, in quo principes stabant deni aut plures ut reor, qui virgas gestabant quinque palmos longas, in summitate coccineis capitellis ad instar piteorum rotundis fultas,

κοκκίνοις ἐνδεδυμένας καὶ μέσον ἀργυροδιακρύσῳ κεκοσμημένας μεσεμβολήματι. οἱ τὴν τοῦ β τρικλίνου πύλην ἀνοίξαντες ἐνέδωκαν ἡμῖν εἰσελθεῖν, καί τινες ἐξ αὐτῶν προηγούμενοι εἰς κελλίον εἰσήγαγον. ἐν ᾧ κλίνη ἦν περιφανῶς ἐστρωμένη. καὶ μετὰ τοῦτο εἰς ἕτερον κέλλιον εἰσαγαγόντες εἰς ἕτερον αὖθις τρίκλινον ὁμοῦ πάντας ἡμᾶς εἰσήγαγον ἀνοιξάντων τῶν τοῦ πάπα κελλικῶν κλειδούχων τὴν τοῦ τρικλίνου τούτου πύλην. καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν ἡμᾶς κλεισὶ πάλιν ἀσφαλισάντων. οὕτω γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἔθος αἰεὶ, καὶ εἰσιοῦσι, καὶ ἐξιοῦσι κλεισὶ τὰς τῶν κελλίων ἀσφαλίζεσθαι πύλας ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν. πάντων τῶν κελλικῶν ὁρμαθοὺς κλειδῶν ἐχόντων τῶν ἑαυτῶν ζώναις ἐξηρτημένας. ἐν ᾧ δὲ τρικλίνῳ συγκεκλεισμένους ἡμᾶς προσμεῖναι κελεύσαντες, τὸν πατριάρχην μετεκαλέσαντο.

Ὁ δὲ συμπαραλαβὼν τὸν Τραπεζοῦντος, τὸν Ἐφέσου, τὸν Κυζίκου, τὸν Σαρδέων, τὸν Νικαίας, καὶ τὸν Νικομηδείας εἰσῆλθε μετ' αὐτῶν τὴν τοῦ κελλίου πύλην, ἀνοιξάντων ἅμα τῶν κελλικῶν, καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εὐθὺς κλεισὶν ἀσφαλισαμένων. καὶ εἰσελθὼν ὁ πατριάρχης μετὰ τῶν δηλωθέντων ἠσπάσατο τὸν πάπαν καθὼς ἐτάχθη καὶ ἐκάθησεν, οὕτω δὲ ἠσπάσαντο αὐτὸν καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ὀλίγον προσειρηκότες ἀλλήλους, ὁ πάπας τε τῷ πατριάρχῃ, καὶ οὗτος αὖθις ἐκείνῳ. μετὰ μικρὸν ἦλθον οἱ κελλικοὶ μετὰ τοῦ Νικομηδείας, καὶ εἰσῆξαν ἑτέρους ἐξ τῶν ἀρχιερέων, καὶ προσεκύνησαν καὶ ἠσπάσαντο τὸν πάπαν, εἶτα τούτους ἐκβαλόντες τοὺς ἐναπολειφθέντας αὖθις εἰσῆξαν ἀρχιερεῖς, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων ἐξέλευσιν εὐθὺς τοὺς σταυροφόρους εἰσῆξαν ἡμᾶς. εἴδομεν οὖν τὸν μὲν πάπαν καθήμενον ἐπὶ τοῦ ἐπηρμένου αὐτοῦ θρόνου, κειμένου πλησίον καὶ ἐπὶ δεξιῷ μέρει πύλης κεκλεισμένης τῆς εἰς ἕτερον εἰσαγούσης κελλίον. ἀπὸ δὲ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ πάπα, ὅσον μίας καθέδρας διάστημα καταλειφθὲν τὸ ἐφεξῆς εἶχε καθημένους τοὺς Καρδηναλίους, ἐν καθέδραις ἴσαις κατὰ πάντα, καὶ ὁμοίαις τῷ ὑποποδίῳ τοῦ πάπα, ὧν τὸ ὕψος ἴσον ἐστὶ τοῖς παρ' ἡμῖν σωπεδίοις. ἐξ εὐωνύμων δὲ ἀποχῆς καταλειφθείσης, ὅσον τὸ διάστημα τῆς δηλωθείσης παρεῖχε πύλης,

tas, & in medio circuitu limbis argenteo deauratis perpulchre intercalatas: Hi secundi triclinii januam nobis aperientes, intro ire permiserunt, & eorum nonnulli viam nobis ulterius præmonstrarunt ad cubiculum in quo torus sumptuosus sternebatur: & ex illo in secundum cubiculum, & ex secundo cubiculo in tertium triclinium, nos omnes simul juncto agmine perduxerunt: aperientibus ad introitum nostrum, & post ingressos denuo obserantibus hujus ultimi triclinii januam cubiculariis istis, quibus à Papa cubiculorum cura, ac clavium custodia fuit demandata: Uti semper assuevere in cubiculis biforibus, utrinque januas obfirmare, tam ad parietem interiorem quam exteriorem post homines hinc admissos, illinc exeuntes: quod ut expeditius perficiant, singuli cubicularii massâ clavium pendentium à nodo Zonas armaverunt: At in hoc tertio triclinio foribus ad utroque later opessulatis, & nobis operiri jussis, à reliquo cætu Patriarcham evocatum segregarunt.

Qui assumptis Trapezuntiæ, Ephesi, Cyzici, Sardium, Nicææ, Nicomediæ Episcopis, proximi cubiculi portum quâ ducèbatur rectà penetravit, reserantibus cubiculariis, & post eorum ingressum occludentibus ut nuper diximus: At illuc ingressus Patriarcha Papam salutavit, ut ei fuit indictum: & considente Patriarcha reliqui sex Episcopi, ad officia Papæ præstanda admittuntur: Cumque pauca invicem verba commutassent Papa & Patriarcha, egressi ad nos in triclinium Cubicularii cum Nicomediensi nostro, sex alios Archipræsules introduxerunt: qui factâ veneratione debitâ Papam osculati sunt: iisque sex dimissis, qui supererant eodem ordine adducti, iisdem officiis fungebantur, dummodo totus sacer cætus explicaretur: Et nos Crucigeri postremum agmen clausimus: Qui ut primum introducimur, Papam conspicimus sedentem in throno sublimi: qui fuit juxta adsitus ad januam, in dextro ejusdem latere, occlusam, & ad aliud cubiculum forte pertinentem: At à dextra Papæ, relicto quasi unius Cathedræ intervallo, quod reliquum fuit spatii, continuatâ serie Cardinales occupabant, sedentes in sellis, ad omnia, & in omnem dimensionem loci, altitudinis operis, materiæ, Papalis Throni scabellum exæquantibus: cujus sublimitas nostra suppedanea, vel scamna non excedebat: A sinistrâ vero, in vacuum relicto quantum prædicta Janua intercipiebat, & aliâ tantidem intercapedine, stantem cernimus Christophorum quasi communem interpretem, & à tergo Christophori, sedentem Patriarcham in pari Cardinalibus suppedaneo: Ad cujus latera in unâ quasi farragine, ac turbâ mixta,

λης, καὶ ἑτέρας τοσαύτης ἀποχῆς, ἐν ᾗ ὁ Χριστοφόρος παρίστατο ὡς μεταγλωττιστής, μετ' αὐτὴν καθήμενον τὸν πατριάρχην, ἐν ἑνὶ τῶν δηλωθέντων ὑποποδίων, καὶ μετ' αὐτὸν παρισταμένους δουλοπρεπῶς τοὺς ἐξ ἀρχῆς εἰσελθόντας καὶ προύχοντας τῶν ἀρχιερέων, προσκυνήσαντες οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν πάπαν, ἠσπασάμεθα, ἣν παρέσχεν ἡμῖν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ παρειὰν, καὶ ἐξήλθομεν. ἕτερος δὲ τὶς οὐκ εἰσῆλθε μεθ' ἡμᾶς. ἀλλὰ μετὰ βραχὺ ἐξῆλθε καὶ ὁ πατριάρχης, τῶν κελλικῶν τοῦ πάπα ἐν ταῖς εἰσελεύσεσι καὶ ἐξελεύσεσιν ἑκάστης ἡμῶν τάξεως κλεισὶ διανοιγόντων τὰς πύλας καὶ εὐθὺς ὁμοίως ἀσφαλιζομένων. οἱ δὲ ἐξερχόμενοι πάντες συνηγόμεθα εἰς ὃν ἐξ ἀρχῆς συνέκλεισαν ἡμᾶς τρίκλινον. ὅτε δὴ καὶ ὁ πατριάρχης ἐξῆλθεν ἀνοίξαντες τὴν τοῦ τρικλίνου πύλην τὴν ἐλευθερίαν τῆς ἐξόδου παρέσχον ἡμῖν, καὶ οὕτω κατελθόντες τοῦ παλατίου, καὶ ἐπιβάντες τῶν ἵππων διεσώσαμεν τὸν πατριάρχην εἰς τὴν ἑτοιμασθεῖσαν αὐτῷ οἰκίαν. καὶ ἡμῶν ἕκαστος εἰς τὸ δοθὲν κατήντησε καταγώγιον. Σάββατον δ' ἦν δεύτερον τῶν νηστειῶν, ὅτε ταῦτα ἐγένετο ὀγδόην ἄγοντος τοῦ Μαρτίου. ὁ δὲ Μαρκέσης ἐποίησεν ἡμῖν ἄριστον καὶ δεῖπνον, ὁμοίως δὲ καὶ τῇ μετ' αὐτήν.

mixta, primores Græciæ patres ac Archiepiſcopi, qui in ſecunda, tertia, ac deinceps ſerie, poſt Patriarcham, ſalutatum acceſſebantur ſervilem in modum, deſtituti ſedilibus ad pavimenti tabulatum in veſtigiis conſiſtebant: Nos Papam ut decuit venerantes, quam porrexit manum, quam exhibuit genam baſiati ſumus. Et egreſſi pro more, nemini noſtratum ulterior aditus ad oſculandum concedebatur: Sed & brevi Patriarcha exiit: Cubiculariis Papæ, eodem quo diximus modo ſe gerentibus, in receſſu ut in introitu, recludentibus fores, ad noſtros ordines egredientes, & adducentibus poſt egreſſos: Tandem in illud tertium triclinium, quo nos prius incluſerant, omnes una confluximus: Et cum Patriarcha exiens, primum pedibus veſtibulum calcaſſet, liberrima diſceſſio eſt omnibus permiſſa: Ita digreſſi per eoſdem anfractus palatii, equos conſcendimus, & cum Patriarchum ſalvum ac incolumem, ad paratas ſibi ædes perduxiſſemus, quiſque ad proprium divertit hoſpitium: Agebatur tum ſecundum Sabbatum carnisprivii, cum hæc in palatio Papæ gererentur, & octavus Martii dies: quo nobis tam prandium quam cænam Marchio inſtruxit menſas opiparas, quas & craſtino etiam in utrumque redintegravit.

τμήμ. δ. κεφ. κγ.

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ μετὰ μεσημβρίαν διεμηνύσατο ὁ πατριάρχης τῷ πάπᾳ, ὅτι ἡμεῖς μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὰ ὅρια τῆς σῆς μακαριότητος, οὐκ ἐποιήσαμεν οὐδὲ τὸ τυχὸν ἐπισκοπικὸν, τὴν παρακέλευσιν διατηροῦντες τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων. νῦν δὲ ἐλθόντες ἐνταῦθα ζητοῦμεν ἵνα ἔχωμεν τὴν συνήθη ἡμῖν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν λειτουργίαν ἡμῶν, καὶ πᾶσαν τὴν τάξιν ἣν ἡμεῖς ἔχομεν μετὰ θελήματος, καὶ ἐνδόσεως τῆς μακαριότητός σου. Ὁ γὰρ πατριάρχης μετὰ τὸ παραμεῖψαι τὴν Κέρκυραν, ψαλλομένων τῶν ἑσπερινῶν ὕμνων καὶ ἐν τριήρει, καὶ ἐν χέρσῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Βενετίᾳ πασῶν τῶν ἀκολουθιῶν, καὶ τῶν λειτουργιῶν τελουμένων, οὐκ ἐδίδου τὴν συνήθη εὐλογίαν, ἐν τῷ τέλει τῶν ὕμνων ἡμῖν τε, καὶ τοῖς

SECT. IV. CAP. XXIII.

Ejuſdem diei ſtatim à meridie Patriarcha miſit ad Papam, qui hoc ei ſuo nomine ſignificarent: ex quo Beatitudinis tuæ limites intravimus officiis noſtris omnino defecimus, & in divino cultu exhibendo ne minimam quidem partem eorum obivimus, quæ noſtris infulis incumbunt, & quæ nobis ſacri Canones præſtanda injungunt: Nunc autem huc adventantes ſub tuis auſpiciis, te venimus exoratum, ut nobis liceat, concedente Beatitudine tuâ, ordinaria officia noſtra, & totam Liturgiæ ſacræ conſequentiam, quam dicimus, indies Deo perficere, iiſdem ritibus, quos noſtrâ in Græciâ non ita nuper, & à naſcentis Eccleſiæ primordio uſurpavimus: Nam Patriarcha dum Corcyræ promontorium præterveheretur, etiamſi hymnos veſpertinos ceciniſſent, & in trireme ac littore, terrâ marique: etiam & Venetiis univerſa conſequentiarum & integri Officii momenta percurri exaudiſſet, tamen cum uſitatam ſibi hym-

τοῖς ἐκεῖσε εὑρισκομένοις. διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐζήτησε.

Ὁ δὲ πάπας ἐνέδωκε ταῦτα. καὶ διωρίσατο ἵνα ἔχῃ τὴν ἰδίαν τάξιν ὁ πατριάρχης ὡς βούλεται. γενομένης οὖν τῆς ὑμνῳδίας τοῦ ἑσπερινοῦ περιφανῶς ἔτι τε τῇ ἐπιούσῃ καὶ τῆς λειτουργίας, εὐλόγησε τοὺς εὑρεθέντας. Μετὰ δὲ παρέλευσιν ἡμερῶν τεσσάρων διεμηνύσατο ὁ πάπας τῷ πατριάρχῃ ὅτι χρὴ περὶ τῆς προκειμένης ἡμῖν ὕλης ἄρξασθαι λέγειν. ὁ δὲ πατριάρχης ἀπεκρίνατο ὡς ἔτι τεταλαιπωρημένος ὢν ὑπὸ τῶν μακρῶν πελαγῶν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ζάλης καὶ ταλαιπωρίας οὐ δύναμαι λέγειν.

hymnorum fini benedictionem non adjeciſſet, nec populum Deo commendaſſet ultimis votis ut aſſuevit, ideo hanc facultatem à Papa jam petiit & impetravit.

Nam Papa ultrò quæ peterentur conceſſit, & ſimpliciter edixit, Patriarcha ſua ſacra ut habeat, quocumque velit modo ac ritu: Adeo ut eadem nocte poſt veſperas decantatas, & poſtero die poſt Liturgiam integre peractam, nobis & cunctis adſtantibus benedictiones impertierit, & miſſiones Patriarchales: Quatriduo elapſo Patriarcham admonuit Papa, jam incæptanda eſſe Argumentandi negotia, ne inutiliter utrique genti tempora profluerent: At reſpondit Patriarcha ſe tam immani corporis invaletudine laborare, afflictum tot procellis, tamque immenſis inquieti maris fluctibus, ut ſibi ad promendas rationes vix lumbi aut latera ſufficerent.

τμήμ. δ. Κεφ. κδ.

Ἤρχοντο δὲ καὶ Καρδινάλιοι, καὶ ἐπίσκοποι, καὶ φιλικῶς ὡμίλουν τῷ πατριάρχῃ. εἶτα διεμηνύσατο ὁ πατριάρχης τῷ πάπᾳ ὡς βούλεται καὶ ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ ἵνα τάξῃ ἡμέραν καθ' ἣν ἀποδέχεται τοῦτο ποιῆσαι. ἐπιστάσης οὖν τῆς ἀποταχθείσης ἡμέρας ἔφερον ἵππους ἵνα ἔφιπποι ἀπέλθωμεν πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ πατριάρχης ἐκέλευσε, καὶ ἐποίησαν καινὴν ὀθόνην, καὶ ἐνέδυσαν τὸν ἵππον ἐφ' οὗ ἔμελλε καθίσειν. ἐκ κεφαλῆς μέχρι καὶ τῶν μυκτήρων, καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐπέταξε δὴ ἵνα κατέχωσι καὶ τὸ διβάμβουλον, καὶ τὸ δεκανίκιον ἔμπροσθεν αὐτοῦ. εἶπεν οὖν ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, ὅτι ἐνταῦθα οὐδὲν ἀνήκουσι προηγεῖσθαι ταῦτα, καὶ εἰ ὁρίσεις καταλειφθήτωσαν, καὶ εἶπεν ὁ πατριάρχης λαβέτωσαν, καὶ προηγείσθωσαν μετ' αὐτῶν. ἔφη δὲ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ καὶ διεμηνύσατο ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου περὶ τούτου τῷ πάπᾳ; καὶ ὁ πατριάρχης, διεμηνυσάμην ἔφη καὶ ἀντεμήνυσεν ἵνα ἔχω πᾶσαν τὴν τάξιν μου. ὅμως ἀφῆκε τὸ διβάμβουλον. καθεσθεὶς δὲ ἐπὶ τοῦ λευκοφόρου ἵππου, καὶ τὴν ὁδὸν διερχόμενος εὐλόγει τοὺς προστυχόντας. οἱ δὲ ἦσαν ῥάπται, γουνάριοι, σκυτοτόμοι. τούτους γὰρ εἶχεν ἐκ πρώτης ἀφετηρίας ἡ ὁδὸς ἣν διηρχόμεθα, οἱ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐργαστηρίοις καθήμενοι, καὶ τὴν τοιαύτην ἀσυνήθη ἱππασίαν καὶ εὐλογίαν θεώμενοι ὡς ἐνεοὶ μόνον ἑώρων καθήμενοι.

Ὁδή-

Sect. IV. Cap. XIV.

Plerique interea Cardinales ac Epiſcopi Latini adventantes cum Patriarcha humaniſſimè converſati ſunt: poſtea Patriarcha ad Papam miſit ſe velle ipſum convenire, ac petiit ut ſibi dies præſtitueretur, quo id fieri Papa juberet: Annuente Papâ ad diem præfixum equi ſunt allati, ut ad eum honorificè vecti graderemur: Patriarcha vero ſibi novas phaleras confici juſſerat, quæ equum quo vectaretur à ſummo vertice ad nares,& ima veſtigia operirent: mandavit inſuper ut æſtivus Papilio, & pedum Patriarchale, ipſi in altum præferrentur: Cui Magnus Scriniarius quodammodo obſtitit, affirmans iſta his regionibus minime competere, idcirco ſatius omittenda: Immo retulit Patriarcha, volo ut tollant ac præferant: At replicanti Scriniario, an tua Sanctitas eximia de his certiorem fecit Papam? Feci, dixit, & me Papa juſſit omni meâ procedendi ſolennitate frui: Nihilominus Papilionem omiſit: Et cum equo inſediſſet albis phalerato indumentis, qua per plateas inceſſit, obviis quibuſcumque benedixit: qui non erant alii quam ſartores, calcearii, ac vilium gauſapinarum conſarcinatores: qualibus plebeiis operariis, noſtra omnis via qua gradiendum fuit, à primis carceribus ad metam ultimam opplebatur: qui officinis ad penſa quotidiana incubantes inſolitam obequitandi pompam ac benedicendi cum vidiſſent, ſedebant muti ſpeculatores, & mirabantur magis quam cupiebant.

Nobis utcumque per aliam palatii portam, intrandi viam præmonſtrarunt, ad quam equos illico deſeruimus, cuncti præter Patriarcham: qui ſolus in ſublime per ſcalas patulcas & complanatas in acclive, equo aſcendit præeuntibus no-

Ὡδήγησαν δ' ἡμᾶς εἰς ἑτέραν πύλην τοῦ παλατίου, ἐν ᾗ ἡμεῖς μὲν τῶν ἵππων ἀπέβημεν. ὁ δὲ πατριάρχης διὰ τῆς ἐκεῖσε κλιμακοειδοῦς ἀναβάσεως ἔφιππος ἀνελθὼν προηγουμένων ἡμῶν, τῶν δὲ καὶ ἑπομένων εἰς τὸ τρίκλινον ἐπέζευξε καὶ λαβὼν τὸ δεκανίκιον εἰσῆλθεν εἰς κελλίον ἐν ᾧ συνεισήλθομεν καὶ ἡμεῖς. εἶτ' ἐκεῖθεν προοδοποιουμένος τοῦ Χριστοφόρου εἰσῆλθεν εἰς τὸν πάπαν, καὶ ὡμίλει μετ' αὐτοῦ μόνος πρὸς μόνον δι' ἑρμηνευτοῦ Χριστοφόρου. μετὰ δὲ παραδρομὴν ὥρας ἱκανῆς ἐξῆλθε, καὶ ἑτοιμαζόντων τὸν ἵππον ἐπιβῆναι ἔνθα καὶ ἐπέζευσεν, εἶπεν ὁ πατριάρχης ἀγαγέτωσαν αὐτὸν κάτω. κατελθὼν οὖν καὶ ὁ πατριάρχης μεθ' ἡμῶν κἀκεῖσε ἐπὶ τοῦ ἵππου καθίσας ἔφη. εἴπατε τῷ κατέχοντι τὸ δὲ κάνικον ἵνα καλύπτῃ αὐτὸ ὑπὸ τὸ ἴδιον ἐπανωφόριον, ὥστε μὴ φαίνεσθαι, καὶ οὕτω εἰς τὸ ἴδιον ἀπεσώθη καταγώγιον. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἠρωτήθη ὁ πατριάρχης πῶς διετέθη ὁ πάπας πρὸς αὐτὸν, καὶ πῶς ὑπέλαβεν ἔχειν αὐτὸν περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν; ὁ δὲ εἶπεν ὅτι καλῶς. τοῦτο δὲ μόνον ἐμέμψατο ἡμῖν, ὅτι ὑπὸ πολλὴν δουλείαν ὑπετάξαμεν τὴν ἐκκλησίαν.

Εἶτα ἠρωτήθη περὶ τοῦ δεκανικίου, καὶ εἶπεν ὅτι μέμνησθε ὅπως εὐλόγει ὁ λεγάτος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ τισιν ἔδοξε βαρὺ, ἐγὼ δὲ εἶπον, ἄφετε αὐτὸν ποιεῖν ὡς βούλεται. ὅμως τίνες παρεκρούσαντο τοὺς ἐμοὺς λόγους, καὶ ἐκώλυσαν αὐτόν. ἐκεῖνος τοίνυν ἐλθὼν ἐποίησεν ὅπερ εἴδετε νῦν εἰς ἡμᾶς. ἔφη δὴ πρὸς ταῦτα ὁ τραπεζούντιος ἐγὼ καθὼς εἶδον τὴν καθέδραν, καὶ τὴν τάξιν, ἐν ᾗ σε ἔταξεν ὁ πάπας, καὶ οἵαν ὑπεροχὴν εἰς ἑαυτὸν διεπραγματεύσατο, ἠπόρησα, καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἔλεγον, ὁ πατριάρχης ἐστὶν ὁ κύριος Ἰωσὴφ ὁ τὰ τοιαῦτα καταδεξάμενος καὶ πῶς ἀνέχεται τῶν τοιούτων; καὶ ἐκ τότε στοχάζομαι ὡς οὐδὲν ὑγιὲς προβήσεται εἰς ἡμᾶς. εἶτα κελεύει ὁ πάπας ὅτι δεῖ συναχθῆναι πάντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ συστῆσαι τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, σκέπτεσθαι καὶ περὶ τῶν ζητημάτων, ἵνα κηρυχθῇ πανταχοῦ ὅτι ἐν τῇ Φερραρίᾳ συνέστη ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος. τὸ δὲ ἦν, ἵνα διὰ τῆς τοιαύτης φήμης στηριχθῇ μὲν καὶ ἑδραιωθῇ ὁ πάπας,

nostrum aliquibus, aliisque subsequentibus, dum in triclinium pervenisset: tum assumpto in manu Patriarchali pedo, cubiculum ingressus est, nobis una comitantibus: & exinde solus Duce Christophoro ad Papam introiit, cum quo diutinam sermocinandi nactus est occasionem Christophoro interprete: Cumque post aliquantulum spatii domum reversurus exiisset à Papâ, parantibus asseclis, equum ut conscendat in triclinio quo adveniens descenderat, jussit equum ductari infra scalares gradus: quo nobiscum devolutus cum equum repetiisset, mandavit imperari famulo pedum Patriarchale elevatum portanti, ut eundem occultatum, in Thecam gestatoriam reconderet: atque ita salvus domum reducitur: Postero die interrogatus à nonnullis, quomodo ipsi cum Papâ convenisset? & quo affectu erga nostros Ecclesiasticos Papa esset animatus? Respondit Papam eum blande ac comiter admisisse: in cæteris satis clementem ac benignum, id unum conqueri visum fuisse: quod nostram Ecclesiam nimis duro servitutis jugo perpessi sumus attenuari: unde igitur ista pedi Patriarchalis tam subito immutata prægestatio? replicabant, ab hac occasione retulit Patriarcha.

Meministis Legatum Pontificium, Constantinopoli semel nostratibus publicè benedixisse, in ditione non suâ: quod multis grave visum: Ego vero permittendum omnino hominem censui, & perinde haberi seu benediceret, seu abstineret: & nonnulli meâ repudiatâ sententiâ, & suo præcipites judicio Legatum cohibuerunt: Quod ille ægro animo haud percoquens, nunc in medium prodiit, ut mihi par redantruaret, spoliatumque Patriarchali in publico benedicendi facultate, & vitgam autoritatis ac præminentiæ prælatam gestandi, redegit in hanc quam cernitis mediocritatem: Cui Trapezuntius hæc reposuit: Ego revera ut primum tristissimis oculis aspexi, tuam Cathedram in imo pavimento fixam, infra pedes Papæ ex humili suppedaneo, &quo te situ ordine collocarant, & in quam incredibile fastigium, suum apicem ultra tuum Papa evexerat, crebris in pectore cogitationibus plane confixus obstupui, mecumque serio disputavi: An hic noster est ille Patriarcha Dominus Joasaph? Et hæc dissimulat? hæc perfert? & exinde dubitatione, in hanc præsensionem rerum futurarum me conjeci: quod nihil unquam sanum aut prosperum à Latinis in Græcos redundabit: Paulo posteà Generalem nostrorum ordinum conventum, Papa indixit in Ecclesiam primariam: ut Synodus Oecumenica promulgetur, ut de quæstionum tractandarum modis ac formulis statuatur, sciatque à publicâ denuntiatione Christianus orbis, Synodum Oecu-

πας, ἡ δὲ ἐν Βασιλείᾳ σύνοδος ἀπονήσῃ.

Oecumenicam Ferrariæ celebrandam iri: & id eo fine factum fuit: ſed præcipuè ut pervadente terrarum orbem eâ famâ, autoritas Papæ in hominum mentibus indies creſceret, & Patrum in Synodo Baſileenſi indies minueretur.

τμήμ. δ. κεφ. κε.

Ὥρισεν οὖν ὁ πατριάρχης τὸν Νικομηδείας, τὸν Τορνόβου, τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, καὶ ἐμὲ, ἵνα ἐλθόντες ἴδωμεν πῶς βούλονται τάξαι τὰς καθέδρας. ἐπαρειγρόμεθα οὖν εἰς τὸν ναὸν τῆς ἐπισκοπῆς Φερραρίας ὃς περιμήκης καὶ μέγιστος ἐστὶν, ἐπ' ὀνόματι τιμώμενος τοῦ ἁγίου Γεωργίου. ἔστειλε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς κῦρον Μανουὴλ τὸν Ἰάγαριν, καὶ κῦρον Γεώργιον τὸν Δισύπατον. εὕρομεν δὲ ἐκεῖσε καὶ Καρδηναλίους τόν τε Ἰουλιανὸν καὶ τὸν Φιρμάνον, καὶ ἐπισκόπους τινάς.

Εἴδομεν οὖν ἐν τῷ ἀνατολικῷ μέρει τοῦ ναοῦ περὶ τὸ μέσον, ἱστάμενοι τὸ Ἀλτάριον, ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει κείμενον τὸν ἐπηρμένον θρόνον, ὕπερθεν μὲν οὐρανὸν καμουχένιον εἰς ὕψος αἰωρούμενον ἔχοντα. ὄπισθεν δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ μέχρι καὶ τοῦ θρόνου, βηλοθύρῳ ὁμοίῳ κοσμούμενον. κατὰ μῆκος δὲ ἐκ τοῦ Ἀλταρίου ἀπέχοντα ὥστε κε ποδῶν διάστημα. μετὰ δὲ τὸν θρόνον ἱκανοῦ καταλειφθέντος διαστήματος σκίμποδες φ ἐξῆς ἐξ ἑκατέρου μέρους κατεσκευάσθησαν ὅμοιοι ἀναβαθμοῖς ὡς ἂν ἐν ἐκείνοις καθέζοιντο οἱ ἐπίσκοποι. εἶπεν οὖν ἡμῖν ὁ Ἰουλιανὸς ὅτι, ἰδοὺ ὁ θρόνος τοῦ πάπα καὶ καθίσει αὐτός τε, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἀπὸ τούτου τοῦ μέρους. ἀπὸ δὲ τοῦ ἑτέρου ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν γραικῶν. οὕτως εἶπεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς. εἶτα λέγει δεῦρο ἵνα καθίσωμεν ἰδίᾳ ὡς ἂν εἴπομεν περὶ τούτου πλατύτερον. οὗ γεγονότος, κἀκείνων ὀλίγον τι ἰδίᾳ βουλευσαμένων εἶπεν αὖθις ὁ Ἰουλιανὸς, ὅτι ἐπειδὴ ἓν μέρος ἐστὶ τῶν λατίνων τὸ ἓν δὲ τῶν γραικῶν, καὶ ὁ μὲν ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους καθίσει τοῦ ναοῦ, τὸ δὲ ἐκ τοῦ ἑτέρου, δεῖ τὸν πάπαν μέσον καθίσαι, ὡς πρῶτον καὶ συνοχέα πάντων, ἵνα καὶ ἑκάτερα τὰ μέρη συνέχῃ.

Τοῦτο δὲ οὐκ ἔδοξεν ἡμῖν καλὸν, διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν εἴπομεν, ὅτι ἐπεὶ καὶ ἡ αἰδεσιμότης σου εἴρηκεν, ὅτι δύο μέρη ἐσμεν, δεῖ μᾶλλον τὸν πάπαν μετὰ τοῦ ἰδίου εἶναι καὶ καθῆσθαι μέρους. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην αὖθις μετὰ

Sect. IV. Cap. XV.

Patriarcha itaque Nicomediæ & Tornobi Epiſcopos, Magnum Scriniarium, & meipſum, miſit inſpectum, quo ordine ſuggeſtus extruerent Latini. Qui aſcendentes in ædem Metropoliticam Epiſcopatus Ferrarienſis, quæ longiſſima eſt omnium & capaciſſima, ac memoriæ D. Georgii nuncupata, invenimus illuc ab Imperatore miſſos Dom. Emmanuelem Jagarin, & Gregorium Biſconſulem, invenimus etiam à Papa Cardinales, Julianum, Firmanumque, cum aliquot Epiſcopis.

Ac primum hac illac ſpeculati, vidimus in Templi extremâ regione verſus Ortum ſolis, in ipſo utriuſque lateris meditullio altare magnum conſiſtere: à cujus dextrâ parte thronus erigebatur in immenſam ſublimitatem, at in altitudinem multo ſublimiorem, tentorium orbiculare throno ſupereminebat: à poſtica tentorii uſque ad throni infima, velum prolixè ac rectâ deſcendens pertingebat, in medio fiſſum ad inſtar januæ valvatæ: Et tota throni compages, cum pendenti deſuper cælo, in longum diſtabat ab altari, quantum viginti quinque pedum intervallum capit: At poſt thronum, debitâ tamen intercapedine relictâ, utrinque à duobus lateribus throni, hinc & illinc quingenta ſcamna in longam ſeriem porrigebantur, forma ac magnitudine graduum ſcalarium, futura Epiſcoporum diſceptantium ſedilia: Julianus igitur nobis appropinquans: Ecce inquit thronum Papæ, in quo ſedens, noſtris conſiliis & intereſſe & præeſſe dignabitur: & in illo latere, ſui poſt ipſum Latini: ex adverſo Imperator, Patriarcha, ac quotquot numerantur Græcorum reliqui: Et quanquam hunc aſſidendi ordinem nobis ab initio prædixerat Julianus, nunc tamen ſuaſit aliquantiſper ſeorſim cedere, de his ut altius conſultarent: Cui ubi obtemperatum fuit, & Latini capita invicem ad conſilium parumper conjeciſſent, rediit ad nos Julianus: Et quandoquidem, inquit, Synodus è duabus gentibus conflabitur, Latinis ac Græcis, quæ duo latera Eccleſiæ occupabunt, hi à dextra ſedentes, illi à ſiniſtrâ: æquum eſt ut Papa in medio ponat thronum, inter utramq; partem, tanquam utriuſque partis retinaculum: ac ut utramque partem in ſe uno comprehendat.

Nemini noſtrum hæc oratio placuit, quare unanimi voce Cardinali reſponſa tulimus: Siquidem

μετὰ τοῦ ἰδίου. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς ἔφη, ἀλλὰ μέσον τῶν μερῶν εἶναι τινὰ χρὴ σύνδεσμον. ἔσται γοῦν μέσος ὁ πάπας. ἡμεῖς δὲ εἴπομεν οὐκ ἐστὶ χρεία τοῦ συνδέσμου τούτου. εἰ δὲ ἀπαραιτήτως θελήσει μέσος καθίσαι ὁ πάπας, ἕπεται καὶ ἐξ ἀνάγκης, ἵνα καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης μέσον, καὶ πλησίον τούτου καθίζωσιν. ἄλλως γὰρ καθίσαι τούτους οὐκ ἐγχωρεῖ. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς εἶπεν. ἀλλ᾽ εἷς ὀφείλει εἶναι ὁ σύνδεσμος, δι᾽ οὗ εἰς ἓν τὰ δύο μέρη συνδέοιντο. δύο δὲ καὶ τρεῖς ἕνα σύνδεσμον οὐ ποιοῦσι. λόγων οὖν πολλῶν κινηθέντων ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀπήλθομεν καὶ ἀνηνέγκαμεν ταῦτα τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῷ πατριάρχῃ. οἱ καὶ μεγάλως δυσχεράναντες ἀνελάβοντο τὸν περὶ τούτου ἀγῶνα, Καρδηναλίων καὶ ἐπισκόπων πρὸς αὐτοὺς παραγινομένων, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν βασιλέα καὶ περὶ τῶν καθεδρῶν ἀγωνιζομένων.

quidem tua Eminentia duas partes confiteatur, æquius videri si Papa inter suos ab uno latere consideat, Imperator ac Patriarcha inter suos ex adverso: At, objecit Julianus, sic ambæ diffidebunt, necessum est utramque in uno medio consociari, qui non potest alter esse quam Papa: Nos è contrà nullam esse medii necessitatem asseveravimus: Verum si Papa obnixius de medio contendat, medios à nostrâ etiam parte Imperatorem & Patriarcham, sibi adsessores assumat: aliter difficillimum erit iis loca idonea assignare: Julianus vero pertinax propositi, duos, tresve, pluralitatem partium diffidentium in unum nodum revincire non posse vociferavit: unum centrum esse oportere, diversarum aut plurium partium, ut in pacem ac concordiam coalescant: His velitationibus ante pugnam consertam fatigati, domum discedentes, singula Imperatori ac Patriarchæ exposuimus: qui tam acerbè ferebant Latinorum proposita, ut cum Cardinalibus ac Episcopis Latinis, ipsos indies invisentibus, & Cardinales pariter cum illis, maximè vero cum Imperatore, de sedibus extruendis, rixas & altercationes quotidie commoverent.

τμήμ. δ. Κεφ. κϛ.

Μετὰ τὰς πολλὰς οὖν φιλονεικίας τε καὶ ἐνστάσεις εἶπον. ἵνα ὁ μὲν τοῦ πάπα θρόνος τεθῇ κατὰ τὸ μεσαίτατον τοῦ πλάτους τοῦ ναοῦ. εἶτ᾽ ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ πάπα μετὰ τοὺς τοῦ θρόνου ἀναβαθμοὺς διαστήματος κενοῦ καταλειφθέντος κατὰ τὸ πλάτος, ὅσον ὁ τοῦ βασιλέως θρόνος ἐπέχει, ἐκεῖσε μὲν τεθῆναι καὶ τὸν βασιλικὸν θρόνον, κατὰ δὲ τὸ μῆκος ὄπιθεν, ὡς εἶναι τὰ ἐμπρόσθια τοῦ βασιλικοῦ θρόνου, κατόπιν τῶν ὀπισθίων τοῦ παπικοῦ θρόνου. εἶθ᾽ ἑτέρου τοσούτου καταλειφθέντος διαστήματος μετὰ τὸν βασιλικὸν θρόνον, κατά τε πλάτος καὶ κατὰ μῆκος ἐπὶ τὰ ὀπίσθια ἐκεῖσε πη καὶ τὸν τοῦ πατριάρχου τεθῆναι θρόνον, καὶ οὕτως ἐν τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ συνεδριάζειν αὐτοὺς κατόπιν, καὶ πρὸς νῶτ᾽ ἀγωνιουμένους. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦθ᾽ ὡς καταγέλαστον ἀπεδοκιμάθη, μετὰ πολλοὺς λόγους καὶ ἐνστάσεις μόλις ποτὲ ἐνέδωκαν, ἵνα καθίσῃ ὁ πάπας μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν, ἀφ᾽ ἑνὸς μέρους τοῦ δεξιοῦ, καθὼς ἐξ ἀρχῆς εἶπεν ὁ Ἰουλιανός. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, μετὰ τῶν ἰδίων ἀπὸ τοῦ ἑτέρου μέρους.

SECT. IV. CAP. XXVI.

Tandem post plurima jurgia, & contentiones in hoc convenerunt: ut Papæ thronus, ad latitudinem Templi, in ipso meditullio erigeretur, inde à sinistro latere throni Papici, post gradus quibus in thronum ascenditur, thronus poneretur Imperatorius, relictâ in latum distantiâ, quantam ipse Imperatorius thronus occupat, & tantundem in longum, pone Papicum, ità ut anterior aspectus Imperatorii, ad posticam Papici, debito cum intervallo obvertatur: Et tanto rursus relicto in vacuum spatio, secundum utramque dimensionem lati & profundi post Imperatorium thronus extrueretur Patriarchicus: Id enim in Synodis Generalibus usu venisse, ut retrorsum, & in terga priorum posteriores obvoluti sedeant, qui in consiliis disceptandi onera sustinebant: Cum id tanquam ridiculum ab omnibus exsibilaretur, tandem post multum rixandi æstum, difficulter se passi sunt eo inflecti, ut Papa cum suis à dextro latere sedeat, prout ab exordio Julianus proposuerat, ex adverso cum suis Imperator, & Patriarcha: neque id nobis ex superabundanti gratiâ, & nullo cum negotio permiserunt, sed exquisitis limatum distinctionibus.

Dixerunt enim post Papę thronum, & gradus eum ascendendi, spatio interjecto oportere thronum extrui Imperatori Germanorum, & post

ρες. πλὴν οὐδὲ τοῦτ' ἐνέδωκαν ἁπλῶς καὶ ἀπαρείργως, ἀλλὰ μετ' ἀκριβῶν προσδιορισμῶν.

Εἶπον γὰρ ὅτι μετὰ τὸν τοῦ πάπα θρόνον, καὶ σὺν ἀναβάθμους αὐτοῦ, διαστήματός τινος καταλειφθέντος, τεθήσεται ὁ θρόνος τοῦ βασιλέως τῶν ἀλαμανῶν, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἐξῆς καθεδοῦνται οἱ καρδηνάλιοι. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους καταντικρὺ, καὶ κατ' ἰσότητα τοῦ Ἀλαμανικοῦ θρόνου, τεθήσεται ὁ θρόνος τοῦ βασιλέως, καὶ ἐφεξῆς τοῦ πατριάρχου. δυσχεραίνοντος δὲ τοῦ βασιλέως, καὶ καταντικρὺ τοῦ πάπα καθίσαι ζητοῦντος, καὶ τίς ἡ χρεία τοῦ Ἀλαμανικοῦ θρόνου λέγοντος, ἐπεὶ οὔτε βασιλεὺς πάρεστιν ἐνθάδε ἀλλ' οὐδ' ἐστὶν ὅλως, προετεθνήκει γάρ. εἶπον ἐκεῖνοι, ἀλλ' ἀνάγκην ἔχομεν τηρεῖν αἰεὶ καὶ φυλάττειν τὸν τόπον τοῦ βασιλέως ἡμῶν, καὶ εἰ μὴ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐστί. ἄλλως δὲ τεθῆναι τὰς καθέδρας ἢ ἐν τινι ὑπεροχῇ ἧς νῦν εἴπομεν τάξεως ἀδύνατον ἐστίν. ἐπείδη τοίνυν ἐξ ἀνάγκης εἰς ταῦτα ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ πατριάρχης καὶ ἔτι δυσχεραίνων ἦν, καὶ μὴ ἀνεχόμενος τοῦ τοσούτου ὑποβιβασμοῦ τῆς καθέδρας. καὶ ἠναγκάσθη ὁ βασιλεὺς πείθειν καὶ τὸν πατριάρχην πρὸς τοῦτο. ὡς δὲ καὶ ὁ πατριάρχης ἐζήτησεν οὐρανόν τε σχεδιάσαι, ὕπερθεν τοῦ αὐτοῦ θρόνου, καὶ βηλόθυρον ὄπισθεν, καὶ οὐδὲ τοῦτ' ἐνέδωκεν ὁ πάπας. διὸ καὶ ἐλυπεῖτο ὁ πατριάρχης. ἀγανακτήσας ὁ βασιλεὺς ἔφη ὅτι νῦν ἔγνων ἀληθῶς ὡς ἡ ζήτησις τοῦ θρόνου καὶ τῆς καθέδρας, οὐχὶ διὰ τὴν συνοδικὴν τάξιν, ἀλλὰ δι' ὑπερηφανίαν μᾶλλον, καὶ φαντασίαν ἐζητεῖτο κοσμικὴν, πόρρω τῆς πνευματικῆς ἡμῶν καταστάσεως.

τμήμ. δ. κεφ. κζ.

Ἔστειλε δὲ ὁ βασιλεὺς ἄρχοντας, ὁ γὰρ πατριάρχης οὐκ ἠθέλησε στεῖλαι, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὸν ναὸν, καὶ μετὰ τῶν ἐπισκόπων τοῦ πάπα σπαρτίῳ διαμετρήσαντες τὴν διάστασιν τοῦ Ἀλαμανικοῦ θρόνου, κατ' ἰσότητα, καὶ ἀπαντικρὺ τούτου, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἔθηκαν θρόνον. καὶ ἐφεξῆς ὀλίγην τινὰ διάστασιν καταλιπόντες τὸν πατριαρχικὸν ἔθηκαν θρόνον, καὶ

post illum continuatâ ſerie Cardinales diſponi: A ſiniſtro autem latere, ad eandem amuſſim, & omnem dimenſionem loci, æqualem throno Imperatoris Germanorum, thronum Imperatoris Græci debere figi, & ab illius tergo Patriarchæ. Obmurmurante ad hæc noſtro Imperatore, & è regione ipſius Papæ conſidere percupiente: & quis uſus? quæ neceſſitas throni Imperatoris Germanici vociferante, qui nec intereſſe poteſt, nec in vivis eſt nuper fato functus? At nobis neceſſe hoc incumbit, reſpondent, Imperatori noſtro locum debitum conſervare, etiamſi finem mors ejus imperio impoſuerit: Aliter impoſſibile eſſet hanc Methodum ita retinere in locis præſcribendis, ut unuſquiſque capeſſat, quem ſciat faſtigio ſuo parem, nec aberret: ceſſit his vel invitus Imperator: At Patriarcha Imperatore gravius infremuit, nec ferre poterat in tantam diminutionem autoritatis ſuæ thronum præcipitari: donec illum Imperator, ad patientiam, & ſaniora mentis conſilia, revocaſſet: Enimvero cum Patriarcha deſideraret velum illud orbiculare, ſuæ etiam Cathedræ impendêre à laquearibus, cum bivalvi januâ ad poſticam, Papa non conceſſit: Unde Patriarcha multum ingemuit: Et Imperator in has voces prorupit: Nunc compertiſſimum habeo, omnem hanc operoſam Cathedrarum delineationem, non ad Synodum exornandam, ſed ad ſuperbam locorum præſumptionem, & ſecularem pompam amplificandam ſpectare, & à Spiritus Sancti inſtitutionibus quam longiſſimè abhorrere.

SECT. IV. CAP. XXVII.

Imperator vero miſit aliquot principes, Patriarcha mittere indignante: qui in Templum aſcendunt, & cum Epiſcopis Papalibus, diſtantiam Alemanici throni à Papico, fune ſparteo dimetiuntur: Ac eidem è regione æqualem ad omnia Imperatoris noſtri thronum deſignant: Deinde Patriarchicum modico intervallo diſtantem: poſt quem ſcabellum poſuere capeſſendis Patriarcharum Vicariis: Quin & denuntiationis Bullam confingunt pro arbitrio Latini, ſub

καὶ μετὰ τοῦτον σκίμποδα διὰ τοὺς τοποτηρητάς. εἶτα τὸ τῆς ἀνακηρύξεως γραμμάτιον, συνέθηκαν καθὼς ἤθελον οἱ λατῖνοι, περιηγουμένου τοῦ ὀνόματος τοῦ πάπα καὶ διοριζομένου ὅπως παραγινομένου καὶ τοῦ γαληνοτάτου βασιλέως τῶν γραικῶν, μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ πάσης τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας συνέστη ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐν τῇ Φερραρίᾳ καὶ ἤδη ἤρξατο ἐξετάζειν καὶ περὶ τῆς τοῦ δόγματος διαφορᾶς.

Ἀλλὰ καὶ ἕτερον γράμμα πεποιήκασιν ὁ βασιλεύς τε καὶ ὁ πατριάρχης μετὰ τοῦ πάπα καὶ τῶν Καρδηναλίων. ἐν ᾧ συνεφώνησαν ἰδίως, ἵνα μέχρι καὶ διορίας μηνῶν τεσσάρων μετὰ τὴν ἀνακήρυξιν, μηκέτι ποιήσωσι διαλέξεις περὶ τῆς δόξης, ἵνα τὸ δοκεῖν σταλῶσι πρέσβεις εἰς τοὺς ῥῆγας, καὶ εἰς τοὺς αὐθέντας, καὶ ἔλθωσι, καὶ ἐξ ἐκείνων τοποτηρηταὶ εἰς τὴν σύνοδον. μεταξὺ δὲ τῆς διορίας, ἵνα συνέρχωνται τίνες τῶν συνοδικῶν, καὶ ἐξετάζωσι περὶ μερικῶν τινῶν διαφορῶν. διελαλοῦντο δὲ τὰ περὶ τῶν θρόνων καὶ συνεβιβάζοντο ὡς ἀνώτερον δεδήλωται ὑπὲρ κ ἡμέρας.

sub Papæ nomine, ac præsidio universis promulgante, quod Serenissimo Græcorum Imperatore, Patriarchâ, ac universâ Ecclesiâ Orientali præsentibus, Synodus Oecumenica Ferrariæ coiisset, & hactenus occæpisset fervere disputationibus, ac fidei dogmata eventilare.

Sed & aliud rescriptum Imperator & Patriarcha, cum Papa & Cardinalibus pepigerunt: quo singuli utriusq; partis et privatim convenere, ut pro quatuor mensibus integris, à primâ denuntiatione Synodi, cessatio fieret, & utrinq; abstineretur ab omni disputatione inchoandâ: sub specie mittendi Legatos ad Reges ac Principes, ut Vicarii ab ipsis missi ad Synodum pervenirent: Durante nihilominus, cessatione ut aliqui è Synodalibus privatim congressi de particularibus differentiis disceptarent: Nonnulla insuper de thronis injecerunt, leviter & per transennam, vel immutandis, vel dimovendis, sed Latinis astipulati sunt, ut ante viginti dies, in superioribus monstratum est.

τμήμ. δ. Κεφ. κη.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἅμα τῷ ἐλθεῖν τοὺς ἡμετέρους ἐν τῇ Φερραρίᾳ, ἐφρόντιζεν ὅπως ἂν ἔχωμεν τὰς διατροφάς. οἱ γραικοὶ πάντες κατὰ τὴν περίληψιν τοῦ δεκρέτου. εἶπον οὖν οἱ τοῦ πάπα, ἵνα παρέχωσι καθ᾽ ἡμέραν ἄρτους, καὶ οἶνον, καὶ κρέα, καὶ ἰχθύας λιτρῶν ποσότητα τεταγμένην. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἠθέλησε τοῦτο. εἰπὼν ὅτι καὶ δυσχερές ἐστι καὶ ἀνοικεῖον πρὸς ἀνάπαυσιν ἀρχόντων, καὶ καλῶν ἀνθρώπων. ἀλλὰ δότωσαν ἔξοδον κατ᾽ ἀναλογίαν τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἂν διατρέφηται ἕκαστος ὡς βούλεται, μεθ᾽ ὧν ἔχει ἀνθρώπων καὶ ὑπηρετῶν. οἱ δὲ οὐκ ἔξοδον ἀλλὰ τροφὰς ἡμερησίας παρέχειν ἤθελον κατὰ τὴν συμφωνίαν ἣν εἶχον μετὰ τοῦ Μαρκέση εἰ ποιήσει τὴν σύνοδον ἐν τῇ Φερραρίᾳ. ὁ δὲ Μαρκέσης συνεφώνησεν, ἵνα δώσῃ αὐτῷ ἀμισθὶ οἰκίας καὶ κλίνας καὶ ἡμερησίας διατροφὰς διὰ τοὺς γραικοὺς λιτρῶν ποσότητα διατεταγμένην, οὐκ οἶδα πόσην. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐποίησεν ὁ πάπας ἐκεῖσε τὴν σύνοδον. ὁ δὲ Μαρκέσης ἐδιπλασίασεν

ὅσα

SECT. IV. CAP. XXVIII.

At Imperatorem semper incessit sollicitudo, ex quo Ferrariam appulimus, ut Græci cibaria acciperent, secundum quod erat comprehensum in Decreto Basileensi: Papici autem volebant distribuere panes, vinum, carnes, pisces, unicuique ad debitum pondus: Quod Imperator noluit: duram rem clamans, & inurbanam, ut principes, ac magnates opsoniis tanquam è sportulâ nutrirentur: Dent stipendia, pro hominum qualitate, ut unusquisque seipsum, & quot habeat famulos, alat, prout cupiat: At Papici, non nummos, sed nutrimenta elargienda contenderunt, secundum inita cum Marchione pacta: qui spospon derat, si Ferrariæ Papa Synodum indiceret, se Græcis hospitia, lectos, alimenta quotidiana abundanter suppeditaturum, ad librarum mensuram præfinitam, sed nescio quantam: & his conditionibus se Marchioni obstrinxerat Papa, de futurâ Synodo in Ferraria: Marchio autem importatorum vendibilium pretia in duplum auxit, & immensum lucrifecit, cum quinquies mille advenæ ejus fora indies frequentarent: quin & ipsi Mercatores pretiorum duplum singulis mercibus licitandis imposuerunt.

Quare

ὅσα εἶχεν ἐκ συνηθείας κομέρκια, καὶ συνῆγε πλεῖστον εἰσόδημα, ἐπεὶ συνήχθησαν ξένοι ἐπέκεινα τῶν εχ. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ πωλοῦντες ἐδιπλασίασαν τὰς τιμὰς πάντων τῶν πιπρασκομένων.

Ἔδωκεν οὖν ὁ Μαρκέσης οἰκίας πᾶσιν ἡμῖν· κλίνας δὲ μόνοις τοῖς ἐν τῇ πατριαρχικῇ οὖσιν οἰκίᾳ. οἱ δὲ λοιποὶ τῇ χαμευνίᾳ καὶ ξηροκοιτίᾳ ἐνηθλοῦμεν ἄκοντες. καὶ εἴ ποτ' ὀδυνώμενοι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐλέγομεν τι πρὸς τινα τῶν ἐκ τοῦ πάπα, οὐδὲν ἄλλο ἠκούομεν εἰ μὴ ἄμπεας παλιέντζιαν, ἤγουν, ἔχετε ὑπομονὴν, καὶ ἐθεράπευον τὴν ξηροκοιτίαν ἡμῶν τοιούτοις λόγοις. ἤθελον οὖν οἱ τοῦ πάπα, ἵνα παρέχῃ ὁ Μαρκέσης καὶ τὰ τρόφιμα, καθὼς συνεφώνησεν. ὡς δ' ὁ βασιλεὺς οὐδ' ὅλως ἐπείσθη πρὸς τοῦτο, συνέθεντο ἵνα διδῶσι δουκάτα. καὶ ἔστησαν διδόναι τοῖς μὲν κλητοῖς καὶ ὀνομαστὶ παραγεγονόσι μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου ἀνὰ δ φλωρίων κατὰ μῆνα, τοῖς δὲ ὑπουργοῖς καὶ ὑποχειρίοις ἀνὰ τριῶν. παρεῖχον δὲ κατὰ μῆνα καὶ τῷ βασιλεῖ φλωρία λ. τῷ δὲ πατριάρχῃ κε. καὶ τῷ δεσπότῃ κ, καὶ ὠνόμαζον ταῦτα οἱ λατῖνοι ἐπιβολήν. συνεφωνήθησαν οὖν ταῦτα περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς ἐν Φερραρίᾳ ἐπιδημίας ἡμῶν. πλὴν μνήμη τῆς δόσεως οὐκ ἦν παρ' ἐκείνοις. Ἀλλ' οἱ ἐν τῇ Βενετίᾳ πρὸ τοῦ αἰτηθῆναι παρέχοντες τὰ φλωρία εὐφόρως καὶ φιλοτίμως, νῦν ἐν τῇ Φερραρίᾳ αἰτούμενοι ἑνὸς μηνὸς καὶ ἥμισυ παρωχηκότος μετὰ τὴν ἐν Βενετίᾳ δόσιν, οὐδ' ὅλως ἠθέλησαν δοῦναι τι πρὸ τοῦ πεισθῆναι, καὶ ἀκολουθῆσαι τοὺς ἡμετέρους, εἰς τὰ δόξαντα ἐκείνοις περὶ τῶν καθεδρῶν, καὶ τῆς ἀνακηρύξεως. ὅτε δὲ συνέθεντο οἷς ἐκεῖνοι ἠθέλησαν καὶ ἐζήτησαν, τότε δεδώκασι καὶ αὐτοὶ τοῖς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν β τοῦ Ἀπριλλίου ὑπὲρ μηνιαίου σιτηρεσίου φλωρία χϟα.

Quare ut appulimus Marchio nobis omnibus diverſoria paravit: ſed ſtrata iis tantum, quibus dormiendum fuit in domo Patriarchæ: Reliquis noſtratium in ſtibadiis humi explicatis, aut ſtoreis abſque ſtragulis aut lodicibus placide ut potuere decumbendum fuit: Et ſi quis noſtrum ſuper his apud quempiam Papicorum cum ſuſpiriis ingemuiſſet, jubebatur habere patientiam: Nec aliis verbis noſtra ſicca accubita ſolari dignabatur: Tum vero Papæ Miniſtri Marchionem ſollicitabant, alimenta Græcis ſubminiſtrare, prout Papæ promiſerat: At cum Imperatorem animadverterent tantopere averſari, ſolutiones in Ducatis faciendas eſſe decreverunt: ut quicumque nomina ferrent in tabulis ex comitatu Imperatoris vel Patriarchæ, ſinguli quatuor Florenos per menſem acciperent, ſervi autem, vernæ ac opifices tres tantum: Quin & Imperatori triginta florenos ſingulis menſibus numerabant: viginti quinque Patriarchæ, Deſpotæ viginti: quod auctarium Principum Latini appellabanr, aut penſionem eorum ſorti accommodatam: Et hæc conventa ſunt, ut primum ingreſſi Ferrariam, ſumus: ſed nulla ſolvendi mentio apud illos tum audita eſt: verum ut Veneti largiter & magnificè Florenos effuderunt in gremium, priuſquam rogarentur: Ita è contrario Ferrarienſes poſtulati aures averterunt, quanquam à ſolutione Venetâ ſeſquimenſis effluxiſſet: dummodo noſtrates deſcendiſſent in omnia quæ illi deſignaverant in Cathedrarum ſitu diſponendo & Synodi promulgatione: Cum autem Latinorum arbitriis paruiſſent noſtri in omnibus quæ petere à nobis poſſent, tum noſtræ Eccleſiæ viris ſecundo Aprilis die, pro unius menſis cibariis, ſex centenos, nonaginta & unum florenos numerarunt.

τμήμ. δ. κεφ. κθ.

Διὰ δὲ τὴν ἀγανάκτησιν τοῦ πατριάρχου παρετάθη ἡ ἀνακήρυξις εἰς τὴν ἐνάτην τοῦ Ἀπριλλίου. Μεταξὺ δὲ τῶν ἡμερῶν τούτων ἐσκέπτετο ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης πῶς ἂν τάξωσι τοὺς τοποτηρητάς. τὰ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Ἀντιόχου ἐλ-

Sect. IV. Cap. XXIX.

Cum autem propter invaletudinem Patriarchæ, promulgatio Synodi in nonum Aprilis prorogaretur: viſum eſt Imperatori ac Patrichæ, mutuum capere conſilium, quomodo Patriarcharum Vicarios conſtituerent: Nam diplomata Patriarcharum allata per Antiochum, Heracleenſi, cum alio nomine ſubaudito vicem

ἐλθόντα γράμματα τῶν πατριαρχῶν ἐδίδουν τῷ μὲν Ἡρακλείας μετὰ καὶ ἑτέρου προσώπου τὴν τοποτήρησιν τοῦ Ἀλεξανδρείας. τῷ δὲ Ῥωσίας μετὰ τοῦ πνευματικοῦ κύρου Γρηγορίου τοποτήρησιν τοῦ Ἀντιοχείας. τῷ δὲ Ἐφέσου καὶ τῷ Σάρδεων, τὴν τοῦ Ἱεροσολύμων, ἃ καὶ διεκομίσαμεν ὁρισθέντες ὁ μὲν χρυσοκέφαλος κῦρος Ἰωάννης παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐγὼ δὲ παρὰ τοῦ πατριάρχου τοῖς δηλωθεῖσι. καὶ κατεπείσαμεν αὐτούς, τοῖς τε τῶν στειλάντων μηνύμασι καὶ λόγοις ἡμετέροις, καὶ ἐδέξαντο τοὺς τόπους, καὶ ἔλαβον καὶ τὰ γράμματα πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ἐν δὲ τῇ Φερραρίᾳ ἕτερα εὑρέθησαν γράμματα ὡς οἶμαι δὲ καὶ διπλᾶ. πλὴν ὑπογεγραμμένα καὶ γνήσια τῶν πατριαρχῶν, μεταποιοῦντα δὲ τὰ πρόσωπα. Ἀναλαβόντες οὖν καὶ ἃ ἐδώκαμεν πρότερον ἡμεῖς τοῖς τοποτηρηταῖς, καὶ πάντα τὰ γράμματα, ὁ βασιλεὺς ὁμοῦ, καὶ ὁ πατριάρχης συναγαγόντες καὶ ἀκριβῶς θεωρήσαντες τρία τινὰ ἐκ πάντων ἐξελέξαντο, ἐν οἷς περιείχοντο τοῦ μὲν Ἀλεξανδρείας τοποτηρηταὶ, ὁ Ἡρακλείας καὶ ὁ πνευματικὸς κῦρος Γρηγόριος, τοῦ δὲ Ἀντιοχείας, ὁ Ἐφέσου καὶ ὁ Ῥωσίας. τοῦ δὲ Ἱεροσολύμων, ὁ Σάρδεων μόνος. ταῦτα οὖν κυρώσαντες ἔστειλαν πρὸς τοὺς δηλωθέντας, μετὰ τοῦ Τορνόβου, τοῦ μεγάλου Χαρτοφύλακος, καὶ ἐμοῦ, συνόντος ἡμῖν καὶ κύρου Μανουὴλ τοῦ Βουλλωτοῦ, ὡς παρὰ τοῦ βασιλέως σταλέντος.

Παραγινόμεθα οὖν πρὸς τὸν Ἡρακλείας, καὶ λόγους παρά τε τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου πρὸς αὐτὸν εἰπόντες πολλοὺς δὲ καὶ οἴκοθεν, οὐχ εὕρομεν τοῦτον καταπειθῆ, καίτοι γ' εὐθέως ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει πεισθέντα. διὸ καὶ πολλοὺς λόγους ἐκινήσαμεν μετ' αὐτοῦ. ὁ δὲ ἔλεγεν οὐ θέλω εἶναι τινὸς τοποτηρητὴς, ἀλλὰ κρεῖττον ἡγοῦμαι καθῆσθαι ἁπλῶς ὡς Ἡρακλείας. ἠναγκάσθημεν οὖν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστος ἱκετεύειν, καὶ παρακαλεῖν αὐτὸν δέξασθαι τὴν τοποτήρησιν, καὶ οὐκ ἀπαλλαγησόμεθα ἐλέγομεν ἐντεῦθεν ἄπρακτοι. Μετὰ γοῦν τοὺς πολλοὺς λόγους καὶ τὴν ἄμετρον τῆς ὥρας παράτασιν σχεδὸν καὶ ἄκων τὸ γράμμα ἐδέξατο. εἴδομεν δὲ καὶ τὸν πνευματικὸν, καὶ εἴπομεν αὐτῷ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρ-

cem Alexandrini aſſignarunt: Roſſenſi cum Domino Gregorio vicem Antiocheni, Epheſino & Sardenſi Hieroſolymitani: quæ nos prædictis ſingulis in manum tradidimus, aureum caput Domini Joannis à Rege ad id conſtituti, & ipſe ego à Patriarcha: Et tam literis Patriarcharum delegantium quam precibus noſtris perſuaſimus, ut munera Vicaria ſubeant: qui loca ultro ſuſceperunt, & acquieverunt diplomatibus antequam Conſtantinopole egrederemur: At Ferrariæ, diplomata longe diverſa reperta ſunt, ac ut reor ſingulorum duplicia, genuina tamen, ac ipſiſſimis Patriarcharum characteribus ſubſcripta, cum nominibus perſonarum, quæ vices ferre debebant, multum immutatis: Quare revocatis quæ prius Conſtantinopoli obtulimus, & collectis in unum omnibus Ferrariæ repertis, Imperator & Patriarcha diligenter explorarunt, quænam Patriarcharum geniis propius accederent, ac è tota ſchedularum congerie tria tantum ſcripta retinuerunt, quæ in Vicariam ſedem Alexandrini Heracleenſem & Spiritualem Patrem Gregorium pronuntiabant: In Antiocheni Epheſium & Roſſenſem: In Hieroſolymitani, Sardenſem ſolum. Hæc itaque confirmantes perferenda delegatis tradiderunt in manus Epiſcopi Tornobici, Magni Scriniarii, meique ipſius, concomitante Dom. Manuele Bullotâ, tanquam miſſo nobiſcum ab Imperatore.

Ac primo quidem Heracleenſem adivimus: & multis ab Imperatore & Patriarchâ perlatis ſermonibus hic ut domi olim ſuæ, hominem invenimus parum flexibilem: quanquam Conſtantinopoli ſine morâ aſſenſerat, hic in neſcio quot hæſit ſcrupulis, licet multis à nobis verbis ſollicitatus: Nolle ſe cujuſpiam vices ſupplere: magis honorificum videri, ſi locum capeſſat ſimplicem ut Epiſcopus Heraclææ: Adeo ut cogeremur nunc omnes, nunc ſinguli eum precibus obtundere, ut delegationem ſuſciperet, palam profeſſi nos infecta re nunquam diſceſſuros. Tandem igitur poſt multa verborum faſtidia, & magnum temporis diſpendium, reluctanti animo, diploma manibus apprehendit: Exinde in ſecundo loco Dominum Gregorium Confeſſarium invaſimus, eique ſignificavimus Imperatoris ac Patriarchæ juſſa: Qui reſpondit, Nihil ſibi novum afferri à nobis, aut inauditum, cæterum ſe facturum, quod ſibi videbitur, ſuiſque rationibus quam maximè conducere: ſtatimque poſtea ſumpſit Diploma.

At cum ad Marcum Epheſinum pervenientes expoſuiſſemus quid ipſi Imperator & Patriarcha mandarent, ut Antiocheni Archipræſulis Vicariam ſedem occuparet: deprehendimus om-

τριάρχου διαπάγματα τε καὶ μηνύματα. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι καὶ πρότερον οἶδε καὶ νῦν ἀκούει τὸ περὶ τούτου. σκέψεται οὖν καὶ ποιήσει ὅπερ ἂν φανῇ αὐτῷ ἁρμόδιον. ὁ μὲν ὕστερον ἐδέξατο τὸ τοιοῦτον.

Εἶτα πρὸς τὸν Ἐφέσου ἤλθομεν, καὶ λόγους ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου πρὸς αὐτὸν εἰρηκότες περὶ τοποτηρήσεως τοῦ Ἀντιοχείας εὕρομεν αὐτὸν μηδ᾽ ὅλως δέξασθαι τοῦτο βουλόμενον. ὅθεν καὶ ἀξιώσεσι καὶ λόγοις παραινετικοῖς πείθειν ἐπεχειροῦμεν, ὁ δὲ ἀντέλεγε καὶ ἐλυπεῖτο φάσκων, ὅτι Ἱερομόναχον ὄντα με τοῦ Ἀλεξανδρείας ἐποιήσαντο τοποτηρητήν, νῦν δὲ Ἐφέσου γεγονότα ὑποβιβάζουσι με εἰς τοῦ Ἀντιοχείας. διὸ οὐ καταδέχομαι τοῦτο. καθίσω δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ συνόδῳ ἁπλῶς ὡς Ἐφέσου. πολλὰ οὖν λέγοντες καὶ συμβουλεύοντες ὡς οὐ δεῖ ἐπὶ τοσοῦτον ἐνίστασθαι, ἀνοικεῖον γάρ ἐστι καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς πνευματικῆς αὐτοῦ καταστάσεως. καὶ ὅτι οὔπω ἔμαθον οἱ πατριάρχαι ὅτι ἐχειροτονήθη Ἐφέσου, ἀλλ᾽ ἔτι ὡς Ἱερομονάχῳ γράφουσιν αὐτῷ, οὐδ᾽ ὅλως ἐπείθομεν. Τότε ἀναγκασθεὶς εἶπον ἐγὼ ὅτι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐδέξω τὸν τόπον τοῦ Ἱεροσολύμων, Ἐφέσου ὤν, καὶ δεδώκαμεν σοὶ καὶ τὸ γράμμα μετὰ τοῦ χρυσοκεφάλου, νῦν δὲ οὐ θέλεις δέξασθαι τὸν τοῦ Ἀντιοχείας; καὶ εἶπεν ὅτι οὐδ᾽ ἐκεῖνον ἐδεξάμην. ἀλλὰ καταλιπόντες τὸ γράμμα ἀπήλθετε. ὁ δὲ Νομοφύλαξ ἐφύλαξε τοῦτο, καὶ ἐνταῦθα διεκόμισεν. ἐγὼ δ᾽ εἶπον, οὐχ ἁρμόδιον ἐστὶ νῦν ταῦτα ἀντιλέγειν. αὖθις δὲ λόγοις ἀξιώσιν ἔχουσι, καὶ συμβουλαῖς πλείσταις αὐτὸν καταθέλξαντες, ἐπεὶ κἀκ τῶν προτέρων λόγων πρᾳότερος γέγονε, καὶ ἡμεῖς οὐδ᾽ ὅλως ἐνεδίδομεν αὐτῷ τὴν ἀποφυγήν, μόλις ποτὲ κατένευσε καὶ τὸ γράμμα ἐδέξατο.

Μετὰ τοῦτον δ᾽ εἰς τὸν Σαρδέων ἀφίγμεθα. ὁ δὲ ἐπὶ τῇ κελεύσει τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου εὐθὺς ἐπείσθη, καὶ τὸ γράμμα ἐδέξατο. Ταῦτα δὲ τῇ κυριακῇ τῶν Βαΐων μετὰ μεσημβρίαν μέχρις ἑσπέρας μόλις διεπραξάμεθα. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Μονεμβασίας λελυπημένος ἦν. ὅτε γὰρ ἔπεισαν αὐτὸν παραιτήσασθαι τὸν θρόνον τοῦ Τραπεζοῦντος, καὶ ἀλλαχοῦ μετατεθῆναι, ἐζήτησεν ἵνα ἔχῃ τὸν τόπον αὐτῆς, καὶ μέχρι τῆς ὥρας ἐκείνης οὐκ ἐδόθη αὐτῷ, διὰ τοῦτο δεδώκασιν αὐτῷ τὸν τόπον τοῦ Ἀγκύρας.

τμήμ.

omnino abnegantem,& quamvis hominem multum orando adhortādoq; aggrederemur inexorabilis perſtitit, & noſtras interceſſiones quaſi mærore percitus defugit: Et quid? inquit, Cum Monachus adhuc cucullo induerer, me in Alexandrini Vicarium ſubſtituerunt: Et jam Epheſi præſulem, ad Antiocheni inferius faſtigium dejicient? Neutrum volo,ſed ſolius Epiſcopi Epheſini ornabo locum in Concilio: At nos ejus pertinaciam multis ſermonibus & conſiliis expugnantes, rogavimus ne ſe tam durum ac inhumanum præberet: Id ut inurbanum, à ſuis moribus piiſſimis, & educatione Monachali quam longiſſime abeſſe. Nec Patriarchæ intellexerunt, de tuâ ſubvectione ad Epheſi Epiſcopatum, ſed tanquam ad Monachum adhuc ſcribunt literas: tamen ſuadendo nihil profecimus: Tum ad ultimam redactus metam, ipſe dicere occæpi: Cum eſſes Conſtantinopoli, & præſul Epheſinus, locum Hieroſolymitani Patriarchæ lubens es amplexus, tibique diploma porreximus in manum, ego & Magni Scriniarii auro redimitum caput; & nunc Antiocheni ſuperiorem eminentiam deſpicaris? Nunquam accepi, inquit, Diploma illud in manum: ſed vos illic apud me depoſuiſtis: Et legum cuſtos id etiam cuſtodivit, ſecumque in has oras detulit: Ego pauca tantum ſuggeſſi: Hæc controvertere, his temporibus parum convenire: In fine hominem tam validis Argumentis,tam tempeſtivis conſiliis delinivimus, & omne ſubterfugium ſic ei præcluſimus, ut ceperit de conceptâ ſeveritate remittere, paulatim annuere, & tandem Diploma plenis ulnis acceptare.

Poſtremo, cum Sardenſi nobis facile erat negotium, qui ſine ulteriori morâ Imperatoris ac Patriarchæ mandatis, accepto diplomate, obtemperavit: Et hæc in Dominico Palmarum, à meridie ad veſperam oberrantes vix confecimus: Quin & Monembaſianus, ingenti cruciatu, ac animi ægritudine ſeipſum diu afflictârat: quod amicis paruiſſet, ei ſuadentibus Thronum Trapezuntiæ abjudicare, & alibi vota transferre: At ille locum iſtum magnopere ambivit, quo ſemel per occaſionem amiſſo, in hunc uſque diem, poſteà nunquam potuit potiri: Quare ut hominem in ſpem meliorem erigerent, ſuæ dignitati locum Ancyram accumulaverunt.

SECT.

τμήμ. δ. Κεφ. λ.

Ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ τὰ περὶ τῆς ἡμετέρας δηλῶσαι βούλομαι τάξεως. οἱ πρῶτοι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἄρχοντες, οἱ σταυροφόροι, οἱ καὶ ἐξωκατάκηλοι ὀνομαζόμενοι εἶχον τάξιν καὶ ἐν καθέδραις, εἴτε συνοδικαῖς, εἴτε κελλικαῖς, καὶ ἐν στάσεσι, καὶ ἐν συλλόγοις ἵνα ἀεὶ πλησίον τοῦ πατριάρχου εὑρίσκωνται. ἦσαν δὲ πέντε καὶ ὁμοταγεῖς ταττόμενοι ὡς αἱ πέντε αἰσθήσεις τοῦ πατριάρχου. καὶ ὥσπερ αἱ πέντε αἰσθήσεις οὐ διΐστανται τοῦ ἀνθρώπου, οὕτως οὐδὲ οὗτοι οἱ πέντε διΐσταντο πότε τοῦ πατριάρχου, διὸ καὶ πρὸ τῶν ἀρχιερέων ἐκάθηντο, καὶ προκαθήμενοι τῆς συνόδου ἐπηυφημίζοντο, ἐν σωπεδίοις, ἴσως καθήμενοι τῶν ἀρχιερέων μόνων ἐν σκάμνοις θρονοειδέσι καθημένων, μᾶλλον δὲ τῶν μητροπολιτῶν. ἐν οὖν τῇ Φεραρίᾳ συνερχομένων τῶν ἀρχιερέων τε καὶ ἡμῶν περὶ τὸν πατριάρχην, ἐζητήσαμεν, ἵνα τηρηθῇ ἡ τάξις ἡμῶν. καὶ οὐκ ἐγένετο. ἀνηνέγκαμεν ἐκ δευτέρου τῷ πατριάρχῃ περὶ τούτου, καὶ οὐκ ἀπεκρίθη. πολλάκις εἴπομεν περὶ τούτου, καὶ οὐδένα λόγον ἐδώκεν ἡμῖν. ἑκουσίως οἶμαι ταῦτα ποιῶν καὶ ἀπομακρύνων ἡμᾶς ἀφ' ἑαυτοῦ. ἐζητήσαμεν περὶ τούτου καὶ ὅτε ἑτοιμάζοντο αἱ καθέδραι τῆς συνόδου, καὶ οὐδὲ τότε εἶπεν ὁ πατριάρχης τὸν τυχόντα λόγον περὶ ἡμῶν. ἐξ ἀνάγκης οὖν ὡς ἔτυχεν ἐκαθήμεθα. καὶ ἐν λόγοις καὶ ἀντιλογίαις, καὶ συζητήσεσι. ἐπεὶ καὶ οἱ ἐγγὺς τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου ἔλεγον καὶ ἀντέλεγον. ἡμεῖς δὲ ἀεὶ εὑρισκόμεθα ἐν καθέδρᾳ μετὰ πέντε καὶ δέκα, ἢ τρισκαίδεκα τὸ ἔλαττον, διὰ τοῦτο ἐσιωπῶμεν καὶ ἄκοντες, μὴ δυνάμενοι στεντόρειον βοᾶν καὶ ἀντιλέγειν, ἢ συνηγορεῖν πρὸς οὕτω μακρὰν ἀφεστηκότας. Μόλις ὅτε ἠρωτώμεθα περὶ γνώμης ἐλέγομεν ταύτην διὰ βραχέων, καὶ τοῦτο σπανίως. ὅμως ἔπαυσαν καὶ τοῦτο τελείως, μήδε αὐτὸ ἀποδεχόμενοι ὡς ὁ λόγος δηλώσει. καὶ ἦν ὁ ἐν ἡμῖν μερικὸς λόγος πάντη ἀργὸς, ὡς πολλαχόθεν τὴν σιωπὴν ἡμῶν διαπραξαμένων ἑαυτοῖς.

SECT. IV. CAP. XXX.

Sed & hic ſumam occaſionem narrandi nonnulla quæ mihimetipſi meique ordinis hominibus contigerunt: Primores noſtræ magnæ Eccleſię, ſeu proceres, qui & aliis nominibus Crucigeri & Exocatacæli vocantur, in omnibus ſeſſionibus ſeu Synodalibus & publicis, ſeu cubiculariis & privatis, in ſtationibus, in colloquiis, loca omnino ſumma, ac proxima Patriarchæ occupant: Sunt autem numero quinque, pares jure, præeminentiâ ac poteſtate, tanquam quinque ſenſus Patriarchæ ad negotia Eccleſiaſtica conſtituti: Nam ut illi quinque ſenſus nunquam ab homine vivo removentur, ità nec illi à latere Patriarchæ diſcedunt: Semper ſupra Archiepiſcopos in conciliis capiebant loca, ac ut præſidentes Patriarchici Senatus celebrabantur: Sed Crucigeri in ſuppedaneis ſedebant: At Archiepiſcopi in ſcamnis elatioribus, & in modum throni excavatis: vel ut verius dicam, Metropolitani: igitur Ferraræ, cum omnes Archipræſules, nobiſcum una, Patriarcham in circuitu ſuccingerẽt, petivimus noſtri ordinis immunitatem conſervari, quod tum Patriarcha diſſimulavit: aliis vicibus idem detulimus ad Patriarcham, bis terve, neglexit ſemper: & quotieſcunque idem propoſuimus Patriarcha toties obmutuit: quaſi ab ipſius induſtria ſtatuiſſet, nos conſpectu in longum ſubmovere: Poſtremo cum ſubſellia in Concilium extruerentur, ab ipſo opere nacti oportunitatem loquendi, idem ſaxum volvimus: ſed ne tum quidem Patriarcha nobis vel unam ſyllabam dignatus eſt: quocirca inevitabilis neceſſitas nobis incubuit, loca uſurpare inter mediam turbam è longinquo diſcumbentium, unde ſeu Orationes publicæ haberentur, ſeu agitarentur dogmatum quæſtiones, nihil concipere, nihil proferre potuiſſemus: Nam qui prope Imperatoris thronum aut Patriarchæ conſiſtebant, ſatis commode opponere & reſpondere quiverunt: At nos à decima quintâ ſtatione, aut ad ſummum à decimâ tertiâ, inviti ſilentio ſtetimus confuſi atque obruti, quia ſtentorium guttur vociferando, in tam remotam diſtantiam diffundere non valuimus: Id unicum nobis permiſſum eſt ſolatiolum, ut quoties de ſuffragiis poſtularemur, ea tuto, ſed ſuccinctè & abſque ambagibus dicere liceret: ſed & id ab initio aliquoties, & non niſi raro, nam poſteà omne jus ſuffragandi à nobis penitus ſuſtulerunt, præter noſtram expectationem & meritum, ut deinceps luculenter patebit: Et noſtra omnis ſuffragatio tam invalida manſit, otioſa & nulla, ut ſæpè ipſos, qui vota ac ſuffragia retinebant, noſtri exemplo infortunii redegerimus in ſtuporem, & brutam quandam taciturnitatem.

Ὁ δὲ πατριάρχης ἐζήτησε παρὰ τοῦ πάπα, ναὸν μέγαν ἑνὸς τῶν μοναστηρίων ὡς ἂν ἐκτελέσῃ τὰς ἑορτὰς ἐν αὐτῷ. ὅπερ οὐκ ἔδοξε καλὸν τοῖς πλείοσιν ἡμῶν καὶ πολλῷ μᾶλλον τῷ πνευματικῷ Γρηγορίῳ. οὗτος γὰρ διέσυρε καὶ ἐμέμψατο λίαν τὸ περὶ τούτου, καὶ ἀπεσείετο τοὺς τοῦτ' ἀποδεχομένους. ὡς διὰ τούτου τὴν μετὰ τῶν λατίνων ἕνωσιν προμνηστευομένων. ὃς μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν τῶν δεικνυόντων αὐτὸν μὴ παραδεχόμενον τὰ τῶν λατίνων, εἶπε καὶ τοῦτο ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ πάντων ἡμῶν. Ὡς ἐγὼ ὅταν εἰς ναὸν εἰσέλθω λατίνων οὐ προσκυνῶ τινὰ τῶν ἐκεῖσε ἁγίων, ἐπεὶ οὐδὲ γνωρίζω τινά. τὸν χριστὸν ἴσως μόνον γνωρίζω, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνον προσκυνῶ, διότι οὐκ οἶδα πῶς ἐπιγράφεται. ἀλλὰ ποιῶ τὸν σταυρὸν μου καὶ προσκυνῶ. τὸν σταυρὸν οὖν ὃν αὐτὸς ποιῶ, προσκυνῶ καὶ οὐχ ἕτερον τι τῶν ἐκεῖσε θεωρουμένων μοι. τοιαύτην διάθεσιν ἐδείκνυον ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ἔχειν πρὸς τὰ λατινικὰ καὶ ἀπεκλαίετο δεινῶς τὴν πρὸς ἐκείνους ἐπιδημίαν ἡμῶν, καὶ οὗτος μὲν οὕτως.

Ὁ δὲ πάπας ἀπεκρίνατο πρὸς τὴν ζήτησιν τοῦ πατριάρχου, ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἀλλὰ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Φεραρίας, καὶ πρὸς ἐκεῖνον γενέσθω ἡ ζήτησις. διαμηνυθεὶς οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος εἶπεν, ὅτι εἰς τοὺς μείζονας τῶν ναῶν. οὐ μόνον οἱ Μοναχοί, ἀλλὰ καὶ ἄρχοντες ἐκκλησιάζονται καὶ λαὸς πολύς. ἐν ταῖς ἑορταῖς οὖν ταύταις, οὔτε οἱ μοναχοὶ δύνανται παραιτήσασθαι τὰς ἰδίας Λειτουργίας καὶ Ψαλμῳδίας, ἢ λειτουργεῖν ἀλλοθί που, οὔθ' οἱ ἐξωτερικοὶ καταλειφθῆναι ἀνεκκλησίαστοι, καὶ στερηθῆναι τῶν συνήθων αὐτοῖς τελετῶν. ἐκ δὲ τῶν μικροτέρων ναῶν οὐδεὶς αὐτοῖς συντελέσει, οὐδὲ ἀρέσει ὡς μικρός. διὰ τοῦτο οὐκ ἔχω δοῦναι τῷ πατριάρχῃ ναόν. ὡς δὲ πάλιν ὁ πατριάρχης διεμηνύσατο περὶ ναοῦ, εἶπον οἱ τοῦ πάπα, ὅτι ἐπεὶ ἐν τῷ δεκρέτῳ οὐ γράφεται δοῦναι, ἡμῖν ναόν, οὐδὲ γὰρ ἐτάξαμεν τοῦτο, λοιπὸν οὐδὲ δώσομεν. ὁ δὲ πάπας ἠνάγκαζε γενέσθαι τὴν ἀνακήρυξιν. ἐπεὶ οὖν ἐνόσει ὁ πατριάρχης, καὶ οὐκ ἠδύνατο εἰς τὴν σύνοδον ἐλθεῖν, οὐκ οἶδ' εἴθ' ὑπὸ νόσου, εἴθ' ὑπὸ τῶν τοῦ αὐτοσχεδίου

συνερ-

Patriarcha vero à Papa popoſcit Templum ex uno Monaſteriorum auguſtum & ſpatioſum, quo ſolennia Paſchatis jam præ foribus, cum ſuis perageret: quod quamplurimis noſtratium viſum eſt indignum, maximè vero Dom. Gregorio Confeſſario: qui multum detonuit, vehementerque deſpuit in hoc facinus, omnigenis invectus probris ac querimoniis: quin & à ſe repulit, quos novit huic incæpto favere, tanquam ſycophantas unionem cum Latinis ambitioſe nimis & intempeſtive procantes: Quo argumento, & aliis quamplurimis, ſatis evidenter tum nobis innotuit Gregorius, quod nec novarum factionum partibus ſtuderet, nec omnino ſaperet Latiniſmum: Quin & hoc inſuper adjecit memorabile dictum coram Patriarchâ, Archiepiſcopis & nobis omnibus: Quoties, inquit, aſcendo in aliquam Latinorum ædem ſacram, nullam adoro imaginem alicujus Sancti, ex iis omnibus quos illic contemplor, quia illorum Sanctorum novi neminem: Chriſtum fortaſſe ſolum novi, ſed nec Chriſtum in eorum templis adoro: quia neſcio, quibus fidei titulis, ac præſcriptionibus definitus mihi proponitur adorandus: Sed meipſum cruce inſignitum munio, & tum adoro; adoro igitur quam mihi præfiguravi crucem, & nihil ultra eorum omnium, quæ meis oculis obverſantur: tam averſum crudumque animum Gregorius in initio ſe concepiſſe monſtrabat, contrà omnia commercia, cum Latinis habenda: & in conſpectu noſtro profuſè flevit, quod in Latinorum territoria Græci unquam penetraverint: Et hæc hactenus de illo.

At Papa reſpondit, quod petiit Patriarcha ad ſe minimè pertinere, ſed ad Epiſcopum Ferrarienſem: quare quò debeat, poſtulatum transferat: Quod ut præſtitit Patriarcha, hoc ab Epiſcopo reſponſum tulit: In grandiora Monaſteriorum ſacraria non ſoli Monachi, ſed quamplurimi Magnates, & ingens multitudo popularium ad divina officia confluunt: in ſolennibus vero feriis multo frequētiora, adeo ut nec ipſi Monachi ſuis Liturgiis, hymnis ac cantionibus careant, aut alium habeant locum quo ea perficiant, ne qui extra Monaſterium vivunt in civitate, ſuis ſolitis Concionum ac Miſſarum ſolatiis deſtituantur: De minoribus vero Templis pauci ſunt ſolliciti, propter incapacitatem & anguſtias: quare nullum habeo quod Patriarchæ mutuem: Poſteà cum idem adhuc deſiderium Patriarcha ſignificaſſet, Miniſtri Papæ reſponderunt, in Decreto non contineri, & nolle ſe ultra pacti limites excurrere, ut templum accommodent, quod Decretum non comprehenderet: Interea Papa nullatenus voluit publicam Synodi denuntiationem ulteri-

us

οὐρανοῦ, οὗ ἐφίετο κωλυόμενος ἀπὸ πόλων, ἐποίησεν ἔγγραφον προτροπὴν τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ ἀπελθόντες εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Γεωργίου προηγουμένων τῶν τοποτηρητῶν, συνόντων καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, προκαθημένου τοῦ πάπα μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν καθὼς ἐτάχθη, καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους τοῦ βασιλέως καὶ τῶν τοποτηρητῶν, καὶ τῶν ἀρχιερέων, ἐκ δεξιῶν δὲ τοῦ βασιλέως, τοῦ δεσπότου, καὶ ἐφεξῆς τῶν συγκλητικῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν λοιπῶν. καὶ πάντων καθεσθέντων κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, ἀνέβη εἰς τὸ Πέργουλον ἐκ μὲν τῶν λατίνων ἐπίσκοπος ὁ Πορτουγάλου, καὶ ἀνέγνω λατινικῶς τὸ γράμμα τῆς ἀνακηρύξεως. ἐκ δὲ τῶν ἡμετέρων ὁ Μιτυλήνης καὶ ἀνέγνω τοῦτο ἑλληνικῶς, τὸ γὰρ αὐτὸ ἦν γεγραμμένον τῇ ἑκατέρᾳ γλώττῃ. καὶ οὕτως ἐπλέσθη ἡ ἀνακήρυξις κατὰ τὴν μεγάλην τετράδα, ἄγοντος θ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός.

us procraſtinari: Sed Patriarcha cum intereſſe minimè poſſet, haud ſcio an ob infirmitatem quâ tum laborabat, an ob denegatum ſibi orbiculare velum, cujus maximopere cupiebat, ſcripſit tamen manu propriâ Archiepiſcopis ac præſulibus ſuis, ſignatam ſchedulam autoritatis ſuæ ac vicis ſupplendæ.

Qui abeuntes in S. Georgii Templum, præcedentibus Patriarcharum Vicariis, ac proceribus Eccleſiæ noſtræ comitantibus: Papa ipſo præſidente cum ſuis ut fuit conſtitutum: ex aliâ parte, Imperatore cum Patriarcharum Vicariis & ſuis Archiepiſcopis, à dextra Imperatoris Deſpotâ fratre: ac deinceps viris conſularibus, & Senatoriis principibus, cæteriſque cunctis ſecundum uniuſcujuſque ordinem ac dignitatem conſidentibus, aſcendit pergulam è Latinis Luſitaniæ Epiſcopus, qui ſcriptam latine legit promulgatæ Synodi Bullam: è noſtris Epiſcopus Mitylenes eandem Græcè legit: cum pro utraque gente, in utraque linguâ, eadem, eodem ſenſu haberetur: Atque ita abſolutum fuit Synodicæ promulgationis negotium, in quartâ feriâ magnâ, ſeu die Mercurii Hebdomadis magnæ Paſcha antecedentis, qui & nonus menſis Aprilis agebatur.

τμήμ. δ. κεφ. λβ.

Ἤδε τότε γεγονυῖα τάξις ἐν τοῖς τόποις τῶν ἀρχιερέων μέγα σκάνδαλον προὐξένησε τισὶν ἐξ αὐτῶν. ὁ μὲν γὰρ Ἐφέσου ἐλυπήθη, ἰδὼν ὅπως ἐδόθη τῷ πνευματικῷ κύρῳ Γρηγορίῳ, ὁ τόπος τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ προκαθίσῃ αὐτοῦ Ἱερομόναχος ὤν· καὶ οὐκ ἠνείχετο. ἀλλὰ παρῃτεῖτο, καὶ ὃν ἐδέξατο τόπον τοῦ Ἀντιοχείας. ὁ δ' αὖ πνευματικὸς τοῦτο γνοὺς, οὐκ εἰς τὸ σκάμνον, ἀλλὰ κάτω ἐκάθισε, καὶ οὕτως ἐκάθισεν ὁ Ἐφέσου ὡς Ἀντιοχείας. πλὴν ἐσκανδαλίσθη καὶ ὁ πνευματικὸς ὅτι δι' αὐτὸν οὐκ εὐλόγως λελύπητο ὁ Ἐφέσου καὶ διὰ τὸ ἀσκανδάλιστον ἴσως, οὐκ ἔτι προεκάθητο τοῦ Ἐφέσου, ἄλλοθι δέ πη καὶ ὡς ἔτυχεν οἷα φόρτον φέρων ἑαυτὸν, εἰκῇ παρέρριπτε. ταπεινούμενος τὸ δοκεῖν καὶ μὴ περὶ τόπου φροντίζων. ὅμως δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης φαυλῆς καὶ οὐδαμινῆς αἰτίας ἡ δεινὴ τῶν ἡμετέρων προέβη διαίρεσις. ἣν ὁ λόγος δηλώσει κατὰ καιρόν. ὁ δέ γε Κυζίκου, μετὰ τὰς ἑορτασίμους τοῦ πάσχα ἡμέρας οἴκοθεν ἐξελθὼν ἄνευ μανδύου κατὰ τὴν ἀγορὰν, καὶ τὰς λεωφόρους τῆς Φερραρίας διαδραμὼν, ἑπομένων αὐτῷ δύο καλογήρων, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν κατεχόντων μανδύαν, οὕτως ἀνέβη

Sect. IV. Cap. XXXII.

At ordo Epiſcoporum immutatus per Vicarias Patriarcharum ſedes, aliquibus ſcandalum ingens & offenſam creavit: Nam Epheſi præſul triſti animo angebatur, quod Gregorium Confeſſarium, Monachum tantùm, ad Alexandrini vices evexiſſent, cui ſuperior in Concilio locus debebatur, & infrà cucullatum ſcamna premere dedignabatur Marcus, nec ferre poterat: quare vicem ſedendi pro Antiocheno iterum rejecit, quam nuper admiſerat: Quod cum Gregorius intelligeret, non in ſcamno ſuo ſublimiori conſedit, ſed in ſcamni ſuppedaneo, ut Epheſius ſuccedens in ſcamnum ſecundum pro Antiocheno, dum ſublimis ſcamnum occuparet, primus videretur in foro Vicariorum Patriarchalium ſeſſor: Secum tamen Monachus interiori ſenſu contumeliæ æſtuavit, quod propter ipſum tam injuſte, & abſque ſuo merito, ſe maceraret Epheſius: Ac ut omnem anſam æmulationis amputaret, ſuperiorem Epheſio non præripuit locum, ſed in alia aliquando ſedilia qua ſors obtulit, ſe quaſi inutilem ſarcinam projecit, ut præ mentis modeſtiâ ſingulari, ſupereminentiæ arrogandæ omnem ambitionem ſpreviſſe putaretur: Attamen ex hac leviculâ & pudendâ ratione, tanquam à primo fonte, graviſſima diſſidia & contentiones nunquam ſopitæ in noſtros omnes ſcaturierunt: quod deinceps declarabitur: Sed major væcordia Cyzicenum præſulem cor-

ἀνέβη εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ἐζήτει ἐμφανισθῆναι τῷ βασιλεῖ, ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ ἄρχοντες καὶ ἀπαξιοῦντες αὐτῷ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ στολὴν, ἠξίουν αὐτὸν ἐνδύσασθαι τὴν μανδύαν. ὁ δὲ ἔλεγεν, οὐκ ἔτι θέλω εἶναι ἀρχιερεὺς, ἐπειδὴ προέστη μου ὁ Μονεμβασίας. καὶ θέλω, ἵνα ἴδω τὸν βασιλέα, καὶ ἀφήσω καὶ τὴν μανδύαν ἐνταῦθα. ὡς δὲ εἶπον αὐτῷ οἱ ἄρχοντες ὅτι οὐ δυνήσῃ ἰδεῖν τὸν βασιλέα, ἀγανακτεῖ γάρ, καὶ οὐδ' ἡμεῖς εἴδομεν αὐτὸν, ἐκεῖνος ἐπείθετο καὶ μὴ ἐξελεύσεσθαι τῶν βασιλείων εἰ μὴ ἴδοι αὐτόν. ἠναγκάσθησαν οὖν οἱ ἄρχοντες, καὶ μετὰ πολλῆς ἀξιώσεως καὶ παρακλήσεως καὶ λόγων συμβουλευτικῶν, καὶ ὑποσχέσεων ὅτι διὰ ἐπιμελείας αὐτῶν γενήσεται, καὶ εἰς αὐτὸν ἡ ἀνήκουσα θεραπεία, παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ μόλις ἐδυσώπησαν αὐτόν. καὶ ἀπῆλθε οἴκαδε ἄνευ μέντοιγε τοῦ μανδύου. τοιαῦτα προοίμια παρέσχεν ἡμῖν, ἡ οἰκουμενικὴ συνοδικὴ ἀνακήρυξις τῆς μελετωμένης ἑνώσεως. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, καὶ μετὰ τῶν διαφερομένων ἀρχὴν ἑνώσεως ἐμβαλεῖν, ἡ δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς μᾶλλον ἀρχὴν σχισμάτων παρέσχε καὶ διαστάσεων.

corripuit, adeo ut poſt peractas Paſchatis ſolennes ferias, domo ſua prorumpens ſine toga Archiepiſcopali undulatâ, forum, & frequentiſſimas Ferrariæ platæas percurreret, ſequentibus tantum duobus Monachis, & togam undulatam à tergo portantibus: atque ubi perrexit ad aulam Imperatoriam, petiit à primis obviis, ut in conſpectum Imperatoris adduceretur: Nobiles vero Impèratorii, moleſte Archipræſulem conſpicati, nudatum propriis ornamentis, tam ineptâ ſtolâ amiciri, hortantur prius, ut induat undulatam: At ille ulterius, inquit, non me cingam geſtamine Archiepiſcopali, quando mihi præfertur Monembaſianus: Adducite me igitur quo dixi, ut ante oculos Imperatoris deponam togam: Cum autem nobiles lecto decumbere Imperatorem nuntiarent, & quod ipſi in ejus conſpectum non admitterentur, vehementer aſſeveravit, ſe nunquam egreſſurum ex aulâ, priuſquam oculis ſuis Imperatorem contueretur: quam pertinaciam præſulis cum aliter avertere non poſſent, blandis precibus, ac adhortationibus conſilio mixtis, infringere tentaverunt: polliciti ſe ſedulam daturos operam, ut ſibi ſuæque dignitati vindicandæ per Imperatorem abundanti remedio ſatisfiat: atque hominem ita verborum illecebris fatigarunt, ut domum reverteretur, ſed ſine aſſumptâ toga: Hæc proœmia futuræ fabulæ nobis præbuit nova promulgatio Synodi Oecumenicæ, ad unionem ſanciendam inter gentes religione diſcrepantes excogitatæ: Nam quando nobis debuit principium præſtitiſſe cum Adverſariis in gratiam redeundi, principium præſtitit inter nos dilabendi in ſchiſmata, concertationes, & odia plus quam internecina.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO V.

Ἐν ᾧ ὅπως ἔγραψεν ὁ Ἐφέσου τῷ πάπᾳ, καὶ ὅπως βαρέως ἔσχε πρὸς τοῦτο ὁ Βασιλεύς. καὶ περὶ καταστάσεως τῶν περὶ τοῦ πυργατορίου διαλέξεων. καὶ ὅπως ἑτοιμαζομένου τοῦ Ἀμηρᾶ ἐπελθεῖν κατὰ τῆς πόλεως, ὁ πάπας πολλάκις παρακληθεὶς οὐδ' ὅλως ἐποίησέ τι πρὸς βοήθειαν τῆς πόλεως. καὶ ὅσα ἐγένετο ἐν ταῖς περὶ τοῦ πυργατορίου διαλέξεσι. ἀπομνημονευμάτων ε.

τμήμ. ε. Κεφ. α.

Τούτων τοίνυν ὡς δεδήλωται γενομένων, ὁ μὲν πάπας εὐθὺς τὸ τῆς ἀνακηρύξεως γραμμάτιον μεταγραφῆναι, καὶ εἰς πάντα τὰ τῶν Λατίνων γένη σταλῆναι διωρίσατο, καὶ πεποίηκε πρέσβιν τε εἰς τὴν Φράντζαν τὸν ἐπίσκοπον Κρήτης τὸν Φαυστῖνον, πέπομφε τῶν οἰκειοτάτων καὶ συμβούλων αὐτοῦ ἕνα τυγχάνοντα. ἵνα τὸ δοκεῖν προσκαλέσηται, καὶ παρασκευάσῃ ἐλθεῖν πρεσβείαν ἐκεῖθεν ἁρμοδίαν καὶ ἀνάλογον, πρὸς τοιαύτην οἰκουμενικὴν σύνοδον. ὁ δὲ πατριάρχης εἰδὼς ὅπως ὁ Σάρδεων ἐνόσει πρὸς θάνατον, ἐζήτει ναὸν ἵνα θάψῃ αὐτὸν, ἢ καὶ ἄλλον τινὰ εἰ τεθνάναι συμβῇ. Μετὰ γοῦν πολλὰς τὰς περὶ τούτου ζητήσεις μόλις ἔδωκαν μικρόν τινα ναὸν τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ καλούμενον. καὶ θανόντι τῷ μητροπολίτῃ ᾄσαντες ἔσω αὐτοῦ τὰ νενομισμένα ἐντὸς τοῦ τοιούτου ναοῦ ἔθαψαν αὐτὸν ἐκτὸς παρὰ τὸν τοῖχον τοῦ ναοῦ. κδ' δὲ ἦν τοῦ Ἀπριλλίου, καὶ μνημόσυνον ἐν ἐτελέσαμεν αὐτῷ ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ. οὐ μὲν ἐλειτουργήσαμεν ἐν αὐτῷ. οἱ δὲ ἡμέτεροι πρὸς θεραπείαν τοῦ Κυζίκου σκεπτόμενοι, ἰδόντες πρὸς θάνατον εἶναι τὸν Σάρδεων, διεμηνύσαντο αὐτῷ, καὶ δέδωκε τὴν τοποτήρη-

Hæc capita comprehendit: Quomodo Præsul Ephesius scripserit ad Papam: Quomodo id graviter tulerit Imperator: Quâ Methodo disceptationes futuræ de Purgatorio disponerentur: Quomodo Amurathe ipsam Constantinopolin obsidere parante, Papa sæpe à nobis imploratus, nihil opis contulerit in præsidium Civitatis: Et quò tandem disputationes de Purgatorio evaserint.

Sect. V. Cap. I.

His ita constitutis ut dictum est, Papa statim promulgationis Bullam transcribi, & ad Universas sub Latino Imperio gentes transmitti curavit; misit itaque Legatum in Gallias Faustinum Episcopum Cretensem, unum ex intimis & maxime familiaribus ipsi Consiliariis: ut (si homini peregrino conjicere liceat) Legatum idoneum & negotiis Oecumenicis parem, illinc ad Synodum prolectet: Patriarcha interim, intellectâ Sardensis Episcopi ægritudine ad mortem, à Papa rogavit Templum assignari, sepeliendo Episcopo, aut cuicunque nostrorum in posterum illic mortem oppetere contingeret: Et post plurimas super eâ re argutationes ægrè tandem concesserunt exiguum quoddam sacrarium Divo Juliano nuncupatum: ubi cum intus in choro nostri solitas cecinissent Nænias Sardium Metropolitano, ipsum extra ad sacrarii murum mortuali busto condiderunt: vicesimus quartus tum Aprilis agebatur cum Terræ mandaretur: cujus Manibus, in isto sacello, unicâ tantum parentavimus Monodiâ, idque sine integris Liturgiarum exequiis: At nostri, ut Cyziceni subvenirent doloribus male conceptis, ob prælatum sibi Monembasium, cum viderent Sardensem ad metam mortalitatis ultimam properare, omnes una orarunt Sardensem ut Vicariam potestatem quam ab Hierosolymitano solus obtinuerat, per schedulam propriâ manu scriptam, in Monembasium

τήρησιν ἣν εἶχε πρὸς τοῦ Μονεμβασίας διὰ ἰδίου αὐτοῦ γράμματος. ἐμπεριείληπτο γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς γράμμασι τῶν πατριαρχῶν. οὗ γινομένου καὶ δεξαμένου αὐτοῦ τὸ γράμμα εἰρήνευσε καὶ ὁ Κυζίκου.

Ὁ δὲ πάπας διεμηνύετο ἵν' ἀποταχθῶσί τινες καὶ συνέρχωνται μετὰ τῶν παπικῶν καὶ ἐξετάζωσι περὶ μερικῶν τινῶν διαφορῶν κατὰ τὴν συμφωνίαν, ἣν ἐγγράφως πεποιήκασι. ὁ δὲ βασιλεύς τε καὶ ὁ πατριάρχης ὡς ἐν παρέργῳ τοῦτ' ἤκουσαν.

um consignare dignaretur: nam & id in diplomatis Patriarcharum continebatur, ut eorum Vicarii quæ ab ipsis acceperunt jura aut privilegia, in quemcunque vellent capacem transferre possent: Quod pro votis suorum cum scripsisset Sardensis, & acceptasset Monembasius, acquievit Cyzicenus, & veteris amicitiæ, ac necessitudinis leges cum Monembasio renovavit.

At Papa cum diem de die futiliter trahi cerneret, & protelari negotia, nos misit monitum, ut constituti aliquot è nostris cum Latinis congrederentur, ad particulares differentias eventilandas: ut promiseramus pactis antea conscriptis: At hæc tam Imperatori quam Patriarchæ ut obdormientibus in utramque aurem, canebantur.

τμήμ. ε. Κεφ. β.

Καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς αὖθις περὶ τούτου διεμηνύετο. οἱ δ' ἡμέτεροι λόγοις μὲν ἔλεγον τοῦτο ποιήσειν, ἔργοις δ' ἐπελανθάνοντο. Μεταξὺ δὲ τῶν ἡμερῶν τούτων εἶπεν ὁ πατριάρχης πρὸς ἡμᾶς πάντας, ὅτι εἰ καλέσουσι ποθ' ὑμᾶς πρὸς ἑστίασιν, μὴ ἀπέλθετε. κέκληκεν οὖν ὁ Ἰουλιανὸς τὸν μέγαν χαρτοφύλακα καὶ ἐμέ, καὶ παρεκρουσάμεθα ὡς οἷόν τε ἦν εὐπρεπῶς τὴν τοιαύτην πρόσκλησιν. κέκληκέ τε πρὸ ἡμῶν τὸν νικαίας, τὸν σοφὸν γεμιστόν, καὶ τὸν ἀμηρούτζην, καὶ ἐν τῷ ἀρίστῳ φιλόσοφα προβλήματα προέτεινε, πρὸς τοὺς ἡμετέρους, καὶ οὗτοι ἀρκούντως τὰς λύσεις τούτων ἐπεξειργάζοντο. ὕστερον δὲ καὶ τὸν Ἐφέσου μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ Νομοφύλακος, καὶ τὸν μιτυλήνης κέκληκεν εἰς εὐωχίαν. οὗτοι γοῦν οἱ δύο παρεκίνησαν καὶ τὸν Ἐφέσου, καὶ λαβόντες αὐτὸν εἰς τοῦ Ἰουλιανοῦ παρεγένοντο. κατὰ γοῦν τὸ ἔθος αὐτῶν ὡμίλουν λογικῶς μετὰ τοῦ Ἐφέσου διὰ μεταγλωττιστοῦ. εἶτα συμβουλευτικῶς παρεκίνησεν αὐτὸν ὁ Ἰουλιανός, ἵνα γράψῃ τι πρὸς τὸν πάπαν ἐγκωμιάζων τε αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ἐπιμελείας, καὶ τῆς ἀρχῆς ἣν κατεβάλετο πρὸς τὴν ἕνωσιν. εἶτ' ἀξιῶν καὶ διεγείρων, ὅπως καὶ εἰς τὸ ἑξῆς σπουδάσῃ τελεσθῆναι αὐτὸν πρὸς τὴν ἕνωσιν.

Ὁ δὲ Ἐφέσου εἰ καὶ πρόθυμος οὐκ ἦν πρὸς τὸ γράψαι. ἀλλ' οὖν τῇ παρακινήσει τοῦ Ἰουλιανοῦ, πρὸς δὲ καὶ τῇ παρακινήσει τοῦ Μιτυλήνης πεισθεὶς εἶπεν, ὅτι ἴσως περισσὸν μοὶ δοκεῖ τοῦτο. διὸ καὶ οὐδὲ εἰμὶ εὔκολος πρὸς

SECT. V. CAP. II.

Et post aliquot dieculas Papa idem nuntium nobis remisit, sed quia instabat Papa, præstandum nostri in se suscepere verbis, at opere contempserunt: Interea dum hæc illis diebus sic procurrunt, vetuit nos omnes Patriarcha, ne à Latinis invitati ad convivia, promitteremus: Adeo ut cum Julianus Cardinalis magnum Scriniarium & meipsum ad mensam perhumaniter vocasset, repulerimus invitationem, sed adhibitâ ut decuit speciosâ Apologiâ: Quin & ante nos, idem Julianus invitaverat Nicænum, eruditum Gemistum, & Ameruntzam, interque prandendum Philosophica problemata proposuerat in medium, quæ nostri sufficienter enodarunt: Postea etiam & Ephesi præsulem, cum fratre suo legum publicarum custode, & cum Episcopo Mitylenes ad lautissimas epulas accersivit: Et quanquam Ephesius sponte suâ reluctaretur, quod Patriarcha prohibuisset, tamen à fratre & Episcopo persuasus, admisit invitationem, & Cardinalis mensam adivit: ubi cum Ephesio humaniter confabulabantur ut assuevere, sed succinctè ac rotundè more Logicorum, & non nisi per interpretem: Dein ad magis seria consilia devoluti, ac præcipuè eorum convivator Julianus, inter alia hoc etiam suggessit Argumentum, ut Ephesius aliquam ad Pontificem scriberet Parænesin, multis eum extollens laudibus, quod tantâ diligentiâ ac sollicitudine nostram gentem huc convocaverit, quod tam insigne principium ac fundamentum projecerit futuræ unioni, ac ut eandem pari constantiâ prosequi unionem ad fælicem terminum extimularet.

Ephesius etsi à suâ indole nequaquam promptus extitit chartæ calamum admovere, nihilominus Juliani & Mitylenæi persuasionibus plurimum incitatus respondit: Quandoquidem mihi-

πρὸς αὐτό. εἰ δὲ δοκεῖ ὑμῖν λυσιτελὲς γράψω, καὶ στελῶ σοὶ τοῦτο, εἶπε τῷ Ἰουλιανῷ. καὶ εἴπερ ἀρέσει τῇ αἰδεσιμότητί σου, σταλήσεται καὶ πρὸς τὸν πάπαν. καὶ ἐπῄνει τὴν πρὸς τὴν συνάθροισιν τῆς συνόδου ἐπιμέλειαν αὐτοῦ, καὶ παρεκίνει, καὶ συνεβούλευεν, ἵνα καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπιμελήσεται προβῆναι καλῶς τὴν ἕνωσιν ἐπ' ἀγαθῷ καὶ θεαρέστῳ συμπεράσματι.

Ἔνδε τῷ τοιούτῳ ἐγκωμίῳ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν εὐσεβῶν τε, καὶ σοφῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τοῦτο περιείχετο, ὡς ῥᾴδιον ἐστὶ τῷ πάπα ποιῆσαι τὴν ἕνωσιν εἴγε βούλοιτο, καὶ εὐκόλως δυνήσεται διαπράξασθαι ταύτην, ἀπό τε μεγαλείου καὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ἐξουσίας, ἣν πρὸς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ κέκτηται. ἀπό τε τῆς εὐπειθίας, καὶ τῆς ὑποταγῆς ἥτις ὀφείλεται αὐτῷ παρὰ πάντων τῶν λατινικῶν γενῶν, ὡς διαδόχῳ τοῦ ἁγίου Πέτρου. εἰ γὰρ θελήσει ἐκβαλεῖν τὴν προσθήκην, ἐκ τοῦ ἁγίου συμβόλου, παῦσαι δὲ καὶ τὴν δι' ἀζύμων νεκρὰν θυσίαν εὐθὺς γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις, καὶ στερχθήσεται καὶ παρὰ πάντων. δύναται οὖν ὁ πάπας τοῦτο ποιῆσαι, καὶ εἰς μίαν ἐκκλησίαν πάντας συνάψαι τοὺς Χριστιανούς.

Οὕτως οὖν γράψας, καὶ τελειώσας αὐτό, ἔστειλε πρὸς τὸν Ἰουλιανόν. ὃ δὲ ὡς καιρίαν τοῦτο δεξάμενος πρὸς τὸν βασιλέα διεκόμισεν. ὁ δὲ βασιλεὺς δεινὸν ἡγησάμενος τοῦτο τῷ πατριάρχῃ διεμηνύσατο. πόθεν ἔχουσιν ἄδειαν οἱ ἡμέτεροι λέγειν καὶ πράττειν ἃ βούλονται; καὶ τίς ἔδωκεν αὐτοῖς ταύτην τὴν ἐξουσίαν; πῶς δὲ οὐ σκώπτεις καὶ συστέλλεις αὐτούς; ἡμεῖς ἔτι οὐδὲ τὸ τυχὸν ἠθελήσαμεν δεῖξαι πρὸς Λατίνους. οὔπω δέ τι εἰπόντων ἡμῶν, διὰ τί ἔγραψεν ὁ Ἐφέσου ἃ ἔγραψεν; Ἔσκωψε γὰρ ὁ βασιλεὺς καὶ τοὺς πλησιάσαντας αὐτῷ τότε ἀρχιερεῖς, καὶ ἀπείλησε μὴ λέγειν τι πρὸς Λατίνους. ἀλλὰ καὶ κατ' Ἐφέσου συνάξαι τὴν σύνοδον ἐβουλήθη, καὶ πρὸς κρίσιν καὶ καταδίκην αὐτὸν ἑλκύσαι. ἐκωλύθη γὰρ παρά τινων, καὶ μάλιστα παρὰ τοῦ Νικαίας εἰρηκότος τῷ βασιλεῖ. οὐ προσῆκον οὐδὲ ἁρμόδιον ἐστὶ λαληθῆναι εἰς τὴν σύνοδον τὸ τοιοῦτον. τί γὰρ προΐσταται ὅτι ἔγραψεν ὁ Ἐφέσου, τὴν ἰδίαν ἔγραψε γνώμην. διὸ καὶ φανερῶς ἐναν-

τιώσεται

mihimetipsi tale quid nunc commentari, videtur intempestivum, quocirca nec libenter vestrum amplector consilium: attamen si causæ promovedæ utile censebitis, scribam, scriptumq; ad te mittam Juliane: quod si tuæ sublimitati venerandæ arriserit, posteà præsentabitur Papæ: Atque ita se recipiens domum, variis encomiis Papæ vigilantiam depinxit in Synodo congregandâ, multisque rationibus eum instigavit, ut porro in eodem piissimo tramite perseveraret, dum unio, sub præsidio suo ad finem Deo hominibusque exoptatum perduceretur.

Inter alia hujus Encomiastici Argumenta, prudentiâ & Sanctitate præclara, quæ Marci Ephesii lucernam olebant, & hoc singulare habebatur: si vellet Papa unionem consummare, rem esse proclivem, nulliusque difficultatis negotium, & ob immensam amplitudinem Imperii ac potestatis, quâ in Ecclesiæ suæ jurisdictionibus fruitur, & ob cæcam obedientiam, quam ipsi debet totum genus Latinorum ut S. Petri successori: modo duo curaret præstari: primo, expungi illud permolestum vocabulum *Filioque* quod fraudulenter ad Symbolum Nicænum accreverat: secundo, Sacramentum Corporis absque fermento emortui aboleri: Tum pax grata nostrum genus momento afflabit, & ab omnibus confirmabitur: Et his præstitis, Papa non tantum duas gentes in unam Ecclesiam, sed quotquot sunt gentes nominis Christiani, totum gregem Christi in unum ovile recolliget.

His ita scriptis ubi manum ultimam imposuisset Ephesius, codicillos misit ad Julianum: Julianus commodam nactus occasionem Imperatori detulit: Imperator in pessimam partem interpretatus Ephesii facinus, Patriarchæ propalavit: Et unde hæc inquit perfricta frons nostratibus agere & effutire quicquid iis subitaneam repit in mentem? Unde & à quo hanc licentiam sibi arrogant? Cur non obtundis eorum insolentiam autoritate tua, & immodestiam reprimis? Nos ne unico quidem verbo ausi sumus huc usque quidquam ad Latinos proferre: Et si nos à dictis abstinuerimus, qua levitate scripsit Ephesius, quæ scripsit? Et tunc Imperator adstantes Episcopos, quasi ejusdem facinoris participes ut nominis ac dignitatis, ludibrio habuit ac derisui, vehementerque increpuit, ne in posterum sermocinari auderent cum Latinis: Quin & contrà Ephesium totam Synodum conciare voluisset, eumque in jus rapere, ut pænam meritissimam lueret delicti, nisi Bessario obstitisset, incongruum asserens Imperatori, ac indecorum esse, hæc coram Synodo evulgare: Quid enim obtulit Ephesius, nisi commentum cerebri sui? Quod cum non cadat sub tam publicum ac generale judicium,

Sy-

τιώσηται σοὶ ἡ σύνοδος, καὶ οὕτως ἀφῆκε τὸ περὶ τούτου.

τμήμ. ε. Κεφ. γ.

Ὁ δὲ πάπας αὖθις διεμήνυσε ἵνα συνέρχωνται κατὰ τὴν συμφωνίαν, καὶ σκέπτωνται περὶ μερικῶν διαφορῶν. ὡς δ' ἐπαγγελίας μόνον ἤκουε παρὰ τοῦ βασιλέως, πάντα γὰρ εἰς ἐκεῖνον ἀνήγοντο, ἔργον δ' οὐ προέβαινε, ἠμέλησε τι μικρὸν πῶς καὶ αὐτὸς τὸ περὶ τούτου. καὶ ὡς ἐτελειώθη τὸ σιτηρέσιον, καὶ ἀπῃτήθη ἕτερον, εἶπον ἐκεῖνοι. πῶς δώσει ὁ πάπας ὑμῖν σιτηρέσιον ἀργοῖς καθημένοις καὶ μηδένα λόγον ποιουμένοις, ὧνπερ συνεφωνήσατε; Τότε ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς τοὺς Καρδηναλίους πῶς βούλονται διαπράξασθαι ὃ λέγουσι. ἔστησαν οὖν ἵν' ἀποταχθῶσι ἐξ ἐκείνων δέκα, καὶ δέκα ἐκ τῶν ἡμετέρων, καὶ συνέρχωνται τρὶς τῆς ἑβδομάδος ἐν τῷ ναῷ τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου, καὶ σκέπτωνται περὶ τῶν διαφορῶν. εἶτα προσεκαλέσατο ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην, τοὺς ἀρχιερεῖς, τοὺς ἄρχοντας, τοὺς σταυροφόρους καὶ συνηλθομένων ὄντων καὶ τῶν συγκλητικῶν βουλευτῶν.

Καὶ ὥρισεν, πῶς ἀπῄτησεν ὁ πάπας πολλάκις. ἵνα συνέρχωνται τινὲς ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ σκέπτωνται μετὰ τῶν λατίνων περὶ τινῶν ζητημάτων. περὶ πλείστου δὲ τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ πάπας, οὐ τόσον διὰ χρείαν ὅσον δι' ἀκοὴν, ἵνα κηρύττηται καὶ ἐν τῇ Βασιλείᾳ καὶ πανταχοῦ, ὅτι ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος, καὶ συνίσταται καὶ συνεργεῖ. ὡς ἂν ἔχῃ ὁ πάπας ἐπίδοσιν ἐκ τούτου, καὶ ἡ ἐν Βασιλείᾳ σύνοδος ἐλάττωσιν. δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς τοῦτο ποιῆσαι καθὼς καὶ πρώην συνεφωνήσαμεν. ἐκλεχθήτωσαν οὖν δέκα ἐξ ἡμῶν. ἐπεὶ καὶ ἐξ ἐκείνων δέκα ἔσονται εἰς τὰς τοιαύτας συνελεύσεις. ἐξελέξαντο τοίνυν τὸν Ἐφέσου, τὸν Μονεμβασίας, τὸν Νικαίας, τὸν Λακεδαιμονίας, τὸν Ἀγχιάλου, τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην, τὸν Ἡγούμενον παντοκράτορος τὸν Ἡγούμενον τοῦ Καλέως, καὶ ἐκ τῶν ἁγιορειτῶν τὸν Ἱερομόναχον κῦρον μωυσῆν. ὥρισε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων

Synodus in te magis concitabitur quam in Ephesium: Atque ita delationem Ephesii ad Synodum Imperator tum evanescere permisit.

SECT. V. CAP. III.

Papa vero jam tertium misit, qui nostros expergefaceret, pro pactis convenire, & particulares differentiarum controversias cum Latinis tractare: Sed cum ab Imperatore, ad quem omnia deferebantur, nihil præter splendidas pollicitationes exaudiret, sine fructu, cœpit ipse Papa earum rerum ulteriori cogitatione pectus suum exonerare: At cum nobis menstrua cibaria deficiebant, & nova veniebant postulanda, quæstores Papici in has voces prorumpebant: Qua fiducia petitis cibaria? Aut creditis Papam victum subministrare posse hominibus tam turpiter & flagitiosè supinis? nec vos vestra curatis commoda, nec nobis promissa solvitis: Imperator cum suos videret ad has instites redigi, interrogabat Cardinales, quibus potissimum modis cuperet id constitui quod à nobis Papa postulabat? Cardinales responderunt, Papa vult, ut decem è vestratibus electi segregentur, & totidem è nostris, ac ut ter singulis septimanis conveniant in Templo Monasterii S. Andrææ, ibidemque ut disputent, in singula dogmatum momenta inter duas gentes controversa: Id rescíscens Imperator protinus ad se Patriarcham, Archiepiscopos, & Crucigeros accersivit, qui confestim convenimus, una cum Consilii Imperatorii Senatoribus.

Ubi Imperator explicatâ Papæ mente ac mandato, monstravit, quantâ cupidine exardescat Papa, ut nostrum aliquot cum Latinis congrederentur, de quæstionibus sigillatim expendendis: Et quod unum hoc Papa omnibus negotiis longe præferat: non quod rerum pondera id exigant, sed propter famam cui tantopere inhiat, ut rumor sparsus Basilæam, & fines terrarum pervadat, Synodum Oecumenicam Ferrariæ coactam hactenus summis negotiis effervescere, unde autoritas Papæ indies accrescat, & Concilii Basilæensis æstimatio subsidat: utcunque id nobis jam unice incumbit prius datas stipulationes facto confirmare, & denos eligere nustrorum, adversum totidem Latinos, qui in has palæstras quotidie descendant dimicaturi: Consenserunt igitur omnium suffragia in Marcum Ephesium, & quatuor Episcopos, Monembasiæ, Nicææ, Lacedæmoniæ, & Anchiali: in duos Crucigeros, Magnum Scriniarium, & meipsum Magnum Ecclesiarcham: quibus postremis adjecerunt duos præfectos Cænobiorum, Omnipotentis & Calæi, unumque

των κῦρον Μανουὴλ τὸν Ἰάγαριν, ὡς καὶ συνέρχωνται καὶ οὗτοι μεθ' ἡμῶν· πλὴν ἵνα ἐν ἰδίῳ κάθωνται τόπῳ, ὡς ἀκροάται, καὶ δεφένσωρες ἡμῶν τὸ δοκεῖν. ὑπετύπωσέ τε, ἵνα ὁ Ἐφέσου, καὶ ὁ Νικαίας λέγωσιν ὅπερ ἂν δέῃσοι πρὸς Λατίνους, καὶ οὐδεὶς ἄλλος. καὶ ὅταν ἀκούσωμεν τὶ παρ' ἐκείνων δεόμενον συμβουλῆς, ἐξερχόμενοι βουλευώμεθα ἰδίως, καὶ ὅπερ ἂν προτιμήσωμεν εἴπῃ τοῦτο εἷς ἐκ τῶν δηλωθέντων. πλὴν ἵνα μηδέν τι εἴπωμεν περὶ τῶν εἰς τὸ δόγμα συντεινόντων. καὶ μετὰ τὸ παύεσθαι τοὺς προσδιαλεγομένους, ἵνα προσερχώμεθα τῷ βασιλεῖ καὶ ἀναγγέλωμεν τὰ ἐν ἑκάστῃ διαλέξει λεχθέντα.

que ex Monachis Sanctimonticolis Dominum Mosem: ex nobilibus etiam Dominum Manuelem Jagarin Imperator nominavit, qui nos comitentur, sed in suo seorsim sedeant loco, non ut actores in scenâ, sed ut benigni spectatores è longinquo, ac fautores nostræ causæ: Quibus omnibus hæc Imperator imposuit mandata; ut præter Ephesium aut Nicænum, nemo pro Græcis ad Latinos loqueretur: Ut si quid disputando occurreret difficilius, nosmetipsos ad consultationem invicem reduceremus, & quicquid referendum, responsa expectantibus definiremus, id unus ex iis duobus cæterorum nomine Latinis exponeret: ut Capitalia, ac primæ magnitudinis dogmata defugeremus, ut quamprimum conventibus finitis, disputantes forum clausissent Philosophicum, ad Imperatorem recurreremus, eique singula in unoquoque conventu dicta ac agitata curaremus fideliter renuntiari.

τμήμ. ε. Κεφ. δ.

Ἐτάχθη οὖν ἡμέρα καθ' ἣν συνελθόντες ἐκαθίσαμεν ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τοῦ δηλωθέντος ναοῦ, ἰδίως, ἔχοντες καὶ γραμματικὸν τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, καὶ μεταγλωττιστὴν κῦρον Νικολάον τὸν Σεκουνδῖνον. ἦσαν δὲ καὶ ἐξ ἐκείνων Καρδινάλιοι δύο, ὁ Ἰουλιανὸς καὶ ὁ Φιρμάνος. πρὸς τούτοις ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας, ὁ διδάσκαλος τῆς κούρτης Ἰωάννης ὁ Ἱσπανὸς, καὶ ἕτεροι ἕξ. προσειρήκασιν οὖν ἡμῖν φιλικῶς, καὶ ἡμεῖς αὖ ἐκείνοις ὁμοίως. εἶτ' ἐκ τῶν σκιμπόδων ἐγερθέντες, καὶ τὰ σφῶν γόνατα τῷ ἐδάφει ἐρείσαντες ὡς ἔθος αὐτοῖς, προσηύξαντο ἱκανῶς κατ' ἀνατολὰς ὁρῶντες καὶ μυστικῶς ψιθυρίζοντες. καὶ ἡμεῖς αὖ τότε τῶν καθεδρῶν ἀποβάντες καὶ τοῖς πήχεσι τῶν χειρῶν ὑπανέχοντες ἑαυτοὺς, ἐν τοῖς σκίμποσι προσηυξάμεθα ψαλμοὺς ἁρμοδίους διεξιόντες μυστικῶς. εἶτ' ἐκάθισαν ἐκεῖνοί τε καὶ ἡμεῖς.

Καὶ ἤρξατο ὁ Ἰουλιανὸς προοιμιασάμενος, καὶ κατασκευάσας, ὅπως τὸ τῆς ἑνώσεως ἔργον ἐστὶ θεῖον καὶ ἐξαίσιον καὶ ἐπιθυμητὸν. καὶ χρὴ πάντας ἐπιμελῶς συνεργῆσαι πρὸς τοῦτο καθὼς δύναται ἕκαστος, ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν κατεφρονήσατε καὶ ὑμεῖς ἔφη, πρὸς ἡμᾶς, καὶ κόπων τῶν ἐκ τῶν μακρῶν διαστημάτων, καὶ κινδύνων θαλασσίων, καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας ὑμῶν. καὶ ἡμεῖς αὖ πᾶσαν ἐπιμέ-

Sect. V. Cap. IV.

Præfixus igitur dies erat, & nos privatim ac reconditè in dicti Templi Vestiario consedimus, nullis arbitris adhibitis, præterquam duobus extrà numerum constitutum, Notario, quem sedes Apostolica nobis imposuit, & Domino Nicolao Secundino interprete: A Latinorum parte duo Cardinales, Julianus ac Firmanus, Andræas Rhodi Episcopus, & aulæ Pontificiæ Doctor, seu Scriniarius Apostolicus Joannes Hispanus, cum aliis sex loca capessivere: qui nos ad primum introitum humanissime salutarunt, & nos paria rependimus: Mox ubi discubuere, è scamnis in pavimentum geniculati, aliquandiu obversis ad Orientem vultibus, introrsum, & cum mysticâ murmuratione orarunt: Tunc & nos, eorum exempla secuti, sedibus exilivimus, brachiisque innixi ad sedilia, Psalmos aliquot proposito congruos, cum pari sibilo, & secretâ intrinsecus mussitatione recitavimus: inde se in suas sedes reposuere, & nos in nostras.

Julianus tum præfari cœpit, qui luculentô sermone, cum satis unionem prædicasset, ut opus divinum, bonum immensum, optabile, & expetendum, hortatus est omnes ac singulos, quantum in ipsis situm esset, ad eam acquirendam conferre prout obligantur: Vos enim, inquit, (ad nos conversus) ea propter, postpositis Patriæ vestræ bonis, defatigationes ac fastidia laborum, longissima itinerum intervalla, ingentia terrâ marique discrimina subiistis: & nos ex adverso, nostris perfuncti officiis, nullam diligentiam omisimus, nullis sumptibus pepercimus, ut vos huc pertraheremus, ac divino

μέλειαν πρὸς τὸ συνελθεῖν ὑμᾶς πεποιήκαμεν, ἵνα τὸ τοιοῦτον θεῖον ἔργον διαπραχθείη. διὸ τοῦτο χρὴ ἑκατέρωθεν πᾶσαν σπουδὴν πρὸς τοῦτο συνεισενεχθῆναι.

Ἠκούσαμεν δὲ ὅτι ὑμεῖς ἔτι ὄντες ἐν Κωνσταντινουπόλει συνήρχεσθε μετὰ τῶν ἐκεῖσε σοφῶν καὶ λογιωτέρων, καὶ σκεπτόμενοι εὕρετε μεσότητά τινα δι᾽ ἧς νομίζετε συναφθῆναι μεθ᾽ ἡμῶν: ζητοῦμεν οὖν ἵνα εἴπητε καὶ ἡμῖν ἐκεῖνο τὸ μέσον ὅπερ ἐστήσατε διὰ τὴν ἕνωσιν. τοιαῦτα τινὰ εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς πεπλατυσμένως ἄγαν καὶ λογικῶς, καὶ μετ᾽ ἐπιστήμης καὶ δεινότητος ῥητορικῆς.

Ἀπεκρίθη ὁ Ἐφέσου πρὸς ταῦτα· ὡς ὅτι μὲν παραγινόμεθα ἐνταῦθα καταφρονήσαντες καὶ κόπων καὶ κινδύνων, πρὸς τὸ διαπραγματεύσασθαι τὸ θεῖον ἔργον τῆς ἑνώσεως, ἐὰν ὁ Θεὸς εὐδοκήσῃ, πρόδηλόν ἐστι. καὶ πρόθυμοι ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς τὴν δυνατὴν ἐπιμέλειαν καὶ σπουδὴν Θεοῦ χάριτι πρὸς τοῦτο συνεισενεγκεῖν ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν ἀφίγμεθα. πλὴν ἐν ταῖς παρούσαις συνελεύσεσι μερικῶν τινῶν ζητημάτων ἕνεκεν, ἐτάχθημεν συνέρχεσθαι, καὶ ἀκούειν καὶ λέγειν πρὸς ταῦτα. οὐ μὴν δὲ λέγειν περὶ τῆς δόξης δι᾽ ἣν ἀφ᾽ ὑμῶν διϊστάμεθα. περὶ γὰρ ταύτης μετὰ παραδρομὴν τῆς συμφωνηθείσης διωρίας ἐτάχθη ἐξετασθῆναι. Διὸ εἴπερ ἔχετε ἄλλο τι ζήτημα εἴπατε καὶ ἀπολογησόμεθα, μέσον δέ τι ἡμεῖς οὐχ εὕρομεν. ἀλλ᾽ ὅτε διαλέξεις περὶ τῆς δόξης ποιήσομεν, ἐνδέχεται ἐκ τῶν διαλέξεων ἴσως καὶ μεσότητά τινα εὑρεθῆναι δι᾽ ἧς ἡ ἕνωσις παρακολουθήσει. οὕτως μὲν ὁ Ἐφέσου ἀπελογήσατο.

vino hoc opere peracto, concordiæ ac unionis mutuæ, larga messis in nos omnes, & nomen Christianum redundaret: Quare utramque partem omni ope ac industriâ niti oportet, ut ea prosperrime succedat.

Penetravit ad nos huc usque perlatus rumor: Vos olim Constantinopoli cætus invicem celebrasse, virorum prudentissimorum, & omnis sublimioris instituti, historiarum, & antiquitatis peritissimorum, qui nonnulla media excogitarunt, quibus fraterna reconciliatio inter nos, & pax firma possit propagari: liceat igitur id unum à vobis impetrare, ut hæc media nos condocefacere dignemini: quibus actutum & absque mora, tantam felicitatem pedibus ingrediamur: Hæc Julianus fusè admodum, atque abundanter nobis explicuit, solertissimâ oratione, & quæ in multam eloquentiæ sublimitatem assurrexit.

Ephesius ad hæc respondit, palam jam, & ante oculos omnium esse, quot genera laborum, discriminum, fastidiorumque sustinuerimus, ut hoc divinum opus unionis, modo divina Majestas concederet, potuerimus, quibuslibet miseriarum nostrarum, malorumve cumulis emercari: sed & adhuc accincti sumus, animis nequaquam infractis, prompte & alacriter, omnem industriam ac vigilantiam exerere, ut procudamus eam unionem, cujus solâ gratiâ huc pervenimus: Sed in his privatis congressibus, & angustis subselliis singularia tantum tractare jubemur, & de his solis disserendi ansam reciprocare: Sed nullo pacto nobis intrare licet in profundius dogma, quod nos à vobis disterminat: illud enim post quatuor menses integræ Synodo discutiendum relinquitur: Quare si quid particulare vobis occurrit in mentem, disquisitione dignum, promitte, & respondebimus: Medium vero unionis farciendæ nullum hactenus pervestigavimus, si quod inter disputandum eluxerit, pro nostrâ facultate non deerimus vobiscum suffragari. Et hæc Ephesius respondit.

τμήμ. δ. κεφ. κθ.

Ἀλλ᾽ ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, τοῦτο τοῖς ἐντευξομένοις, εἰδέναι διαμαρτύρομαι, ὡς ἔγωγε ἐν μὲν ταῖς προκαταστάσεσι, καὶ ταῖς κατασκευαῖς τῶν πράξεων κἀν τοῖς ἄλλοις, ἀκριβῶς κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, καὶ αὐταῖς λέξεσι πολλαχοῦ ὑφηγοῦμαι τὰ τότε λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα, καὶ πρέργου παντὸς ποιοῦμαι μήτι προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις ἐκεῖσε,

SECT. V. CAP. V.

Nunc quoniam huc usque historiæ nostræ telam pertexuimus, lectores cujuscunque qualitatis, precibus obtestor, ut hoc unum ante omnia credant: Me tam in antecedaneis causarum involucris enucleandis, quam in adstruendis rerum momentis, quibus plerique homines negotiorum molem extundunt, & in quibuscumque aliis ratiociniis, judicio usum adeo accurato, pro meâ tenui facultate, ut sæpenumero ipsissima verba exhibeam, quibus negotia

σε, μήτε τι παραλιπεῖν. ἐν δέ γε τῇ διαλέξει οὐκ ἔνεστι λεπτομερῶς ταύτας ἐκτίθεσθαι, ἐπειδὴ εἰς πλάτος πολὺ παρετείνοντο αἱ ὁμιλίαι τῶν διαλεγομένων, ἀλλὰ κεφαλαιωδῶς τοῦ σκοποῦ αὐτῶν ἐφαπτόμενος εἰς τὰ πρακτικὰ παραπέμψω τοὺς βουλομένους εἰδέναι τὰ κατὰ μέρος ἐν αὐταῖς λαληθέντα. Ταῦτα οὖν οἱ βουλόμενοι καὶ ἐν τῷ παρόντι ζητείτωσαν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τοῦ πουργατορίου ὑπομνήμασιν εὑρήσουσιν ἀκριβῶς ὅσα παρ᾽ ἑκατέρων λέλεκται τῶν μερῶν. ὁ δὲ παρὼν λόγος προβαινέτω, καθ᾽ ὃν προὔθετο σκοπὸν ἐξ ἀρχῆς.

Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς αὖθις ἀπελογήσατο πρὸς τοὺς λόγους τοῦ Ἐφέσου, καὶ πρῶτον μὲν ἐπῄνεσεν αὐτὸν ὡς συνετῶς ἀποκριθέντα· εἶτα δεῖν ἔλεγε μᾶλλον, ἀπὸ τοῦ νῦν περὶ τῆς δόξης τὸν λόγον ποιεῖσθαι, καὶ μὴ προΐστασθαι ἡμῖν τὸ τῆς διωρίας κώλυμα, ἀλλὰ γυμνάζειν καὶ ἐπεξεργάζεσθαι τὰ τὴν διαφορὰν ἐμποιοῦντα ἡμῖν ζητήματα, καὶ ἔχειν τοὺς περὶ τούτων λόγους, καὶ τηρεῖν διευκρινημένους. καὶ μετὰ τὴν διωρίαν ὅταν συναχθῶσι καὶ οἱ ἐλευσόμενοι, ἵνα ἀκούσωσι τοὺς λόγους γεγυμνασμένους παρ᾽ ἡμῶν καὶ χωρήσωσιν εὐκόλως πρὸς τὴν ἀπόφασιν. καὶ μάλιστα συντείνει τοῦτο, ἔφη, καὶ πρὸς τοὺς λόγους τοῦ Ἐφέσου. Μεταξὺ γὰρ τῶν τοιούτων διαλέξεων εὑρεθήσεται καὶ ἡ μεσότης, καθὰς αὐτὸς εἴρηκε, καὶ λίαν καλῶς, καὶ τῷ σκοπῷ τούτου συνᾴδω καὶ αὐτός. διὸ οὐ χρὴ ἕνεκεν τῆς διωρίας κωλυθῆναι τὰς διαλέξεις. εἰς πλάτος οὖν ἐξέτεινε τοὺς περὶ τούτου λόγους, ἀφορμάς τινας ἐκ τῶν τοῦ Ἐφέσου λόγων ὑποσυλῶν, καὶ τῇ τῆς μεσότητος λέξει ἐπιφυόμενος.

Ὡς οὖν εἴδομεν τοὺς λόγους τοῦ Ἰουλιανοῦ μετὰ ῥητορικῆς δεινότητος εὐφυῶς ἄγαν καὶ περιέργως προαγομένους, ἐξελθόντες ἰδίως ἐβουλευσάμεθα. καὶ ἐζητήσαμεν ὁποίαν εἶναι δεῖ, πρὸς ἅπερ ἠκούσαμεν ἀπολογίαν. εἴπομεν δὲ καὶ τῷ Ἐφέσου, μετὰ συμβουλῆς καὶ ἀξιώσεως, ὅτι ἐπεὶ ἀπελογήσω αὐτὸς τὴν πρώτην ἀπολογίαν, ἀπολογηθήτω νῦν ταύτην τὴν δευτέραν ἡμῶν ἀπολογίαν ὁ Νικαίας, καὶ ἔσται τοῦτο φιλικόν τε καὶ τίμιον. καὶ οὕτως ἀνεθήκαμεν αὐτῷ ταύτην· τῇ γὰρ ἀληθείᾳ οὐκ ἔδοξεν ἡμῖν ἔχειν τινὰ γυναιότη-

τα,

gotia vel dicta vel facta memorabantur: fidem ac probitatem ducens rerum omnium primam & antiquissimam, ut nec sententiis prolatis, rebusve gestis, quidquam aut addidisse aut detraxisse videar: Verum inter colloquendum, quid in singulis conventibus, & à quo dictum effluxerit, per literas posteritati commendare, nimis esset operosum: quandoquidem sermocinantes in varios flexus & ambages abeunt, & inutili multiloquio hac illac pondera discursuum librant: Sufficiet viâ ad veritatem incedere compendiariâ, ut summa præcipuarum rerum, capita delibans, scire avidos in ipsa negotiorum penetralia perducam: ut vel hinc, per suam indolem particularia quævis conjectent: Et quoniam futura disceptatio de Purgatorio promittitur, si quibus mea succincta brevitas minus satisfecerit, perlegant Commentarios de Purgatorio, à nostratibus conscriptos, ubi singularia ab utraq; parte proposita, ad minimas circumstantiarum argutias, exactissimè recenseri animadvertent: Interea nostra progrediatur historia, stilo ac Methodo quibus primitus exorsi sumus.

At Julianus Ephesii responso nequaquam acquiescens, pauca denuo retorsit: Et quamvis in ipso perorandi vestibulo, Ephesium plurimum laudaret, quod respondisset, ut decuit virum gravem, & in rebus obeundis limatum, tamen ab hoc unico se male habere ajebat, quod nos distrahat Ephesius, ad remota temporum intervalla, & objectâ quatuor mensium intercapedine strangulet: Nec enim nostra suscepta munia præpedire debet protelata in trientem anni, mensium decursio: Sed nunc investigare oportet, ac in medium eruere, quæ gentes potissimum distineant controversiæ: Earum singulas accuratâ examinatione, discutere ac in mentibus recondere, ut expirante illâ induciarum morâ, cum Concilii Patres ad sedes convolaverint, intelligant quæ præstiterimus, applaudant nostris dissertationibus, & facile in nostras sententias descendant: quin & huc spectabat ipsa Ephesii Oratio, dum inter hæc colloquia medium aliquod exoriri posse pulcherrime asserebat, ad quod & ipse collimo tanquam ad ultimum scopum: quare maxima esset impietas nostras disceptationes, inerti mensium otio circumscribere: Hæc fusè admodum Julianus, nonnulla subinde ab Ephesii verbis decerpens argumenta, & Medii vocabulo, cum voluptate quadam ac dulcedine luxuriosè inhærescens.

At nos clarè perspicientes quo Juliani tenderet oratio, cum tanta sublimitate Rhetoricâ, ac vernanti gratiâ eleganter & propriè fluens, secessimus aliquantisper è reliquo cœtu, & serio inter nos cæpimus inquirere, quale responsum debeat Juliani verbis aptari? Atque Ephesium con-

sulendo

τα, ἢ κατὰ τὴν φράσιν, ἢ κατὰ τὰ νοήματα ἡ πρώτη ἀπολογία τοῦ Ἐφέσου, οὔδε ἀναλογίαν ἁρμοδίαν πρὸς τοὺς λόγους τοῦ Ἰουλιανοῦ, διὸ καὶ κατεσκευάσαμεν τὸν Νικαίας ἀπολογήσασθαι.

ſulendo pariter ac precando exoravimus, ut quãdoquidem ipſe primus certamen ingreſſus cum Juliano, ſuas partes ſtrenuè peregiſſet, nunc lampadem traderet Nicæno, ut is idem ſtadium decurrens, cum adverſario, ſecundas reſpondendi Juliano viceș ſuppleret: Id enim non modo ut amabile ſed ut honorificum videri: Ita tum utrique mandavimus, alter ut taceat, alter ut loquatur: Nam ut ingenuè fateamur & ſine fuco: In primâ reſponſione Epheſii nulla emicuit erecta dicendi generoſitas, nec in dictione, nec mentis conceptu, & immenſum ſubſidere videbatur infrà mellifluam Julianææ Orationis eloquentiam: Quare nunc voluimus ut ſuccederet Nicænus, & lacertos pro nobis experiretur.

τμήμ. ε. Κεφ. ς.

Εἰσελθέντων οὖν ἡμῶν καὶ καθεσθέντων, ἤρξατο ὁ Νικαίας, καὶ πρῶτον μὲν ἐπῄνεσε τὸν Ἰουλιανὸν, ὡς ἄριστα καὶ ῥητορικώτατα διελόντα, καὶ ἐπεξεργασάμενον τούς τε πρώτους αὐτοῦ λόγους, καὶ τοὺς δευτέρους. εἶτ' ἀνακεφαλαίωσιν ἐποιήσατο τῶν πρὸς τὴν ἀπολογίαν τοῦ Ἐφέσου λόγων τοῦ Ἰουλιανοῦ, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ γενναίαν ἐφήρμοζεν ἀπολογίαν, οὐ μόνον δὲ πρὸς τοὺς ἀπελογεῖτο λόγους τοῦ Ἰουλιανοῦ, ἀλλὰ ἐν τῷ μεταξὺ καὶ τοὺς προτέρους συνείρων λόγους, καὶ πρὸς ἐκείνους ἀπελογεῖτο, καὶ ἐπηνώρθου τὰ δόξαντα ἀνίσχυρα ἐκ τῶν τοῦ Ἐφέσου, καὶ ἠσφαλίσατο, καὶ ἀπέκλεισεν, εἴ τι πέρασμα ἐπορίζετο ἐκ τούτων ὁ Ἰουλιανός. ἐν οἷς μετὰ τῶν ἄλλων, τῶν πολλῶν καὶ ἀρίστων αὐτοῦ ἐπιχειρημάτων ἔφη καὶ τοῦτο, Μεσότητα δὲ ἄλλην ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν εἰ μὴ τὴν ἀλήθειαν. ἐπεὶ γὰρ ἔχομεν τὴν ἀλήθειαν μεθ' ἡμῶν, αὐτὴν ἕξομεν ἡμεῖς καὶ μεσότητα, καὶ ἑτέρας οὐ δεησόμεθα. ἐπεὶ οὐδὲ δυνησόμεθα πότε εὑρεῖν κρείττονα τῆς ἀληθείας μεσότητα. οὐ μόνον δὲ πρὸς τοὺς δευτέρους λόγους τοῦ Ἰουλιανοῦ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς προτέρους σχεδὸν πάντας ἐδεδώκει τὴν ἀπολογίαν γενναίαν τε καὶ λογικὴν καὶ πεπλατυσμένην.

Μετὰ τὰς ἀπολογίας δὲ τοῦ Νικαίας, εὐθὺς ἐξῆλθε καὶ ὁ Ἰουλιανὸς μετὰ τῶν περὶ αὐτόν. καὶ ἐβουλεύοντο ὥραν ἱκανὴν, εἶτα ἦλθον καὶ ἐκάθισαν, καὶ ἔδειξεν ὁ Ἰουλιανὸς ἑαυτὸν ἀποδεξάμενον καλῶς τοὺς λόγους τοῦ Νικαίας, καὶ ἐπῄνεσεν αὐτὸν ὡς νουνεχῶς τε καὶ λογικῶς ἀποκρινάμενον, καὶ πολλοὺς ἐπαίνους πρὸς αὐτὸν εἰρηκὼς ἐν τούτοις τοὺς λόγους κατέπαυσε, ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει, τὰ δόξαντα αὐτοῖς λέγειν ταμιευσάμενος. διὸ καὶ ἀπήλθομεν

Sect. V. Cap. VI.

Reverſis igitur nobis, ac ſingulis ſuo loco repoſitis, orſus eſt Nicænus perorare, qui in primo limine Julianum magnopere commendavit, quod admirabili facundiâ, & arte ſingulari, cuncta in primâ ac ſecundâ Oratione explicuiſſet: Deinde quæ Julianus protulerat adverſum Epheſii reſponſum, capitulatim recenſuit, & ad ſingula capita ſolutionem concinnavit: Nec in ſecunda duntaxat Oratione Juliani omnino immoratus eſt: ſed è primâ etiam nonnulla commodum ſubinde intexuit, & ancipiti gladio & Julianum & Epheſium perſtrinxit: ſi quid ille minus rectum ad noſtra inſtituta propoſuiſſet, ſi quid alter minus firmum ad noſtra vota, & expectationem Juliani effutiiſſet: Quin & ſi quod neceſſariæ conſequentiæ Corollarium, ex dictis ſuis Julianus collegiſſet, id Nicænus ut alienum à propoſito expunxit: Inter alia autem multa & præclara Nicæni ratiocinia, & illud de Medio habebatur: Medium, inquit, aliud nec foras attulimus, nec domi unquam uſurpavimus præter veritatem: Etſi veritas à noſtris partibus conſtabit, nobis æternum erit medium, nec de alio ſollicitabimur: ſi quidem terrarum orbis præſtantius hactenus nec protulit, nec in poſterum expediet: Ita non ſolum ſecundam orationem, ſed & primam Juliani Nicænus Oratione generoſâ, prolixâ, ornatâque refutavit.

Julianus vero poſt finitam Nicæni Apologiam ſtatim cum ſuis exiit ad conſultandum, & cum per aliquod ſpatium capita conjeciſſent, redeuntes loca capeſſivere: Et Julianus plurimum viſus eſt orationem Nicæni in bonam partem interpretari; eumque mirificè laudavit, quod prudenter, & apposite reſpondiſſet: Et permulta alia iſtiuſmodi encomia accumulans, clauſit colloquium: ac in aliam opportunitatem, quæ tum ipſe dicere cogitârat, in pectore condita reſervavit: Quare nos ſeorſim partiti, quiſque in ſuum ſe contulit diverſorium, & confeſtim à prandio ad Imperatoris aulam, cui

μεν εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἀριστήσαντες προσήλθομεν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀνηγγείλαμεν τὰ ἐν τῇ συνελθούσῃ λαληθέντα, καθ' μέρος ὡς προέβησαν, καὶ ὡς ἐνίσταντο ἀπαιτοῦντες περὶ τῆς δόξης διαλέγεσθαι, ὁ δὲ ἀπεδέξατο μὲν τὴν προχώρησιν τῶν λόγων, προσέταξε δὲ ἵνα περὶ μὲν ἄλλων ὧν ἂν εἴπωσι ἀπολογώμεθα καὶ ἡμεῖς, περὶ δὲ τῆς δόξης μηδὲ ὅλως. Τότε εἶδον τινὲς ἐξ ἡμῶν τὸν Ἐφέσου, καὶ τινὲς μὲν ὠνείδισαν αὐτὸν φιλικῶς. τινὲς δὲ ἠξίωσαν καὶ παρεκίνησαν ὅσα χρὴ λογικῶς καὶ γενναίως. εἶπον γὰρ αὐτῷ, ὡς εἴπερ ἐν τοῖς ζῶσιν ἐτύγχανον νῦν, εἴτε ὁ διδάσκαλος κύριος Ἰωσήφ, εἴτε ὁ πάππας μακάριος ὁ μακρὸς, εὐεργεσίαν τοῦ Θεοῦ ἐλογίσαντο ἂν εἶναι εἰς αὐτοὺς, τὸ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτῶν τὴν παροῦσαν γενέσθαι σύνοδον. ὡς ἂν ἐνδείξωνται τὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ζῆλον ὃν εἶχον εἰς τὰ εὐσεβῆ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν δόγματα, καὶ τὴν ἐπιστήμην, καὶ τὴν δύναμιν, ἣν ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς λόγους παιδείας συνειλόχασιν. ἐοικέναι γὰρ ἂν τις εἴποι τὰ παρόντα ἐκείνοις τοῖς ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις εἰρημένοις, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ὑμεῖς ἀκούετε καὶ οὐκ ἤκουσαν. τοῦ οὖν τοιούτου πράγματος ἐκ Θεοῦ καταπεμφθέντος πρὸς σε, οὐκ ἔδει πεφεισμένως καὶ ἰδιωτικῶς, ἢ καὶ ἀπερισκέπτως ὡς ἔτυχεν ἀπολογήσασθαι, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς καὶ γενναίως, ὡς λόγιος, καὶ δύνασαι τοῦτο καλῶς Θεοῦ χάριτι. διὸ σπούδασον, ἵνα δείξῃς καὶ τὴν γενναιότητα ἣν ἔχεις περὶ τὰ εὐσεβῆ ἡμῶν δόγματα, καὶ τὴν λογιότητα ἣν ἐκτήσω βοηθείᾳ Θεοῦ, ἀπὸ τῆς σπουδῆς σοῦ καὶ τῆς ἐπιμελείας σοῦ. ἔσται γὰρ τοῦτο καὶ εἰς τιμὴν σὴν καὶ ἐπίδοσιν, καὶ εἰς δόξαν τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν. εὑρήσεις δὲ καὶ μισθὸν, παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐχαριστίαν παρ' ἡμῶν πάντων.

Ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἔφη, ὡς πάλαι παρῃτήσατο τὰς τοιαύτας τῶν λόγων φιλοτιμίας, καὶ ἁπλῶς ᾑρετίσατο ὁμιλεῖν καλογηρικῶς. ἀλλ' ἤκουσεν ὡς οὐκ ἀπαιτεῖ ἡ παροῦσα ὕλη τοιαύτην τῶν λόγων ἰδέαν, ἀλλὰ γενναίαν καὶ ἀγωνιστικὴν κατά τε τὸν νοῦν καὶ τὴν φράσιν. διὸ χρὴ καὶ αὐτὸν ὡς δυνατὸν πρὸς ταῦτα σπουδάσαι, ἐπεὶ

καὶ

cui singula in hac primâ conventione dicta sigillatim enarravimus: ut illud unum nunc expetant Latini ante omnia, de primariâ inter nos arce controversiarum nobiscum digladiari: Imperator de reliquâ Orationum serie nobis congratulatus est: at illud unum nobis imposuit, velut legem inviolabilem, ut quanquam arbitrium nobis adesset liberrimum quibuslibet aliis objectis responsitandi, tamen illum ocellum discriminum inter nos ne digito pertingi patiamur: Tunc nonnulli nostrum, conjectis in Ephesium oculis partim objurgarunt, sed leniter & amicè, partim etiam obsecrarunt, ut in posterum eminentiæ suæ amplitudinem implere majori nisu contenderet, animoque magis erecto ac generoso cum hostibus congrederetur: Nam si (dixerunt) in vivis nunc superesset Oecumenicus Doctor Dominus Joseph, vel insignis ille Pater Spiritualis Macarius Macro, pro quantâ felicitate ducerent numinis benignitatem, quod ipsorum temporibus hanc Synodum celebrari permisisset: ut in hoc quasi theatro, commonstrarent, quanto cum zelo, & vehementi animorum concitatione efferri possent, ad sanctissima Ecclesiæ nostræ dogmata defensanda? Et quam ipsi rerum omnium scientifici, in his Philosophandi artibus, & studiis eloquentiæ palmam omnibus mortalibus longè præriperent? ut huc non ineptè referri possit illud in Evangeliis: Multi Prophetæ ac reges videre desiderarunt, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ vos auditis, & non audiverunt: cum igitur tantæ molis negotium, tuis partibus ornandum accedat, à Deo immissum, non oportuit te parcè, languidè ac negligenter hoc stadium decurrere, sed elate ac confidenter, ut virum omnium scientiarum peritissimum, generosum ac Nobilem: Quare magnopere rogandus es ut posthac digneris tui ipsius magis meminisse: Ut doctissimam exeras facultatem quâ plurimum polles, in arcanis nostrorum dogmatum enucleandis: eamque singularem facundiam quam tuis laboribus, ab ineunte adolescentiâ comparaveris: quod semel effectum, cedet in tui ipsius immensam existimationem, in Ecclesiæ nostræ incrementum & gloriam: & exinde meritissimam à Deo mercedem reportabis, & à nobis omnibus æternam laudum ac gratiarum remunerationem.

Ephesius satis conscius neque hæc fingi, nec ut malevola objici, se modestè excusavit: aliud institutum ab initio proposuisse, ut fervidas Rhetorum palæstras evitans, sobriè ac verecundè velut Monachum deceret, nudæ veritatis amantem, cum adversariis concurreret: At amici derepente interpellarunt: Negotium præ manibus aliam loquendi Ideam postulare, vividam,

καὶ ὁ καθόλου ἀγὼν πρὸς αὐτὸν ἀφορᾷ. εἰ μὴ γὰρ νῦν χρήσεται τῇ ἐνούσῃ αὐτῷ σοφίᾳ καὶ λογιότητι, ποῦ ἂν ἄλλοθι χρήσαιτο ταύτῃ; καὶ ταῦτα μὲν ἦσαν πρὸς τὸν Ἐφέσου.

vidam, elevatam, præferocem, æmulorum concertationibus parem, in mentis ſubtilitate ac linguæ facundiâ: Et quod ipſum oporteat hanc Argumentandi formam induere, in quem totum pondus luctæ eſſet recubiturum: Et quando ſperaret occaſionem huic ſimilem, monſtrandi ſuas dotes ſi hanc ſpreverit? Hæc ad Epheſium.

τμήμ. ε. Κεφ. ζ.

Συνήλθομεν δὲ ἐν δευτέρᾳ συνελεύσει, καὶ πάλιν ἤρξατο ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ διὰ πολλῶν λόγων κατεσκεύασεν, ὅτι χρὴ λέγειν περὶ τῆς δόξης, καὶ ἀπήτησε καὶ ἡμᾶς, λέγειν τι περὶ αὐτῆς. ἀπελογήσατο οὖν ὁ Ἐφέσου, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τοῦ Καρδινάλιου λόγους λογικῶς, καὶ γενναιότερον ἢ πρότερον. εἶτα εἶπε καὶ εἰς τὰ περὶ τῆς δόξης, ὅτι καθὼς ἔφημεν καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ συνελεύσει, οὕτω καὶ νῦν λέγομεν, ὅτι ἐπεὶ ἐτάχθη καὶ συνεφωνήθη ἐγγράφως, καὶ παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ ἁγίου, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἡμῶν, ἵνα μέχρι τῆς τετραμήνου διορίας, μηδ᾽ ὅλως διαλεχθῶμεν περὶ τῆς δόξης, καθὼς οἶδεν ἀκριβῶς τοῦτο καὶ ἡ αἰδεσιμότης σου, μετὰ γὰρ τῆς βουλῆς τῶν αἰδεσιμωτάτων Καρδιναλίων ταῦτα συνεφωνήθησαν, οὐκ εὐπρεπὲς, οὔτε δίκαιον ἂν εἴη παραβλέψαι, τὰ παρὰ τῶν πολλῷ κρειττόνων ἡμῶν συμπεφωνημένα. καὶ περὶ τοῦ καθολικοῦ ζητήματος τῆς δόξης λέγει διαλέγεσθαι ἡμᾶς, μερικοὺς ὄντας, καὶ μερικῶν τινων ζητημάτων χάριν συνέρχεσθαι, καὶ ἀκούειν, καὶ λέγειν ἀποταχθέντας. οὐ γὰρ ἐνδέδοται ἡμῖν ἐν ταῖς παρούσαις συνελεύσεσι λέγειν περὶ τῆς δόξης, ἐπεὶ ἐν ταύτῃ ἐστὶν ἡ καθόλου ἡμῶν διαφορὰ καὶ ἐν τῇ περὶ αὐτῆς διαλέξει χρὴ καὶ τὸν καθόλου περᾶναι. τούτους τε οὖν καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους εἰπὼν ὁ Ἐφέσου, ἀπηνήνατο περὶ τῆς δόξης διαλεχθῆναι. ὁ δὲ Ἰουλιανὸς οὐκ ἐπείθετο τούτοις.

Ἀλλὰ πολλοῖς λόγοις ἀπῄτει πάλιν καὶ ἠνάγκαζε διαλέγεσθαι περὶ τῆς δόξης, εἶπε δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο. ὅτι οὐ κωλύει ἡ συμφωνία τὴν ἐκ παντὸς τρόπου διάλεξιν περὶ τῆς δόξης. πολλῶν γὰρ ὄντων τρόπων τῶν πρὸς τὸ συμπέρασμα τῶν διαλέξεων φερόντων. ἐκώλυσε μὲν τὸν καθο-

Sect. V. Cap. VII.

Confidentibus nobis in ſecundo congreſſu, Julianus denuo præfari cepit, multiſque verborum involucris aſtruere, quod ulterius uon oporteat diſceptationem deferri, de primigeniâ illâ opinione quæ nos invicem diſcriminat, & ultrò propoſcit, illac ſermones noſtros dirigeremus: Cui Epheſius reſpondit, ſimul & cæteris quæ propoſuerat Cardinalis, ſermone quidem elegantiori quam anteà, & modo dicendi magis florenti ac generoſo, ſed iiſdem hæſit immotus veſtigiis in hac ſecundâ exercitatione, quibus in priori: Nempe, quandoquidem,à Beatiſſimo Papa, Imperatore ſacroſancto, & pientiſſimo Patriarchâ conſtitutum eſſet, obſignatis etiam tabulis, ut durante quatuor menſium morâ, noſtra principalis quæſtio non conttoverteretur, ut tua ſatis novit Cardinalitia Eminentia, nec enim ſine tuo, omniumque Cardinalium aſſenſu conventum illud prodiit in lucem, impium eſſet in nobis injuſtum ac indecorum, anſam præripere majoribus noſtris, & virorum nobis multo præſtantiorum decreta ſemel ſancita ac tradita refigere, aut eo væcordię prorumpere, ut ſingulares cum ſimus, & ſingularibus tantum ratiociniis adhibiti, audire, dicere, ſermocinari, quæſtionem omnium graviſſimam, & maximè univerſalem ad noſtrã trutinam expendere audeamus: Quod nobis neutiquam permittitur: Privata à privatis ſtatuminari poſſunt, ſed generalia, quæ controverſiarum omnium capita comprehendunt, generali judicio ſunt ſeponenda: Hæc & alia permulta hujus commatis cum dixiſſet Epheſius, deſcendere in diſcurſum, de illa opinione differentiarum omnium matre penitus recuſavit.

Nec tamen Juliano perſuaſit, aut ſuam deſerere, aut in aliam migrare ſententiam, qui pertinaciſſimè idem ſaxum volvere perſeveravit: Et quandoquidem occæpiſſet id præ ſe ferre, jam ut juſtum ac debitum ſibi concedi popoſcit, & tantum non neceſſitatem injecit de iſtò dogmate differendi: Nec enim (inquit) conventum inter Papam, Imperatorem & Patriarcham, omnem aditum debet obſtruere: Cum enim modi multifarii à præmiſſis articulis ad concluſionem ducant, conventum illud fortaſſe occluſit

καθολικώτερον τρόπον, τὸν κατ᾽ εὐθεῖαν ὡς εἰπεῖν ἄγοντα πρὸς τὸ συμπέρασμα, τοὺς δὲ λοιποὺς εἴασεν ἀκωλύτους, οἷον ὡς ἐν παραδείγματι, πολλῶν οὐσῶν ὁδῶν τῶν πρὸς τὸ αὐτὸ καταγώγιον φερουσῶν, ἀπεῖρξε μὲν τὴν ἐξ εὐθείας πρὸς αὐτὸ ἄγουσαν, τὰς δὲ λοιπὰς τὰς διὰ περιστροφῶν καὶ μηνίσκων πρὸς αὐτὸ φερούσας οὐκ ἐκώλυσε. διὸ ἔχομεν διαλέγεσθαι καὶ γυμνάζειν τὰ περὶ τῆς δόξης, τηρουμένης καὶ τῆς δηλωθείσης συμφωνίας, ἀπαρασαλεύτου. ἔφη πρὸς ταῦτα ὁ Ἐφέσου. ὡς ἐπεὶ οἱ τρόποι, καὶ αἱ ὁδοὶ πᾶσαι ὡς φησὶν ἡ αἰδεσιμότης σου πρὸς τὸ αὐτὸ συμπέρασμα φέρουσι, τὸ δὲ συμπέρασμα ἔσται ἐξ ἀνάγκης περὶ τὴν διαφορὰν ἣν ἔχομεν εἰς τὴν δόξαν. ἡ δὲ συμφωνία λέγει, ἵνα μηδ᾽ ὅλως διαλεχθῶμεν περὶ τῆς δόξης, λοιπὸν καὶ αἱ ὁδοὶ πᾶσαι ἃς εἴρηκας κωλύονται διὰ τῆς συμφωνίας, καὶ οὐκ ἔξεστι ἡμῖν διαλέγεσθαι, κατὰ τὸν τρόπον ὃν ἤδη ἔφης αὐτός. ἐγένετο οὖν ἔνστασις μεγάλη καὶ παρ᾽ ἐκείνων μὲν πρὸς τὸ λέγειν περὶ τῆς δόξης, παρ᾽ ἡμῶν δὲ πρὸς τὸ μὴ περὶ ταύτης εἰπεῖν, καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθη ὁ σύλλογος. καὶ μετὰ τὸ ἄριστον προσήλθομεν πάλιν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀνηνέγκαμεν τὰ ἐν τῇ συνελεύσει ταύτῃ λαληθέντα, καὶ τοὺς λόγους δι᾽ οὓς ἀναγκάζουσι διαλέγεσθαι περὶ τῆς δόξης. ἐθαύμασεν οὖν εἰς τοῦτο ὁ βασιλεὺς πῶς μεταχειρίζονται ἄλλο παρὸ συνεφώνησαν. ὥρισε δὲ, ὅτι ὑμεῖς μηδ᾽ ὅλως χωρήσητε πρὸς τοιαύτην διάλεξιν. ἐλεύσονται δὲ κἀκεῖνοι πρός με καὶ ἐρῶ μηκέτι περὶ τούτου ἀναγκάζειν ὑμᾶς, ἀλλὰ καταλιπεῖν τὰ περὶ τῆς δόξης καὶ πρὸς ἄλλα τινὰ χωρῆσαι ζητήματα.

viam magis communem, & ad concluſionem rectà tendentem, at cæteras liberas & apertas reliquit: ut exempli gratiâ: Ad idem in foro diverſorium variæ patent ſemitæ: oppilatâ primariâ, tritâ, ac ſimplici permittimur hoſpitium adire, per alias circumductas gyris, ac lunulis: Ita nobis pronum erit ac obvium per ambages ſaltem & anfractus, ad quæſtionem primariam, & ipſam arcem diſputandi pervenire, non obſtantibus conventis, aut quæcumque cum Imperatore, Papa pepigerit: Epheſius reſpondit: Poſſe vera eſſe omnia, quæ tua Sublimitas veneranda protulit, de viis ad concluſionem: Sed eſto, concluſio ſit, illa differentia quæ inter nos jam ſeritur: An illa primitiva & noſtras gentes dirimens quæſtio, debeat ad noſtra privata ſcrutinia vocari: Si pactum inter Papam & Imperatorem omnino prohibeat de iſta Concluſione ante Generale Cōcilium quidquam pronuntiari, tum omnes ad unum viæ, tam planæ quam actæ circuitibus, obſtruuntur: Nec ad hanc diſſertationem, vel illâ quam nuper ſomniabas ingredi licebit: Finitâ Epheſii Oratione, cum magna utrinque inſtantia oriretur, iis ad ipſa primariæ cauſæ penetralia progredi oportere aſſeverantibus, & nobis non minori cum æſtu tuentibus contraria, conventus diſſolvitur: Et nos ad Imperatorem rectà poſt prandium feſtinantes, ſingulas in hac etiam conventione ſermocinationes explicuimus: Et quam præfracti perſtarent in causâ primariâ depoſcendâ: Obſtupuit Imperator homines tam protervè pactis obniti voluiſſe: Et nobis eorum exemplo eandem pervicaciam commendavit: Nolite, inquit, à veſtro propoſito dimoveri: ut de ſummâ rerum inconſulto periclitemini, aut principale noſtrarum controverſiarum caput, eorum libidinibus proſtituatis: Si quando poſthac ad me venerint, faxo, ut iſtam conſuetudinem obtrudendi vobis neceſſitatem dediſcant, ac in breviores cancellos recedentes, ut minoris momenti quæſtiunculis argumentandis ſobrie ſe occupent.

τμήμ. ε. Κεφ. η.

Συνήλθομεν ἐν τρίτῃ συνελεύσει, καὶ ἀρξάμενος ὁ Ἰουλιανὸς εἶπε, ὡς ὅτε διαφέρονται τινὲς περί τινων πραγμάτων, καὶ διΐστανται ἀπ᾽ ἀλλήλων, καὶ οὐ χωροῦσι πρὸς τοὺς λόγους τῶν διαφορῶν, ἑκάτερον μέρος τῶν διαφερομένων, νομίζει καθ᾽ ἑαυτὸ ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ μεταξὺ αὐτῶν διαφορά. ὅταν δὲ συνέλθωσι καὶ ἐξετάσωσι τοὺς λόγους δι᾽ οὓς διαφέρονται, εὑρίσκεται πολλάκις μικρὰ καὶ ὀλίγη ἡ δια-

Sect. V. Cap. VIII.

Jam tertiam in arenam deſcendimus, & Julianus ſic inſtituit fari: Cum homines aliquibus in negotiis aut opinionibus dividuntur & inter ſe diſcordant: nec tamen ſerunt ſermones de differentiis, aut tractant ut reconcilientur: utraque pars diſcrepantium, credit immenſam voraginem diſcriminum ſe ab adverſariâ parte divellere: Cum autem ad ratiocinia coeunt, cauſaſque ſerio expendunt differentiarum, ſæpe levicula, & nullius momenti apparet illa, quam ingentem in multiplici imagina-
tione

διαφορὰ ἣν ὡς μεγάλην ἐνόμιζον. τοῦτο οὖν μοὶ δοκεῖ συμβῆναι καὶ ἐφ' ἡμῖν, μεγάλης γὰρ γεγονυίας διαστάσεως ἀπό τε τῶν τοπικῶν διαστημάτων, ἀπό τε τῆς χρονίας παρατάξεως καὶ ἔκπαλαι. μὴ συνελθόντων ἐξ ἑκατέρου μέρους ἡμῶν πρὸς λόγους, δοκεῖ εἶναι καὶ ἡ διαφορὰ μείζων. Νῦν δὲ ἐπεὶ ἤλθετε ἐνταῦθα, συναιρομένου Θεοῦ, εἰ χωρήσομεν εἰς λόγους καὶ γυμνασίας τῶν σκανδαλιζόντων καὶ προξενούντων ἡμῖν τὴν διάστασιν νομίζω εὑρεθήσεσθαι ὀλίγην διαφορὰν τὴν διϊστῶσαν ἡμᾶς, καὶ θεραπευθήσεσθαι ταύτην ῥαδίως, ἣν ὁ Θεὸς χορηγήσῃ. ὅθεν προσῆκον, καὶ ἀναγκαῖον ἐστὶ, λέγειν καὶ ἐξετάζειν ἡμᾶς τὰ περὶ τῶν διαφορῶν. τέσσαρα οὖν τινὰ εἶναι νομίζω τὰ ποιοῦντα ἐν ἡμῖν τὴν διαφοράν. πρῶτον μὲν, τὰ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ πνεύματος ἁγίου. δεύτερον, τὸ περὶ τῆς ἀζύμου καὶ ἐνζύμου θυσίας. τρίτον, τὸ περὶ τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς, καὶ τέταρτον, τὸ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα. εἰσὶ μὲν καὶ ἄλλαι τινὲς διαφοραὶ, ἀλλ' ὅμως αὗται εἰσὶν αἱ κυριώτεραι, καὶ μείζους. περὶ τίνος οὖν τούτων διαλέγεσθαι βούλεσθε. ταῦτα εἰπὼν ἐν πλάτει ὁ Ἰουλιανὸς καὶ φιλοτιμίᾳ λόγων ῥητορικῇ, ἐζήτησεν ἀπόκρισιν ἀφ' ἡμῶν.

Ἣν καὶ ἀπέδωκεν ὁ Ἐφέσου. καὶ πρῶτον μὲν ἐπῄνεσεν αὐτὸν ὡς ἀρίστως εἰπόντα, καὶ κατασκευάσαντα καλῶς ὅσαπερ ἐβούλετο. περὶ δὲ τῶν τεσσάρων κεφαλαίων εἶπεν. ὅτι νῦν ἠκούσαμεν ταῦτα, καὶ δεῖ σκέψασθαι καὶ ἡμᾶς περὶ τούτων. πλὴν περὶ τοῦ πρώτου κεφαλαίου καὶ νῦν λέγομεν, ὅτι τοῦτο ἐστὶ, περὶ οὗ καὶ ἐν ταῖς προτέραις δυσὶ συνελεύσεσι ἐζήτει ἡ αἰδεσιμότης σου, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἐδεξάμεθα διαλέγεσθαι, καὶ νῦν δὲ παντελῶς ἀπαγορεύομεν τὴν περὶ αὐτοῦ διάλεξιν. ταμιεύοντες ταύτην μετὰ τὴν διωρίαν. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν τριῶν κεφαλαίων μέλλομεν σκέψασθαι καὶ κοινώσεσθαι τοῦτο καὶ τοῖς λοιποῖς ἡμετέροις, καὶ ποιήσομεν τὸ φανησόμενον καλὸν τῇ κοινῇ πάντων βουλῇ, καὶ οὕτως ἀπήλθομεν οἴκαδε. εἶτα παρεγενόμεθα εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἀνηνέγκαμεν τὰ δηλωθέντα. πάντα γὰρ τῆς γνώμης ἐκείνου, καὶ τῆς βουλῆς ἐξήρτητο. καὶ ἄνευ τοῦ θελήματος, καὶ τοῦ ὁρισμοῦ τοῦ βασιλέως, οὐδὲν τι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπράττετο. διὸ καὶ ἐν τῷ παρόντι αὐ-

tione finxerant: Id ipſum meo quidem judicio inter nos contingit: Magna animorum diſjunctio nos invicem ſeparavit, tam à remoto locorum intervallo, quam à diutinâ digladiatione in religionis negotio: Et cum pauciſſimi ultro, citrove, ad hæc diſſidia exploranda permearent, factum eſt ut diſcriminum moles opinione & famâ augeretur: At nunc ubi vos ipſi huc convolaveritis, ſi ſemel ventum erit ad ſermocinia inter nos, ut quanta ſint hæc in quæ impingimus ſcandala pertentemus, ſpero impertiente gratiam Deo minora fore quam viſa ſunt diſcrimina nos interfluentia, & vulnera facili medicamento ſanabilia: quare id unicè noſtris partibus incumbit, ut alloquio multiplici, & omni verborum concertatione, in hæc diſcrimina inquiramus: Cum autem quatuor ſint differentiarum inter nos omnium ſemina, primum, illud de Proceſſione Spiritus Sancti: Secundum, de Sacrificio fermentato vel ſine fermento: Tertium, de igne Purgatorio: Quartum, de Primatu Papæ: Sunt & alia quædam fateor ut ſurculi ex illis enati: Sed hæc ſunt longe maxima ac præcipua, à quonam horum quatuor diſſertationes noſtras inchoari lubentius annueretis? Et cum in his ſe dilataſſet Julianus, inſigni verborum lenocinio, & dulcedine Rhetoricâ, reſponſum à noſtris efflagitavit.

Quod Epheſius confeſtim expedivit, laudans imprimis Julianum, & quod jam ornatiſſimè ſenſa mentis expoſuiſſet, & quod perpetuo poſſet, quicquid in animum induceret, mira facilitate aſtruere: De quatuor etiam capitibus eum rite conjeciſſe dixit, primaria eſſe in quibus cardo controverſiarum omnium volveretur, & quod nos pariter oporteat de iiſdem ſpeculari: At de primo Proceſſionis Articulo, idem aſſerimus quod in duobus antecedentibus colloquiis: Hoc eſſe illud interdictum, quod tua veneranda Eminentia tam flagranter poſtulavit, & nos uti tunc renuimus, ita nunc penitus abnegamus: id duntaxat reſervantes ad generale Concilium, futurum poſt elapſam quatuor menſium intercapedinem: De reliquis tribus nec anxii erimus, nec obſtinati, ſed communicato cum noſtratibus conſilio, quicquid unamini voce omnes decreverint, effectum dare ſedulo conabimur: atque ita domum diſceſſimus illinc ad aulam, ubi prædicta Imperatori capitulatim recenſuimus: à cujus nutu ſolo omnia pendebant, non in civilibus modo, ſed & in Eccleſiaſticis: abſque arbitrio, juſſu ac diſpenſatione Imperatoris, nihil plane à noſtris eſt attentatum, qui unus erat nobis ad hæc & quævis alia, in ſeipſo conſiliarius ſimul & Imperator: Patriarchâ omnes ſollicitudines negotiorum ad

αὐτὸς μόνος ἦν ὁ βουλεύτης, τοῦ πατριάρχου ὀλίγον περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων φροντίζοντος. ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς, ὅτι περὶ μὲν τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος πολλάκις εἴπομεν, ἵνα μηδέν τι περὶ τούτου λαληθῇ, μέχρις ἂν ἡ καθόλου συναθροισθῇ σύνοδος. καὶ δεῖ οὕτως ἵστασθαι τὸ περὶ τούτου. ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἀζύμου καὶ τοῦ ἐνζύμου, ἐπεὶ καὶ ἐν τούτῳ διαφορὰ μεγίστη δοκεῖ μηδὲ περὶ ταύτης ἐνδώσετε γίνεσθαι διαλέξεις. περὶ δὲ τοῦ πουργατορίου, καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα, λεγέτωσαν ὁποῖον ἂν προκρίνωσιν ἐκ τῶν δύο, καὶ ὑμεῖς ἀκούοντες ἀπολογεῖσθε τὰ μὲν ἐγχωροῦντα κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν, τὰ δὲ μετὰ σκέψεως.

Ecclesiam pertingentium à se in longum ablegante: Mandavit igitur Imperator ab omni mentione Processionis abstinere: quod & sæpe anteà monuerat, dum congregata Synodus quid de eadem determinandum prospiceret: Quin & secundam differentiam ut nobilem & transcendentem, An in pane fermentato sacrificandum necne, cavete inquit ne consentiatis ad privatam altetcationem traducere.

At de Purgatorio aut potestate Papæ eligant liberè, & absque ullo præjudicio, in utram duorum prius velint ratiocinationibus expatiari: Et vos ab iis objecta sustinete, & responsa regerite, vel extemplo quantum est in vobis situm, vel meditata ad maturius consilium reducta.

τμήμ. ε. κεφ. θ.

Συνήλθομεν τοίνυν ἐν τῇ τετάρτῃ συνελεύσει, καὶ εἶπεν ὁ Ἐφέσου. ἐν τῇ πρὸ ταύτης συνελεύσει προετείνατε ἡμῖν πατέρες αἰδέσιμοι κεφάλαια τέσσαρα, ἵν' ἐκλεξώμεθα εἰς ὁποῖον ἐθελήσομεν ἐξ αὐτῶν διαλέγεσθαι. κατὰ τὴν αἴτησιν οὖν ὑμῶν σκεψάμενοι ἥκομεν, καὶ δὴ λέγομεν, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον κεφάλαιον κείσθω καὶ ταμιευέσθω ἐν ταῖς σὺν Θεῷ γενησομέναις τελείαις συνοδικαῖς συζητήσεσι, καθὼς καὶ πρότερον πολλάκις εἴπομεν περὶ τούτου. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀζύμου καὶ ἐνζύμου. ἐπεὶ δὴ μείζων ἐστὶ, καὶ ἡ ἐν τούτῳ διαφορὰ καὶ δεῖ καὶ τὸ περὶ τούτου εἰς τὴν καθολικὴν τηρεῖν σύνοδον. ἐῶμεν δὲ τὸ περὶ τῶν λοιπῶν δύο κεφαλαίων εἰς τὴν ἡμετέραν διάκρισιν ὡς ἂν διαλεγώμεθα εἰς ὁποῖον ἂν ἐκλέξησθε ὑμεῖς. λοιπὸν εἴπατε ποῖον αἱρεῖσθε.

Τούτων ἀκούσαντες ἐξῆλθον καὶ ἐβουλεύσαντο μικρόν. εἶτα συνῆλθον, καὶ εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς ὅτι κατὰ τὴν ἡμῶν θέλησιν, δύο ἡμῖν καφαλαίων ἐναπολειφθέντων πρὸς ζήτησιν, ἐχρῆν πρότερον εἰπεῖν ἡμᾶς περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀρχῆς. πλὴν ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι κρεῖττον, εἰπεῖν πρότερον περὶ τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς, ὡς ἄν τι κατορθῶμεν καὶ ἡμεῖς διὰ τῶν περὶ τούτου λόγων. καὶ δὴ λοιπὸν γινέσθωσαν περὶ τούτου αἱ διαλέξεις. εἶπεν οὖν ὁ Ἐφέσου γινέσθωσαν καθὼς διακρίνετε. πλὴν εἴπατε πρῶτον ἡμῖν πόθεν ἔχετε τὰς περὶ τούτου παρα-

δόσεις

SECT. V. CAP. IX.

Ad quartum itaque scrutinium brevi posthac congressi sumus, & in hunc modum prolocutus est Ephesius: Quatuor capita nobis, venerandi patres, in conventu præcedente proposuistis, ut ex iis unum seligeremus in primarium futuræ disceptationis Argumentum: Itaque in vestrorum obsequium mandatorum à communi deliberatione huc venimus, sensuum nostrorum concepta vobis explicaturi: Et quemadmodum jam sæpe inculcavimus, ita nunc in eadem opinione perseveramus: Oportere illam de Processione differentiam, ad generale Consilium intactam reservari: Quin & pari cum religione cupimus, secundum articulum segregari, nempe an debeat panis Sacramentalis fermentescere nec ne: Quandoquidem in hoc secundo fortasse grandior nodus delitescit, nec minori merito quam prior de processu Articulus, generalis Synodi disquisitionem evocat: Verum duo postrema capita de Purgatorio, ac Primatu, integra vestris judiciis permittimus, ut quodcumque vos prætuleritis, in id nos una vobiscum ratiocinemur: utrum igitur duorum vultis verbo dicite.

His auditis exeuntes ad consilium captandum post aliquantillum spatii reverterunt, & Julianus hæc protulit: E duobus capitibus electionis nostræ arbitrio relictis, quanquam illud ultimum longe præponendum videretur, tanquam magis intima nobis, & in gremio recumbens quæstio, de Pontificis Maximi autoritate vindicandâ, tamen alterum illud in scrutinium vocare satius duximus, & de igne animarum fatis functarum purgatore, prius controvertere, ut nostrorum etiam vivorum mentibus aliquid purioris purgamenti accedat, dum obscurissimam

rioris

δόσεις ἡ ὑμετέρα ἐκκλησία, καὶ κατὰ τινας χρόνους παρέλαβε καὶ δοξάζει τοῦτο, καὶ ὁποίαν τινα δόξαν ἔχει περὶ αὐτοῦ. καὶ οὕτω πως περαιτέρω προβησόμεθα. ἐστέρχθη οὖν οὕτω τὸ περὶ τούτου, καὶ ἀπηλλάγημεν.

Μεταξὺ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἀπῃτεῖτο τὸ σιτηρέσιον, καὶ οὐκ ἐδίδοτο. πολλῆς γὰρ ἀπαιτήσεως γεγονυίας διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀνάγκην, οὐκ ἐδόθη τι, μέχρις ἂν συνήλθωμεν εἰς τὴν παροῦσαν τῶν λόγων κατάστασιν. ὅτε δὴ εἰς ταῦτα προέστημεν ἐδόθη, καὶ τὸ δεύτερον μηνιαῖον σιτηρέσιον τῇ ιβ τοῦ Μαίου φλωρία χπθ.

illius flammæ naturam, digladiantibus inter se ratiociniis elucidare contendemus: Oriantur itaque primum, ac fiant dissertationes de Purgatorio: immo fiant, reboat elatâ voce Ephesius, ut judicastis: Verum in principio rogamus primũ, unde vestra Ecclesia de Purgatorio hausit traditiones? deinde à quibus seculis inolevit opinio? Ac tandem quænam sit illa opinio? atque ita felicius progrediemur: His ita constitutis, ivimus in divorsum.

Dum hæc inter nos transiguntur, stipendia à nostris petita, denegantur à Papicis, etiamsi multum impellente necessitate peterentur. Nihil tamen solutum est, dum nos viderent ad eorum placita cervices inflectere: Postquam autem animadvertissent nos eo sermonum perductos, persolvunt nobis annonam secundi mensis, Maij duodecimo, sexies centum octoginta novem florenos.

τμήμ. ε. Κεφ. ι.

Ἐν τούτοις δὲ ὄντων ἡμῶν, ἀγγελίαι ἐφοίτων δειναὶ καὶ συχναί, ὅπως ὁ Ἀμηρᾶς ἑτοιμάζεται κατὰ τῆς πόλεως ἀφικέσθαι. ἔγραφον γὰρ εἰς τοὺς Βενετίκους καὶ ἀπὸ τοῦ Αἴνου, καὶ ἀπὸ τῆς Μιτυλήνης, καὶ ἀπὸ τῆς Χίου, καὶ ἀπὸ τῆς Κρήτης, καὶ ἀπὸ τοῦ Εὐρίπου, καὶ πανταχόθεν ὅτι ἑτοιμάζει ὁ Ἀμηρᾶς κάτεργα ρν, καὶ φωσάτα χιλιάδας ρν, καὶ ἀπέρχεται κατὰ τῆς πόλεως. οἱ δὲ Βενετίκοι ἔστελλον τὰ πιττάκια ταῦτα πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην. ὕστερον δὲ ἔφθασαν καὶ ἐκ τῆς πόλεως γραφαὶ τὰ αὐτὰ διαλαμβάνουσαι, καὶ ἀπαιτοῦσαι τὸν βασιλέα καὶ τὸν πατριάρχην ἐπιμεληθῆναι γενέσθαι ταχέως τὴν δυνατὴν βοήθειαν. ἀκούοντες δὲ ταῦτα οἱ ἡμέτεροι ἔπασχον, ἀπελέγοντο τὴν ζωήν, ἐθεοκλήτουν, ἐπονοῦντο, οἰμωγαῖς καὶ δάκρυσι καθικέτευον ἀλεωρήν τινα ζητοῦντες τοῦ τοιούτου δεινοῦ. τί μὲν οὐ λέγοντες πρός τε τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην; τίνας δὲ οὐ διεγείροντες πρὸς ἐπιμέλειαν τῆς εἰς τὴν πόλιν βοηθείας. εἶπεν οὖν ὁ βασιλεὺς τοῖς Καρδηναλίοις πολλὰ περὶ τούτου, καὶ διεμηνύσατο μετ' αὐτῶν τῷ πάπᾳ. ὅτι ἐπειδὴ ἔχομεν συμφωνίαν ἐν τῷ δεκρέτῳ, ὅτι ἐν ὅσῳ ἐσμὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν, εἰ γένηται χρεία ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, ἵνα στείλῃ κάτεργα πρὸς βοήθειαν αὐτῇ. Νῦν δὲ ἐστὶ χρεία μεγάλη καὶ ἀνάγκη, λοιπὸν ἐξοικοδομησάτω ὁ πάπας κάτεργα τέσσαρα ἢ τὸ ἔλαττον τρία, ἵνα ἀπέλθωσιν

Sect. V. Cap. X.

Interea dum nos in his versamur frequentissimi rumores, ac tremendi undique sparsi increbuere, quod Amurathes Constantinopolin obsidione cingere parabat: De his nuntiis literas accepere Veneti, ab Æno Thraciæ, à Mitylene, Chio, Creta, Euripo, ab omni Mundi cardine in remotissimo circuitu: Amurathem cum triremibus centum quinquaginta instructis, cum exercitu centum quinquaginta millium conscripto, contra civitatem brevi castra positurum: Veneti ipsissimas tabulas Ferraram transmissas Impetatori & Patriarchæ communicabant: Quin & ab ipsâ mox civitate, ejusdem indicationis scripta perferebantur, quæ cum eadem singula testata darent, suppliciter orabant Imperatorem & Patriarcham, ut aliâ omni negotiorum mole postpositâ, in hanc unicam curam excubarent, quanta possint subsidia, & quam maturè transmittendi, civitatem aliter obsidionis tantæ incommodis minimè suffecturam: Ea fama nostrorum animos vehementissimè perstrinxit, mærore tabescentes ipsam vitam fastidibant: Vota Deo cum ululatu ac lacrymis effundebant, deflebant, obsecrabant, obtestabantur, lamentis Cælum & Terram implebant: Ut aliquod suffugium his periculis, aliquod præsidium Deus suppeditaret: Quid non in Imperatoris ac Patriarchæ aures inclamabant? Cujus misericordiam ad succurrendum civitati non expergefaciebant? Nec Imperator suis partibus pro virili defuit: Sed indies sollicitavit Cardinales, & per eos Papam, ut quandoquidem id expressè in decreto comprehenderetur, dummodo nos peregrinamur in Italiâ, si in Constantinopolin quid discriminis ingrueret, Latinos sub patrocinio Papæ, ope sub-

σιν εἰς βοήθειαν τῆς πόλεως. τὰ αὐτὰ δὲ εἶπε καὶ ὁ πατριάρχης πρὸς τοὺς Καρδιναλίους καὶ τοὺς ἐπισκόπους. ὡς δὲ δὶς καὶ τρὶς ταῦτα εἰπόντες πρὸς τοὺς Καρδιναλίους ἤνυον οὐδὲν, ἔστειλαν εἰς τὸν πάπαν τὸν Φιλανθρωπινὸν τὸν διούπατον, καὶ τὸν μέγαν χαρτοφύλακα, καὶ ἐζήτησαν κάτεργα τοὐλάχιστον δύο: ἀπῆλθον οὖν εἰς τὸν πάπαν, καὶ εἶπον τὰ περὶ τούτων. καὶ ἐκ τότε οἱ δηλωθέντες οὐ διέλιπον παραγινόμενοι πρὸς τὸν πάπαν, μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν μετὰ μεγάλης δεήσεως ζητοῦντες τὴν εἰρημένην βοήθειαν. καὶ παρέδραμεν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις καιρὸς ἔγγιστα μηνιαῖος. ἡμεῖς δὲ δυσχεραίνομεν ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ πλημμελείᾳ καὶ παρεκαλοῦμεν πρὸς τοῦτο, οὓς ἂν ἐξ ἐκείνων ἔχομεν φίλους. ὅτε καί τινες τῶν ἡμετέρων καθικετεύοντες τὸν φρὰ Ἀμβρόσιον ἤκουσαν παρ' ἐκείνου, μὴ λυπεῖσθε, ἀλλὰ σπουδάσατε πρῶτον ἵνα γένηται ἡ ἕνωσις, καὶ τότε μέλλομεν ποιῆσαι κάτεργα πολλά, καὶ μεγάλην βοήθειαν εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν. εἰπόντος δέ τινος αὐτῷ καί τι ὠφελήσει ἡμῖν τότε ἡ μεγάλη βοήθεια, ἐὰν ἁλῷ νῦν ἡ πόλις καὶ αἰχμαλωτισθῶσιν αἱ γυναῖκες καὶ τὰ παιδία ἡμῶν, παρὰ τῶν ἀσεβῶν, καὶ τὰ ἱερὰ καὶ οἱ βίοι πάντων καὶ ἡμῶν τῶν ἐνθάδε, καὶ τῶν ἐκεῖσε ὄντων, προνομὴ καὶ λεία ἐκείνοις γένωνται. ἀνθυπήνεγκεν ὁ Ἀμβρόσιος, ἀλλὰ ἐξολοθρεύσομεν καὶ ἀφανίσομεν τότε τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ληϊσάμενοι τὰ ἐκείνων εὑρήσομεν καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς βίους ὑμῶν, καὶ δώσομεν ἑκάστῳ τὰ ἴδια, καὶ μετὰ περιτιμήσεως. τοιαύτην ἀμβροσίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρέθετο τῇ πόλει, καὶ οὕτω παρεμυθήσατο τοὺς λυπουμένους φίλους αὐτοῦ. ἐν ὅσῳ δὲ τοῦ πάπα ἐδέοντο ὑπὲρ βοηθείας τῆς πόλεως εἶπον τινὲς τῶν ἡμετέρων, ὅτι εἰ γενήσεται εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς ἔρανος, πρόθυμοι εἰσίν, ἵνα δώσωσιν ἅπαντες, ἕκαστος κατὰ οἰκείαν δύναμιν.

venturos, instare tempus summæ angustiæ, ac formidinis: Submittat nunc quatuor triremes, aut minimum tres civitati miserè vacillanti: Eadem & Patriarcha Cardinalibus ac Episcopis multifariam ingeminavit: Et cum neuter seorsim, nec ambo simul, bis, terque ac centies clamando proficerent, ad Papam legant Philanthropinum Biscõsulem & Mag. Scriniarium, ut binis tantum triremibus â Papa potirentur: Sed frustra & incassum: De die in diem instabant legati, Papæ limina adibant, orabant, ingemiscebant: Opem, opem ferret, duas tantum triremes instrueret: & totus mensis in his planctibus, sine miseratione aut responso evanuit: Adeo ut plerique nostrûm, cum nil præter inanem luctum, & temporis dispendium lucrarentur, desperatâ Pontificis ope, ad amicum quisque suum, quem sibi inter Latinos familiaritate conciliarat, se convertit: Sed quâ propensione animorum, unius fratris Ambrosii joculare dictum luculenter monstravit: Nam cum nostratium aliqui impendentem Patriæ ruinam deflevisset, Nolite doloribus ita vos conficere, respondit Ambrosius: Date solummodo operam ut unio succedat, & tum ad liberandam Constantinopolin cum ingentibus suppetiis properabimus, opplebimus ipsum mare triremibus, terram exercitibus: At quid nobis profuerit, regerente uno, iste prodigiosus apparatus, si capta primum Constantinopolis cedet in prædam immani Turcæ? Si conjuges nostræ, liberique stabunt in Catastâ, aut pro mancipiis sub hastâ publicâ vendentur? si hostes impii Templa spoliabunt? si nostrorum omnium bona diripient, tam qui hic erramus, quam qui adhuc Constantinopolin incolunt? At nos, inquit, Ambrosius Mahumetanam gentem sacrilegam internecione funditus delebimus, & eorum bona abigemus in prædam: Tum inter spolia diligenter scrutati, vestras uxores, liberosque, & particulas singulis ereptas expiscabimur, & curabimus unicuique restitui quod suum est, cum honoris pariter & lucri incremento: Hac cælesti Ambrosiâ spem nostram lactavit mellifluus Ambrosius, & hoc solamine veterum amicorum animos fatiscentes ad meliora erexit: Intereà dum nostri ad Papæ genua procubuere implorantes auxilia, nonnulli Imperatorem monebant, si contributio stipis collatitiæ nostris Archiepiscopis proponeretur, fore, ut singuli pro suo modulo Symbolam conferrent.

τμήμ. ε. Κεφ. ια.

Ὡς οὖν ἤκουσε τοῦτο ὁ βασιλεὺς, εὐθὺς ἦλθεν εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ συνῆξεν ἡμᾶς πάντας, καὶ ἐδημηγόρησε περὶ συνεισφορᾶς προϋποθέμενος ὅτι καὶ αὐτὸς δανείζεται ἵνα ἑτοιμάσῃ, καὶ στείλῃ τὸ ἴδιον κάτεργον. ἐπεὶ θαῤῥεῖ ὅτι πέμψει καὶ ὁ πάπας κάτεργα. διὸ χρὴ ἵνα καὶ οἱ εὐποροῦντες δώσωσι νῦν ὑπὲρ βοηθείας τῆς πατρίδος. εἶπον οὖν οἱ πρῶτοι τῶν ἀρχιερέων ὅτι εἰ εὑρισκόμεθα νῦν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, παρείχομεν ἂν σχεδὸν καὶ τὸ ὑπὲρ δύναμιν. ἐπεὶ δὲ ἐν ἀλλοδαπῇ ἐσμεν, καὶ οὐδὲ ἔχομεν γνῶναι ἀκριβῶς ὁποῖον ἐστὶ τὸ ἀποβησόμενον εἰς ἡμᾶς, διὰ τοῦτο καὶ εἰ ἔχουσί τι τινὲς ἐξ ἡμῶν, χρεία ἐστὶν ἵνα κατέχωμεν αὐτὸ, διὰ τὸ τῆς ἐκβάσεως ἄδηλον, καὶ διὰ καιρὸν ἀνάγκης τῆς ἐν ἀλλοδαπῇ. διὰ δὲ τὴν κατεπείγουσαν νῦν ἀνάγκην, δώσομέν τι καὶ ἡμεῖς μερικόν. οἱ τέσσαρες οὖν ἐξ αὐτῶν εἶπον ἵνα δώσωσιν ἀνὰ πεντήκοντα ἀσπρούς.

Ὁ δὲ Νικαίας εἶπε, ὅτι ὁ Ἰακὼβ ἐδούλευσε τῷ Λαβὰν χρόνους ἑπτὰ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Λαβὰν τὴν θυγατέρα, καὶ τὰ πρόβατα αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ ἐδούλευσα τῷ καλογήρῳ μου χρόνους τρεῖς ἑπτὰ, καὶ ἔδωκέ μοι φλωρία μ. ἔδωκα οὖν τὰ κη εἰς ναῦλον καὶ διατροφὴν ἐν τῷ κατέργῳ, ὅτε κατὰ τὸν ὁρισμὸν τῆς ἁγίας βασιλείας σου ἐπανηρχόμην εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, ἐκ τῆς Πελοποννήσου. ἐξωδίασα δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ ἐναπολειφθέντα, καὶ οὐκ ἔχω δουκάτα. ἔχω δὲ κοῦπας τρεῖς, καὶ δίδωμι ἐξ αὐτῶν τὰς δύο. εἶπε καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον, ὅτι ἐγὼ δουκάτα οὐκ ἔχω, ἔχω δὲ μανδύας δύο, καὶ δίδωμι τὸν ἕνα. ὡς οὖν μέχρι τούτων ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς, ἀφῆκε τὸ περὶ τούτου· εἰδὼς ὡς ἐπὶ κεναῖς ἐλπίσι τὸ τοιοῦτον διεπράξατο. ἤλπιζε γὰρ ὅτι ἑνὸς κατέργου ἔξοδος συναχθήσεται σχεδὸν ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων. ὅμως οἱ δηλωθέντες ἄρχοντες οὐ διέλιπον εἰς τὸν πάπαν παραγγελλόμενοι, καὶ ζητοῦντες τὴν βοήθειαν.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν ἀνάγκην ταύτην παρεγένετο εἰς τὸν πάπαν,

καὶ

SECT. V. CAP. XI.

Id pronum arripiens Imperator rectà Patriarcham adiit, & nos omnes illuc coegit: publicamque concionem circumſtantibus explicuit, de contribuendis, in auxilium patriæ, nummis, ad ſui ipſius exemplum, qui promiſit, ſe ſtatim fœnore ſumpturum æris alieni quantum impendat, in propriam triremem inſtaurandam armis ac militibus, & cum primâ oblatæ opportunitatis aurâ civitati remittendam: Nec dubitabat, quin & Papa aliquas præſtare vellet accommodatas; quare ſedulo hortabatur opulentiores, largiter conferendo ærumnarum patriæ ac periculorum meminiſſent: Cui reſponderunt Archiepiſcoporum primarii: Si conditio noſtra nobis integra conſtaret, & Conſtantinopole ſalvâ frueremur, ipſas facultates noſtras, ac divitias quantaſcunque liberaliſſimâ largitione tranſcenderemus: Verum cum in peregrinâ gente deprehendimur advenæ, nec quid nobis futurum contingat, ex fatorum decretis ſatis liquido hariolamur, noſtri ſi quid loculi continent, id omne ad incertam fortunæ aleam, & lubricas temporum viciſſitudines æquum eſt reſervari, à nobis qui in ſolo alieno, & ignotis laribus vitam precariam, & moleſtam degimus: Sed ne videamur hujus diræ neceſſitatis, ac turbinis vehementiſſimi penitus obliviſci, quantum poterimus ſigillatim conferemus: Et noſtrorum quatuor in primâ acie Archiepiſcoporum unuſquiſque donabit quinquaginta Aſpros.

Nicænus cum loquendi vices ad eum perveniſſet, ſimilitudine parabolicâ promptitudinem ſuam ſimul, & indigentiam nudavit: Jacobum Labani ſeptennio ſubſerviiſſe Opilionem ſacræ literæ teſtantur, & Labanem Jacobo in mercedem filiam elocaſſe, & in dotem cum filiâ multos ovicularum greges: Ego vero tria ſeptennia meo Monacho mancipatus ſerviendo conſumpſi, qui mihi in ſalarium annorum viginti & unius, totos quadraginta florenos penſitavit: Quorum viginti & octo, ipſe in naulum & in victum quotidianum perſolvi nauclero, cum à tuâ pientiſſimâ Majeſtate vocatus ad Synodum, huc è Peloponneſo Conſtantinopolin adveherer: Quod remanſit Conſtantinopoli in neceſſarios uſus profudi: ut mihi nulla jam ſuperſint Ducata, ne nummi quidem aurei vel argentei: ſed habeo tria doliola utenſilibus capiendis comparata, quorum duo in hanc collationem venundanda profero: Eodem modo, & qui Nicenum ſequebatur, locutus eſt: ſibi omnino deficere rem nummariam, habere tamen ſe in ſupellectile veſtiariâ duas togas Epiſcopales, quarum unam lubentiſſimè contribuet: Hæc ab his cum audiſſet

Im-

καὶ οἰκείοις λόγοις ἠξίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ βοηθείας τῆς πόλεως. προσθεὶς, ὡς ἐγὼ συνισταμένης τῆς πόλεως ἐν τῇ τάξει αὐτῆς, οὕτως ἀποδέχομαι καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἕνωσιν. εἰ δ' ἕτερόν τι συμβῇ εἰς αὐτὴν, περιττὸν ἡγήσομαι γενέσθαι, ἢ μή.

Imperator ſupervacaneum duxit, aliorum benignitatem præſtolari, totumque negotium omiſit, ut in vanâ ſpe fundatum: Nec enim integra omnium Archiepiſcoporum præſulumque collationem ad unam triremem viaticis in mare extruendam aſſurgere poſſe: Bini nihilominus principes Legati functionibus non deſtiterunt, neque unum diem omiſere, Papæ aures obtundere, & auxilium implorare.

Quin & Imperator propter acerbiſſimi diſcriminis neceſſitatem, Papam nec ipſe compellare diſtulit, & precibus fervidiſſimis excitare, ut civitati, in periculoſiſſimos turbines conjectæ, pro ſingulari pietate ſubveniret. In coronidis locum hanc brevem ſententiolam adjiciens: modo civitas ſuis legibus ſtabilita effloreſceret, ſe pro beneficio Eccleſiarum unionem accepturum, at ſi quid ſecies civitati contingeret, ſuſque deque laturum, ſive Eccleſiæ uniantur, ſive non.

τμήμ. ε. κεφ. ιϐ.

Μετὰ γοῦν τὴν μηνιαίαν δέησιν καὶ ἀξίωσιν μόλις κατένευσεν ὁ πάπας στεῖλαι κάτεργα δύο. καὶ ἔταξεν ἵνα στείλῃ εἰς τοὺς Βενετίκους, καὶ ἐξοικονομήσῃ αὐτά. οἱ δὲ περὶ τὸν πάπαν εἶπον, ὡς ὁ μὲν μακαριώτατος πατὴρ πρόθυμός ἐστι πρὸς τὴν βοήθειαν τῆς πόλεως, τίς δὲ οἶδεν εἰ δώσουσι καὶ οἱ Βενέτικοι κάτεργα. ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν ἄνθρωποι πραγματευταὶ, καὶ ἔχουσι καὶ πράγματα πολλὰ, καὶ ἀνθρώπους εἰς τὴν δύσιν καὶ εἰς τὴν ἀνατολὴν, καὶ δειλιάσουσι πάντως δοῦναι κάτεργα. μήποτε ἀκουσθέντος τούτου τοῦ Ἀμηρᾶ κινήσουσι τόξον καθ' ἑαυτῶν, καὶ μεγάλην βλάβην εὕρωσι παρ' αὐτοῦ. ὅμως δ' οὖν ἔστειλεν ὁ πάπας πρέσβιν εἰς τὴν Βενετίαν, ἔστειλε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτοῦ τὸν δισύπατον καὶ τὸν Ἰάγαριν, δοὺς αὐτοῖς καὶ ἐνέχυρα, ἵνα δανείσωνται καὶ ἁρματεύσωσι τὸ βασιλικὸν κάτεργον. ἀπῆλθον οὖν εἰς τὴν Βενετίαν ὁμοῦ, καὶ ἐζήτησαν κάτεργα. οἱ δὲ Βενέτικοι ἀνεβάλοντο τὴν περὶ τούτου ἀπολογίαν, μέχρις ἂν βουλεύσωνται, καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς κατοῦναν εἰς ἀνάπαυσιν. ὁ δὲ τοῦ πάπα πρέσβις ἀπολειφθεὶς εἶδεν ἰδίως τὸν δοῦκα, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι ὁ πάπας ζητεῖ ἀφ' ὑμῶν ἵνα δανείσητε αὐτῷ τὴν ἔξοδον τῶν κατέργων. εἶπε δὲ ὁ Δοὺξ, εἰ θαρρεῖ ὁ πάπας δανεισθῆναι παρ' ἡμῶν, πληροφορηθήτω, οὐ μὴ δώσομεν αὐτῷ φλωρίον ἓν, καὶ ὡς ἤκουσε τοῦτο ὁ τοῦ πάπα πρέσβις ἐξελθὼν λάθρα τῆς Βενετίας, ᾤχετο εἰς τὰ ἴδια.

Ὁ δὲ δισύπατος καὶ ὁ Ἰάγαρις μετὰ τὸ ἄριστον ζητήσαντες τὸν πρέσβιν οὐχ εὗρον.

ἐπεὶ

SECT. V. CAP. XII.

Tandem poſt diuturnam faſtidioſi menſis obſecrationem, efflagitationemque eo manificentiæ ac caritatis Papa inflectitur, ut duas pro nobis parare triremes pollicitaretur: ſtatuitque Nuntium mittere Venetias, qui triremes ſibi, ſub conditionibus prenſatas modificaretur: unde Pontificii aſſeclæ continuo jactârint Beatiſſimum patrem à ſe maxime propenſum ſuccurrere Civitati: Sed quis pro certo ſciat an Veneti ejus votis reſpondeant, triremes accommodando? Nam cum illi mercaturam exerceant, arte nauticâ opes congerere aſſueti, & naves emiſſitias ad Orientem, & ad Occidentem dirigant, metuent forſan veſtrum in uſum navigia Papæ ſubminiſtrare, ne Turcæ incurrant odium, ſi factum ſubolucrit, Amyræque arma ultricia in ipſorum exitium provocent, & dum veſtra quærant præſidia, magna ſibi detrimenta adſtruant: Miſit nihilominus Venetias Nuntium Papa: Miſit Imperator cum eodem Biſconſulem & Jagarin, quibus etiam & pignora in manus porrexit, ut fænori accipiant à Collybiſtis, unde ſuam Imperatoriam triremem armis militibuſque compleant: Cum autem ſimul tres Venetias appuliſſent, ſtatim ſibi negotium eſſe de triremibus petendis aperuerunt: At Veneti reſponſum diſtulere, donec indicto Senatu publico eorum deſideria civibus patefierent: aſſignato interim contubernio, ubi omnes tres unà hoſpitarentur: Nuntius vero Papæ clancularium nactus occaſionem ſeorſim à nobis Ducem Venetiarum inviſendi, eidem ſignificavit: Papam à vobis poſtulare, ut ſi minus ipſi navigia præſtare cupiatis, at ſaltem nummos mutuetis fænori, conducendis alibi triremibus: Cui Dux ſine mora reſpondit: Si Papa à nobis nummos expectet fæneratitios, accipiat hoc quaſi Senatus conſultum, quo poſthac animum ſuum tranquillet: ne unicum florenum

Papæ

ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ ἐπιούσῃ ζητοῦντες αὐτὸν οὐχ εὕρισκον. μόλις δ' ἔμαθον ὅπως ἀπεδήμησεν ἐκεῖθεν. ἔγραψαν τοῦτο τῷ βασιλεῖ, καὶ βασιλεὺς ἐδήλωσε τῷ πάπᾳ, καὶ ὁ πάπας εἶπεν ὅτι ἐκεῖ ἐστὶν ὁ ἐμὸς πρέσβις, καὶ πράττει ἅπερ αὐτῷ ἀνέθηκα. ἔγραψεν οὖν ὁ βασιλεὺς τοῖς δηλωθεῖσι ἄρχουσιν, ὅτι ὁ πάπας λέγει, ὡς αὐτόθι ἐστὶν ὁ πρέσβις αὐτοῦ, ἐπιμεληθῆτε τοίνυν καὶ εὑρήσετε αὐτόν. οἱ δὲ πάλιν πολλὰ ζητήσαντες οὐχ εὗρον, καὶ πάλιν ἔγραψαν τῷ βασιλεῖ, ὅτι οὔτε ὁ πρέσβις ἐκεῖνος οὔτε ἕτερός τις ἄνθρωπος τοῦ πάπα εὑρίσκεται ἐνταῦθα. καὶ ὁ βασιλεὺς αὖθις διεμηνύσατο τῷ πάπᾳ ὡς οὐδόλως εὑρίσκεται ὁ πρέσβις αὐτοῦ ἐν τῇ Βενετίᾳ. ὁ δὲ πάπας ἀπελογήσατο ὅτι ἔχει ἐκεῖσε ἐπίτροπον τὸν φροντίζοντα ἑτοιμασθῆναι τὰ κάτεργα. ἔγραψεν οὖν πάλιν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἄρχουσι, καὶ περιέμενον ἐν τῇ Βενετίᾳ, ἐκδεχόμενοι ἰδεῖν τὴν ἑτοιμασίαν τῶν κατέργων. ὡς δὲ παρῆλθον ἡμέραι ἐπέκεινα τῶν τεσσαράκοντα, καὶ οὐχ εὑρέθη τις ὁ περὶ τῶν κατέργων φροντίζων, ὑπέστρεψαν καὶ οἱ ἄρχοντες ἄπρακτοι, ἐξ ἀνάγκης ἐν τῇ Φεραρίᾳ.

Τοιαύτη γέγονεν ἡ πρὸς τὴν πόλιν πρώτη βοήθεια τοῦ Μακαριωτάτου, ὑπὲρ ἧς, καὶ αὐτῆς ἀξίαν εὕρατο τὴν ἀντιμισθίαν. ἡ μὲν γὰρ πόλις ἡμῶν ἀδιαλώβητος περιεσώθη τοῦ Θεοῦ τρέψαντος ἐφ' ἕτερα τὸν τοῦ Ἀμουρᾶ λογισμόν, καὶ ἀβλαβῆ ταύτην φυλάξαντος, ὡς καὶ πάντοτε, διὰ τῆς αὐτοῦ συνίσταται βοηθείας. πόλεις δ' εὐθὺς ἑάλωσαν δύο παρὰ τοῦ Νικολῶ Πιτζινῆ τῆς ἐκκλησίας οὖσαι τοῦ Μακαριωτάτου, ἥτε Βονόνια καὶ τὸ Φελοῦλιν, καὶ εἰς μεγάλην στενοχωρίαν κατέστη ὁ πάπας ἐκ τούτου. ἐλέγετο δὲ ὅτι κατ' αὐτοῦ τοῦ πάπα καὶ τῆς Φεραρίας ἔρχεται ὁ εἰρημένος Νικολῶς. διὸ καὶ δειλία καὶ φόβος ὅτι μέγιστος κατέσχεν ἡμᾶς δεδιότας τὴν παρ' ἐκείνου αἰχμαλωσίαν. ὅτε καὶ οἱ πλείους τῶν ἡμετέρων ἔστειλαν ὅσα εἶχον τιμιώτερα, καὶ περισσὰ εἴδη εἰς τὴν Βενετίαν. ἔστειλε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τὸ πλέον τοῦ βίου αὐτοῦ. ὡσαύτως δὲ ἐστάλησαν καὶ τὰ ἱερὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ὁ βίος τοῦ πατριάρχου.

Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν ἐκδρομῇ διεξῆλθεν ὁ λόγος, εἰ μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀναγ-

Papæ accommodabimus, nec teruncium, nec quadrantem: Nuntius hoc quasi tonitru perculsus, clam Venetiis se subducens, privata sua adiit.

At Bisconsul & Jagaris Nuntium Pontificium hospitio absentivum cum persensissent, mox à prandio, & toto die postero indagati, eum nusquam repererunt: tandem ab aliquibus edocti nuntium è civitate evanuisse, Imperatorem fecerunt per literas certiorem, quas Imperator Pontifici perlegens, hoc responsum tulit à Pontifice, se satis scire nuntium suum Venetiis commorari, eaque fideliter prosequi, quæ ab ipso mandarentur: Quod cum Imperator suis rescriberet Legatis: Papa vos in opinionibus falli asserit, suum Nuntium alicubi intra Venetiarum mænia visibilem permanere: scrutamini porro, ad diligentiorem investigationem fortassis occurret: Mirati Bisconsul & Jagaris, omnem vicum & angulum urbis peragrando rimati sunt, at nusquam apparuit Hylas: Quod novis codicillis Imperatori pandunt, nec istum Nuntium, nec quempiam alium, è Comitatu Papæ, aut Papæ instructum mandatis, intrà omnia Venetiarum Pomæria aut latifundia caput exerere: Imperator id rursum ad Papam defert: De Nuntio suo Venetiis nihildum conspici vel audiri: At (respondit Papa) si ipse se subtraxerit, reliquit Vicarium, quem triremibus meo nomine procurandis præfecit: Et id jam tertio Imperator per literarum commercia suis inculcavit, quibus ab initio injunxerat, ne Venetiis discederent, dum triremes pararentur: Verum cum dies ultrà quadraginta effluxissent, nec ullus in conspectum prodiret, qui syllabam de triremibus efferret, duo Principes infecta re, & necessitate compulsi Ferraram ultro reverterunt.

Et hæc primordia subsidiorum, caritatis & auxilii nobis suppeditavit Papa Beatissimus: pro quibus ipsi meritissimum redhostimentum Deus reposuit: Qui & incolumem custodivit nostram, arma Amurathis & impias destinationes averruncans ab eâ civitate, quam sempiterna omnipotentis tutela protexit: Et duas civitates è Sancti Petri Patrimonio, Bononiam & Forum Livium lacerari, diripique permisit à Nicolao Picennino: Quod non modo Papam ipsum, in magnam animi consternationem conjecit, sed nos etiam invasit trepidatio, ne in prædam capti incideremus: quandoquidē fama pervagabatur, Nicolaũ contrà Papam, & Ferraram arma moturum: Unde nostrorum plurimi impedimenta omnia, & præcipua bonorum, Venetias transmiserunt: & quas secum advexerat pretiosissimas facultates Imperator, & quas Patriarcha, cum sacris monumentis & universa suppellectile Ecclesiæ

ἀναγκαίως δεῖν ἔγνω τούτων μνησθῆναι, ἵνα ἔκδηλον γένηται τοῖς ἐκεῖθεν τὰς ἐλπίδας τῆς βοηθείας ἔχουσιν, ὁποίαν εὕρομεν βοήθειαν ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ, ὄντος βασιλέως καὶ πατριάρχου ἐκεῖσε, μετὰ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει κρειττόνων, καὶ πάντων ὁμοῦ τὴν βοήθειαν ζητούντων δεητικῶς, ὅτε καὶ οἱ Λατῖνοι ἑλκύσαι σὺν ἡμετέρους πρὸς τὴν σφετέραν ἐκκλησίαν διεπραγτεύοντο. αὖθις δὲ ἐπανελθεῖν ὁ λόγος βούλεται, καὶ τῶν συνοδικῶν ἀντέχεσθαι διηγήσεων.

clesiæ magnæ Constantinopolitanæ, in eandem Venetiarum urbem fecerunt comportari.

Atque huc me quasi ex transennâ speculantem deduxit Orationis filum: nec ut levia tamen aut perfunctoria habenda sunt quæ scripsi, sed ut necessaria & memoratu dignissima, ab omnibus iis æternum observanda, qui spem in Curia Papali, aut Pontificiorum præsidio collocant: ut à nostro discrimine discant sapere: cum viderint, qualem nos in istis maximis angustiis opem reportaverimus, quando & Imperator, & Patriarcha cum primariis nostræ gentis Heroibus adessent, auxilium tam suppliciter quotidie implorantes: etiam & in illo temporum articulo, cum nos ad eorum dogmata amplectenda, ad paciscendam unionem cum eorum Ecclesiâ, Latini pertrahere conarentur. Sed eja! huic digressui valedicentes, ad prævias istas disputationum velitationes repedemus, unde nostra nuperrimè divertit Oratio.

τμήμ. ε. Κεφ. ιγ.

Μετὰ τὴν δηλωθεῖσαν τοίνυν συνέλευσιν προσήλθομεν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀνηγγείλαμεν ὅπως ἔστησαν ἵνα διαλέγωνται περὶ τοῦ πουργατορίου. ὁ δὲ ὥρισε. λοιπὸν, ἀκούετε ἅπερ ἂν λέγωσι περὶ τούτου, καὶ ἀπολογεῖσθε καθὼς προσήκει. ἠρώτησεν οὖν ὁ Ἐφέσου πῶς ὁρίζεις, ἵνα λέγωμεν πρὸς ἐκείνους ἀγωνιστικώτερον καὶ ἐνσταλτικῶς, ἢ οἰκονομικῶς; δεῖ γὰρ ἡμᾶς εἰδέναι ὁποίαν ἀποδέχεσθε εἶναι τὴν τῶν λόγων μεταχείρησιν. εἶπεν οὖν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἀγωνιστικῶς λέγετε πάντα τὰ ἡμέτερα δίκαια. τότε εἶπεν ὁ Νικαίας, ὅτι ἐγὼ οὐκ ἔχω τι λέγειν περὶ αὐτοῦ. εἰς μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς δόξης ἔχω λέγειν ἴσως, εἰς τοῦτο δὲ οὐκ οἶδα τι λέξω. εἶπε δὲ ὁ Ἐφέσου, ὅτι ἀλλ' ἐγὼ ἔχω λέγειν καὶ εἰς αὐτό. Συνελθόντων οὖν ἡμῶν ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει ἤρξατο ὁ Ἰουλιανὸς λέγειν περὶ τοῦ πουργατορίου, καὶ εἶπεν ὅτι ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία, ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς παρέλαβε καὶ δοξάζει ταύτην τὴν δόξαν, ἀπὸ τοῦ χρόνου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, παραλαβοῦσα ταύτην ἀπό τε τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ τοῦ ἁγίου Παύλου, ὡς διὰ τῶν ἐφεξῆς δηλωθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν μετ' ἐκείνους διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας. δοξάζει δὲ περὶ τῆς δόξης αὐτῆς οὕτως.

Ὅτι μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποβίωσιν, αἱ τῶν ἀποιχομένων ψυχαὶ, αἱ μὲν καθαραὶ, καὶ πάσης κηλῖδος ἐλεύθεραι, ὡς αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ εὐθὺς ἀπέρχονται εἰς τὴν ἀπόλαυσιν. αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν μετὰ τὸ βαπτισ-

Sect. V. Cap. XIII.

Finita conventione quartâ, ut antea memoravimus, ad aulam accelerantes Imperatori retulimus, determinatum esse à Latinis de Purgatorio disputare: Ergo vobis incumbit negotium (inquit Imperator) attentè primum audiendi, dein respondendi, adductis in medium argumentis pro virili, ac ut convenit: At illud ut convenit, quid sibi vult? respondet Ephesius, quid nobis præscribit? Dicat Dom. Imperator, quo Rhetoricandi genere adversarios aggrediemur, an contentioso & pugnaci, an magis modesto, gravi, & subducto? Id enim imprimis scire est operæ pretium, quo gestuum libramento, & facundiæ, nostras illic partes administrari desideretis: Obnitimini fortiter, respondit Imperator, contendite pervicaciter, quoties jura nostra, aut privilegia veniunt controvertenda: Tum Nicænus subintulit: In promptu nil habeo quod de hac quæstione pronuntiem: De principali dogmate Processionis, si meus sensus postularetur, fortasse iuvenirem, quæ suggererem, sed an hæc concertatio de Purgatorio sit acriter defendenda, nondum satis liquet: At ego in utroque, respondit Ephesius, reperio quod meum omne studium, alacritatemque expergefaciat: Ad quintam igitur conventionem concurrentibus nobis cepit Julianus opinionem de Purgatorio enucleare, dixitque Romanam Ecclesiam à primis seculis, ab ipsis Apostolorum temporibus, hanc opinionem de Purgatorio traxisse, derivatam ab Apostolorum principibus Sanctis Petro & Paulo, ac deinde pet omnium ætatum succedentium seriem ac continuationem à doctoribus Ecclesiæ, quod in sequentibus probatum dabitur: opinionem autem ipsam sic Romanam Ecclesiam definire.

Post migrationem ex hac vitâ, defunctorum ani-

βάπτισμα περιπεσόντων ἐν ἁμαρτίαις, εἶτα μετανοησάντων γνησίως καὶ ἐξομολογησαμένων, μήπω δὲ φθασάντων ἐκτελέσαι τὸν κανόνα ὃν παρὰ τοῦ πνευματικοῦ αὐτῶν ἐκανονίσθησαν, μηδὲ καρποὺς μετανοίας ἱκανοὺς ἀποδοῦναι πρὸς ἐξιλέωσιν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, αἱ τοιαῦται ψυχαὶ καθαίρονται διὰ τοῦ πουργατορίου πυρὸς, αἱ μὲν θᾶττον, αἱ δὲ βραδύτερον κατ' ἀναλογίαν τῶν ἡμαρτημένων, καὶ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀπέρχονται εἰς τὴν ἀπόλαυσιν. αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν ἐν θανασίμῳ ἁμαρτίᾳ, ἢ καὶ ἐν τῇ προπατορικῇ τελευτησάντων, εὐθὺς ἀπέρχονται εἰς τὴν κόλασιν. οὕτως ἔφη ὁ Ἰουλιανὸς δοξάζειν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν περὶ τοῦ πουργατορίου. ὃ καὶ διεξελθὼν πεπλατυσμένως καὶ λογικῶς, μετά τε προοιμίου καὶ κατασκευῶν, ἐν τῷ τέλει προσέθηκεν, ὅτι μέχρι μὲν τοῦ παρόντος εἶπον ἐγὼ ὅσα δὴ ταῦτα καὶ εἴρηκα, ὡς προκαταστάσεις τῶν λόγων καὶ εἰσαγωγάς, τὸν δὲ ἐφεξῆς ἀναδέξεται λόγους ὁ τοῦ ἱεροῦ παλατίου διδάσκαλος· ἦν δὲ οὗτος Ἰωάννης ὁ Ἱσπανὸς, καὶ ἐρεῖ καὶ ἀποδώσει τούτους ἀρχόντως τε καὶ καλῶς, κατὰ τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ σύνεσιν καὶ σοφίαν. καὶ ἀγωνιεῖται ἱκανῶς τὸν περὶ τούτου ἀγῶνα. ἐγὼ γὰρ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κατ' αὐτὸν, καὶ ἐπαύσατο.

Ὁ Ἐφέσου δὲ πρὸς ταῦτα ἀπολογησάμενος τὰ προσήκοντα, προσέθηκε καὶ τόδε, οἰκονομικώτερον οἷον εἰπεῖν, ἢ φιλικώτερον εἰρηκὼς, ὅτι καλῶς ἔφη ἡ αἰδεσιμότης σου, ὡς ὅτε διΐστανται τινὲς ἀλλήλων, καὶ οὐ χωροῦσι πρὸς λόγους, δοκεῖ μείζων εἶναι καὶ ἡ μεταξὺ τούτων διαφορά. ὅτε δὲ εἰς λόγους συνέλθωσι, καὶ ἑκάτερον μέρος νουνεχῶς ἀκροάσηται τὰ παρ' ἑκατέρου λεγόμενα εὑρίσκεται πολλάκις ὀλίγη ἡ τούτων διαφορά. Τοῦτο οὖν μοι δοκεῖ συμβῆναι καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος. ἡμεῖς γὰρ ἄλλως ἠκούομεν ὅτι δοξάζει τὸ περὶ τοῦ πουργατορίου ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία. καὶ ἑτέρως νῦν ἠκούσαμεν τοῦτο. ἀπὸ γὰρ τῆς ἀφηγήσεως τῆς σῆς αἰδεσιμότητος, ὀλίγην εὑρίσκω τὴν μεταξὺ ἡμῶν διαφορὰν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τούτῳ, καὶ ἐλπίζω διορθωθῆναι ἐκείνην, ἣν ὁ Θεὸς εὐδοκήσῃ. λέγετε τοίνυν καθὼς ἂν ἐθέλητε περὶ τούτου. καὶ δεξάμενος ὁ δηλωθεὶς Ἰωάννης καὶ εἶπεν

animæ ab omni maculâ culpæ gravioris puræ, ab omni nefario ſcelere immunes, ut Sanctorum Martyrum, rectâ in cælum aſcendunt, & æternâ requie perfruuntur: animæ vero illorum hominum qui poſt Baptiſmum in peccata revolvuntur, quamvis Confeſſionem egerint, & Pœnitentiam ſynceram ac ſine fuco, ſi tamen omnia ipſis à Pœnitentiario inflicta, ſecundum accuratiſſimam Canonis amuſſim, non compleverint ante obitum, nec dum ſpirant fructus pœnitentiæ dignos protulerint, ad eliciendam Dei miſericordiam, & peccatorum remiſſionem: Iſtæ animæ ſubeunt flammarum Infernalium expurgationem, aliæ expeditius, aliæ tardius liberandæ, pro delictorum gravedine ac qualitate: At tandem ignibus expiatæ ad beatas ſedes cum prioribus pervolant: Animæ vero hominum qui in facinore mortifero, aut in Parentum originali nondum eluto per Baptiſmi lavacrum emoriuntur, qui libidinibus immerſi, criminibus cooperti, vitam in terris flagitioſam degunt, ad inferos pœnis indefinitis torquendæ præcipitantur: Hæc Romanam Eccleſiam de Purgatorio mordicus propugnare aſſeruit Julianus: in quibus expatiatus pro more ſuæ lubricæ facundiæ, Orationem amænam, & eleganter perfluentem, cum proœmio, cæteriſq; partibus affabre conſtructam profudit: Quin & illud in fine adjecit: Seipſum hucuſque in dicendo ac arguendo omnem ſcenā impleviſſe, tamen nil præter levia quædam introductionum exordia cauſæ prælibaſſe: Succeſſurum autem ſibi præclarum omnino virum, ſacri Palatii Doctorem Joannem Hiſpanum, qui eloquenter ſuum munus ornabit, cauſamque eruet ab imis viſceribus, pro inſito ingenii ſui acumine, & prudentia, quâ excellit, luctamque ſubibit in hac arenâ ſplendidam, cui ſuſtinendæ mei nec lumbi, nec latera ſufficiunt: & hæc locutus conticuit Julianus.

At Epheſius ad hæc reſponſum parans, nonnulla poſuit in principio concinna ac tempeſtiva: quibus & hoc adtexuit dictum, ſubtilius quam par erat, aut blandius ſi fas dicere: Præclarè in quâdam præcedaneâ conventione tuam Sublimitatem venerandam memini dixiſſe: Homines affectibus divulſos, niſi in mutua ſermocinia deſcenderint, differentiarum molem utriſque grandiorem videri quam eſſe: At ubi ſemel admiſerint colloquia, & una pars alterius propoſita diligenter perpenderit, vix arenæ cumulus tunc cernitur, qui modo mons apparebat: idem & mihi viſum eſt in præſenti cauſâ contigiſſe: Nos aliter judicavimus, aliterque audivimus Romanam Eccleſiam ſenſiſſe de Purgatorio, quam vos nunc explicuiſtis: Nam ut tua Sublimitas veneranda jam articulum enodavit, exiguam admodum in hoc principali capite diffe-

εἶπεν ὀλίγα τινὰ περὶ τούτου. τοῦ δὲ Ἐφέσου ὑπερθεμένου τὴν πρὸς ταῦτα ἀπολογίαν ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει, διελύθημεν ἀναστάντες.

ferentiam inter nos delitescere animadverto, quam & brevi spero, si Deus dederit, ad eundem nobiscum sensuum interpretatione adhibitâ posse revocari: Interea si quid cuipiam memoria suppeditet de hoc argumento ulterius differendum, pro arbitrio liberè prodat: Tum Joannes ille supra memoratus, pauca exorsus est fari, quibus cum responsum in conventus, vicem proximè futuram comperendinaret Ephesius, surreximus in pedes, domum abituri.

τμήμ. ε. κεφ. ιδ.

Κατὰ δὲ τὴν ἀποτεταγμένην ἡμέραν πάλιν συνήλθομεν, καὶ ἀπελογήσατο ὁ Ἐφέσου πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Ἰωάννου εἰρημένα. ἀπολογίαν ἀρίστην συνιστῶντα τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα, ἀπό τε τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἀπὸ μαρτυριῶν τῶν ἁγίων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων. οὕτως οὖν συνηρχόμεθα, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, καὶ ἱκαναὶ διαλέξεις ἐγένοντο παρά τε τοῦ Ἐφέσου καὶ τοῦ Ἰωάννου, ἃς εὑρήσουσι οἱ εἰδέναι βουλόμενοι ἐν τοῖς περὶ τοῦ πυργατορίου ὑπομνήμασι.

Μέχρι μὲν οὖν τινὸς συνεφήπτετο τῷ Ἐφέσου ἀπὸ μέρους, καὶ ὁ Νικαίας ἐν τοῖς ἀγῶσι, εἰ καὶ ἀμυδρῶς. καὶ ἦν ἰδεῖν τὸ τῆς θείας γραφῆς, Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις ὀχυρά. μετὰ δὲ τὸ γενέσθαι τινὰς διαλέξεις ἔδοξε καλὸν τοῖς λατίνοις ἵνα καὶ ἐγγράφως συστήσωσιν ἅπερ ἐβούλοντο, καὶ λόγον ἐκδεδώκασι συνιστῶντα τὴν περὶ τοῦ πυργατορίου δόξαν αὐτῶν. ὃν καὶ λαβόντες ἡμεῖς εἴδομέν τε, καὶ εἰς τὸν βασιλέα διεκομίσαμεν, καὶ ἀνέγνωμεν ἐνώπιον αὐτοῦ. ὁ δὲ ὥρισε, χρεία ἐστὶν ἵνα γράψητε καὶ ὑμεῖς. καὶ δὴ γράψατε. εἶπε δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ἐφέσου ἀποτεινόμενος. ἔφη δὲ ὁ Ἐφέσου, ἐπειδὴ ὁρίζεις γράψωμεν. οὐ θέλω δὲ ἵνα τυχὸν γράψαντος καὶ ἑτέρου τινὸς, δοθῇ τὸ ἐκείνου, καὶ τὸ ἡμέτερον καταλειφθῇ, καὶ εὑρεθῶ ἐπὶ κενῷ κεκοπιακώς. ἔφη δὲ εἰς τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ὅτι τὸ σὸν δοθήσεται καὶ οὐκ ἄλλο. ἐφάνη οὖν καλὸν, ἵνα καί τινες ἐξ ἡμῶν παραγένωνται εἰς τὸν Ἐφέσου, καὶ γράφηται τὸ γενησόμενον, παρόντων καὶ ἡμῶν καὶ ἀκροωμένων, καὶ εἴ τι που δεήσει συνεισφερόντων. συνήλθομεν οὖν ὁ Νικαίας, ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης, ὁ πνευματικὸς κῦρος Γρηγόριος, καὶ γραμ-

ματικὸς

SECT. V. CAP. XIIII.

Ad diem à delegatis præstitutum sextâ vice convenimus: primusque Ephesius explicuit responsionem elucubratam ad ea, quæ Joannes in superiori conventu protulerat, eruditissimam & optimam: singula afferta autoritate sacrarum literarum, testimoniisque Doctorum Ecclesiæ per omnia secula suffulciens: Et multifarii postea conventus fuere, agitati inter Ephesium & Joannem: quos qui curiosius cupiunt contemplari, scrutentur scripta à nostratibus de Purgatorio Commentaria.

Ephesium Nicænus interea in disputationibus aliquatenus adjuverat, sed raro, & subobscure: Durante tamen amicitiæ nexu, comprobatum fuit illud Salomonis, Frater qui adjuvatur â fratre tanquam civitas firma: Post habitas autem aliquot disceptationes, Latinis visum est æquum, & causæ suæ conducibile, scriptis mandare præcipua quæ disputando effuderant, suumque dogma de Purgatorio, publicato codicillo constabilire: quem ut primum oculis lustravimus, allatum ad Imperatorem in ejus conspectu perlegimus: Et Imperator censuit idem onus nobis à necessitate imponi, ut aliquo istiusmodi indiculo nostri quoque dogmatis rationes publicè innotescant: quare scribite, vos obtestor, inquit: sermonem ad Ephesium dirigens, quin & Ephesius ad se verba arripiens respondit: Quandoquidem Dominus Imperator id mandat, lubentissime obtemperarem, & nonnulla pangerem in hoc argumentum, sed nollem ludificari: nam & alio quopiam idem fortasse munus subeunte, si ejus scripta præferantur, meis postpositis, aut jussis in spongiam incumbere, videbor oleum omne atque operam perdidisse: Ad hæc Imperator, sola à te scripta Latinorum in manus donabuntur: Hæc Imperator pollicitus est: Nec tamen inconcinnnum tum videbatur, ut aliqui nostrum scribenti Ephesio adessent, comiter intuituri quæ ille maturaret, vel audituri, vel si quâ in re nostrâ opellâ indigeret, opitulaturi: Igitur Ephesium Nicænus, Magnus Ecclesiarcha, Dom. Gregorius Pænitentiarius, & sacri Consistorii Notarius Publicus, subsecuti sunt: Et Nicænus ut primum in-

tra-

ματικὸς ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως. ἤρξατο οὖν ὁ Νικαίας ὁμιλεῖν ἁπλῶς, καὶ ἐπλατύνθη εἰς πλεῖστα. εἶτα διεδέξατο τὴν ὁμιλίαν ὁ πνευματικὸς, καὶ ἐφιλοτιμήθη πλατύνεσθαι πέρα τοῦ δέοντος. διεδέχετο οὖν τὴν ὁμιλίαν ἑκάτερος παρ' ἑκατέρου, καὶ ἀντεφιλοτιμοῦντο χρονοτριβοῦντες εἰς λόγους κενοὺς μηδ' ὅλως τῷ προκειμένῳ προσήκοντας. ἐγὼ δὲ ἐκ διαλειμμάτων ἠξίουν παραιτεῖσθαι τοὺς λόγους καὶ περὶ τὸ γράφειν εἶναι, οἱ δὲ τῶν πλειστῶν οὐκ ἀφίσταντο λόγων. τοῦ δὲ ἁρμοδίου μέρους τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῖς κενοῖς λόγοις παραδραμόντος, εἶπεν ὁ Ἐφέσου, ὅτι μετὰ τοιούτου τρόπου οὐ δυνησόμεθα γράψαι τί. Ἀλλ' ἐγὼ μόνος ἐναπολειφθεὶς μετὰ τοῦ γραμματικοῦ γράψω. ὕστερον δὲ ὄψεσθε τοῦτο καὶ ὑμεῖς καὶ διορθώσετε, εἴ τι δέοιτο τῆς διορθώσεως, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξήλθομεν. ἔγραψεν οὖν ὁ Ἐφέσου, ἔγραψε δὲ καὶ ὁ Νικαίας, εἰσηγήσει τοῦ Πνευματικοῦ. καὶ ἐπῄνει ὁ Πνευματικὸς τὸ τοῦ Νικαίας σύγγραμμα, καὶ παρεκίνει τὸν Βασιλέα ἵνα ὁρίσῃ, καὶ δοθῇ τοῖς Λατίνοις τὸ τοῦ Νικαίας, ὡς φιλοτιμότερον κατὰ τὴν φράσιν, καὶ ῥητορικώτερον. καὶ προστάξαντος τοῦ Βασιλέως διεκομίσθησαν πρὸς αὐτὸν ἀμφότερα τὰ συγγράμματα, καὶ ἀνεγνώσθησαν, παρόντων καὶ τῶν ἐκλελεγμένων. εἴρηκε δὲ πρὸς τὸν Ἐφέσου, ὅτι καλόν ἐστι τὸ σὸν σύγγραμμα, ἔχει γὰρ κεφάλαια πολλὰ καὶ ἰσχυρά. ἔχει δὲ καὶ τινὰ ἅπερ παρέξουσι τοῖς Λατίνοις χώραν ἀντιλογίας, οἷόν ἐστι τὸ τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ὅπως ἠρώτησε τὸ ξηρὸν κρανίον, καὶ ἀπεκρίνατο, πρὸς αὐτὸ γὰρ οὐκ ἔχεις ἀναντίρρητον μαρτυρίαν, ἵνα τοῦτο συστήσῃς. καὶ διὰ τοῦτο εὐθὺς παρατραπήσεται παρ' ἐκείνων, ὡσαύτως τε καὶ ἕτερα τινὰ κεφάλαια. βέλτιον οὖν ἐστι καταλειφθῆναι τὰ εὐάλωτα, καὶ δοθῆναι τὰ ἰσχυρότερα εἰ καὶ ὀλιγώτερα εἰσίν, ἢ φιλοτιμηθῆναι πολλὰ κεφάλαια, καὶ ἐπιχειρήματα ἐκδοῦναι, εἶναι δὲ ἐξ αὐτῶν τινὰ ῥᾳδίαν ἔχοντα τὴν ἀνασκευήν. ὁ γὰρ ἀντιλέγων, οὐ τὰ ἰσχυρὰ, ἀλλὰ τὰ ὑπόσαθρα ἐκλεξάμενος ἀνασκευάζειν ἐπιχειρήσει. καὶ εἰ δύο τῶν ἐπιχειρημάτων ἀνα-

travimus, in sermonem fortuitum de lana caprinâ prolapsus, eundem in immensum, ultrà omnem modum continuavit: quem mox Pœnitentiarius garrulitate non minus inurbanâ excepit, alterique alter ansam reciprocavit, tam ambitiosâ obstrependi vanitate, quasi videri vellent, illuc accessisse, non aliâ fine, quam ut interventu, suo tempus disperderent ingrato stridore verborum inutilium & nihil ad rhombum: Ego per intervalla redargui eorum intemperantiam &, parcant vocibus submonui, in memoriam revocent quid ageretur ab Ephesio: at illi nequaquam desiere linguis strepitum ciere intolerabilem, cælumque ac terram confundere: Et cum magnam partem diei his intempestivis colloquiis inaniter jugulassent, Ephesius ipse cœpit quiritare: video (inquiens) vobis propositum esse, mea suscepta interturbare: Quare vestram humanitatem imploro, ut remotis arbitris mihimetipsi, cum solo Notario relinquar: Nam & vestrum erit postmodum, quæ scripsero singula percurrere, & si quid opus fuerit, etiam emendare: Hæc postulanti Ephesio paruimus discedentes: Tum chartæ calamum admovit Ephesius, scripsit & Nicænus, suadente Pœnitentiario, qui & Nicæni scripta multis encomiis celebravit, & Imperatorem perperam impellere conatus est, ut sola Nicæni Latinis transmitterer, quia stilo magis compto, eleganti, & Rhetorico perfunderentur: At Imperator ut neutri magis propendeat, utrumque jussit ad se accerseri, & utriusque scripta lectione publicâ perstringi coram quibusdam ad id delectis rei literatoriæ judicio pollentibus: Ac in primis Ephesium sic allocutus est: Tua certè scripta magnam merentur laudam, abundant enim quamplurimis, iisdemque fortissimis argumentis: Et nonnulla insuper comprehendunt, quæ Latinorum ingenia ad gravissimas contentiones excitabunt: ut exempli gratiâ, illud de Sancto Macario, qui cranium aridum hominis Idololatræ, repertum in trivio interrogavit, & responsum tulit à cranio, divino jussu in vocem prorumpente: Sed quando tibi non sit ad manum Historiæ confirmandæ testis idoneus, ut ejus autoritati nemo refragetur, Latini id totum exsibilabunt, & alia omnia ejus generis argumenta paradigmatica: quare meo quidem judicio consultius factum videretur, expugnatu facilia dimittere, & solummodo exhibere quæ fortiter stringunt adversarios, etiamsi numero pauciora, quam quæcunque in buccam venerint, chartis mandare, ut nullo pondere suo nixa, ita nullo negotio adversariorum evertenda: Nam qui te oppugnabit, non labefactare valida ac firma argumenta contendet, sed ran-

ἀνατρέψει ἢ καὶ τρία. δοξεῖ τοῖς πολλοῖς, μᾶλλον δὲ κηρυχθήσεται ὅτι ἀνέτρεψε τὰ καθόλου. διὸ κρεῖττον ἐστὶν ἐκβληθῆναι τὰ τοιαῦτα. ταῦτα μὲν ἔφη πρὸς τὸν Ἐφέσου ὁ βασιλεύς. πρὸς δὲ τὸν Νικαίας ὥρμησεν.

Ὅτι ἔχει καὶ τὸ σὸν τὰ ἴδια ἁμαρτήματα. εὐθὺς γὰρ ἐν προοιμίοις λέγεις, ὦ ἄνδρες Λατῖνοι, καὶ ἐστὶν ἀνοικεῖον. εὐσχημονέστερον γὰρ εἰπεῖν ἔδει, πατέρες αἰδέσιμοι, ἢ ἄλλο τι τίμιον, καὶ ἀκοαῖς εὐαπόδεκτον. ἔχει δὲ μεταξὺ καὶ ἄλλα τινὰ δεόμενα διορθώσεως, τελευταῖον εἶπεν, ὅτι τὸ μὲν προοίμιον, καὶ αἱ προκαταστάσεις εἰσὶ καλλίους αἱ τοῦ Νικαίας, τὰ δὲ ἐπιχειρήματα καὶ αἱ κατασκευαί, καὶ αἱ παραστάσεις, εἰσὶ κρείττους αἱ τοῦ Ἐφέσου. φαίνεται μοὶ οὖν καλὸν ἔφη, ἵνα λάβητε τὸ προοίμιον τοῦ Νικαίας, ἐκλέξησθε δὲ καὶ εἴ τι ἄλλο φανῇ χρησιμώτερον ἐξ αὐτοῦ, λάβητε δὲ καὶ ἐκ τῶν τοῦ Ἐφέσου, τὰ πλείω καὶ κρείττονα καὶ οὕτω συνθήσετε καλῶς τὸ δοθησόμενον σύγγραμμα. ὥρισεν οὖν τὸν Ἐφέσου, τὸν Νικαίας, τὸν Σοφὸν Γεμιστὸν, ὡς πότε καὶ διδάσκαλος αὐτοῖς ἐχρημάτισε καὶ τὸν ἀμηροῦτζιν, ἵνα καθίσωσιν ἰδίᾳ, καὶ ἐκλέξωνται καὶ συνθήσωσιν αὐτό. ὃ καὶ πεποιήκασι.

rancida, vieta, emarcentia: quorum uno altrove protritis ſtatim ab aliis victoria potitus enuntiabitur, Jo triumphe! Quare hæc & iſtiuſmodi expungere magis convenit: Deinde ad Nicænum converſus Imperator,

Et tua inquit ſcripta peculiaribus ſcatent nævis: In ipſo limine procœmii Romanos ad hunc modum compellas, ô viri Latinienſes, vel Quirites, voce Romanis auribus inaſſuetâ & perabſurdâ: Præſtitiſſet Venerandi Patres dixiſſe, vel ſimilem compellationem captandæ benevolentiæ natam, & quæ hominum mentes ineſcaret: Nec deſunt etiam in ſequentibus mendæ, quæ hac illac ſparſim permeant, obeliſco figendæ: Tandemque Imperator, quoniam primordia diſcurſuum, & jacta fundamenta in Nicæno clariora, demonſtrationes, & ratiocinia fortiora in Epheſio enitebant, juſſit Nicæni præfationem, & ſi quid porro præclarum in ejus ſcriptis contineretur, ad ferme omnia quæ procudit Epheſius præſtantiſſima, adjungi: Et huic operi præfecit ipſos, Epheſium & Nicænum, eruditiſſimum Gemiſtium, qui utrumque Epiſcopum præceptis olim imbuit, unde Doctoris nomen immortale promeruit,& Amaruntzen,ut in privatum ſe recolligentes, Epiſcoporum flores in unum ſertum compaginarent: quod & ſtrenuè præſtitere.

τμήμ. ε. Κεφ. ιε.

Ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἤρξατο τὸ σκάνδαλον μεταξὺ τοῦ Ἐφέσου, καὶ τοῦ Νικαίας. προϋπῆρχε δὲ καὶ τὸ τοῦ Πνευματικοῦ μετὰ τοῦ Ἐφέσου σκάνδαλον διὰ τὴν τῶν πατριαρχῶν τοποτήρησιν. τὸ γοῦν τοῦ Πνευματικοῦ ἀνεῤῥίπιζε καὶ ἀνῆπτε τὸ τοῦ Νικαίας, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐξάνεσθαι παρεσκεύαζεν. ὁ γὰρ Πνευματικὸς ἐδόκει μὲν μηδ᾽ ἐν λόγῳ ποιεῖσθαι τὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας τοποτήρησιν, καὶ ὑποχωρεῖν τῷ Ἐφέσου, καὶ διὰ τιμῆς αὐτὸν ἄγειν, τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ ὕφαλος ἦν, καὶ λαθραίως ἐφέρετο κατ᾽ αὐτοῦ, ἐναντιούμενος ἀεὶ τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ λεγομένοις. ὅτε μὲν γὰρ ἤκουσεν ὡς ὁ Ἐφέσου λόγοις ἁπλῶς χαριζόμενος τῷ Ἰουλιανῷ, ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι κατὰ τὴν διήγησιν τῆς αἰδεσιμότητός σου, ὀλίγη μοὶ δοκεῖ ἡ μεταξὺ ἡμῶν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ πουργατορίου δια-

Sect. V. Cap. XV.

Ab hac quam nuper memoravi origine, Epheſius & Nicænus in mutuam offenſam impegerunt: Quin & præceſſerat aliqua malevolentiæ labes inter Epheſium & Gregorium Pœnitentiarium, de ſubeundâ ſede Vicariâ Patriarchæ Alexandrini: Et conceptum ſemel inter Epiſcopos odium Gregorius indies flabello ventilans, in atrox incendium excandeſecit: Quamvis enim Pœnitentiarius externâ ſpecie, vultuque pæ ſe ferret, nihili æſtimare Alexandrini ſedem Vicariam: Et ſponte ſuâ locum cedere, etiam non præcipienti Epheſio, eumque ut grande decus Orientalis Eccleſiæ venerari: revera tamen ſub larvâ ſimulando delituit, & velut Petra ſuccluſa mari navigantibus periculoſa in pectore pernitioſam fraudulentiam occuluit: Ac quibuſcumque potuit cuniculis clandeſtinis Epheſii dicta ſugillavit: Cum enim in quodam priori conventu Pœnitentiarius Epheſium ſic loquentem audiviſſet, quaſi gratificaretur Juliano, permulcens Cardinalem: ut tua Sub-

διαφορά, καὶ ἐλπίζω διορθωθῆναι καὶ ταύτην, ἣν ὁ Θεὸς εὐδοκήσῃ, ἔλεγεν. ὀλίγην ἔχει ὁ Ἐφέσου τὴν περὶ τοῦ πουργατορίου διαφοράν; καὶ λίαν ἐστὶ πολλή, καὶ πῶς λέγει διορθωθῆναι αὐτήν; ἀνάγκη ἐστὶ ἵνα γινώσκωμεν πῶς λέγει ταῦτα. καὶ ἐκωμώδησεν εἰς πολλοὺς σὺν τοιούτους λόγους. πάλιν δ' αὖ ὅτε τὸν ἀγῶνα εἰσέδυ ὁ Ἐφέσου, καὶ μεγίστην ἀπεδείκνυ τὴν διαφοράν, καὶ παραστάσεις προεκόμιζεν τῶν ἁγίων, δι' ὧν περιδήλως ἐφαίνετο ἡ δόξα αὕτη ἐναντία τῇ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας, καὶ ἐπῃνεῖτο παρὰ πάντων ὁ Ἐφέσου, καὶ ἐθαυμάζετο ὡς εὐσεβῶς καὶ ἀρίστως διαγωνιζόμενος, μεταβαλὼν αὐτὸς ἔλεγε. τί ἐνὶ ταῦτα ἃ προφέρει ὁ Ἐφέσου; οὐδέν εἰσι ταῦτα. καλὴ γάρ ἐστιν ἡ δόξα ἣν ἔχουσιν οἱ λατῖνοι περὶ τοῦ πουργατορίου. οὐκ αἰδεῖται τοιαῦτα λέγων; βούλεσθε ἵνα ἀνατρέψω ὅσα λέγει, διὰ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων. καὶ παρεδείκνυ ὅσον πρὸς τὸ θεαθῆναι καὶ μόνον ἐκ τοῦ προκολπίου χεδάριον, λέγων, ἰδοὺ καὶ τὰ ῥητὰ τὰ ἐναντιούμενα τοῖς παρὰ τοῦ Ἐφέσου προφερομένοις. οὔτε δὲ ἀνεγίνωσκεν, οὔτε τινὶ ἐνεχείριζε ταῦτα. καίτοι γε ἐδόκει ἔτι ὑγιαίνειν περὶ τὴν πίστιν. καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν θερμῶς ἀνθίστατο.

Ἀλλὰ καὶ κατ' ἀρχὰς ὅτε εἰς Φερραρίαν ἀφίγμεθα, ἐπεὶ μετὰ τὴν ὀγδόην ἡμέραν ἔμαθεν ἐπιδεδημηκέναι τὸν τοῦ Ἐφέσου αὐταδελφὸν τὸν Νομοφύλακα εἰς τὸ παλάτιον τοῦ πάπα ἔλεγε, τί βούλεται ἡ τοῦ Νομοφύλακος ἐπιδημία πρὸς τὴν τοῦ πάπα οἰκίαν; τινὰς πράττει δουλείας; ἀνάγκη ἐστὶν ἵν' εἰδῶμεν τινὸς χάριν ἐκεῖσε παρεγένετο, ἰδοὺ γὰρ ὁ Ἐφέσου μέλλει ἀναδέξασθαι τὸν καθόλου ἀγῶνα, καὶ δεῖ καὶ ἡμᾶς προσέχειν τί ἄρα καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐργάζεται. τοιαῦτά τινα ἔλεγεν ἀεὶ κατὰ τοῦ Ἐφέσου φερόμενος, καὶ τὸν Νικαίας ἐπαίρων. πρὸς διχονοίαν τε αὐτοὺς διεγείρων. ἡμεῖς μὲν τοι συνήλθομεν, καὶ τὸν συντεθέντα λόγον ἀνέγνωμέν τε πρὸς λατίνους καὶ ἐκδεδώκαμεν. κἀκεῖνοι πάλιν ἕτερον ἔγραψαν. πρὸς ὃν αὖθις ἔγραψεν ὁ Ἐφέσου ἀνασκευαστικόν, μεθ' ὃν καὶ ἑτέρους διαλόγους περὶ τῆς τοιαύτης δόξης ἐκδέδωκεν ἀναγκαιοτάτους, καὶ ἀρίστους πάν-

Sublimitas veneranda modo nobis quæſtionem aperuit,in Dogmate Purgatorii parū diſcriminis inter nos ſubeſſe percipio,quod brevi etiam ſpero in rectum ſenſum inſtaurabitur,ſiDeus annuerit: Quid? inquit Pœnitentiarius, Parvamne putat Epheſius differentiam intercedere inter nos & Latinos, in Articulo Purgatorii? Immo ingens intercedit: & quæ facultas ingenii eandem reſarciet? Neceſſum eſt ſcire quâ fretus audaciâ hæc in publicum propalat: dictiſque aculeatis perſæpe Epheſium apud multos momordit: At cum Epheſius jam ſeriam diſputandi palæſtram cum adverſariis ingreſſus, longè maximam differentiam demonſtraſſet, innumeris patrum teſtimoniis comprobatam, quibus apparuit, dogma Latinorum de Purgatorio mille paraſangis à noſtro diſcriminari: ſtadiumque ſummâ cum laude,& admiratione omnium decurriſſet, egregio perfunctus certamine: tum mutatâ pelle Pœnitentiarius aliam vocem ſimulavit: Quid agit Epheſius contra Latinos? quas nugas profert? Opinio Latinorum de Purgatorio eſt laudabilis ac firma: Non pudet hominem tam doctè delirare? Quam facile poſſem ſi pateremini,autoritate Sanctorum patrum quicquid effutiverit revellere? Tum evolvens è ſinu tabellulam papyraceam, manu palam oſtentabat, ita ut cerni poſſit à circumſtantibus: Ecce, inquit, hæ ſunt illæ patrum autoritates & ſcita,quæ cuncta Epheſii dicta evertunt à fundamentis: Sed nec ipſe quidquam ex iſtis pugillaribus elatâ voce ſubinde lectitavit, nec chartam aliis uſurpandam permiſit: Et quod in Gregorio magis eſt obſtupendum: Non credebatur adhuc à noſtrâ fide ad Romanam deſciviſſe, ſed pro dignitate noſtræ Eccleſiæ Latinis fortiter obſtabat.

Verum etiam ut primò Ferraram appulimus, cum Gregorio innotuiſſet fratrem Epheſij germanum Legum cuſtodem,poſt octiduum ab adventu ad Papæ palatium de quibuſdam arcanis iter inſtituiſſe: in iſtiuſmodi voculas erupuit: Quid ſibi vult quod noſtrarum legum cuſtos ad aulam Papæ ſic properat?quæ illic explicat obſequia?Oportet nos ſæpius iterati ab eo itineris rationes indagari:En frater ejusEpheſius certamen totum pro nobis depugnabit: quidni igitur ſcire debeamus quid ejus frater moliatur? Hæc Gregorius ſæpenumero contrà Epheſium, ſuoſque invectus dixit, & Nicænum Epheſio laudibus prætulit, eumque contra Epheſium ad malignitatem extimulavit. Sed ad propoſitum: Nos in unum congregati ſchedulam iſtam ex geminis duorum Epiſcoporum lucubrationibus in unam philyram contractis diligenter perlegimus, tradidimuſque Latinorum in manus: Cui ſcriptum aliud in modum reſponſi excogitarunt Latini,

πάντας τυγχάνοντας. ἐν δὲ τῷ συνέρχεσθαι, καὶ τὸ τοιούτους διδόναι λόγους, καὶ τὸ παρ' ἐκείνων ἀντιλαμβάνειν, ἐγίνοντο καί τινες μερικαὶ διαλέξεις ἐν τῷ μεταξὺ, καὶ ἀπήτουν τὸν Ἐφέσου εἰπεῖν καὶ ἐκθέσθαι τὴν δόξαν ἣν ἔχει ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία περὶ τῶν ἐντεῦθεν ἐκδημούντων. ὁ δὲ οὐκ ἔλεγεν αὐτὴν, κωλυόμενος εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ βασιλέως. ἐφ' ὅσον δὲ ἑώρων αὐτὸν οἱ Λατῖνοι ἀνθιστάμενον, καὶ μὴ βουλόμενον ἀνακαλύψαι τὴν περὶ τούτου δόξαν τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν, ἐπὶ τοσοῦτο ἠνάγκαζον, καὶ ἀπήτουν ταύτην ἐκθεῖναι, καὶ ὠνείδιζον, καὶ τὴν αἰτίαν ἠρεύνων, φάσκοντες, πᾶς ὅστις οὖν ἐκκλησίας τινὸς Κανονικὸς ἐρωτώμενος ὁποίαν δόξαν ἔχει ἡ ἐκκλησία αὐτοῦ, περί τινος προτεινομένου ζητήματος, εὐθὺς ὀφείλει ἀνενδοιάστως καὶ περιδήλως λέγειν αὐτήν. σὺ γοῦν, οὐ δίς τε καὶ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις καὶ διὰ πολλῶν λόγων ἀπαιτηθεὶς παρ' ἡμῶν ἐκδοῦναι, ἢ εἰπεῖν ὅπως δοξάζει ἡ ὑμετέρα ἐκκλησία περὶ τοῦδε τοῦ ζητήματος, οὐδ' ὅλως ἠθέλησας. ἀποροῦμεν οὖν τί ἐστι τὸ κωλύον, διὸ καὶ ποιεῖς τὴν τοσαύτην ἔνστασιν.

Ὁ δὲ Ἐφέσου ὅσον μὲν τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ Λυδὸς ἦν εἰς πεδίον. ἤγχετο δὲ τῷ βασιλικῷ κελεύσματι κωλυόμενος ὡσπερεὶ χαλινῷ τινι καὶ ἐδυσχέραινεν. ὁ μὲν τοίγε Νικαίας οὐκ ἀποδεχόμενος τὴν τοσαύτην ἔνστασιν καὶ ἀποφυγὴν τοῦ λόγου, μήδε τῷ Ἐφέσου συμφωνεῖν ἀνεχόμενος εἶπεν.

& Latinis Ephesius aliud in refutationem, quibus & diversos adjunxit dialogos de eodem Argumento, omnes scitu perutiles, & præstantissimos discursus: Et dummodo in his argutis scriptionibus dandis, recipiendisq; omnium ingenia occupabantur, privatæ aliquoties dissertatiunculæ intervenere: & nonnulli Ephesium obsecrarunt, ut integram semel opinionem ante ora omnium delineare dignaretur, quam nostra Ecclesia mordicus tenet, de hominibus hinc ad aliam vitam emigrantibus: Ille vero renuit, ab Imperatoris mandato præpeditus: Latini vero quanto magis Ephesium reluctantem suorum dogmatum mysteria aperire animadverterunt, tanto acrius accensi poposcerunt, impuleruntque: & intempestivam taciturnitatem exprobrarunt: affirmantes, hoc omnibus saltem, qui in Canonem alicujus Ecclesiæ consenserunt, ex jure officii incumbere, si de dogmatibus suæ Ecclesiæ interrogentur, quicquid norint, sine morâ pandere: Tu vero bis, ter, ac centies pulsatus à nostris scire ambientibus, quæ dogmata nostram Ecclesiam à vestrâ sejungant, & nec in hanc quæstionem, nec in ullam aliam, obstinatissimus silentii huc usque quidquam proferre volueras: Miramur vero, quid rei sit, quod te tam fixum in hac uligine detineat.

At Ephesius etiamsi existeret, à propriâ indole Lydius ad campum, ut est in proverbio, promptus atque alacer ad omnia capessenda, tamen Imperatoris mandato, tanquam injecto ori capistro, ita repressus cohibebatur, ut sæpe indignabundus infremeret: At Nicænus propensior eloqui, nec cupiens sollicitantium deprecationes subterfugiendo eludere, & ut in omnibus Ephesio videretur adversari, rogatus opinionis suæ sensum sic exposuit.

τμήμ. ε. κεφ. ις.

Ὡς ἐγὼ ἐπ' ἐξουσίας ἔχω τὴν ἰδίαν μου γνώμην ἐμφανῆ καταστῆσαι λέγω τοίνυν καὶ δοξάζω ὅτι καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων ἀπέλαβον ἃ ἀπέκειντο αὐταῖς ἀγαθὰ, καὶ αἱ τῶν ἁμαρτωλῶν τὰς κολάσεις. τοῦτο δὲ λείπεται μόνον. ἵνα προσλάβωνται καὶ τὰ σώματα μεθ' ὧν ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ ἐπολιτεύσαντο. καὶ οἱ μὲν δίκαιοι ὦσιν ἐν τῇ ἀπολαύσει, καὶ τότε μετὰ τῶν σωμάτων, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ ὑπάρχωσι, σὺν τοῖς σώμασιν ἐν τῇ κολάσει. καὶ τοῦτο γενήσεται ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ. μετὰ δὲ τὸ εἰπεῖν ταῦτα ὀλί-

Sect. V. Cap. XVI.

Quandoquidem vero mihi libera meam promendi sententiam facultas permittitur, à nullius nutu suspensa, profiteor, & in hanc opinionem firmiter consentio: Sanctorum animas statim à morte accipere bona ipsis à Deo destinata præmia, & peccatorum, pœnas: id unicum solummodo ad plenam amborum consummatamque perfectionem deesse, ut corpora resumant, induantque, quibuscum in terris vitæ munia administrarunt: Ac tum justi beatificâ visione in æternum perfruentur cum suis corporibus, & cum suis, flagitiosi perpetuis pœnis torquebuntur: Quod utrique ad secundum Christi adventum patientur: Cumque hæc verba pronuntiasset, aliquantillum moratus, scam-

ὀλίγον προσμείνας ἀνεχώρησεν ἀπὸ τοῦ μέρους τοῦ Ἐφέσου, καὶ εἰς ἴδιον ἐκάθισε τόπον, ἔνθα καὶ οἱ ἄρχοντες οἱ προειρημένοι συγκλητικοί.

Ὁ δὲ Ἰσπανὸς Ἰωάννης φιλονεικώτερον διελέγετο τῷ Ἐφέσου, καὶ ἀπὸ τῆς προκειμένης ὕλης τῶν λόγων, ἐφ᾽ ἕτερα μετέβαινε, καὶ προβλήματα προέτεινε, μηδ᾽ ὅλως τῷ προκειμένῳ σκοπῷ συμβαλλόμενα, ὅτε μετὰ τῶν ἄλλων ἠρώτησε τὸ ποῦ, καὶ πῶς πέτανται οἱ Ἄγγελοι; καὶ ὅτι τὸ πῦρ ὃ λέγεις διαδέξεσθαι τοὺς ἁμαρτωλοὺς, εἰπὲ ἡμῖν ἐκ ποίας ὕλης μέλλει ἀνάπτεσθαι, καὶ πῶς μέλλει φλέγειν τοὺς εἰς αὐτὸ παραπεμπομένους. ἐφ᾽ οἷς καὶ τὸν Ἰάγαρον ἀγανακτήσαντα εἰπεῖν, ὅτι γνώσεται τοῦτο ὁ ἐρωτῶν ὅταν ἐκεῖσε παραγένηται, καὶ πρὸς τοῦτο ἀποκριθῆναι τὸν Ῥόδου Ἀνδρέαν. ὅτι οὐκ εἶπες τοῦτο ὡς εὐγενὴς ἄρχων. οὐ γὰρ ἔδει σε τοιαύτην δοῦναι ἀπόκρισιν. τοιαῦτα τινα ἔλεγεν ὁ Ἰωάννης ἐπηρεαστικῶς μᾶλλον ἢ διαλεκτικῶς. ἦν γὰρ πολὺς τὴν ἔξω σοφίαν, καὶ δεινὸς ἐν τῷ διαλέγεσθαι, ποικίλος τε καὶ πανοῦργος τὸν νοῦν, καὶ εἰς τὴν τῶν λόγων μεταχείρησιν εὔστροφος. ἡμεῖς δὲ ἐθαυμάζομεν πῶς ὁ Ἐφέσου εὐθὺς ἐδίδου τὰς λύσεις μετὰ παραστάσεων γραφικῶν, μὴ προειδὼς ἃ προέθετο προτείνειν ὁ Ἰωάννης. πλὴν γὰρ δύο ἢ τριῶν προβλημάτων, εἰς τἄλλα πάντα δέδωκεν ἀπολογίας καὶ λύσεις ἱκανάς. μετὰ γοῦν τοὺς πολλοὺς λόγους μόλις ἐξήλθομεν. δεινὸν ἡγησάμενοι πάντες τὴν διχόνοιαν, ἣν ἔδειξεν ὁ Νικαίας μηδὲ λόγοις βραχέσι συμμαχῆσαι τῷ Ἐφέσου θελήσας, ἀλλὰ κἀκ τῆς καθέδρας ἀναχωρήσας.

Ἐγὼ δὲ καὶ πλέον τῶν ἄλλων δυσχεραίνων, ὡς ὀλέθριον κακὸν ἐκ τῆς τοιαύτης διαιρέσεως στοχαζόμενος προβήσεσθαι, δεῖν ἔγνων πρὸς διόρθωσιν, ὡς οἷόν τε τοῦ τοιούτου καὶ ἐμαυτὸν ἐπιτρέψαι, καὶ ἄλλους παρακινῆσαι. ὅθεν καὶ τὸν Λακεδαιμονίας διεγείρας πρὸς τοῦτο, εἰς τὸν πατριάρχην ἀπήλθομεν, καὶ ἀνηνέγκαμεν, ὅπως ὁ Νικαίας, πρὸ τινῶν ἡμερῶν ἐφαίνετο ἀηδῶς διακείμενος πρὸς τὸν Ἐφέσου, μήτε συνηγορῶν, μήτε ῥοπήν τινα βοηθείας συνεισφέρων αὐτῷ. νῦν δ᾽ ἔδειξε

scamna Ephesii deserens, locum occupavit, ubi Senatorii principes quos, Imperator sermocinantibus adesse jusserat, seorsim à disputantium areâ ac foro consederant.

At Joannes ille à sanctâ Paginâ Magister, contentiosius cum Ephesio rixabatur, & ab æstu disputandi desultorium in modum, ab unâ re in aliam captatus, varias permiscebat quæstiones, quæ nihil ad causam propositam pertinebant: ut inter cætera, Angeli quem locum complectuntur, quibusve modis volant: Ignis ille, quem ais, designatum peccatoribus in tormentum, eja dicas, cujus sit generis aut naturæ? quibus flatibus accenditur? quibus flammis damnatas animas concremat? Quod Jagaris ubi audivisset, subito indignationis motu excandescens dixisse fertur: Interrogantem hæc intellecturum cum eo pervenerit: eidemque respondisse Andræam Rhodi: Et tu id temerè, nec ut decet generosum magnatem: nec enim istius generis responsum debuit tuis è labiis evolasse: Ita vero se gessit Joannes in illa scena, argutando injuriosè, potius ut exploraret cujus esset temperamenti Ephesius, quam ut dialecticis, & solidis rationibus Ephesii dicta convelleret: Erat enim Joannes in exoticis disciplinis, & humaniorum literarum peritiâ, multiplicis vir lectionis, disertus lingua, ingenio astutus, indole versatilis, quam ad rei cujuscumque cognitionem exprimendam facillime circumrotabat: At Ephesius plurimam in nobis admirationem concitavit, dum singulari facundia, propositis singulis responsa aptabat extemporanea, & tot scriptis testimoniis peritissimè suffulta: Etiamsi nihil poterat hariolari, in discursu tumultuario quid subnectere Joãnes pararet: Nam præterquam duobus aut tribus subtilioribus Problematis Ephesius cæteris omnibus solutiones optimas, & responsa expedivit: Actis autem variis hac illac sermocinationibus tandem discessimus: omnes una permoleste ferentes illam crudi animi aversationem, quam Nicænus monstrarat, dummodo ne tunc minimam opem Ephesio tulit, sed ne ferret in posterum, ab ejus latere in aliud subsellium repente migravit.

Ego vero graviori mentis ægritudine id mecum versavi, quam alii quos minus negotium angebat: quando sat multis experimentis edoctus cognoverim, hanc fraterni amoris refrigerationem à quâ semente in quam amplam malorum messei sæpe proveniret: Igitur ut maturè subveniatur, priusquam mora ac diuturnitate adolescat in dies singulos ingruens intemperies, æquum judicavi & meam ipsius omnem operam impendere, & aliorum hominum excitare, conciliandæ inter fratres gratiæ: Accito

ἔδειξε τοῦτο καὶ φανερώτερον, ὑπ' ὀδόντα μεμφόμενος τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου λεγόμενα. καὶ μήτε ἐξ οἰκείου τῇ πρὸς αὐτὸν ἐμμείνας ὁμονοίᾳ, μήτε τῇ βασιλικῇ προστάξει ἐπισχεθεὶς, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν δόξαν εἰπὼν, ὡς ἠθέλησε, τὸν Ἐφέσου μόνον κατέλιπεν ἐνίστασθαι, διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδοχήν. ὁρῶμεν οὖν μεγάλην διαίρεσιν προβαίνουσαν παρὰ τοῦ Νικαίας. καὶ δειλιῶμεν μὴ ἐπὶ τὸ χεῖρον αὐξήσῃ, καὶ μέγιστον ὄλεθρον προξενήσῃ. τί γὰρ χεῖρον ἢ ἀτιμώτερον ἢ ὀδυνηρότερον τοῦ σχισθῆναι τοὺς ἡμετέρους ἐνταῦθα; πόση καταστροφὴ ἐκ τούτου παρακολουθήσει; διὰ τοῦτο ἐφάνη καλὸν ἡμῖν, ἵνα δηλώσωμεν τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου τὸ γεγονὸς, ὡς ἂν ὁρίσῃς, καὶ ἔλθωσιν ἐνταῦθα, καὶ λόγοις συμβουλευτικοῖς, πατρικοῖς τε ἅμα καὶ παραινετικοῖς ἀπελάσῃς αὐτῶν τὴν διχόνοιαν, καὶ εἰρηνεύσῃς καὶ ἑνώσῃς αὐτούς. παρακαλοῦμεν οὖν καὶ ἡμεῖς ἵνα σπουδάσῃ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου πρὸς καταλλαγὴν, καὶ ὁμόνοιαν αὐτῶν ὅτι εἰ ἀμεληθῆ νῦν, δυσκολώτερον ἔσται.

itaque Lacedæmonis Episcopo in consilii participationem, Patriarcham adivimus, & flebili nuntio ei significavimus: Per aliquot dieculas visum Nicænum, ab Ephesio mentis alienatæ: nihil amicitiæ, favoris, clientelæ, adminiculi ad eundem aggregare: At nuperrimè multo manifestius voluntatis immutatæ indicium aperuit, infrendens dentibus, & quibuscumque Ephesiii dictis obmurmurans: Et nec benevolentiæ veteris vestigium, à suo genio profectæ retinuit, nec Imperatoris mandatum reveritus est: sed evulgatâ, ut voluit, sententiâ, Ephesium deseruit, in mediâ adversariorum acie stantem, ut se Imperatori comprobaret: Cernimus igitur inimicitiæ flammam ingentem à Nicæno erumpere: Et multum metuimus ne in pejus quotidie augescat, magnamque nobis omnibus perniciem acceleret: Quid enim indignius, indecentius, deplorabilius possit obtingere, quam nostros his regionibus peregrinantes in factiones abire, & odiosis dissidiis invicem dilacerari? quanta rerum omnium subversio hoc infortunium comitabitur? Quare dedimus operam hæc tuæ Eximiæ pietati palam facere: ut ambo illi ab eâ accersiti rationes audire discant, & consiliis paternis, ac adhortationibus delibuti in saniorem mentem descendant: tandemque omni malevolentiæ nubeculâ per te discussâ, ad pristinos amplexus, & fraternæ jura caritatis revocentur: Obtestamur ergo Eximiam Sanctitatem vestram, ut festinet hoc fœdus procurare: Illud enim imprimis pertimescendum est, ne difficillimè ejiciatur malitia, eo usque vilipensa, dum in præcordiis radices altas spargat.

τμήμ. ε. κεφ. ιζ.

Τούτων ἀκροασάμενος ὁ πατριάρχης ἀπέσκωψεν ἡμᾶς εἰρηκὼς ὅτι δεινότερον ἡγοῦμαι τὸ ὅτι ἤλθετε καὶ εἴπετε μοὶ ταῦτα ἢ τὸ γεγονὸς ἐκεῖσε. τὰ γὰρ ἐκεῖσε λεχθέντα, οὐδενὶ ἂν ἐγνωρίζοντο, ἐπεὶ καὶ ἰδίᾳ γεγόνασι. νῦν δ' ὅτι ἀνηγγείλατε μοὶ ταῦτα ἀκουσθήσονται καὶ εἰς ἄλλους, καὶ πλατυνθέντα ἀκουσθήσονται καὶ εἰς τοὺς λατίνους, καὶ ἔσται τοῦτο εἰς αἰδῶ καὶ κατάγνωσιν ἡμῶν. ἦν ἂν οὖν κάλλιον εἰ σεσιωπημένον εἴχετε τοῦτο. ἔφημεν δὲ ἡμεῖς πρὸς ταῦτα, ὅτι ἡμεῖς ἰδίως σοὶ ἀνηνέγκαμεν ταῦτα, καὶ ἄλλοις οὐκ εἰρήσεται παρ' ἡμῶν. πλὴν οἱ λατῖνοι καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἐγνώρισαν ταῦτα. ὁ γὰρ Νικαίας, οὐ λόγοις μόνον εἶπεν ὅσα ἠθέλησεν εἰς ἐπήκοον τῶν προσδιαλεγομένων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας καθέδρας ἀναστὰς μετὰ τῶν ἀρχόντων ἐκάθισε τῶν συγκλητικῶν, καταλιπὼν

πων

Sect. V. Cap. XVII.

Cum hæc percepisset Patriarcha, nos salso scommate plurimum irrisit: & facinus in majorem infamiam evadere, quod à nobis diceretur, quam quod illic fieret, apertè conclamavit: Nam quæ illic dicta, factave sunt, intrà privatos unius ædificii parietes conclusa paucissimis innotuere, nec civitatem pervagabantur: At nunc, ubi mihi hæc cecinistis, in omnium gentium notitiam pervenient diffamata Latinis pariter ac Græcis, in nostrorum ingens vituperium. Sane multo præstitisset hæc silentio suppressisse: At nullis prætereà propalavimus, quæ ad te solum curavimus deferri, nos respondimus: quanquam Latini sensibus satis evigilantibus omnia intellexerunt: Nicænus enim non modo verbis in theatro, ac ante ora ratiocinantium quicquid voluit pro arbitrio explicuit, sed mutatâ sede se contulit inter Imperatorios Senatores consessurum, & Ephesiii in ipso certamine dimicantis latus destituit: Ipse igitur ut sorex suo indicio se prodidit: Et quod grave flagiti-

um

πὼν τοῦ Ἐφέσου ἐν τῷ σταδίῳ ἀγωνιζόμενον. αὐτὸς οὖν ἐγνώρισε τοῖς παρατυχοῦσι τὴν ἰδίαν διχόνοιαν. τί οὖν δεινὸν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, εἰ τὰ τοῖς πολλοῖς γνωσθέντα ἀνηνέγκαμεν τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου; καί τινι τῶν ἄλλων ἦν οἰκειότερον ἀναγγεῖλαι ταῦτα. διὰ τοῦτο προανέφερον ἐγὼ καὶ τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου καὶ τῷ βασιλεῖ, ὅτι οὐ γίνονται καλῶς αἱ διασκέψεις τῶν διαλέξεων. ὁρίσατε οὖν ἵνα συνέρχωνται καὶ σκέπτωνται κοινῶς εἰ καὶ μὴ πάντες, ἀλλ' οὖν οἱ ἐκλελεγμένοι. ἰδοὺ γὰρ ἐκ τούτου παρηκολούθησε καὶ ἡ διαίρεσις. πρὸ πάντων δὲ παρακαλοῦμεν ἵνα γένηται ἐπιμέλεια πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν αὐτῶν.

Καὶ ἀπεκρίθη ὁ πατριάρχης, ὅτι ἐγὼ βουλόμενος μὴ γίνεσθαι ἀκουστὰ τὰ γεγονότα εἶπον ὅσα εἴρηκα. ἀλλὰ ποιήσω καὶ ὅπερ μοὶ λέγετε. συνάξω γὰρ ἐκείνους καὶ εἰσηγήσομαι καὶ εἰρηνεύσω αὐτούς. ταῦτα μὲν ἔφη πρὸς ἡμᾶς. πρὸς δὲ ἐκείνους οὔτε λόγος, οὔτε ἔργον ἐγεγόνει, ἀλλ' ἔκτοτε ἦσαν διῃρημένοι, καὶ συνήρχοντο μὲν τὸ δοκεῖν, καὶ πρὸς λόγους ἐχώρουν. τῇ δὲ ἀληθείᾳ καὶ πάνυ διΐσταντο. περὶ δὲ τῶν διαλέξεων ἐπεὶ ἀνηνεγκάν τινες τῷ βασιλεῖ, ὅτι πολλάκις ἐζήτησαν οἱ Λατῖνοι τὴν δόξαν ἣν ἔχει ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία περὶ τοῦ κινηθέντος τούτου ζητήματος, καὶ οὐκ ἐστὶ δίκαιον, οὐ δὲ εὐπρεπὲς μὴ ἐκδοῦναι τὸν ἡμετέρους καὶ ταύτην. καὶ δέον ἐστὶν ἵνα ὁρίσῃ ἡ ἁγία βασιλεία σου καὶ γένηται ὃ ζητοῦσι, μόλις ἐνέδωκε, καὶ ἐξέθετο ταύτην ὁ Ἐφέσου, ἐν τῷ ὑστέρῳ τῶν δηλωθέντων αὐτοῦ τριῶν λόγῳ καὶ διεκομίσθη πρὸς ἐκείνους.

um admisimus, si quæ à singulis per vicos & compita decantantur tuæ eximiæ sanctitati nota fecimus? Et quem magis decuit, & oportuit hæc scire? Quin & sæpe antehac Sanctitati tuæ significavi & Domino Imperatori istas disputandi consultationes perperam ordinari: vel itaque jubete, ut omnes una confluant ad differtandum, vel si non omnes in universum, at saltem selectiores, sed majori in frequentiâ: Ex illa enim raritate forsan hæc inter eos cavillandi libido exarsit: quæ cum ita nunc se habeat, omnis diligentia est adhibenda, ut sopitâ jurgiorum materiâ, illi duo statim in mutuum concordiæ nodum revinciantur.

At ego eâ fine dixi, respondit Patriarcha, quia magnopere percupio non solum à meipso, sed ab omni mortalium genere ea celari, quæ in nostrum cedunt dedecus & opprobrium: utcumque vestris monitis obtemperabo: accersam utrumque, dictisque permulcebo, & revocabo in pristinum benevolentiæ, ac gratiæ florem: Hæc quidem nobis Patriarcha promisit, at nihil præstitit re, vel verbo: nam illi ut tunc primulum occœperant, ita æternum manebant affectibus disjuncti: Et quanquam aliquoties ad sermones serendos convenire videbantur, sub fictæ necessitudinis larvâ, tamen in interioribus animorum sensibus plurimum distabant: De illis autem disceptationibus, cum aliquam multi id Imperatori insinuarent, sæpè Latinos efflagitasse, nostri quam alerent opinionem de nuper motâ quæstione Purgatorii, quorum spem ulterius lactare nec nobis justum videri, nec decorum, sed nec Majestatis suæ honori conducere, à cujus solâ autoritate pendet, ut votorum compotes Latini evadant: His permotus Imperator annuit in Latinorum desideria: Et Ephesius, ejus mandato, nostram de Purgatorio communem sententiam chartis inseruit & promulgavit sermone ultimo trium priorum, qui cum aliis ab eo tum scriptis ad Latinos diligenter transmissus est & traditus.

τμήμ. ε. Κεφ. ιη.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ σιτηρέσιον κατηναλώθη, καὶ πολλάκις ζητηθὲν οὐκ ἐδίδοτο, ὅτε κατὰ τὴν ἐκείνων ζήτησιν ἐξεδόθη, ἡ περὶ τοῦ ζητουμένου δόξα τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας, τότε πάλιν ἐδόθη καὶ τὸ τρίτον μηνιαῖον σιτηρέσιον τῇ λ τοῦ Ἰουνίου φλωρία χπθ; συνήλθομεν δὲ αὖθις μετὰ τῶν πρὸς διαλεγομένων. καὶ τὴν ἰδίαν συνιστᾶν δόξαν ἐσπούδαζον οἱ Λατῖνοι καὶ ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας πλείονα εἶπεν ἐπιχειρήματα ὑπὲρ τούτου,

SECT. V. CAP. XVIII.

Verum jam totâ annonâ à nobis exhaustâ, ad quæstores petitum confugimus, qui dare detrectarunt, quanquam assiduis nostrorum precibus pulsarentur: donec nostram de Purgatorio opinionem exposuisset Ephesius: tum stipendium mensis tertii nobis numerarunt, Junii tricesimo, florenos sexies centum, octoginta novem. Conventus autem sæpe posteà disceptatores continuarunt: Et dum Latini novis commentationibus suam opinionem stabilire desudarunt, Andræas Rhodi plurima argumento-

 rum

τοῦ, καὶ τὸν θεῖον Γρηγόριον τὸν Νύσσης παρῆγεν, εἰς σύστασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων. ἕλκων πρὸς τοῦτο καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ φάσκων ὡς ἐπεὶ ἀδελφὸς ἦν τοῦ Νύσσης. ὁ δὲ Νύσσης πάνθ᾽ ὅσαπερ ἔγραφε πρότερον ὑπεδείκνυ τῷ αὐταδέλφῳ, εἶθ᾽ οὕτως ἐξεδίδου αὐτά, εὔδηλον ὅτι καὶ τὰ περὶ τοῦ καθαρσίου πυρὸς μετὰ γνώμης τοῦ ἀδελφοῦ ἐκδέδωκε. καὶ λοιπὸν φαίνεται, ὅτι ταύτην τὴν δόξαν ἐδόξαζε καὶ ὁ μέγας Βασίλειος. προεκόμιζε δὲ καὶ τὸ Ἀποστολικὸν ῥητὸν τό, εἴτινος τὸ ἔργον κατακαήσεται ζημιωθήσεται, αὐτὸς δὲ σωθήσεται οὕτως δὲ ὡς διὰ πυρός, παρεξηγούμενος καὶ τοῦτο, καὶ πρὸς παράστασιν τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς ἕλκων, εἰς ὃ καὶ πολλοὶ γεγόνασιν ἑκατέρωθεν λόγοι ἐν διαφόροις συνελεύσεσιν.

Εἶτα μεθ᾽ ἕτερα πολλά, εἰς τὸ περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας μετέβη ὁ Ῥόδου. καὶ τὴν ἡμῶν περὶ τούτου διεπυνθάνετο δόξαν, καὶ τὸν Ἐφέσου πρὸς ἀπόκρισιν παρεκίνει. καὶ τὴν ἰδίαν δόξαν παρέτεινεν εἰρηκώς. ὡς ἡ ἡμετέρα Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία δοξάζει, ὅτι ὁ τρισυπόστατος Θεός, ἤγουν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱός, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐνοικεῖ τοῖς ἀξίοις πρὸς ὑποδοχὴν αὐτοῦ. εἴπατε οὖν καὶ ὑμεῖς τινὰ δόξαν ἔχετε περὶ τούτου. ἦν δὲ ἐξ ἀρχῆς προαναπεφωνημένον, καὶ προστεταγμένον παρὰ τοῦ βασιλέως, ἵνα εἰ ζητηθῇ τὸ τοιοῦτον, μηδ᾽ ὅλως ἀπολογήσηται τις περὶ αὐτοῦ. διὸ καὶ εἶπεν ὁ Ἐφέσου, ὅτι ἡμεῖς εὐκόλως ἔχομεν ἀποκριθῆναι ὧν ἀπαιτεῖς· ὅτι δὲ οὐ συνήλθομεν ἀρτίως ἐπὶ τὸ λέγειν περὶ αὐτοῦ; διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀπολογούμεθα νῦν. ὅταν δὲ φανῇ καὶ τοῖς ἡμετέροις, ἔγκαιρον εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ ἐροῦμεν ἅπερ ἂν ὁ Θεὸς ἡμῖν χορηγήσῃ. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθη ὁ σύλλογος. ὡς δὲ ἀνηγγείλαμεν πάλιν ταῦτα τῷ βασιλεῖ, αὖθις ἐμβριθέστερον προσέταξεν ἵνα μηδ᾽ ὅλως ἀποκριθῇ τις περὶ αὐτοῦ. καὶ ἐν τούτοις ἔπαυσαν καὶ αἱ περὶ τοῦ πουργατορίου διαλέξεις, οὐκέτι γὰρ συνήλθομεν, ἀλλ᾽ οὐ δὲ συμπέρασμά τι γέγονε περὶ αὐτοῦ. διὸ χρὴ καὶ ἡμᾶς ἐνταῦθα τὸν περὶ τούτου καταπαῦσαι λόγον, καὶ μεταβαίνειν ἐφ᾽ ἕτερα κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐκεῖσε πράξεων τε καὶ μεταβάσεων.

rum genera convolvit: Inter cæteros vero laureolâ donatos in cælis, Divum Gregorium Nyſſenum, ad aſſertionem de Purgatorio illuſtrandam citavit, cui & conjunctiſſimum Nyſſeni fratrem, magnum addidit Baſilium: propter affinitatem, quam inter fratres putavit intervenire, ut ſanguinis ac naturæ, ita mentis & opinionum: Nyſſenus (enim inquit) quæcunq; ſtudiis elucubravit fratri communicavit, & ſi quæ ab illo probarentur edidit: unde inevitabili ratione evincitur: Et ſua Nyſſenum de Purgatorio, niſi aſſentiente fratre, in lucem non emiſiſſe, & ſi in hanc opinionem Nyſſenus ipſe deſcenderit, eandem neceſſario amplexum fuiſſe Baſilium; Quin & illud Apoſtoli protulit Andræas: Si cujus opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe tamen ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem: verba obliquis interpretamentis ad ignis Purgatorii confirmationem violenter detorquens: de quo tamen Apoſtoli loco, ſermones multifarii hac illac, ab utrâque parte diverſis in conventibus, ſunt variati.

At mox Andræas Rhodienſis, poſt multa alia ad conſiderandam Dei ſubſtantiam, modumque operandi in creaturis, orationem devolvit: & noſtram de utroque popoſcit ſententiam, Epheſiumq; ad reſpondendum provocavit: quem ut magis proliceret ad loquẽdum, ſuam ipſe ſententiam prius expoſuit: Et noſtra inquit Romana Eccleſia firmiter credit, totum Deum ex tribus perſonis conſtantem, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum inhabitare quoſcunque tanto contubernio dignos deprehendunt: Vos autem dicite, quæ ſit veſtra, aut quid de noſtrâ opinione judicetis? At altum erat inter noſtros ſilentium: quibus anteà edixerat Imperator, ut hominibus in iſtiuſmodi quæſtiones prolapſis nulla reſponſio daretur: Quare Epheſius ut homini frænum injiceret, breviſſimè retorſit: In promptu nobis eſſe quo facillimè tuis argutis Problematis ſatis faceremus, ſed quia hodie non ea fine huc convenimus, ut de his camerinæ commoverentur, à reſponſionibus abſtinemus: ſi vero poſthac noſtratibus viſum fuerit opportunius hæc differenda admittere, in iis explanandis promemus quæcunque Deus nobis in mentem ſuggeret: Et hæc dicente ſoluta eſt conventio: Quæ cum rurſus Imperatori manifeſtaremus, cum majori verborum ſeveritate vehementius nobis increpuit, ut ne quis ſyllabam de his negotiis proferret: Ita noſtræ diſputationes de Purgatorio finitæ conquievere: nec in poſterum ad privata ventilanda convenimus: nec de eodem quicquam determinatum: Quare nos etiam ſtylum inhibere oportet, nec ejuſdem ulteriorem mentionem facere, ſed ad alia properare, quæ ſequuntur ordine, multiplicia, rerum agendarum, & tranſitionum diverticula.

HISTO-

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO VI.

Ἐν ᾧ περὶ τοῦ ἐν Φερραρίᾳ περιορισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖσε πλημμελείας. καὶ περὶ τῆς προκαταστάσεως τῶν συνοδικῶν διαλέξεων. καὶ ὅπως ἐγίνοντο αἱ διαλέξεις. καὶ περὶ τῶν τρόπων, καὶ τῆς μεταχειρίσεως τοῦ Πνευματικοῦ. Ἀπομνημονευμάτων ἕκτον.

Hac in universum continet, nostras circumscriptiones, & temporum illic infructuosa dispendia: Primam Synodalium disceptationum dispositionem, & primordia: ac ut exinde disceptationes successerunt: Mores & conamina, seu res gestas Pœnitentiarij: omnia ex sexto Commentariorum extracta.

τμήμ. ϛ. Κεφ. α.

Ἔθος ἐστὶν ἐν ταῖς λατινικαῖς ἐπαρχίαις, καὶ πόλεσι, τηρούμενον ἀκριβῶς μὴ ἐξεῖναί τινι, ἐξιέναι ἢ μεταβαίνειν ἀπὸ ἐπαρχίας ἢ πόλεως εἰς ἑτέραν ἄνευ θελήματος καὶ βούλλης τῶν ἐκεῖσε κυρίων. καὶ τοῦτο τηρεῖται ἀπὸ τῶν πρώτων μέχρι τῶν ἐσχάτων; καὶ αὐτῶν δὴ τῶν καλουμένων πενεγρίνων. ἄνευ γὰρ βούλλης ἀδύνατόν ἐστιν ὁδοιπορίαν ἀνύσαι τινα. ὡς οὖν ἡμεῖς εἰς τὴν Φερραρίαν πάντες συνήχθημεν, διεμηνύσατο ὁ βασιλεὺς τῷ ἄρχοντι τῆς Φεραρίας τῷ Μαρκέσῃ, ἵνα προστάξῃ τοῖς διενεργοῦσι ταύτην τὴν βούλλαν, μηδενὶ τῶν γραικῶν δοῦναι, εἰ μὴ ἴδωσι πρότερον βούλλαν βασιλικήν. ἐποίησεν οὖν τοῦτο Μαρκέσης κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως παρακέλευσιν.

Ἐπέστησε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς τοῦτο τὸν Ἰάγαριν, ὃν εἶχεν ἐκεῖ δεύτερον μεσάζοντα ἵνα εἴποτε θελήσει τις ἐξελθεῖν, καὶ ἀλλαχοῦ ποῦ ἀποδημῆσαι, προσέρχηται καὶ λέγῃ τοῦτο Ἰάγαρι. ὁ δὲ ἐξετάζετο ποῦ, καὶ τίνος χάριν ἀπέρχεται καὶ ἀναφέρῃ τοῦτο τῷ βασιλεῖ, καὶ εἰ ἔχει αὐτὸς θέλημα ὁρίζῃ καὶ διδῷ ὁ Ἰάγαρις βούλλαν. εἰ δὲ μὴ, ἵνα κωλύῃ αὐτόν. ἐπράττετο οὖν τοῦθ' ὡς πετύπωται, καὶ ἐντεῦθεν ἐγνώσθη ἡμῖν, ὁ πρῶτος ἡμῶν περιορισμὸς δηλωθή-

SECT. VI. CAP. I.

Consuetudo invaluerat, jam à multis seculis, per omnes præfecturas, provinciasque Latinorum, diligentissimè observata, ne quis audeat excurrere, aut ab eâ urbe in quâ insit ad aliam seu civitatem, seu provinciam se conferre, nisi prius habitâ veniâ, & diplomate scripto ab urbis præfecto, aut ipsis loci Magistratibus: quod ab omnibus, summis pariter ac infimis, ut lex sacra & inviolabilis custoditur, seu incolæ, seu peregrini audiant: Absque schedulâ libertatem exeundi concedente, præfecti sigillo ac charactere munitâ, nemini licet quovis iter suscipere: ut igitur nos tota gens simul Ferraram appulimus, Imperator in mandatis dedit Præfecto urbis Marchioni, ut suis hominibus injungeret, penes quos stetit potestas ea scripta elargiendi, nemini Græcorum facultatem impertire, nisi prius Imperatoris manum attestantem commonstraret: quod & fideliter præstitit Marchio, adhortamento Imperatoris obtemperans.

Et ne deesset à nostris partibus, qui postulata Græcorum in hoc negotio acciperet, Jagarin præfecit Imperator, qui secundi Sequestri locum obtinebat, ut si quem libido incederet proficiscendi ab urbe peregrè, Jagari significaret, & Imperatori Jagaris: ac prout de rationibus constaret, ipse Jagaris posset vel veniam concedere, vel egressum prępedire: quod dum singuli pro officiis exequuntur, satis omnibus inclaruit circumscriptionis nostræ necessitas: quam quot & quanta incommoda comitabantur, loco convenienti narra-

θήσονται δὲ οἱ λοιποὶ ἐν τῷ προσήκοντι. ἐκαθήμεθα οὖν ἀλγοῦντες, οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς προσοῦσί τε καὶ ἐπερχομένοις ἡμῖν δεινοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ τῆς ἐλευθερίας ἀφαιρέσει, ὅτι ὡς δοῦλοι συνεκλείσθημεν. ὡς δὲ παρῆλθον μῆνες τρεῖς, καὶ ἐπέκεινα, καὶ ἐδυσχέραινον πάντες ὑπὸ τῶν τῆς ξενιτείας δεινῶν, καὶ τῆς στενότητος τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς στερήσεως τοῦ σιτηρεσίου, ἠκούοντο δὲ οἱ φόβοι τοῦ Νικολὸ πιτζινή, ἀναγκασθέντες τρεῖς τῶν κληρικῶν ἐφεῦρον τρόπον. εὐμήχανον γάρ, καὶ ἐφευρετικὸν ἡ ἀνάγκη, καὶ λαβόντες βοῦλλαν εἰς τὴν Βενετίαν ἀφίκοντο. ὅπερ μαθὼν ὁ πατριάρχης, καὶ δεινὸν ἡγησάμενος, ἔγραψεν εὐθὺς εἰς τὸν δοῦκα τῆς Βενετίας. ὁ δὲ εὗρε, καὶ ἔστειλεν αὐτοὺς τῷ πατριάρχῃ. ἔσκωψεν οὖν αὐτοὺς ὁ πατριάρχης, καὶ βάρος ἐνεδείξατο μέγιστον, καὶ ἠπείλησε δεινῶς. οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ ἀναφανδόν, ὅτι οὐ δυνάμεθα ἐπὶ πλέον ἐνταῦθα ταλαιπωρεῖν καὶ οὐ προσμένομεν ἄκοντες, οὐδὲ ἀνεχόμεθα τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν στερηθῆναι. οὐδὲ φέρομεν τὸν τῆς δουλείας δεσμόν. ἀπελευσόμεθα, καὶ ὡς ἔχεις θέλημα ποίησον. καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς ἐξῆλθον, καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ᾤχοντο. ὁ δὲ πατριάρχης ἔγραψε τῷ Σακελλαρίῳ, ἵνα ἔχῃ αὐτοὺς ἀργοὺς τῆς ἱερωσύνης, καταφρονήσαντας δὲ τῆς ἀργίας, ἵνα προστάξῃ τοῖς ὑπηρέταις, καὶ κατὰ γῆς δείρωσιν αὐτούς. ἐν τῇ τοῦ μιλίου λεωφόρῳ. οὕτως ὁ Πνευματικὸς ἀνὴρ τιμᾶν ἔγνω τοὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπηρέτας. καὶ τοιαύταις ἐλπίσι παρεμυθεῖτο τοῖς ἐκεῖσε ταλαιπωροῦσιν.

narravimus: Conſedimus igitur univerſi, mærore conſternati, non modo ob præſentes ærumnas, quas ſenſimus, & quas quotidie expectavimus graviores, ſed ob ademptam quoque libertatem, quod ut vernæ, cancellis includeremur: Ut autem tres integri menſes, pactæ intercapedinis, & ultrà præteriere, cunctique ſimul peregrinationis miſerias, rerum neceſſariarum anguſtias, abnegationem demenſi frumentarii, etiam & pericula à Nicolao Picennino, rumoribus indies aucta ingemiſcerent, tres initiati ſacris clerici, ſtimulante neceſſitate modum invenerunt (ut eſt res ſolers ac ingenioſa mediis excogitandis neceſſiras) nanciſcendi libertatis ſcriptam ſchedulam, & Venetias illico commigrarunt: Id ubi reſcivit Petriarcha graviter ſuccenſuit, ſtatimque Duci Venetiarum literas dari curavit, qui homines diligenti indagine perveſtigans, Ferraram remiſit, Patriarchæ ad arbitrium tractandos: Quos ubi Patriarcha conſpexit, acerbiſſimis dicteriis increpuit, ac ſuprà modum excandeſcens, diras delicti pœnas interminatus eſt: At illi animis infracti propalam aſſeverarunt, ſe ulterius calamitatem abſentiæ à patriâ non ferre, nec poſſe invitos coerceri, aut ferarum ritu in luſtro excurrendi libertate interdici: Nati liberi inquiunt, non patimur injecta ſervitutis vincula, aut compedes: Quare nobis decretum eſt, domum ad noſtra repedare, & tum quicquid tibi ſævienti mens iracunda dictabit, in nos ſemel Conſtantinopolin delatos perſequere: Et elapſis aliquot dieculis dicta firmarunt, Conſtantinopolin reverſi: Patriarcha vero tum Oeconomo ſcripſit, ut quamprimum adveniſſent, eos ab omni ſacerdotali officio ſuſpendat: Vel ſi eam mulctam minus perſentiſcerent, juſſit ut publicorum ſatellitum manu in frequentiſſimâ Milii plateâ projecti in Terram nudi flagellis verberarentur: Ita vir ſpiritualis Patriarcha, in Spiritus Sancti famulos graſſari non erubuit, & tali præmiorum ſpe ſolari miſerias eorum, qui cum omni genere malorum illic quotidie conflictabantur.

τμήμ. ς. Κεφ. β.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐζήτει, δοθῆναι αὐτῷ ἐκ τοῦ πάπα ἵππους πρὸς ἱππασίαν ἑαυτοῦ, τε καὶ τῶν ἀρχόντων. μετὰ παρέλευσιν οὖν μηνῶν τριῶν, καὶ μετὰ πολλὰς ἀπαιτήσεις ἔστειλεν αὐτῷ παριππίδια ἕνδεκα, μηδὲν ἀγαθόν, ἢ προτέρημα ἵππου ἔχοντα. καὶ ὡς οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ἦν ἁρμόδιον τῷ βασιλεῖ. ἔτυχε δ' ἐγγὺς τότε ἐλθὼν ὁ Γυδέλης ἐκ τῆς Ῥωσίας. ἐξωνήσατο ὁ βασιλεὺς ἵππον ἕνα ἐξ αὐτοῦ, οὗ ἐπιβαίνων τοῖς κυνηγεσίοις ἐχό-

SECT. VI. CAP. II.

Dum hæc ita fiebant, Imperator Papam exorabat, ut equos pro ſe, ſuiſque proceribus compararet, obequitandi gratiâ, expatiandique: Et poſt trium menſium elapſam intercapedinem, variaſque in dies ſollicitationes, Papa ei miſit equos undecim, viliſſima jumenta, caſturcones intertriginoſos, omni decore ac venuſtate deſtitutos: nec enim unus è toto grege repertus eſt, qui ſellâ Imperatoriâ dignus judicabatur: At caſus aliunde equos acquirendi opportunitatem Imperatori obtulit: Nam Gudelæ Dominus

ἐσχόλαζε. σὺν δὲ λοιποὺς τοῦ Γυδέλη ἵππους, ἐστείλατο ὁ Δεσπότης κῦρος Δημήτριος. εὑρὼν δὲ ὁ βασιλεὺς μοναστήριον ἀπέχον τῆς Φερραρίας ὡσεὶ μίλια ἕξ, κατῴκησεν ἐν αὐτῷ μετ' ὀλίγων ἀρχόντων, καὶ στρατιωτῶν, καὶ γιανιτζάρων, σὺν πλείους καταλιπὼν ἐν τῇ Φερραρίᾳ. καὶ ἀεὶ τῇ θήρᾳ ἐνησχολεῖτο, μηδένα λόγον ποιούμενος περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν. προσεκαλέσατο δὲ καὶ ὁ πάπας τὸν πατριάρχην ἵνα διημερεύσῃ μετ' αὐτοῦ.

Ἔστειλε δὲ καὶ ἵππους, καὶ ἀπῆλθεν ὁ πατριάρχης, καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ κλήρου αὐτοῦ, καί τινες τῶν ἀρχιερέων ἔφιπποι εἰς τὴν κούρτην τοῦ πάπα. καὶ ὡμίλουν ὅ τε πάπας, καὶ ὁ πατριάρχης, μεμονωμένοι διὰ μεταγλωττιστοῦ τοῦ Χριστοφόρου μέχρι τῆς τοῦ ἀρίστου ὥρας. τότε δὲ ἀπαγαγόντες τὸν πατριάρχην εἰς ἴδιον κελλίον ἡτοίμασαν τὸ ἄριστον τοῦ πάπα. καὶ διεκόμιζον σὺν μίνσους ἐκ τοῦ δομεστικίου μετὰ κιβωτιδίων χαλκῶν κεκλειδωμένων, ὡσαύτως καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὸ ὕδωρ. καὶ αὐτὸ γὰρ τὸ φρέαρ ἀφ' οὗ τὸ ὕδωρ ἤντλουν κεκλειδωμένον ἦν. εἶτα ἡτοίμασαν καὶ τὸ ἄριστον τοῦ πατριάρχου. καὶ φαγὼν καὶ αὐτὸς ἀνεπαύσατο, ἐν τῷ κελλίῳ ἐκείνῳ. ἔπειτα εἰστίασαν καὶ ἡμᾶς εἰς ἕτερον κελλίον ἐν δυσὶ τραπέζαις, ἀρχόντων παρεσταμένων τιμίων, καὶ τοῦ ἀσημογράφου καθημένου ἐφ' ὑψηλοῦ, καὶ γράφοντος τὰ σκεύη. ἐπεὶ πάντα ἦσαν ἀργύρεα, μέχρι καὶ τῶν ταλιουρίων. τινὲς δὲ τῶν ἡμετέρων ἀπῆλθον εἰς τὰ ἴδια τὸ κώνιον ὑποπτεύσαντες.

Μετὰ δὲ τὸν μετ' ἄριστον ὕπνον, εἰσῆλθε πάλιν ὁ πατριάρχης εἰς τὸν πάπαν, καὶ ἐκάθητο ὁμιλῶν ἐκείνῳ. καὶ περὶ δείλην ἐξῆλθε καὶ ἐκάθισεν εἰς τὸ δηλωθὲν κελλίον, καὶ ἔφερον ἡμῖν κουφέτα δαμασκηνὰ, καὶ οἶνον, δὲ οὕτως ὑπεστρέψαμεν μετὰ τοῦ πατριάρχου εἰς τὰ ἴδια. οἱ δὲ δειλιάσαντες, εἰ καὶ ἦλθον ὕστερον συνοδοιπορῆσαι τῷ πατριάρχῃ, ἀλλ' οὖν οὐδ' ἐκ τῶν ὀπωρῶν ἅψασθαι τινὸς ἠθέλησαν, οὐδὲ πόσεως ὅλως μετέσχον. ὁ δέ γε Μαρκέσης ὡς ἑώρα τὸ ἄμετρον τοῦ κυνηγεσίου τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν φθορὰν τῶν κτημάτων, παρεδήλωσε διά τινος τῷ βασιλεῖ, ἵνα γένηται μετριώτερον τὸ κυνηγέσιον

nus tum forte fortuna redux è Russia equis generosis advectabatur, quorum unum sibi coemptum habuit Imperator, pernicem & vænaticum, cui ipse insidens feris indagandis quotidianam operam navavit: Et quot remanebant Gudelino redemptos pretio, suos fecit Imperatoris frater, Despota Demetrius: Quin & ad sextum ab urbe lapidem, Imperator Monasterium repperit, campis vicinum, amænum, & venationibus percommodum, quo diversari in animum induxit, cum aliquam paucis magnatibus, militibusque, & raro agmine Janizariorum satellitum, longe maximam partem comitatus Imperatorii Ferraræ à tergo relinquens: ibidemque ferarum pervestigationi sic immoriebatur, ut omnem curam ac sollicitudinem rerum Ecclesiasticarum plane ablegârit: Interea Patriarcham Papa ad magis intimam & diutinam familiaritatem invitavit.

Quin & equos misit Papa, quibus cum Patriarchâ, præcipui Clericorum, & consilii Patriarchici primates ad Papæ curiam magnificentius adveherentur: & soli invicem sermones communicabant Papa & Patriarcha, nemine adhibito teste vel arbitro, præter unum Christophorum interpretem, dummodo tempus prandendi appeteret: Tum segregato Patriarchâ seorsim à Papa, ad privatum cubiculum, Papæ mensam adornarunt: cui singula fercula, ex officinâ Seneschalli coquinariâ, in capsulis æneis & obseratis apportata imposuerunt: sicut & vinum, lymphamque: Nam & ipse fons, unde lympham hauriebant, mansit continuo firmiter occlusus: Tum Patriarchæ dapes apponebant, in suo seorsim cubiculo, quo simul & manducabat, & meridiabatur: Postremo nos etiam convivio excipiebant, in duabus diversis mensis, & deductos in diversum à Patriarchâ conclave: adstantibus dum nos accumberemus, quamplurimis Latinorum honorandis primoribus, quos inter ille cui incubuit custodia supellectilis argenteæ, in sublimi sedebat pegmate, singula vasa describens radio præ oculis disposita in Antimensâ, omnia ex puro argento fabricata, usque ad minimam scutellam seu quadram: At quidam è nostratibus suspicaces, veriti Circæas dapes aconito delibutas, ad sua diversoria festino pede remearunt.

Postquam vero aliquantisper meridianæ quieti indulsissent, rursum introiit Patriarcha ad Papam, & cum illo versabatur ut prius: & circa vesperam rediit ad cubiculum in quo pransus est, nobisque statim allata sunt bellaria dulciariorum arte confecta, pruna Damascena, vinumque: & mox cum Patriarcha domum discessimus. At illi qui præ nimis cautâ animi timiditate, omnia apposita refugiebant, ne venænata

ζιον, καὶ μηδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων φθείρωνται κτήματα. προσθεὶς, ὅτι ἀλλαχόθεν διεκόμισα ἐγὼ ἐνταῦθα τὰ πλείω τῶν ζώων τούτων τε ὄρτυγας καὶ τοὺς φασιανικοὺς, ὀρεγόμενος ἐνοικῆσαι τούτους τῷ παρόντι τόπῳ, καὶ διὰ τοῦτο παρακαλῶ πεφεισμένως γίνεσθαι τὸ κυνηγέσιον. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἐφρόντισε περὶ τούτου. καίτοιγε τιμὴν, καὶ θεραπείαν, καὶ φιλοφροσύνην ὅτι πλείστην, εὑρίσκων ἀεὶ παρὰ τοῦ Μαρκέση. ὅπερ αὖθις μεθ' ἡμέρας τὰ αὐτὰ διαμηνυσαμένου, ὁ βασιλεὺς ἔτι πλέον τῇ θήρᾳ κατεκέχρητο.

nata deglutirent, eundem affectum ergà papicas dapes æternum retinuerunt: Quamvis enim ſæpe Patriarcham deducere ad Curiam papalem pro boni moris & officii ratione aſſueverint, nunquam tamen vel micam unam dentibus ex omni fructu allato contingere, vel unam guttulam bibendo libare ſuſtinuerunt: Nec minus diſpendium in agris Imperator venando fecerat, quem tam immoderatus amor captandi feras abripiebat, ut Marchio coactus fuerit per quendam, Imperatorem ſubmonere, rariùs ſaltus & dumeta luſtret, parcius in animalia ſæviat: quin & de ſe rationem adjecit Marchio: Ego, inquit, agrorum, ſaltuumq; iſtorum dominus, coturnicibus, & phaſianis, cura ac impenſâ propriâ aliunde conquiſitis, ea loca replevi, ut multiplicando mihi creſcerent tanquam in vivario: Quare obteſtor Clementiam tuam, ut in iſta animalia remiſſius agas, ne tota mihi avicularum ſoboles funditùs intercidatur: At Imperator ne unius flocci fecit tam ſupplicem Marchionis adhortationem: quamvis eundem Marchio omni genere honoris, comitatis, beneficentiæ, amicitiæ, indies cumulaviſſet: quæ cuncta Marchionis promerita Imperator adeo oblivioni tradiderat, ut poſt dieculas aliquot, Marchione eadem vehementius Imperatori ſuggerente, Imperator in venandi ſtudium majori cum væſania intemperanter proruerit.

τμήμ. ϛ. κεφ. γ.

Ἡμεῖς δὲ καθήμεθα εἰκῇ καὶ μάτην ταλαιπωροῦντες καὶ χελλιάζοντες, καὶ τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενοι τοῦ σιτηρεσίου. Μνήμη γὰρ δόσεως οὐκ ἦν οὐδαμοῦ. ὁρῶντες δὲ τὴν τετράμηνον διωρίαν φθίνουσαν, ἠρξάμεθα λέγειν τῷ πατριάρχῃ, ἰδοὺ ἡ διωρία παρέρχεται. χρὴ οὖν σκέψασθαι καὶ προκαταστῆσαι, εἴ τι ἂν δέοιτο διορθώσεως, πρὸς τὴν τῆς μελετωμένης συνόδου κατάστασιν. ὁ δὲ ἔλεγεν, οὐκ ἔτι παρῆλθεν ἡ διωρία. οὐ δεῖ τοίνυν ἐπὶ πλέον καταναλοῦν ματαίως τὸν καιρὸν ἐν ἀλλοδαπῇ. ὁ δὲ πατριάρχης ὤκνει προβαλλόμενος, ὅτι οὐκ ἔχομεν τι πράττειν ἀποδημοῦντος τοῦ βασιλέως. καὶ μεθ' ἡμέρας αὖθις ἐπετέθημεν τῷ πατριάρχῃ καὶ ἠξιώσαμεν, ἵνα διαμηνύσῃ περὶ τούτου τῷ βασιλεῖ, ὃ καὶ πεποίηκεν. ἀπεκρίθη δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα πρέσβεις, ἐκ τῶν ῥηγῶν καὶ τῶν αὐθεντῶν, ἐκδεχόμεθα καὶ πλείονας ἐπισκόπους καὶ Καρδηναλίους. πῶς οὖν ποιήσομεν σύνοδον μὴ ἐλθόντων ἐκείνων. οὐ γὰρ ἤλθομεν ποιῆσαι τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον μετὰ μόνων τῶν Φεραρίων. ἐξ ἀνάγκης οὖν ἐκαθήμεθα καὶ ἄκοντες.

Ἐν τῷ μεταξὺ δὲ καὶ νόσος ἐνέσκηψε λοιμώδης τῇ χώρᾳ, καὶ ἀπὸ τοῦ βουβω-

νικοῦ

SECT. VI. CAP. III.

Nos autem otio languentes inerti ac ſupervacaneo, cum altis ſuſpiriis noſtra infortunia deploravimus, omni inopiâ caſtigati, reique frumentariæ ſubſidio deſtituti: Nulla enim vel minima muſſitatio ſtipendii elargiendi in noſtris ædibus audita perſonuit: Cumque jam quatuor menſium interſtitium exire cerneremus, cœpimus admonere Patriarcham: Ecce, pactum illud, induciarum tempus inſtruendæ Synodi ad metam ultimam properat: æquum eſt igitur noſtris rebus ita proſpici, ut diſponantur in aliquam methodum ac ordinem, quæ nobis tum futura ſunt negotia, ſi quid opus ſit, ut rite, ac prout convenit, cum aliis Synodum auſpicemur: Adhuc, inquit Patriarcha, integrum tempus non effluxit: cui breviter reſpondimus, ſatis otio indultum, nec in aliena gente ulteriores moras texere, aut tempora conſumere fas eſſe credimus, inutilia atque infructuoſa: At Patriarcha à ſuâ indole ſegnis, ignaviæ ſuæ cauſam in ſegnis abſentiam Imperatoris rejecit: Quare ut tum mœſti diſceſſimus, ita poſt biduum denuo reverſi ſuppliciter oravimus, ut vellet Imperatorem ad civitatem accerſere: quod & tum pollicitus eſt Patriarcha, ac preſtitit: At Imperator reſpondit, ſe Legatos à regibus, terrarumque dominantibus prius expectare, & auctiorem inſuper numerum Epiſcoporum ac Cardinalium; ſine quorum frequentiſſimo concurſu ridiculum eſſet de inchoando Concilio vel cogitare: Nec enim è longinquo oriente, in Italiam ſe convolaſſe, ut

Syno-

νικοῦ πάθους ἔθνησκον, καθ' ἑκάστην πολλοί. ἔφυγον οὖν διὰ τὸν θάνατον οἱ πλείους καὶ τῶν Καρδηναλίων, καὶ τῶν ἐπισκόπων. ὅτε μὲν γὰρ ἐγένετο ἡ ἀνακήρυξις ἦσαν Καρδηνάλιοι ιά καὶ ἐπίσκοποι ρν. ὅτε δὲ σύνοδος ἐγεγόνει ἐναπολείφθησαν Καρδηνάλιοι ε, καὶ ἐπίσκοποι ν. οἱ δὲ ἡμέτεροι πάντες προσέμειναν, πάντες μεταξὺ τῶν θνησκόντων, καὶ οὐδεὶς τέθνηκεν, ἢ ἐνόσησεν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανατικοῦ ἐκείνου, καὶ ἔδοξε παράδοξον. εἰς τὴν τοῦ Ῥωσίας δὲ οἰκίαν καὶ μόνην, ἐνόσησαν καὶ ἀπέθανον οἱ πλείους τῶν Ῥωσίας.

Synodum generalem celebraret,cum pauciſſimis Ferraram coactis clericorum copiis: His reſponſis repreſſi otioſi ac miſeri, capita invita neceſſitati ſubjecimus.

Atque ad hunc modum rebus conſiſtentibus, peſtilentia atrox in Ferrarienſem civitatem & agrum graſſari cœpit: multorum corpora ulceribus intumuere, & paſſim cadavera mortuorum ſingulis diebus elata ſunt, ut dum omnes per fugam incolumitati conſultum voluerint,ex undecim Cardinalibus, & centum quinquaginta Epiſcopis, qui promulgationi Synodi interfuerant ad exordia ejuſdem, quinque tantum Cardinales, & quinquaginta Epiſcopi in civitate remanſerint: Noſtrorum vero omnes ac ſinguli, inter peſte laborantes ſparſim diffuſi, perdurarunt adeo ſalvi, ut ne unus quidem morbo contactus aut decumberet, aut moriretur: quod à nobis pro monſtro habitum eſt: exceptâ ſolâ Metropolitani Ruſſorum domo, in quam malum ingruens immenſa detrimenta intulit: nam plurimis contagione correptis, & multo pluribus expirantibus,tota Rutheni familia fermè in ſolitudinem redacta eſt.

τμήμ. ς. κεφ. δ.

Οἱ μὲν τοι Λατῖνοι διεφήμισαν καθ' ἡμῶν, ὅτι ἔχομεν αἱρέσεις νδ', καὶ γράψαντες ἐν τετραδίοις ἐπ' ἀγορᾶς πρὸς διάπρασιν προετίθουν. ἠκούσαμεν οὖν τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καὶ δεινότατον ἡγησάμεθα. καὶ τῷ πατριάρχῃ εἴπομεν, ὅτι ὁποίαν σύνοδον ποιήσουσι μεθ' ἡμῶν, οἱ λέγοντές τε καὶ γράφοντες ὅτι τοσαύτας ἔχομεν αἱρέσεις; πῶς ἂν εἰς λόγους συνέλθοιμεν ἐκείνοις; δέον ἐστὶν ἐξετασθῆναι τὸ περὶ τούτου. καὶ πολλοὺς λόγους εἴπομεν πάντες ὑπὲρ τούτου τῷ πατριάρχῃ. παρῆσαν δὲ ἐκεῖ τότε καὶ οἱ δισύπατοι καὶ ἐπεχείρουν καταστέλλειν ἡμᾶς, λέγοντες ὅτι ταῦτα εἰσὶν ἔργα μωρῶν ἀνθρώπων. οὔτε γὰρ ἡ σύνοδος τοῦ πάπα, οὔτε τις τῶν χρησίμων παρ' ἐκείνοις εἶπε τοιοῦτο τι καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τιμῶσι καὶ ἐπαινοῦσιν ἡμᾶς. ἅπερ δὲ ἠκούσατε, παρὰ κακῶν καὶ ἀπαιδεύτων ἀνθρώπων ἐλαλήθησαν, καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς σκανδαλισθῆναι διὰ λόγους κακῶν ἀνθρώπων καὶ συγχέαι τὰ πράγματα. ἡμῶν δὲ ἐνισταμένων καὶ λεγόντων, λοιπὸν δεῖ ἐξετασθῆναι καὶ φανῆναι ὅτι κακοὶ ἄνθρωποι εἰσὶ οἱ γράψαντες τοιαῦτα, καὶ παιδευθῆναι παρὰ τῶν καλῶν. οἱ μὲν δισύπατοι συμβουλευτικῶς ἔλεγον, καταλιπεῖν ἡμᾶς ταῦτα. ὁ δὲ πατριάρχης καὶ σκωπτικῶς ἀπεῖρξεν ἡμᾶς. εἴπομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ὅτι τὸ παρ' ἐκείνων γεγονὸς οὐχ' ἡμῶν

Sect. VI. Cap. IV.

Latini vero infamiam de nobis ſparſerunt quod hæreſes non minus quinquaginta quatuor profiteamur: nec verbis id modo aſſeruere, ſed ſcriptis propalavere in militum ſtationibus fori præſidio excubantium, & programmata de his in foro venundanda publicavere. Quod à nobis perceptum vago rumore, graviſſimo vulnere noſtra præcordia lancinavit: Et de eâ re apud Patriarcham conqueſti, cum gemitu diximus: qualem habituri ſumus cum iſtis hominibus Synodum, qui tot hæreſes nobis inurunt? quâ fiduciâ cum iiſdem ad concertationes congrediemur? Non eſt omittenda hęc contumelia, ſed diligenter requirenda: Et alia multa ad hunc ſenſum,cum indignatione coram Patriarchâ effutivimus: Aderant tum fortuito cum Patriarcham alloqueremur, Biſconſules ambo, qui noſtros dolores ut lenirent, affirmarunt, ea ſtulta programmata ſcurrarum eſſe ac morionum ingenia: Nec enim quiſquam è toto collegio, aut gente Pontificiorum, aut ullus inter Latinos vir bonæ frugis, linguam contrà nos acuit, ſed è contrà nos omnes reverentur & collaudant: quæ igitur audiviſtis in triviis objectari ab hominibus imperitis, non ità debent noſtros ſenſus intime affligere, ut propterea maximarum rerum jacta fundamenta convellere conaremur: At hæc perveſtiganda, ut nobis conſtet ab illiberalibus ingeniis profecta eſſe,& ut prudentibus dent delicti pœnas. Cum nos reſponderemus, Biſconſules ea cuncta potius diſſimulanda cenſuerunt: Patriarcha vero nos & ſine reſponſo, & cum contemptu à ſe depulit: Quanquam reponere auſi ſumus

ἡμῶν μόνων ἀλλὰ πάντων καθάπτεται τῶν γραικῶν. εἰ οὖν ὑμεῖς παραιτεῖσθε τοῦτο, ἐξ ἀνάγκης σιωπῶμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἂν μὴ δέον.

Ἡμέραι παρῆλθον τινὲς καὶ πάλιν ἐπετέθημεν, καὶ ἠξιώσαμεν τὸν πατριάρχην δίς τε καὶ τρὶς, καὶ διεμήνυσε τῷ βασιλεῖ, μετὰ τοῦ λακεδαιμονίας καὶ ἐμοῦ, ὅτι καιρὸς παρῆλθε πολὺς ἡμῶν καθημένων ἀργῶν. παρῆλθε γὰρ μὴν, καὶ ἐπέκεινα, μετὰ τὴν διωρίαν. πάσχουσι δὲ καὶ κακοπαθοῦσι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. διὰ τοῦτο ἂν ὁρίσῃ ἡ ἁγία βασιλεία σου, ἔλθε ἐνταῦθα, ἵνα βουλευσώμεθα περὶ τοῦ πρακτέου.

Ἀπεκρίθη οὖν πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεύς· περὶ μὲν τοῦ καιροῦ οἶδα κἀγὼ κρεῖττον ἤπερ ὑμεῖς. γινώσκω δὲ ὅτι ὁ καιρὸς οὔπω ἐστὶν ἁρμόδιος πρὸς τὸ γενέσθαι τὴν σύνοδον. ὅταν δ' ἴδω τὸν προσήκοντα καιρὸν, τότε γενήσεται καὶ ἡ σύνοδος. ὅτι δὲ λέγετε κακοπαθοῦσι, θαυμάζω. πόσον γὰρ καιρὸν ἔχουσιν ἀκμὴν, οὔτε δύο οὔτε τρεῖς χρόνους ἐκαρτέρησαν, ἐνταῦθα. καὶ ποία ἐνὶ ἡ κακοπάθεια ἣν ἐκακοπάθησαν; καὶ τινός δε χάριν ἦλθον ἐνταῦθα, πάντως ἵνα γένηταί τι ἀγαθὸν ἐν τῇ πατρίδι. τοῦτο δὲ οὐ ῥάδιον γενέσθαι εἰ μὴ μετὰ κόπου, καὶ κακοπαθείας, καὶ παρατάσεως καιροῦ. τί δὲ οὐκ εἰσὶ καλόγηροι; τῶν τοιούτων δ' ἐστὶ τὸ κακοπαθεῖν. ὅτε δὲ λέγετε ἵνα βουλευσώμεθα, ἴσως ἀεὶ καλὸν ἐστὶ τὸ βουλεύεσθαι, ἀλλὰ νῦν οὐ κατεπείγει τι. καὶ διὰ τοῦτο περιττὸν ἐστὶ κατὰ τὸ παρόν. ὅταν δὲ γένηται χρεία τούτου; γενήσεται καὶ παρ' ἐμοῦ. ἄπιτε οὖν καὶ ἀναπαύεσθε, καὶ ὅταν εἰδῶ ἐγὼ τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον τότε φροντίσω πῶς ταῦτα γενήσονται. ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα καὶ πρέσβεις ἐκ τῶν ῥηγῶν, καὶ χρὴ ἔτι προσμεῖναι καὶ δι' ἐκείνους. τότε γὰρ ἀπεδήμει ὁ Κρήτης ὡς ἐνομίζομεν εἰς τὴν Φράντζαν ἐγγὺς ε´ μῆνας. ἦλθε δὲ ἄνθρωπος πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων ἐκ τῆς Φράντζας, ὃς ἔλεγεν εἰς τὸν πάπαν, εἰς τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ἵνα τοῖς ἐκείνου χρήσωμαι ῥήμασι, εἶπεν, ὅτι ᾠκονόμησαν ἀποκρισιαρίκιον ἐλθεῖν εἰς τὴν σύνοδον, ὁποῖον οὐ γέγονεν ἐκ τῆς Φράντζας πρὸ φ´ χρόνων τοιοῦτον. ἔρχονται γὰρ ἄλογα τ´, καὶ ἐστάλην πληροφορῆσαι ὑμᾶς τοῦτο. μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἦλθεν

ὁ

ſumus, iſtam ignominiam non nobis impreſſam ſolis, ſed totum nomen Græcum commaculare: Cujus ſi illi Magnates, & Dij majorum gentium, ſenſum omnem defugerent, nobis incumbit neceſſitas acquieſcendi, quamvis talia concoquere nec convenit, nec decet.

Cum inde aliquot dieculæ effluxiſſent, Patriarcham adeuntes vehementiſſimis precibus, & bis terque repetitis planctibus efflagitavimus, ut vellet noſtrarum rerum aliquam rationem inire: qui confeſtim ad Imperatorem miſſis Epiſcopo Lacedæmonis & meipſo, ſuam Majeſtatem commonefecit, multum temporis conſumptum eſſe inutili ac infelici otio, ſpatia quatuor menſium, jam alium menſem integrum & ultrà excedere: Omnes tam præſules, quam inferiorum clericorum ordines, animis defatiſcere, & cum agminibus malorum omnium quotidie conflictari: Quare ſi Majeſtati ſuæ viſum eſſet, maturet reditum in urbem, ut de ſummâ rerum ſeria tandem conſilia inceptet.

Ad hæc Imperator ſe non minus intelligentem temporum calculatorem conſtitui, quam nos: ſatis gnarum præſentia non aſpirare Synodo colligendæ: cum opportuniora dabuntur, ſe non defuturum: Mirari vero ſe quod de temporum effluxu conqueramur, nec enim tot ſecula hic perduraſſe: biennium forſan, aut triennium, nec integrum: Et quorſum huc pervenimus? an non ut à noſtra peregrinatione aliquem fructum patria perciperet, qui ſine labore, & multorum malorum patientiâ procurari nequeat? quare non imitamini veſtros Monachos aut Pœnitentiarios, quorum vita nil niſi documentum patientiæ? Quod autem conſilia poſtulatis, cur non ſingulis horis ruitis in conſilia? Nihil autem nunc invenio momenti, quod ad præſentaneam conſultationem nos inſtiget: quam ut nunc ſe res habent ſuperfluam judico: Cum neceſſaria videbitur, officio meo perfungar. Diſcedite igitur & acquieſcite, mihique demandate rerum temporumque curam: Cum meis deſtinatis opportunitas arriſerit, faxo, ut veſtra pro votis poſtulata commodum fiant; ne veremini: expectamus à Regibus Legatos, & dum venerint expectabimus: Et ſane Legatis deducendis Crerenſis Epiſcopus miſſus à Papa in Franciam, ut credimus, Ferrarâ ante menſes quinque diſceſſerat: Quin & ante pauxillos dies è Francia quidam appulerat, qui Papæ, Imperatori, & Patriarchæ ſignificavit (ſi fas ſit hominis verba uſurpare) talem è Galliâ Legationem ad hanc Synodum adornari, qualem terrarum orbis nunquam è Galliâ, ne à quingentis retro annis conſpexit: trecentos enim equos ac jumenta deſtinari impedimentis advehendis, & ſe miſſum

ante

ὁ Κρήτης μόνος. ἡ δὲ ἀλογία τῆς ἀποκρισιαρικῆς τοσοῦτον ἦν πολλή, καὶ βαρεῖα, ὅτι οὐκ ἔφθαζεν ἐλθεῖν οὔτε ὄντων ἡμῶν ἐν Ἰταλίᾳ, οὔτε ἀποδημησάντων. ὑποστρέψαντες δὲ ἡμεῖς ἐκ τοῦ βασιλέως εἴπομεν τὰς ἀπολογίας τῷ πατριάρχῃ. ὡς δὲ ἐναπελείφθην ἐγὼ καὶ ἰδίως, εἰς πλάτος πάντα ἀνέφερον. εἶπε μοὶ ὁ πατριάρχης ἴδε, ὅτι οὐδὲ κἂν γελοίως θεραπεῦσαι καταδέχεται τοὺς δὲ τοὺς ταλαιπώρους καὶ δυστυχεῖς. παρήρχοντο οὖν αἱ ἡμέραι, καὶ ἡμεῖς ἠλγοῦμεν μάτην τοῦ χρόνου διατρέχοντος, καὶ ἐπετιθέμεθα τῷ πατριάρχῃ.

Μετὰ παραδρομὴν οὖν ἡμερῶν τινῶν διεμηνύσατο αὖθις τῷ βασιλεῖ μετὰ τοῦ Ἐφέσου, τοῦ Μολδοβλαχίας, καὶ ἐμοῦ λέγων, ὅτι καιρὸς παρῆλθε πολύς, καὶ ὁ πάπας διεμηνύσατό μοι, ἵνα μηδὲν καθήμεθα ἀργοί, ἀλλὰ χωρήσωμεν πρὸς σύνοδον. οἱ ἡμέτεροι πάντες ταλαιπωροῦσι καὶ στενοχωροῦνται, ἐπεὶ οὐδὲ τὸ σιτηρέσιον δίδοται. παρακαλοῦμεν οὖν τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου, ἵνα ἔλθῃς καὶ εὑρίσκῃς ἐν τῷ δοθέντι σοὶ παλατίῳ, καὶ βουλευώμεθα καὶ πράττωμεν τι περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν. δι' ἐκεῖνα γὰρ ἐνταῦθα συνήλθομεν. οὕτω γὰρ ζητεῖ καὶ βουλεύεται καὶ ὁ πάπας.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο ὅτι οἶδα κἀγὼ τὸν καιρόν, καὶ οὐκέτι μοι δοκεῖ ἔγκαιρος πρὸς τὴν σύνοδον. ὅτι δὲ λέγετε ὅπως στενοχωροῦνται οἱ ἡμέτεροι, νομίζετε ἴσως ὅτι οἱ τοῦ ἑτέρου μέρους οὐ στενοχωροῦνται. ἀλλ' ἐγὼ οἶδα, ὅτι πολλοὶ ἐξ ἐκείνων τῶν ἐπισκόπων στεροῦνται πλέον, ἤπερ οἱ ἡμέτεροι. καὶ οἶδα ὅτι εἷς ἐξ ἐκείνων διεπράσατο κούπαν, καὶ ἕτερος μουλάριον ὅπερ εἶχε, καὶ τρέφονται ἐξ αὐτῶν. ἐκ δὲ τῶν ἡμετέρων οὐδεὶς μέχρι τοῦ νῦν διεπράσατο κούπαν, ἢ ἕτερον εἶδος αὐτοῦ. τίς οὖν ἔνι ἡ στέρησις δι' ἣν στενοχωροῦνται; πῶς δὲ καὶ διεμηνύσατο ὁ πάπας τῷ πατριάρχῃ γενέσθαι τὴν σύνοδον, ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ὅλως εἶπε τι περὶ τούτου; καίτοι καθ' ἡμέραν σχεδὸν ἔρχονται καὶ Καρδινάλιοι καὶ ἐπίσκοποι εἰς ἐμέ. καὶ ἐμοὶ ἔλεγον ἄν, εἰ ἤθελον εἰπεῖν τι περὶ συνόδου. ἐγὼ δὲ ἔδωκα καὶ ἀφορμὰς ἐκείνοις πρὸς τὸ χωρῆσαι εἰς ταύτην τὴν ὕλην. κἀκεῖνοι οὐδὲ ὅλως ἠθέ-

anteambulonem, qui hæc atteſtaretur: Cujus contrarium percepimus: Nam poſt aliquot dies Cretenſis ille ſolus rediit ſine conſorte, & iſta prodigioſa legatio tam incomprehenſibilis & immenſa extitit, ut nunquam apparuerit, quamdiu in Italiâ perſtitimus, nec poſtquam diſceſſimus: Nos vero peracta legatione reverſi effata Imperatoris Patriarchæ expandimus, quocum ſolus ipſe relictus, multo liberius expatiabar in quæcunque mihi mens ſuggerebat: At ille id tantum mihi pro reſponſo dignatus eſt: videſne ut iſte noſter Imperator nec ſerio, nec joco popularibus ſuis afflictiſſimis cupiat ſuccurrere? Nos vero, elapſo ſpatio, intimè cruciati quod noſtra negotia ſic attenuentur, procurrente in caſſum tempore, ad Patriarcham denuo queruli revertimur.

Qui poſt exiguum dierum intervallum, ſecundâ legatione Imperatorem ſollicitavit per Epheſium, Moldoblachienſem, & meipſum eadem referentes quæ prius, ſine fructu tempus avolare, cujus diſpendium ad invidiã noſtrorum Papa vertit, me ſubinde admonens rerum momenta poſtulare, ut noſtrates deſidiam aliquando extricent, in aciem prorumpant, Synodumque inchoent: noſtrique homines multiplici difficultate premuntur ſummâ inediâ laborantes, nec enim annona tribuitur. Tandem igitur miſereſcat ſuorum popularium Majeſtas tua, redeat in palatium, ut inveniant ſui quem conſulant in arduis: Et jam ſerio aggrediamur negotia Eccleſiaſtica, quorum gratiâ huc venimus, id enim maximopere & Papæ vota poſtulant.

Imperator vero quæ prius, ſe ſatis idoneum temporis judicem, & quod adhuc Synodo inchoandæ non conveniat: Quid autem mihi, inquit, de noſtrorum anguſtiis vociferamini? An ex adverſâ parte creditis Latinos in omni affluentiâ vivere? pro comperto novi, multos ex eorum Epiſcopis, ad acerbiorem difficultatis inſtitam redactos eſſe, quam noſtrates: Novi unum ex iis qui capſulam vendiderit, alium, quâ vehebatur mulicellam, ut habeant quo famem depellant: & hactenus iis mercibus veſcuntur: Nemo noſtratium vel arculam expoſuit promercalem, aut quodvis aliud peculiare: qua igitur rerum inopiâ coanguſtantur? Et qui Papa Patriarchæ mentem aperuit de maturandâ Synodo, cum mihi ne ſyllabam ſuggeſſerit, quanquam permulti Cardinales & Epiſcopi humanitatis mutuæ commercio illinc ad me quotidie permeant? Mihi certe nuntiaſſe debuerunt, ſi de Synodo mandata apportaſſent: Etenim inter loquendum ſæpè occaſionem obtuli ad illud argumentum divertendi, at nullam arripuere, ut vel nudam Synodi mentionem facerent: quin in hoc ipſo inſtanti Cardinales mihi adfuere, qui plane

ἠθέλησαν τι περὶ ταύτης κινῆσαι. καὶ νῦν δὲ ἦλθον οἱ Καρδηνάλιοι πρὸ ἡμῶν, καὶ οὐδέν μοι εἶπον περὶ τούτου, οἶδα οὖν ἐγὼ πόθεν κινοῦνται οὗτοι οἱ λόγοι. διὸ λέγω, κάθησθε καὶ ἀναπαύεσθε, καὶ ὅταν εἴδω ἐγὼ τὸ ἔγκαιρον, ἐλεύσομαι καὶ διαπράξομαι τὸ προσῆκον. εὕρομεν δὲ ἡμεῖς τότε τοὺς Καρδηναλίους συνόντας τῷ βασιλεῖ, καὶ περιεμείναμεν μέχρι τοῦ ἐξελθεῖν ἐκείνους, καὶ οὕτως εἰσήλθομεν ἐμάθομεν ὅτι κἀκεῖνοι περὶ τῆς συνόδου ἔλεγον τῷ βασιλεῖ. ἐλθόντες δὲ ἀνηγγείλαμεν πάντα τῷ πατριάρχῃ, καὶ ἐμένομεν ἄπρακτοι.

plane nihil de hoc negotio: sed non sum ignarus ego, unde hi sermones exoriantur: Quare recedite in otium, & cogitationes vestras permulcete; cum tempus eluxerit opportunum, quæ mei sunt officii procurabo. Cæterum vera partim comperimus quæ nobis Imperator prædixerat, cum eo Cardinales ad nostrum adventum collocutos in privato conclavi, quorum egressum præstolati sumus priusquam ingrederemur: tamen ab aliis didicimus Cardinales de Synodo Imperatorem monuisse: utcumque nos ad Patriarcham properantes singula patefecimus, & posteà diu multumque supini remansimus ac otiosi.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ε.

Εἶτα εἰδὼς ὁ πάπας τὴν ἄμετρον καὶ ματαίαν βραδύτητα, διεμηνύσατο τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀπῄτησεν ἐνεργεῖσθαι τὰ τῆς συνόδου. μόλις οὖν μετὰ τὰς ἀπαιτήσεις τοῦ πάπα, οὐκ οἶδα πόσας, ἦλθεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐβουλεύσατο μετὰ τοῦ πατριάρχου ἰδίως καὶ ἀπῆλθε. καὶ πάλιν ἦλθε, καὶ εἶδε τὸν πατριάρχην ἰδίως, καὶ συμφωνήσαντες ἔστειλαν εἰς τὸν Πάπαν, τὸν Ἐφέσου, τὸν Ῥωσίας, τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, καὶ ἐμὲ τὸν μέγαν Ἐκκλησιάρχην ἐροῦντας τάδε. ἰδοὺ ἀπαιτεῖ ἡ μακαριότης σου συστῆναι τὴν οἰκουμενικὴν ταύτην σύνοδον, καὶ πράττειν τὰ προκείμενα αὐτῇ πρᾶξαι, οὐδὲ ἡμεῖς ἀπαγορεύομεν τοῦτο. ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν συνεληλύθαμεν. πλὴν ἡ παροῦσα σύνοδος κατὰ τι μὲν ἐστὶν ὁμοία ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, ἔν τισι δὲ διαφέρει. ὅτι μὲν γὰρ πάρεστιν ἐν αὐτῇ καὶ ἡ μακαριότης σου, καὶ οἱ σὺν αὐτῇ, πάρεστι δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης καὶ οἱ τοποτηρηταὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς πατριαρχῶν, καὶ τὸ κρεῖττον μέρος τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας, κατὰ τοῦτο οἰκουμενική ἐστι σύνοδος τελεία καὶ ἀνελλιπής. ὅτι δ' ἐν ἐκείναις μὲν ταῖς οἰκουμενικαῖς πάντες ἦσαν ἡνωμένοι, καὶ ὁμογνώμονες, μέρος δέ τι ἐλάχιστον ἦν τὸ διαφερόμενον, ὅπερ καὶ ἐκρίνετο, καὶ κατεδικάζετο παρὰ τῶν πολλῶν. νῦν δὲ οἱ ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ συνελευσόμενοι καὶ κρινοῦντες, αὐτοί εἰσιν οἱ διαφερόμενοι, καὶ διχῇ διῃρημένοι εἰσί. κατὰ τοῦτο ἔχει ἐναλλα-

Sect. VI. Cap. V.

At Papa cum fastidio perspiciens moras necti infinitas & frustraneas cunctationes, misit qui solenniter Imperatorem adhortaretur, tandem animum ad Synodum reflecteret, eamque præsentiâ suâ animare dignaretur: ægrè igitur & post nescio quot repetita nuntia, & pulsationes Papicas, in civitatem revolvitur Imperator, Patriarchamque privatim compellans, in palatium suum discessit: Et non multo post secundâ vice reversus est ad Patriarcham, eumque seorsim allocutus est, & utrique communi consensu ad Papam quatuor è nostris proceribus legarunt, Ephesium, Ruthenum, magnum Scriniarium, & meipsum magnum Ecclesiarcham, ut in hac verba profiteremur: Ecce multum avet Beatitudo tua hanc Synodum ut Oecumenicam astruere, omniaq; alia diligenter perficere, quæ in eâdem perpetranda venient, nec nos nostrum concursum, & pro viribus sedulitatem abnuemus, quandoquidem ea fine huc migravimus: Verum eam in aliquibus circumstantiis, Generalibus istis æquiparari posse non abnegabimus, in aliis autem immensum discrepare: In quantum enim Beatitudo tua eam præsentiâ suâ collustrabit, Imperator noster, Patriarcha, cæterorum Patriarcharum Vicarii, cum præstantiori parte Ecclesiæ Orientalis, Synodus futura est Oecumenica propriè dicta, & in nihilo subsidens infra gloriam reliquarum omnium: At in illis prioribus Oecumenicis assidebant concordes, unius animi ac sensus: qui vero ab iis discrepabant exigua & impotens pars, à pluribus istis sæpè vocata in judicium & condemnata: Verum in hac nostra totus Synodicorum chorus, qui judicaturi convenient, ipsi sunt qui discrepant, & in duas quasi sectas dividuntur, Græcorum ac Latinorum; quo respectu hæc aliam speciem induet ab illis Generalibus

λαγὴν καὶ διαφορὰν, πρὸς ἐκείνας τὰς οἰκουμενικάς. διὸ οὐδὲ αἱ προχωρήσεις ταύτης τῆς συνόδου, οὐδὲ τὰ συμπεράσματα ὀφείλουσι γίνεσθαι κατὰ τὴν ἐκείνων προχώρησιν ἀλλ' ἔχειν δεῖ καὶ αὐτὰ τὴν προσήκουσαν ἐναλλαγήν. ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς μὲν ὑπάρχετε πολλοὶ, ὡς ἐν τοῖς ἰδίοις ὑμῶν εὑρισκόμενοι τόποις, οἱ δὲ ἡμέτεροι ὀλίγοι, χρὴ οὖν καὶ ὑμᾶς εἰδέναι ἃ λέγομεν ἡμεῖς, καὶ ἡμᾶς μαθεῖν, ἅπερ ὑμεῖς βούλεσθε.

Ταῦτα εἶπεν ὁ Ἐφέσου, ἱσταμένων ἡμῶν ἐνώπιον τοῦ πάπα, καθημένου ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, ὑποκαθημένων καὶ Καρδηναλίων καὶ ἐπισκόπων ὅσους εἶχε συμβούλους. εἶτα ἤγαγον ἡμᾶς εἴς τι δωμάτιον καὶ ἐκαθίσαμεν. ἐκεῖνοι δὲ ἐβουλεύοντο ὥραν ἱκανήν. μετὰ τοῦτο δὲ προσεκαλέσαντο, καὶ ἔστησαν ἡμᾶς ὡς καὶ πρότερον. ἔδωκε δὲ τὰς ἀπολογίας ὁ πάπας, εἰπών. ὅτι ἐγὼ ἔστειλα τὰ κάτεργα, καὶ ἔφθασαν εἰς ὑμᾶς κατὰ τὸν Σεπτέμβριον, καὶ ἦν ἀρκετὸν, ἵνα ἔλθητε ἐνταῦθα μέχρι τῆς ιη' τοῦ Νοεμβρίου, ἢ καὶ δι' ὅλου τοῦ αὐτοῦ μηνός. ὑμεῖς δὲ ἤλθετε τὸν Φεβρουάριον. καὶ ἐνόμιζον, ὅτι μετὰ τὸ ἐλθεῖν ὑμᾶς ἐνταῦθα ἀρκέσουσιν δύο μῆνας συμπερᾶναι τὴν ἕνωσιν. καὶ εἰς τρίτον μῆνα, ἵνα οἰκονομηθῆτε καὶ ἀπέλθητε εἰς τὰ ἴδια. ὑμεῖς δ' ἐπὶ τοσοῦτον καιρὸν κάθησθε, ἀργοὶ καὶ ἄπρακτοι. ἀπητήσαμεν ἵνα συνέρχησθε καὶ συστήσομεν τὴν σύνοδον, καὶ γίνωνται διαλέξεις. καὶ νῦν λέγετε ὅτι διαφέρει αὐτὴ ἐκείνων τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ δεῖ ἔχειν καὶ τὰς προχωρήσεις ἐναλλαγήν. ὁποίαν οὖν ἐναλλαγὴν θέλετε ἔχειν αὐτὴν οὐκ οἴδαμεν. ἡμεῖς ἐτάξαμεν, ἵνα γένηται σύνοδος οἰκουμενικὴ καὶ δεῖ αὐτὴν ἀκολουθεῖν ταῖς προλαβούσαις οἰκουμενικαῖς. οὐδὲ γὰρ ἄλλην τάξιν ἔχομεν νῦν ποιεῖν εἰς αὐτήν. ἄπιτε τοίνυν, καὶ ἐπιμεληθήτωσαν οἱ ὑμέτεροι, ἵνα συστῇ ἡ σύνοδος, καὶ γίνωνται καὶ διαλέξεις. ὡς οὖν προσκυνήσαντες αὐτὸν ἐξηρχόμεθα εἶπε πρὸς ἡμᾶς, ὅτι ἔχετε εἰς τὴν Ἰταλίαν μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἐποιήσατέ μοι μίαν τζέτουλαν, καὶ ἐνθυμίζω ὑμῖν τοῦτο. τζέτουλαν δὲ ἐκάλεσε τὸ γραμμάτιον τῆς ἀνακηρύξεως.

libus longe diverſam: Quare nec in progreſſu, nec in decretis Concilii, iſtis veteribus reſpondebit: ſed pro differentiâ formæ variationem ſubibit, in modis rerum definiendarum: Vobis nos longe inferiores ſumus atque impares: Vos multi numero, & in veſtris penatibus nidificati: Nos pauciſſimi & peregrini: igitur neceſſum eſt, ut & vos accurate intelligatis, quæ nos proferimus, & nos quæ à vobis proponentur.

Hæc Epheſius clarâ voce pronuntiavit, nobis univerſis ſtantibus in veſtigia, coram Papâ ſedente in throno valde excelſo, & in magnam ſublimitatem evecto: ſedentibuſque ſed infra pedes Papæ in ſcamnis Cardinalium, & Epiſcopornm, quotquot in conſilii ſui participationem Papa adhibebat: Oratione vero finitâ, nos in aliud conclave abducti conſedimus, & illi invicem ſat diutinè conſultarunt: Poſteà nos revocatos in eodem loco conſiſtere fecerunt, quo prius, & tum Papa ipſe nobis reſponſum detulit in hæc verba: Miſi triremes vobis huc advehendis, quæ veſtra navalia in menſe Septembri appulerunt: unde liquido potuiſſetis in Italiam penetraſſe ad decimum octavum Novembris, aut fortaſſe ante illius menſis exitum: vos vero non ante Februarium adventaſtis: Et tunc mecum ita calculum inivi, aliorum porro duorum menſium ſpatium par fore unioni inter nos conflandæ, ut menſe tertio inchoante, peractis omnibus, naves conſcendere poſſetis, & ad veſtra retro meare: At vos per totum hoc tempus hic perduraſtis mirâ ignaviâ & torpore reſupinati: Et cum nuper vos exoraſſem Synodum exordiri, ut diſſertationes inchoatæ ordine procederent, dicitis diſcriminari hanc ab aliis Oecumenicis, & in formandis controverſiis conſimilem variationem pati oportere: quam vultis variationem? inſtruite nos argutiarum veſtrarum ignaros: Nos mandavimus ut Synodus Oecumenica promulgetur, & in ſerie ſuâ antecedaneis adnumeretur Oecumenicis: nec nobis aliud quidvis mandandi de eadem nunc permittitur facultas: Quare diſcedite, & maturam dent operam veſtrates, ut Synodum concelebrent, & ratiocinationes percrebeſcant: Ad ea verba, ut veneratione factâ egredi parabamus, nobis hoc ultimum ſucclamavit: In Italiâ bene longas ſeptem menſium traxiſtis moras, & in toto eo tempore, mihi unum tantummodo chartæ ſchedulam propinaſtis, ſi mihi liceat veſtrorum in me beneficiorum refricare memoriam: per ſchedulam autem intellexit Græcè ſcriptum diploma Synodi promulgandæ.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ϛ.

Ὑποστρέψαντες οὖν, ἀνηγγείλαμεν ταῦτα τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ αὖθις τῇ θήρᾳ ἐσχόλαζε. μεθ' ἡμέρας δέ τινας διεμηνύσατο ὁ βασιλεὺς τῷ πατριάρχῃ, ὅτι ὁ πάπας στελεῖ Καρδηναλίους πρὸς ἡμᾶς, ἐροῦντας λόγους τοῦ πάπα. ἐλεύσομαι οὖν αὐτόθι, καὶ συναχθήτωσαν καὶ οἱ ἡμέτεροι. ἦλθεν τοίνυν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκάθισε μετὰ τοῦ πατριάρχου. συνήχθησαν καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ σταυροφόροι, καὶ οἱ ἡγούμενοι, καὶ ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι οἱ ἐκ τοῦ πάπα ἐροῦσι λόγους, οὐκ οἶδα δὲ καὶ ὁποίους, πλὴν ἐνὶ χρεία ἵνα ἀπολογήσωνται τινὲς ἐκ τῶν ἡμετέρων. ἐκλεχθήτωσαν οὖν οἱ ἀπολογησόμενοι, ἵνα ἀκούωσι προσεχῶς, καὶ σκέπτωνται πρὸς ἀπολογίαν. καὶ ἐξελέξαντο τὸν Ἐφέσου, καὶ τὸν Νικαίας. καὶ εἶπεν ὁ πατριάρχης. χρὴ λοιπὸν ἵνα κάθηται, καὶ ὁ Νικαίας μετὰ τοῦ Ἐφέσου, ἐπεὶ μέλλουσιν ἀπολογεῖσθαι κοινῶς, καὶ ἐκάθισεν εὐθὺς μετὰ τὸν Ἐφέσου. ὅπερ ἰδὼν ὁ Ρωσίας ἀναστὰς ἐκ τοῦ σκίμποδος κάτω ἐκάθισεν.

Ἦλθον δὲ ἐκ τοῦ πάπα δύο Καρδηνάλιοι ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ ὁ Φιρμάνος, καὶ ἐπίσκοποι ἕξ, ὧν εἷς ὁ Ρόδου ἐτύγχανε, καὶ εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς, ὡς ἀπὸ τοῦ πάπα λόγους περὶ καταστάσεως τῆς συνόδου. καὶ ὅπως οἱ Ἀπόστολοι ἐποίησαν σύνοδον, καὶ παρέδωκαν καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον. αἱ δὲ μετὰ ταῦτα οἰκουμενικαὶ σύνοδοι οὐκ ἠρκέσθησαν, εἰς τὸ τῶν ἀποστόλων σύμβολον. ἀλλὰ καὶ ἡ πρώτη ἐποίησε σύμβολον, καὶ ἡ δευτέρα μετεποίησεν αὐτὸ, καὶ προσέθηκε. καὶ περὶ τῶν ἐφεξῆς εἶπε συνόδων, καὶ ἑτέρους πολλοὺς λόγους μετὰ φιλοτιμίας, καὶ δεινότητος ῥητορικῆς. καὶ ὅτι κατ' ἐκείνας δεῖ καὶ τὴν παροῦσαν σύνοδον προχωρεῖν καὶ μὴ βραδύνειν, μηδὲ ἐναλλάσσειν αὐτήν. ἀντεπήγαγε δὲ ὁ Ἐφέσου πρὸς πάντας τοὺς λόγους τοῦ Ἰουλιανοῦ γενναίας ἀπολογίας καὶ ἀρκετάς. περὶ δὲ τῆς συνόδου τῶν Ἀποστόλων, καὶ τοῦ συμβόλου αὐτῶν εἶπεν, ὅτι ἡμεῖς οὔτε ἔχομεν, οὔτε εἴδομεν σύμβολον τῶν Ἀποστόλων. σύνοδον δὲ Ἀποστόλων λέγεις, τὴν συνέλευσιν ἐκείνην, καθ' ἣν συνελθόντες διωρί-
σαν-

SECT. VI. CAP. VI.

Nos vero retro veſtigia relegentes, ſingula expoſuimus iis qui nos miſerant: At Imperator ad ſolitum venandi otium receſſerat: Nihilominus illinc poſt aliquot dieculas præmonuit Patriarcham fore, ut Papa mitteret aliquot Cardinales verba Papæ & mandata vobis allaturos: Ipſe autem tum adero ad diem à Papa præſtitutum, curate igitur ut noſtrates in meum adventum congregari jubeantur: Et pollicitis ſtetit Imperator, tempeſtive advenit, & cum Patriarcha conſedit: Ordineſque noſtri ſine morâ, Archipræſules, crucigeri, & præfecti ad utrumque accelerârunt: quibus id præcepit Imperator, ut quandoquidem Cardinales à Papa mittendi expectarentur, qui Papæ nomine ſermones explicabunt neſcio quales, reſponſa tamen ab aliquibus noſtrorum, pro conſuetudine deposcentes, æquum videri ut nonnulli è noſtris eligantur, qui attentè audiant & proſpiciant de reſponſione reddendâ: Omneſque unanimi voto Epheſium ſuffragati ſunt & Nicænum: Ergo (ſubjunxit Patriarcha) neceſſum eſt ut unum ſedile premant, Epheſius & Nicænus, qui pro nobis ſingulis communia reſponſa parant: ſtatimque juxta Epheſium Nicænus diſcubuit: Quod ubi Ruthenus conſpexit, è ſuperiori ſuggeſtu deſiliit in ſcamnum.

Et ſicut prędictum fuit, à Papa bini Cardinales venerunt Julianus Firmanuſque cum ſex Epiſcopis, quinque nempe ac Rhodienſi: Ac Julianus exorſus eſt fari, quaſi ab ore Papæ, de aperiendâ Synodo. Ut Apoſtoli Synodum celebrârint, ſanctumque ſymbolum tradiderint: Sed inſecutæ Oecumenicæ cum ſoli Apoſtolico non acquieſcerent, Synodus prima compinxit ſymbolum, quod ſecunda Synodus interpolavit & auxit: Et de ſuccedentibus Synodis Cardinalis multifarium ſermonem continuavit, in plurima excurrens diverticula, cum venuſtâ dictionum ſublimitate, & ambitioſâ Rhetoricandi gloriâ: Præſentemque Synodum ajebat cum vetuſtioribus illis, æquis paſſibus procurrere, nec infra eaſdem celebritate deſcendere. Epheſius ad ſingula Juliani reſponſa ingenua & apta prompte expedivit: Ac primum ad Synodum Apoſtolicam & Symbolum Marcus planè aſſeruit, nos nunquam habuiſſe præ manibus, ſed nec oculis conſpexiſſe ſymbolum Apoſtolorum: Synodum vero Apoſtolorum tua Eminentia appellat, conventum illum quo Hieroſolymis Apoſtoli coierunt, de abſtinendo ab animalibus in Idolorum ſacrificia mactatis, à ſuffocatis, morticiniis, aliiſque iſtiuſmodi peculiaribus: Quin & agnoſcimus Apoſtolos conveniſſe, eadem determinaſſe, in Canonem ſcripturarum di-

σαντο ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ ἑτέρων τινῶν. συνῆλθον γὰρ καὶ διωρίσαντο καὶ ἐκαινόνισαν, καὶ ἐνομοθέτησαν αὐτοί τε καὶ περὶ αὐτῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτοὶ φασὶν, ἀπέχεσθαι τοῦ πνικτοῦ, καὶ τῶν ἄλλων. πλὴν οὐκ ὀνομάζεται ἐκείνη σύνοδος τῶν Ἀποστόλων.

Μετὰ δὲ τὰς τοῦ Ἐφέσου ἀποκρίσεις πρὸς πάντα τὰ παρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ εἰρημένα δοθείσας. ἤρξατο ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ πρῶτον μὲν ἐπήνεσε τὸν Ἐφέσου, ὡς συνετῶς ἄγαν καὶ σοφῶς ἀπολογηθέντα. εἶτα διεῖλε τὴν ἀπολογίαν αὐτοῦ εἰς κεφάλαια ιη. εἶπεν πρῶτον μὲν εἴρηκας τόδε, δεύτερον τόδε, τρίτον δὲ τόδε, καὶ ἐφεξῆς μέχρι τῶν ιη. εἶτα τὰς ἰδίας προσετίθει ἀπολογίας. φάσκων εἰς μὲν τὸ πρῶτον κεφάλαιον, εἰπόντος σου τόδε, ἀποκρίνομαι τόδε. εἶτα εἰς τὸ δεύτερον, ὃ ἦν τόδε, ἀποκρίνομαι τόδε, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ὁμοίως. ἀντέθηκεν οὖν ἀπολογίας εἰς τινὰ μὲν γενναίας καὶ ἰσχυράς· εἰς τὰ πλείω δὲ ὑποσαθρούς. παρεσιώπησε δὲ τὸ περὶ τῆς συνόδου τῶν Ἀποστόλων καὶ τὸ τοῦ πνικτοῦ. τόδε σύμβολον τῶν Ἀποστόλων ἔφη εὑρίσκεσθαι παρ' ἐκείνοις. ἐθαύμασαν οὖν αὐτὸν πάντες ἐπὶ τῇ συναμνήσει καὶ τῇ διαιρέσει τῶν κεφαλαίων καὶ αὖθις ἐπὶ τῇ τάξει τῆς ἀνακεφαλαιώσεως. κατὰ γὰρ τὴν τῶν λόγων ποιότητα τῇ ἀληθείᾳ ἰσχυρότεροι ἦσαν οἱ τοῦ Ἐφέσου ἤπερ οἱ τοῦ Ἰουλιανοῦ. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθη ὁ σύλλογος, καὶ ἀπήλθομεν εἰς τὰ ἴδια.

τμήμ. ϛ. κεφ. ζ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀεὶ ἐνετρυφᾶτο τοῖς κυνηγεσίοις. περὶ καιροῦ οὖν ἐζήτησεν ὁ Νομοφύλαξ ὁ εὐγενικὸς, ἵνα ἀπέλθῃ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἔλαβεν ἔνδοσιν παρὰ τοῦ βασιλέως ὁμοίως καὶ ὁ Ἡρακλείας ὁρῶν τὴν πολλὴν πλημμέλειαν, καὶ ἀργίαν, ἐζήτησε καὶ ἔλαβεν ἔνδοσιν, ἵνα ἀπέλθῃ εἰς τὴν Βενετίαν. ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἦλθεν ὁ Νικαίας πρωῒ εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ εἶπεν ὅτι ἔμαθον, ὅπως ἀπεδήμησεν ὁ Ἡρακλείας μετὰ παντὸς οὗπερ εἶχεν ἐνταῦθα βίου. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Ἐφέσου, καὶ ὁ Νομοφύλαξ, εἰ οὖν οὗτοι ἀπέλθωσιν ἤδη ἐπαύσατο

καὶ

digessisse, & velut legem orbi Christiano proposuisse æternum observandam: Nec tantum Apostolos, sed & ipsum Spiritum Sanctum, ut Apostoli illic profitentur: A suffocato ut homines Christiani abhorrerent: & aliis ejusmodi: iste tamen conventus Synodi Apostolorum nomen nequaquam promeretur.

Cum Ephesius responsum absolvisset singulis à Juliano propositis, arripuit occasionem Cardinalis, ad responsum Ephesii verba regerendi: Et in dictionis suæ exordio multis laudibus Ephesii Orationem ornavit, ut prudenter ac scite prolatam: Dein totam responsionis compagem, in octodecim particulas divisit, inquiens, in primo loco hoc asseverabas, in secundo illud, in tertio istud, atque ita deinceps dum totas octodecim ordine perstrinxisset: Et tum ad singulas particulas, sua responsa subintrusit sic: Ad primum tuum quod tale prodiit hæc repono, ad secundum quod illa comprehendit, ista respondeo, eodemque modo totum numerum percucurrit: Ipsæ vero responsiones ad nonnnlla satis genuinæ videbantur ac validæ, sed majori ex parte futiles: Id de Synodo Apostolorum & suffocatis omnino silentio obruit: sed symbolum Apostolorum dixit Romæ in Archivis ut monumentum primarium recondi: Omnes autem in Cardinale volubilitatem ingenii ac dicendi ubertatem mirabantur: ut in tot frustra orationem convellere potuisset, & singulis tam accuratâ Methodo responsa infercire, & licet elequentiæ palmam Julianus præripuit, tamen in soliditate argumentorum & veritate indagandâ longe Juliano prævaluit Ephesius: sed conventu dissoluto, quisque ad sua se recepit.

Sect. VI. Cap. VII.

Imperator interea ultrà modum, se venatu oblectabat: ita ut Legum custos Eugenicus veniam petierit & impetrârit ab Imperatore Constantinopolin redeundi, nec non Heraclæensis Archiepiscopus migrandi Venetias, quando uterque satis perspiceret magnum temporis ac inutile dispendium: Summo igitur mane, quo primum hæc inaudiverat Nicænus, ad Patriarcham advenit: Et rumor, inquit, percrebuit, Heraclæensem convasatâ supellectile reditum in patriam adornare: Nomophylacemque cum fratre Ephesio mox subsecuturos: Si isti abeunt, actum est de Synodo: utrique enim Patriarcharum Vicarii, si se subduxerint, residui nihil definire poterunt: Unde justam conquerendi de nobis ansam Papæ præbebimus,

usus

καὶ ἡ σύνοδος. εἰσὶ γὰρ καὶ οἱ δύο τοποτηρηταί. καὶ ἀποδημησάντων αὐτῶν, οὐ δυνήσονται συμπεράναι τι, οἱ ἐνταῦθα καταλειφθέντες. ἔχει δὲ καὶ ὁ πάπας αἰτιάσασθαι ἡμᾶς εὐλόγως. ἐρεῖ γὰρ ὅτι ἑκουσίως κατελύσαμεν τὴν σύνοδον, καὶ ὀφείλομεν ἀντιστρέψαι τὰς ἐξόδους πάσας, καὶ μέγα δεινὸν ἐπακολουθήσει ἡμῖν. διὸ χρὴ γενέσθαι διασυντόμως ἐπιμέλειαν, ἵνα φθάσωσι τίνες μετὰ σπουδῆς, καὶ ὑποστρέψωσιν αὐτούς. ἔστειλεν οὖν εὐθὺς ὁ πατριάρχης, καὶ εἰς μὲν τὸ κελλίον τοῦ Ἡρακλείας, οὔτε ἄνθρωπον εὗρον, οὔτε κατούναν. εἰς δὲ τοῦ Ἐφέσου εὗρον καλόγηρον, καὶ ὀλίγην κατούναν. ἠρώτησαν δὲ τὸν καλόγηρον περὶ τοῦ Ἐφέσου, καὶ εἶπε, μὴ εἰδέναι ποῦ ἀπῆλθε. καὶ εὐθὺς ἔστειλεν ἐμὲ ὁ πατριάρχης εἰς τὸν δεσπότην, ἵνα διηγήσομαι περιπαθῶς τὸ γεγονός, καὶ τὸ ἐκ τούτου προσδοκώμενον δεινόν, καὶ ζητήσω καὶ ἵππον ὡς ἂν φθάσω, καὶ ὑποστρέψω αὐτούς. ἐλθὼν οὖν εἰς τὸν δεσπότην, εἶπον αὐτῷ ταῦτα, καὶ ἔδοξαν κἀκείνῳ δεινά. πλὴν οὐκ ἔδωκέ μοι ὁ δεσπότης ἵππον.

Ἔστειλε δὲ ὁ πατριάρχης καὶ ἕτερον εἰς τὸν βασιλέα περὶ τούτου. ὁ δὲ ἔστειλε τὸν λάσκαριν ἔφιππον, καὶ ἵππον οὗ ἐπέβην ἐγώ, καὶ ἀπήλθομεν δρομαῖοι εἰς τὸ Φραγκουλίν. εὕρομεν δὲ τὸν μὲν Ἐφέσου περὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ διατρίβοντα μετὰ τοῦ Νομοφύλακος, τὸν δὲ Ἡρακλείας ἐντὸς τοῦ πλοίου καθήμενον, μετὰ τῆς ἰδίας κατούνης. εὐθὺς οὖν εἰσήλθομεν καὶ ἡμεῖς εἰς τὸ πλοῖον, καὶ ἐλέγομεν τῷ Ἡρακλείας, ὁρισμὸν τοῦ βασιλέως, ὥστε ὑποστρέψαι, ὁ δὲ οὐκ ἤθελε προβαλλόμενος ὅτι μετὰ θελήματος τοῦ βασιλέως, ἀπέρχεται εἰς τὴν Βενετίαν. καὶ ἐπανελεύσεται πάλιν. εἴπομεν δὲ αὐτῷ, ὅτι ὁ μὲν ὁρισμὸς ἐκεῖνος ἦν προγενέστερος. καὶ οὐδεὶς ἂν ἦν λόγος εἰ τότε ἀπήρχου. σήμερον δὲ ὁρίζει καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης ἵνα ὑποστρέψῃς. ἀξιοῦμεν δὲ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὡς φίλοι. ἐπειδὴ καὶ ἑτοιμάζονται πρὸς τὰς συνοδικὰς συνελεύσεις καὶ διαλέξεις. ὁ δὲ εἶπε πολλὰ πρὸς ἀποφυγήν, καὶ ὅτι ἀπατῶσιν ἡμᾶς. ἀλλ' οὐ ποιήσουσι συνόδους καὶ ὅτι εἰς αἰσχύνην αὐτῷ ἔσται ἐξελ-

qui vociferabit ultrò nos Synodum abrupiſſe, noſtrorumque ſtipendiorum venam in alios uſus derivabit, & magnam infamiam apud Latinos ac detrimentum conſectabimur: Quare danda eſt actutum opera ut iſti anticipati, ab itinere retrahantur: Paruit Patriarcha, & miſſo exploratore in domum Heracleenſis, nec ſervus inerat in conclavi, nec ſtratum in dormitorio, omnia avecta & exportata: In Epheſii vero adhuc reſtabant Monachus Epiſcopi domeſticus, & ſtibadium æſtivum: Monachus de patrono interrogatus, quo iverit negabat ſe quicquam ſcire: Patriarcha igitur protinus me ad Deſpotam miſit, ut hæc & omnia exinde mala in noſtram gentem largiter redundatura, qua poſſem Orationis acerbitate exponerem: equumque ſumerem ab eo mutuum, quo noſtros homines aſſecutus revocarem: Accedens igitur Deſpotam ſingula ſignificavi, & culpavit ille quidem facinus ut vituperandum, ſed equum nullum ſuppeditavit.

Miſit & alium Patriarcha, ſignificatum Imperatori, qui Laſcarim inſtruxit ad iter, equo uni inſidentem, cum alio quem ipſe conſcenderem: & curſu incitatiſſimo rectâ Francolin contendimus: ubi ad primum intuitum forte fortuna conſpicimus in ripâ fluminis ſpatiantem Epheſium, cum fratre Nomophylace: ſed intus Heracleenſem in ſtegâ nauticâ ſuper proprium cubile exporrectum: Ingreſſi ſubito navigium Imperatoris, ſententiam Heracleenſi diximus ut in civitatem reverteretur: At ille cepit moras nectere: ſe huc veniſſe bonâ cum Imperatoris veniâ, petiturum Venetias, & illinc brevi rediturum. Nos reſpondimus, Priorem determinationem ab inſequenti ſemper amputari: Ea mens Imperatoris præceſſerat, priuſquam de tuo in patriam diſceſſu fama ſpargeretur: Nunc Imperator & Patriarcha tuum ad ipſos reditum depoſcunt: & nos amici tui idem efflagitamus: Jam Synodicæ ſeſſiones inchoabuntur, diſputationes Theologicæ fervebunt: quibus ne te & nobis ſubtrahas: Ille vero multa texuit ut ſe in fugam vindicaret: Non eſſe fidendum Latinorum pollicitationibus, qui blande nobis imponunt, Synodum nunquam incœpturi: magno ſibi inſuper fore dedecori, ſi civitate ſemel egreſſus quaſi ad carceres ſubito revocaretur, cum ſtratum impedimentorum poſtremum collegiſſet: Verum nos ubi nihil proficere verba animadvertimus, ſcapham interdicto ſubjecimus: Unde & Heracleenſis & Legum promuſcondus Eugenicus coacti ſunt, ad iter retro ora convertere, Epheſius autem cum ſe tantum] Nomophylaci fratri comitem ad-

ἐξελθεῖν καὶ ἀποστρέψαι μετὰ τῆς κατούνης. ὡς δὲ οὐκ ἐπείθετο λόγοις ἐποιήσαμεν περιορισμὸν τοῦ πλοίου. καὶ ἐξ ἀνάγκης ὑπέστρεψαν ὅτε Ἡρακλείας καὶ ὁ Νομοφύλαξ. ὁ δ᾽ Ἐφέσου χάριν συνοδίας τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, εἶπεν ἐλθεῖν, καὶ ὑποστρέφει.

adjunxiſſet, lubentiſſimè nobiſcum dixit ſe reverſurum.

τμήμ. ϛ. Κεφ. η.

Ὡς οὖν εἶδον τὴν ἐκβολὴν αὐτῶν οἱ προεστῶτες ἡμῶν, καὶ πῶς πρὸ τοῦ ἐνοχλῆσαι ἢ βιάσασθαι τινὰς εἰς ὅπερ οὐ βούλονται, ἀποδιδράσκουσιν, ἐκ τότε ἐσκέπτοντο ὁ Βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης ἰδίᾳ, καὶ ἐβουλεύοντο ὅπως ἂν ἐνδοτέρω ἡμᾶς ἀπαγάγωσι εἰς μείζονα, καὶ ἀσφαλέστερον περιορισμόν. διὸ καὶ μετὰ τοῦ πάπα τὴν εἰς Φλωρεντίαν ἀποδημίαν λαθραίως ἐπραγματεύοντο. ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι μετὰ τὴν δηλωθεῖσαν συνέλευσιν τὴν μετὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν. καὶ πάλιν ἦλθεν ὁ Βασιλεὺς εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ συνῆξε τοὺς ἀρχιερεῖς ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ἡγουμένους, καὶ προέτρεψε βουλεύσασθαι πῶς δεῖ τὴν σύνοδον ἄρξασθαι καὶ προχωρεῖν. εἶπον οὖν ὅτι τὸ μὲν ἄρξασθαι καὶ προχωρεῖν εὔκολόν ἐστι. κινηθήσεται τὸ ζήτημα τὸ διαιροῦν ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τούτῳ λαληθήσονται λόγοι καὶ ἀπολογίαι, καὶ ἐντεῦθεν προβήσονται αἱ διαλέξεις. πλὴν μετὰ τὰς διαλέξεις χρεία ὑπάρξει συμπεράσματος καὶ δεῖ σκέψασθαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νῦν, πῶς ἂν γένοιτο τὸ συμπέρασμα, σωζομένου τοῦ λυσιτελοῦντος ἡμῖν· ἀνάγκη γὰρ γνωμοδοτῆσαι πάντας τοὺς ἐν τῇ συνόδῳ. καὶ εἰ τῇ τάξει καὶ τῇ συνηθείᾳ τῶν συνόδων δεῖ παρακολουθῆσαι, ὥστε τῶν πλειόνων τὴν ψῆφον νικᾶν, συναχθήσονται παρὰ τοῦ λατινικοῦ μέρους εἰ θελήσουσι ὡς ἐν βραχεῖ ἐπέκεινα τῶν διακοσίων. οἱ δὲ ἡμέτεροι εἰσὶν ἐλάττονες τῶν λ. ὁμογνωμονήσουσιν οὖν καὶ συμφωνήσουσι πάντες ἐκεῖνοι. πρὸς οὓς οἱ ἡμέτεροι, εἰ διαφωνήσουσιν ἐκείνων οὐδὲν λογισθήσονται, ἀλλ᾽ ἰσχύσουσιν αἱ φωναὶ ἐκείνων ὡς πλειόνων. καὶ ἐπιψηφιοῦνται, καὶ κατακρινοῦσι τοὺς ἡμετέρους. διὰ τοῦτο χρὴ μὴ πρὸς τὰς τῶν πλειόνων φωνὰς κεῖσθαι τὴν ψῆφον.

SECT. VI. CAP. VIII.

Ut primum vero noſtri præpoſiti, oſtia noſtra percepiſſent, & perpetuas elabendi, poſticas: utque noſtri homines ante moleſtiam, aut neceſſitatem ipſis impoſitam arripiebant fugam: meditabantur exinde, & Imperator & Patriarcha, mutuaque captabant conſilia, nos penitius in regionem Latinam abducere, ad clauſtra magis firma, & excurſionibus minus obnoxia: quin & de transferendâ Synodo in Florentiam cum Papâ clanculum negotiabantur: Interea dies aliquã pauci præterierunt, à conventu quem nuper diximus cum Juliano & Epiſcopis Latinis: quando Imperator denuo ad Patriarcham profectus eſt, adductis ſecum ſuis Archiepiſcopis, nobis Crucigeris, ædiumque præfectis: ibidemq; conſultationem liberam capeſſere permiſit, quomodo Synodus à nobis inceptanda, & ad finem proſequenda eſſet.

Nonnulli reſponderunt, proclivia eſſe quæ Imperator proponit: Nam in primis quæſtio ſuborietur, quod diſcrimen Eccleſias ſejungit: Et in illud confeſtim, hominum ingenia ſermocinationes excitabunt, reſponſa hac illac proment, & indies ratiocinationes procurrent: Sed illud imprimis operæ pretium eſt ſciri: ſingula cauſarum genera, à diſceptationibus in definitiones terminare: Et ab exordio ad exitum, id omnino expetendum eſſe, ut decretoriæ deciſiones iſtæ in noſtrum commodum cedant: Siquidem unicuique patrum, libera ſuffragandi facultas conceditur: & ſi uti ſemper aſſuevit in Conciliis, major pars ſuffragantium prævalebit Latini omnia evincent: Nam exempli gratiâ pro noſtris vix tricenis ultra ducentos calculos, in medium projicient: Ita ut ſi illi inter ſe convenerint, in omnibus triumphum ferre oporteat: Et noſtrorum vota ut nulla, ad ipſorum plurima numerabuntur: Et in omni articulo reperiemur inferiores: Quare maximè cavendum, ne multitudini ſuffragiorum controverſiarum capita determinanda permittantur.

τμήμ. ϛ. κεφ. θ.

Πολλῶν οὖν λόγων περὶ τούτου κινηθέντων, ἔδοξε καλὸν ἵνα περιστῇ ἰσχύειν τὰς φωνὰς τοῦ ἑνὸς μέρους ὡς τοῦ ἑτέρου. καὶ τὰς γνώμας τῶν ἡμετέρων εἴκοσιν ἐπίσης ἰσχύειν, ὡς τῶν παρ' ἐκείνοις διακοσίων. πλὴν ἵνα ζητηθῇ πρῶτον καὶ στερχθῇ τοῦτο καὶ παρὰ τῶν λατίνων. ἀλλ' ἐν τῇ τούτου γυμνασίᾳ, καὶ ἕτερόν τι ἀνεφύη. εἶπον γάρ τινες ἐξ ἡμῶν, ὡς καὶ εἰ ἐξ ἐπίσης ταχθῇ ἰσχύειν, τὸ ἓν μέρος ὡς τὸ ἕτερον. εἶτα τυχὸν προστεθῇ εἷς ἢ καὶ πλείους, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς μέρους πρὸς θάτερον. ὃ καὶ ἐδεδίειμεν ἀεί, μή τινι τῶν ἡμετέρων τοῦτο συμβῇ. εἰ οὖν τοιοῦτόν τι γένηται, τότε οὐκ ἔτι ἰσορρεπὴς, ἀλλ' ἑτερορρεπὴς ἔσται ἡ ἰσχὺς τῶν γνωμῶν. ἐρεῖ γὰρ ὁ ἀπὸ τοῦ μέρους τυγχάνων τοῦ δεξαμένου τὸν προστεθέντα αὐτῷ, ὅτι τὸ ἐμὸν μέρος ἴσχυεν ὡς τὸ σὸν, νῦν δὲ προσετέθη μοι καὶ εἷς ἀπὸ τοῦ σοῦ μέρους, καὶ ἤδη τὸ μὲν σὸν ἠλάττωται μέρος, ηὔξηται δὲ τὸ ἐμόν. καὶ λοιπὸν ἐμοὶ προσέσει τὸ νικᾶν, καὶ αἱ τῶν ἡμετέρων ἰσχύουσι γνῶμαι. τίνα οὖν θεραπείαν ἕξομεν τότε εἰπεῖν, καὶ ἕτεροι λόγοι πολλοὶ κεκίνηνται περὶ τούτου, καὶ ἀπορίᾳ συνείχοντο σχεδὸν πάντες. εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι τοῦτο ἔσται εἰς τὴν ἄδειαν ἡμῶν ἵνα χρησώμεθα τοῖς οἰκείοις ἡμῶν καθὼς ἂν ἐθέλωμεν, καὶ οἱ λατῖνοι πάλιν τοῖς οἰκείοις καθὼς ἂν ἐθέλωσι. ἦν δὲ καὶ τοῦτο ψυχρὰ καὶ ἀθεράπευτος θεραπεία. εἶτ' ἐζητήθη, τίνες ἄρα ἀπελεύσονται εἰς τὸν πάπαν, ἀναγγελοῦντες καὶ διαπραξόμενοι τὰ δηλωθέντα ὡς δεῖ, εἰ μὴ γὰρ διαπραχθῇ τοῦτο καλῶς, καὶ στερχθῇ καὶ βεβαιωθῇ παρ' ἐκείνων, οὐ χρὴ ἡμᾶς ὅλως χωρῆσαι πρὸς σύνοδον, μιᾷ φωνῇ ἔλεγον οἱ ἡμέτεροι πάντες. ἔφη δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι εἰ παραγενοίμεθα ἐγώ τε καὶ ὁ πατριάρχης εἰς τὸν πάπαν, ἐξοικονομήσομεν τὸ περὶ τούτου καλῶς, καὶ βεβαιώσομεν αὐτὸ καθὼς προσήκει. ἐπῄνεσαν δὲ τοῦτο πάντες. τίς γὰρ εἶχεν ἀντιλέγειν εἰ καὶ ἐβούλετο, τοῦ βασιλέως οὕτως ἀποφηναμένου.

SECT. VI. CAP. IX.

Cum multi hinc illinc sermones super hac re agitarentur, visum est nobis quam maxime conducere, ut utriusque partis suffragia apud suos tantummodo obtinerent: & unius partis par ratio seorsim haberetur in dandis suffragiis ac alterius: Ità nostrorum hominum viginti suffragia, si integra accederent, eorum ducentis æquipollerent, sed ut Latinorum consensus ad id primum impetraretur: Verum & de suffragiis vel hoc modo exhibendis, difficultas alia suppullulabat, quam nostratium aliqui opportunè commovebant: si id esset omnium assensu stabilitum, ut unius partis ac alterius æquum esset jus, & proportio observanda: Quid si ab unâ parte unus, pluresve, ad aliam partem transmeent? quod semper veriti sumus, ne nostrorum aliqui ad Latinos deficerent: Tunc in nullo æquilibrio pendebit suffragiorum conditio, sed alteri pars illa præponderabit, ad quam facta est nova suffragiorum accessio: Et sic pars aucta pro se suam formabit ratiocinationem: Ecce mea pars tuæ nuper æquivalebat: At nunc aliquot tui meos numeros implent: tua pars minuitur, mea augetur: penes me erit victoria, mea urna superefluit: si quod istiusmodi malum ingruerit, quo pacto succurremus? De hoc scrupulo multi multa serebant verba nihil proficientia: nam omnes hærebant difficultatis nodo intricati: Tum Imperator, nostrâ in manu sita erit, inquit, in istos desertores ordinum severe animadvertendi potestas: atque ut nobis id licebit in Græcos, ita Latinis in Latinos: quod erat scilicet in genere medicamentorum frigidam urticam pro antidoto, fungum pro Panacæâ obtrudere: Ultimum vero quærebant, quem ad Papam dirigerent, internuntium, ut hæc cum illo tractet: Nam si hæc singula Latini non transigant, & admittant, longe satius nobis erit ab omni Synodo abstinere, voce unanimi conclamarunt.

Imperator ad suas partes id pertinere ratus, respondit: si ego & Patriarcha Papam simul aggrediemur, curabimus ea singula confirmari ut decet ac convenit: quod omnes cum applausu excipiebant: quis enim contradiceret cum Imperator ipse sponte suâ se personam procuratoris pro nobis suscepturum promisisset?

τμήμ. SECT.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ι.

Τὸ δὲ τοιοῦτον ζήτημα διεκωδωνίζετο, καὶ πρότερον παρ' ἡμῶν, καὶ μέγιστον καὶ ὀλέθριον κίνδυνον ὑφορώμεθα ἐκ τούτου. διὸ καὶ ἐζητοῦμεν ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους εἴπως εὕροιμεν τινὰ θεραπείαν πρὸς αὐτό. ὡς οὖν ἤκουσε τοῦτο ὁ σοφὸς Γεμιστὸς παρά τινων λεγόμενον ἔφη. ὅτι ἐγὼ πρὸ δύο καὶ δέκα χρόνων εἶπον περὶ τούτου τῷ βασιλεῖ. ὅταν γὰρ ἐπιδεδήμηκε τῇ Πελοποννήσῳ ὁ βασιλεὺς ἐν μιᾷ τῶν αὐτοῦ ὁμιλιῶν προέτεινεν ὅτι ἡμεῖς διὰ τὸ σχίσμα τῆς ἐκκλησίας ἐστείλαμεν πρέσβεις εἰς τὸν πάπαν, καὶ πρόκειται ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ ποιήσωμεν σύνοδον οἰκουμενικήν. εἶπε οὖν, καὶ αὐτὸς ἔφη πρὸς ἐμέ. τί σοὶ δοκεῖ περὶ τούτου; καὶ ἀνάγγειλον ὅτι ἂν νομίσῃς λυσιτελήσειν ἡμῖν ἐν τῇ συνόδῳ; ἀνέφερον οὖν ὅτι τὸ μὲν ἀπελθεῖν ὑμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν οὐδ' ὅλως ἡγοῦμαι καλόν, οὐδὲ προβήσεται ὡς νομίζω ἐπὶ ἡμέτερον συμφέρον τι. ἢν δὲ γένηται ἴσως μετὰ σκέψεως εὑρήσει τις πολλὰ ζητητέα καὶ στερκτέα εἰς ὠφέλειαν ἡμῶν. ἃ καὶ εὑρήσουσι οἱ τότε περὶ τῶν τοιούτων βουλευόμενοι. ἐγὼ δ' ὡς ἐξ ὑπογυίου ἐνθυμίζω τόδι.. εἰ ἀπέλθοιτε ἐκεῖσε ἀπελεύσεσθε πάντως ὀλίγοι πρὸς ἐκείνους πλείστους ὄντας. εἰ οὖν ἁπλῶς καὶ ἀπερισκέπτως ἀπελθόντες ποιήσετε σύνοδον, ἑλκύσουσι πάντως ἐκεῖνοι τὸ τῶν πλειόνων τὴν ψῆφον ἰσχύειν. καὶ λοιπὸν οὐκ ἀπελεύσεσθε εἰς σύνοδον ἀλλ' εἰς κατάκρισιν. διὰ τοῦτο χρὴ πρότερον ζητηθῆναι καὶ στερχθῆναι τὸ μὴ τῶν πλειόνων τὴν ψῆφον ἰσχύειν, ἀλλὰ τὸ ἓν μέρος ἐπίσης ἰσχύειν ὡς θάτερον, κἂν τὸ μὲν πλεῖστον τὸ δ' ἐλάχιστόν ἐστι. καὶ οὕτως ἀπελθεῖν καὶ ποιῆσαι τὴν σύνοδον. τοῦτο οὖν μοι ἐπῆλθε κατὰ τὸ παρόν, καὶ ἀνήνεγκα δοκοῦν μοι συμφέρον.

Ὥρισε δὲ τότε ὁ βασιλεὺς ὅτι καλὸν δοκεῖ τοῦτο κἀμοί, καὶ μέλλομεν φροντίσειν ὅπως ἂν καὶ τοῦτο διευθετήσωμεν. ἐνόμιζον οὖν ἔφη ὁ Γεμιστὸς ὅτι ἐπράχθη τοῦτο πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ὑμᾶς ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ἐτάχθη δὲ ἡμέρα καὶ ἀπῆλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ πατριάρχου εἰς τὸν πάπαν, καὶ ὡμίλησαν αὐτῷ ὥραν ἱκανήν, συνόντος αὐτοῖς καὶ τοῦ δεσπότου κύρου Δη-

SECT. VI. CAP. X.

Verum iſtud dubium diu antehac inter nos pervulgabatur, cum adhuc in patriâ commoraremur: & tanquam periculoſiſſimum naufragii ſcopulum, & internecinam perniciem, præ oculis habuimus: ità ut ſæpenumero alter alterum domi interrogare conſueverit, ſi quo Marte, hoc incommodo defungi poſſemus: Nunc autem ubi literatiſſimus Gemiſtius à noſtratium aliquibus intellexiſſet, nos hac difficultate implicari, hæc verba protulit: Memini me ante annos duodecim de hoc argumento, cum hoc Imperatore verba feciſſe: Cum enim tum temporis Imperator excurriſſet in Peloponneſum, mihi ad colloquium admiſſo, hæc inter cætera patefacere dignatus eſt: Se ad Eccleſiarum ſchiſma tollendum Legatos miſiſſe Romam, & eo rem perduxiſſe cum Papa, ut brevi in Italiam profecturi, Synodum Oecumenicam celebraremus: quin & hoc inſuper addidit: Et tu Gemiſti, quid cenſes de hoc incæpto? Dic quibus potiſſimum modis in hoc negotio, & utilitati noſtræ proſpicere, ac patriæ prodeſſe valuerimus? Reſpondi ego me peregrinationem in Italiam nullo pacto comprobare poſſe: nec enim quantum auguror, ex illâ unquam larga bonorum meſſis in noſtra horrea redundabit: Si tamen res prudenter diſpenſabitur, nonnulla occurrent diligenter inveſtiganda & ambienda, quæ noſtris negotiis aliquem proventum accommodabunt: quod illi ſoli deprehendent, qui rebus illic cum conſilio adminiſtrandis præficientur: Sed id unum liceat ex animi motu extemporaneo inſinuare: ſi deſignata proſequemini, ibitis exigua manus pauciſſimorum hominum, contrà infinitam gentem: & ſi inconſideratè ac improvidè ruetis in Synodum, Latini omnia ad ſe arripient, dominante plurium ſuffragiorum uti aſſolet prærogativâ: Ita non ad Synodum, ſed ad condemnationem protrahemini: Quare ante omnia modus eſt conſtituendus, ut non in majori votorum numero cauſarum diremptio conſiſtat, ſed ut unius partis ſuffragia, ad alterius in æquipondio librentur, quamvis hinc perpauca appareant, illinc numeroſa: ita ſine periculo, & cum ſpe Synodum frequentabitis: Hoc conducibile conſilium mihi tum ſuggeſſit animus quod impertirem.

Quin & Imperator mea dicta laudare viſus eſt, ac promittere ſe diligentiam adhibiturum, ut ea res artificio ſuo, in noſtram utilitatem per quam maximam rite diſponatur: Quocirca putâram Imperatorem, de eâdem præcipuè cogitaſſe, priuſquam Conſtantinopoli egrederemini: At indicto die Imperator & Patriarcha Papam ſimul adiere, & ſatis diutinè cum illo collocuti ſunt:

Δημητρίου. καὶ τῇ ἐπιούσῃ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς καὶ εἶδε τὸν πατριάρχην, καὶ ἐβουλεύοντο μόνοι οἱ δύο πολὺ μέρος τῆς ἡμέρας. ἦλθε δὲ καὶ ὁ δεσπότης μετὰ τοῦ βασιλέως. πλὴν ἀφῆκε αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἵστατο ἔφιππος ἐν τῇ αὐλῇ, ἐν ὅσῳ ἐκεῖνοι οἱ δύο ἐβουλεύοντο.

Καὶ τῇ μετ᾽ ἐκείνην πάλιν ὁ πατριάρχης μετεκαλέσατο τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς σταυροφόρους καὶ τοὺς ἡγουμένους δι᾽ ἐμοῦ πέμψαντος ὑπηρέτας, καὶ συναγαγόντος αὐτοὺς ἅμα πρωΐ. εἶπε μοὶ δὲ καὶ τοῦτο ὁ πατριάρχης, ὅτι οὐκ ἀποδέχεται ὁ βασιλεὺς τὸ γινόμενον· λέγει γὰρ οὐκ ὡς ὀφείλω ἐγὼ βουλεύεσθαι τὰ τοιαῦτα μετὰ τῶν ἀρχιερέων. τὰ γὰρ τῆς συνόδου ὀφείλουσι ἀκούειν αὐτοὶ, καὶ εἰς ἐκεῖνα βουλεύεσθαι. τὰ δὲ παρόντα εἰσὶν ἴδια ἐμὰ, καὶ ἐπ᾽ ἐμοὶ ἐστὶ βουλεύεσθαι ταῦτα μεθ᾽ ὧν ἂν ἐθέλω, οὐ μὴν δ᾽ ἔχω ἀνάγκην, καὶ μετ᾽ αὐτῶν ταῦτα βουλεύεσθαι. ἔφην δ᾽ ἐγὼ ὅτι μᾶλλον οἱ ἀρχιερεῖς ὀφείλουσι εἰδέναι καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν τοιούτων. ταῦτα γάρ εἰσι δεσμὸς τῆς συνόδου καὶ αὐτῶν. εἰ οὖν περὶ τούτων οὐκ ἔχουσιν εἴδησιν, πῶς ἀγωνίσωνται, καὶ προχωρήσουσιν ἐν τοῖς συνοδικοῖς. εἶπεν οὖν ὁ πατριάρχης, ἐπειδὴ ἐμηνύθησαν ἐλεύσονται καὶ ἀκούσουσι τὰ γεγονότα.

sunt: accedente etiam, ad consilium Domino Demetrio Despotâ: Insequenti mane venit Imperator ad Patriarcham, & soli ab aliis segregati partem maximam diei consultationibus triverunt: Quin & Despota fratrem etiam comitabatur: sed jussus ab Imperatore aliquantisper subsistere, in atrio, insedit equo, quamdiu illi duo remotis arbitris consilia captabant.

Die tertio Patriarcha convocare decrevit, Archiepiscopos, Crucigeros, & præfectos: mihique negotium demandavit, qui missis lictoribus eos in Patriarchæ domum, simul ac illuxit, coegi: & tum mihi secreto dixit: Quod facere instituimus Imperatori nullatenus arridebit, qui palam profitetur se non teneri, cum Episcopis talia communicare: quibus id unum incumbere ait, ut ipsi quæ ad synodum pertinent, explorent, & inde consiliorum occasiones prensent: præsentia vero quæ nunc maturamus, propria esse officii sui mysteria, quæ pandere nisi quibuslibet non obligatur: at Episcopis nulla necessitas cogit: sed Episcoporum plurimum interesse respondi ego, ea rescire quibus nervi ac robora Synodorum constringuntur: Nam nisi fuerint istarum rerum peritiâ exercitati, quâ audebunt confidentiâ cum adversariis congredi, aut sperabunt Synodi destinata, ad fœlicem exitum perducere? Cui subinfert Patriarcha, quandoquidem accersiti huc advenerint, non sunt repudiandi, sed ad eorum quæ tractabuntur admittendi participationem.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ια.

Ἦλθεν οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ δηλωθέντες ἅμα πρωΐ, καὶ καθεσθέντων πάντων ἤρξατο ὁ βασιλεὺς καὶ εἶπεν, ὅπως αὐτός τε καὶ ὁ πατριάρχης εἶδον τὸν πάπαν, καὶ διεξῆλθον λόγους πολλοὺς καὶ καλοὺς, καὶ ἤκουσαν πάλιν λόγους φιλικοὺς καὶ καλούς. καὶ περὶ τοῦ προκειμένου ζητήματος εἶπον, ὅσα ἦν ἁρμόδια πρὸς τὸ πρᾶγμα, καὶ τελευταῖον εἶπεν ἐποιήσαμεν καλῶς, καὶ λίαν καλῶς, καὶ ἔστησε τὸν λόγον μέχρι τούτου. ἐπεὶ δὲ ὥρα παρῆλθεν ἱκανὴ, καὶ οὐκ εἶπέ τι πλέον ἠρώτησαν οἱ ἡμέτεροι εἰπόντες, ὅρισον ἡμῖν πλατύτερον. ἐστέρχθη τὸ ζήτημα καθὼς εἴπομεν, ἢ οὐκ ἐστέρχθη; εἶπε δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπεὶ λέγομεν ὅτι ἐποιήσαμεν καλῶς, καὶ λίαν καλῶς περιττὸν ἐστὶ ζητεῖν πῶς τοῦτ᾽ ἐπράξαμεν. ἰδοὺ δὲ καὶ ὁ πατριάρχης καὶ εἰπάτω εἰ καὶ αὐτὸς

SECT. VI. CAP. XI.

Ergo Imperator diluculo, & prædicti præsules ad Patriarcham convenerunt: sedentibusque cunctis Imperator occœpit fari: ut ipse & Patriarcha Papam adiere: ut Papa multa verba humanitatis plenissima elocutus, ab ipsis similia exaudivit: Et in propositum (inquit) de suffragiis abundanter explicui quæ causæ nostræ congruere videbantur: Et ne vos multiloquio fatigem, opus coronavimus, egregie, laudabiliter, perpulchrè, & in hoc dicto repente obmutuit: Nostri vero cum aliquamdiu elinguis substitisset rogabant ut ad circumstantiarum momenta fusius evagaretur: & diceret an quod à Papa petiissent, concederetur nec ne? At cum affirmamus, inquit Imperator, nos pulchrè & nimium pulchrè negotium peregisse, superfluum est quærere, quibus mediis obtinuerimus: Patriarcham vestrum contemplamini, eadem profitebitur, si velit: Tum Patriarcha dixit: Opitulante divino numine, egregié & nimis excellenter, ut vobis modo expressit Imperator om-

αὐτὸς εἶναι βούλεται). ἔφη δὲ καὶ ὁ πατριάρχης ὅτι μετὰ τῆς βοηθείας τοῦ Θεοῦ ἐποιήσαμεν καλῶς, καθὼς ὁρίζει τοῦτο καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ λίαν καλῶς ἐπράξαμεν ὅπερ ἐζητήσαμεν μεθ' ὑμῶν. καὶ εἰπόντων ἡμῶν πάλιν, ὁρίσατε ἡμῖν πῶς ἐδέξατο τοῦτο ὁ πάπας, καὶ ποταπὸν ἐστὶ τὸ συμπέρασμα; ἀπεκρίνατο ὁ βασιλεὺς, ὅτι ὁ πάπας ἐδέξατο τοῦτο καλῶς, καὶ εὕρομεν αὐτὸν εἰς τοῦτο πολλῷ καλλίονα ἤπερ ἠλπίζομεν, καὶ καλῶς αὐτὸ διεπραξάμεθα. ἡμεῖς δὲ πάλιν εἴπομεν, ἐπεὶ καλῶς διεπράξασθε, οὕτω γὰρ ἔδει, τί τὸ κωλύον, καὶ οὐ πληροφορεῖτε ἡμᾶς τὸ γεγονὸς σαφέστερον; καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς διότι οὐ πάρεισι ἐνταῦθα οἱ Καρδηνάλιοι, διὰ τοῦτο οὐ βούλεται ὁ πάπας ἀκουσθῆναι, ὅτι περιέστησεν αὐτὸς τι ἀπόντων ἐκείνων. καὶ εὐθὺς εἴπομεν ἡμεῖς. λοιπὸν εἰ ἔλθωσιν οἱ Καρδηνάλιοι, οὐ στέρξουσιν ὅπερ ὁρίζετε ὅτι ἐποιήσατε καλῶς. καὶ εἶπεν ὁ πατριάρχης. ἀλλ' οὕτω λέγουσιν ἡμῖν, ὅτι πᾶν ὅπερ ἂν ποιήσῃ ὁ πάπας, οὕτω στέργουσι πάντες τοῦτο, ὡς εἰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐγεγόνει. στέρξατε οὖν καὶ ὑμεῖς ὅτι καλῶς ἐποιήσαμεν ὅπερ ἐζητήσατε.

Ἡμεῖς δὲ αἰεὶ ἀπητοῦμεν ἵνα εἴπωσιν ἡμῖν σαφῶς τὸ γεγονὸς, καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης ἔλεγον, ὅτι λίαν καλῶς ἐποιήσαμεν, καὶ ὅτι ἐπράξαμεν πᾶν εἴ τι ἠθέλωμεν καθὼς ἠθέλωμεν, καὶ πρέπει θαῤῥεῖν ὑμᾶς ὅτι καλῶς ἐποιήσαμεν. ἐκάθητο δὲ καὶ ὁ Πνευματικὸς πλησίον τοῦ δεσπότου χαμαί. καὶ ἀπήτει καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων, τὴν διασάφησιν τοῦ γεγονότος. καὶ στραφεὶς πρὸς τὸν δεσπότην εἶπε. κἂν ἡ βασιλεία σου ὅρισον ἡμῖν ὅπερ ζητοῦμεν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς παρῆς εἰς τὸν πάπαν, ὅτε ἐπράχθη ὅπερ νῦν ἀπαιτοῦμεν μαθεῖν. ἔφη δὲ ὁ δεσπότης μὴ ἀπαίτει παρ' ἐμοῦ, ἐγὼ γὰρ οὐ λέξω τι ἀφ' ὧν ἀπητεῖτε. ἡμεῖς οὖν ἀεὶ ἀπητοῦμεν πάντες, ἕκαστος ἐκ διαδοχῆς, καὶ ἐνιστάμεθα ζητοῦντες καθαρῶς μαθεῖν τὸ γεγονός. ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης οὐκ ἔλεγον τι περισσότερον, εἰ μὴ ὅτι καλῶς ἐποιήσαμεν. πῶς γὰρ ἡμεῖς οὐκ ἐμέλλομεν φροντίσειν ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου συμφέροντος, καὶ ὑπὲρ πάντας ὑμᾶς ἐπιμε-

omnia accommodavimus: Noſtri vero cupientes rem acu penitius tangi, utrumque ſollicitarunt dicere: Papa quid cenſuit? quid definitum prodiit? Reſpondit Imperator, Papa mirâ benignitate amplexus eſt omnia: eumque deprehendimus magis propenſum in noſtra vota quam aut ſperare potuimus, aut nobis metipſis adblandiri: & pulcrè, perpulcrè omnia cum illo tranſegimus: At cum omnia tam luculenter pulcra ſint à vobis perpetrata, ut vos dicere decet, & nos credere, quid quæſumus impedit, quo minus hæc pulcra nobis pulcrius eluceant, & veſtra enarratio nobis certiorem fidem ingeneret? Quia Cardinales conſiliis non intererant, inquit Imperator, ideo celatum voluit Papa, ne quid autoritate propriâ, aut juriſdictione Pontificiâ, enuntiaſſe videretur: Ergo cum Cardinales reſciverint (noſtri ſuggeſſere) verendum eſt, ne illi veſtris perpulcrè geſtis ſua pernegent ſuffragia: Cui obvenit Patriarcha: At nobis Latini ab initio aſſeverarunt: quicquid per ſe ſolus Papa decernit, ita firmum ab omnibus excipi, ac ſi ab ipſo Deo promulgatum humano generi promanaſſet: Ac quieſcite igitur in hoc uno verbulo, perpulcrè omnia veſtram in gratiam à Papâ per nos ſunt impetrata.

Verum nos omnes vociferavimus, deterſis ambagibus, quid tum gereretur ſimpliciter declararent: At Imperator & Patriarcha, nihil aliud præter pulchrè & excellenter omnia ac pro votis ſucceſſiſſe quicquid illi mentibus deſignarunt: quodque ipſis id toties aſſeverantibus, nos deceat eâ animorum fiduciâ imbui. Dominus Pœnitentiarius tum forte ſedebat infrà Deſpotam in pavimento, qui veram rei hiſtoriam cum reliquis ſcire pruriebat: & converſus ad Deſpotam, ſubmiſſâ voce inſuſurravit: Abſolve nos hoc dubio, quando tua Imperatoria Dominatio interfuit, cum hæc apud Papam moverentur, quæ nunc intelligere efflagitamus: Verum Deſpota Pœnitentiarium repulit, ajens ſe nihil eorum quæ ſcire cupiebamus revelare velle: Nos autem ſcrupulo non exempti, ſemper inſtitimus univerſi ſimul, & ſinguli ordine ſuo rogantes in veritatem negotii à verborum involucris introduci: At Imperator & Patriarcha nil præter antiquum Euge mirati, quod non crederemus: quo pacto enim ipſos non oportuit ſalutis propriæ cum noſtrâ conjunctiſſimæ curam maximam habuiſſe? Tandem poſt varia verborum diverticula, tot quæſtionibus, tot reſponſis circumacta, in hunc ſermonem Patriarcha prorupit.

Agite inquit, vobiſcum reputate ſi duo principales Domini, quales Imperator, & ego, Papam adierint, & reverſi cum ſponſione toties aſſerue-

μελήσεσθαι. μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους καὶ ἐρωταποκρίσεις, εἶπεν ὁ πατριάρχης.

Ἄγε δή, πόσον ἐστὶ τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὸν πάπαν δύο αὐθέντας, βασιλέα λέγω καὶ πατριάρχην, καὶ ὑποστρέψαντας λέγειν, ὅτι πάνυ καλῶς ἐποιήσαμεν ὅπερ ἠθέλομεν, καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι τοὺς ἀκούοντας, ἀλλὰ ἐπὶ τοσοῦτον ἐξετάζειν καὶ πολυπραγμονεῖν; καὶ εὐθὺς στραφεὶς ὁ Πνευματικὸς λέγει τῷ δεσπότῃ, καὶ νῦν τί ἀπέμεινεν ἡ βασιλεία σου ἔξω εὑρεθεῖσα τῶν αὐθεντῶν. ἐπὶ τοῖς τοιούτοις οὖν λόγοις παρετάθη τὸ ἕκτον τοῦ νυχθημέρου, καὶ ἐδυσχέραινον πολλοὶ τῶν γερόντων. ἀγανακτήσας δὲ πλέον τῶν ἄλλων ὁ Μονεμβασίας ἔφη, περισσόν ἐστιν ὃ ζητοῦμεν. ὁ τυχὼν πρέσβυς πεμφθεὶς παρ' οἵου δή τινος ἄρχοντος, εἰς ἕτερον, εἰ ἐπανέλθοι καὶ ἐρωτηθεὶς τί ἐποίησε ἀποκριθείη ὅτι καλῶς, στέργεται παρὰ πάντων. νῦν δὲ ἀπῆλθον ὅτε αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ πατριάρχης, καὶ λέγουσιν ὅτι ἐποίησαν καλῶς. οὐ δεῖ καὶ ἡμᾶς στέργειν τοῦτο καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν; πάντως γὰρ καλῶς ἔμελλον ποιήσειν.

Προσετέθησαν δὲ τούτῳ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀφελεστέρων, καὶ οὕτως ἔπαυσε τε τὸ ζήτημα καὶ διελύθη ὁ σύλλογος. ἔξεστι δέ γε τοῖς βουλομένοις στοχάζεσθαι ὁποῖον ἦν τὸ βούλευμα, ὅπερ μετὰ τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὸν πάπαν ἐβουλεύετο ὁ βασιλεὺς μόνος μετὰ τοῦ πατριάρχου ὥραν πολλήν, καὶ ἐμελέτων πῶς ἂν ἐξαγγείλωσι τοῦτο τῇ ὑστεραίᾳ πᾶσιν ἡμῖν. εἶπον δὴ μόνον ὃ πολλάκις εἴρηται τὸ ἐποιήσαμεν λίαν καλῶς. οὗ οὐδὲ τὸν δεσπότην ἠθέλησαν ἔχειν συνίστορα. βουλευόμενοι γὰρ καὶ συσκευάζοντες τοῦτο κατέλιπον αὐτὸν ἔξω ἵστασθαι ἔφιππον, ἵνα μηδ' αὐτὸς εἰδοίη περὶ ἡμῶν τὸ ἐποιήσαμεν καλῶς. καὶ ταῦτα συνόντα καὶ αὐτὸν αὐτοῖς εἰς τὸν πάπαν ὅτ' ἐκεῖνο τὸ καλῶς ἐτεκταίνετο, εἴπερ ἐγίνετο.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ιβ.

Μετὰ ταῦτα προὔβαινον αἱ περὶ τῆς συνόδου προκαταστάσεις καὶ διασκέψεις. ἐπεδήμουν γὰρ οἱ Καρδινάλιοι συνεχῶς εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἔλεγον καὶ ἔπραττον τὰ

ruerint, ſe mirabili ſucceſſu omnia obtinuiſſe, & nolint credere qui iſta audiunt, ſed tantâ curioſitate ſingula ſcrutantur, examinant, perveſtigant: Tum Pœnitentiarius in Deſpotam obvertit vultum: Et quo malo fato, inquit, tua Imperatoria Dominatio, hac excidit prærogativâ, ut inter hos ſemideos non numereris? At in his ſermonibus ſexta pars diei futiliter conſumpta evanuit: ringentibus, frendentibuſq; ſenibus pleriſque: Adeo ut Monembaſius præ cæteris irâ percitus, quid diem (inquit) fruſtra ludimus ſciſcitando? Legatus quilibet ab uno principe ad alium, ſi reverſus à ſuis interrogabitur, quo fructu perfunctus ſit munere, & reſpondebit, ſupra modum proſpero, celebrabunt omnes ut bonum patriæ civem: Ergo cum Imperator princeps noſter, & noſter Dominus Patriarcha, perſonas Legatorum pro nobis ſuſtinuerint, & ſe ſingulariter cuncta adminiſtraſſe affirmaverint, nonne æquum eſt ſine ulteriori indagine, noſtras rationes eorum aſtipulationibns contradere? qui niſi pulcrè & eminenter pro nobis nulla ſunt obituri.

Atque hinc Epiſcoporum reliqui in ſolidis affectibus moderatiores aſſentiebantur, & quæſtio irraucuit, & conventus receſſit: Sed hinc cuilibet conjicere fas eſt, quale conſilium poſtquam adiiſſent Papam, Imperator & Patriarcha ſoli captabant, nobis poſtridie communicandum: ut nihil aliud proferrent quam Euge ſuum, cuncta mirabiliter abſolvimus: quod ne ſaperet Deſpota prohibuere: quem equo inſidentem in atrio exteriori relinquebant, dum illi capita ad comminiſcendum conjungerent: ut ante nos nihil reſciſceret negotii: etiamſi eos comitaretur ad Papam, apud quem hoc figmentum primo prodiit efformatum: ſi vel illinc vel aliunde uſpiam prodiit efformatum, quam ex ipſius Imperatoris & Patriarchæ cerebris.

SECT. VI. CAP. XII.

Ab his vero temporibus omnia ad inchoandam, conſtituendamque Synodum anhelabant: Nam Cardinales ultrò citròque commeando ad Imperatorem cum eo tractabant, quæ ad Synodum conflandam, animandamque pertinebant. Per-

τὰ συντείνοντα πρὸς τὸ συστῆναι καὶ διενεργεῖσθαι τὴν σύνοδον. ἑώρων γὰρ ὅτι ὁ μὲν πατριάρχης ὀλίγον πάνυ εἰς ταῦτα συνεβάλλετο. πάντα δὲ διὰ τοῦ βασιλέως κατεσκευάζοντο, καὶ ἐκ τῆς ἐκείνου γνώμης ἤρτηντο τὰ καθόλου. μετεκαλέσατο δὲ ὁ βασιλεὺς ἓξ τῶν ἀρχιερέων τοὺς πρώτους, ἔκ τε τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων τὸν μέγαν χαρτοφύλακα, καὶ τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην ἐμὲ, ἐκ τῶν ἡγουμένων τὸν τοῦ παντοκράτορος, καὶ τὸν τοῦ καλέως, καὶ Ἱερομόναχον μωϋσῆν τὸν ἁγιορείτην, μεθ' ὧν καὶ τὸν διδάσκαλον τὸν Γεμιστὸν, διδάσκαλον τὸν σχολάριον, καὶ τὸν Ἀμηρούτζιν. ὧν συναχθέντων, ἐν τῷ παλατίῳ ὤρισεν ὁ βασιλεύς.

Ἰδοὺ χρεία ἐστὶν ἵνα σὺν Θεῷ ἀρξώμεθα τῶν συνοδικῶν συνελεύσεων. ἐν ταύταις οὖν πόθεν φαίνεται ὑμῖν καλὸν ἄρξασθαι; ἐμοὶ δοκεῖ διαιρεῖσθαι εἰς δύο τὸ ἡμέτερον ζήτημα, εἴς τε τὸ περὶ τῆς δόξης, ἵνα ἐξετασθῇ δηλονότι, εἰ ἄρα σύμφωνός ἐστι τῇ παραδόσει τῆς εὐσεβείας ἡμῶν ἡ δόξα, ἣν ἡ λατινικὴ ἐκκλησία ἐδόξασεν ἢ ἐπισφαλὴς, καὶ εἰς τὸ περὶ τῆς προσθήκης. εἰ ἄρα εἶχον ἄδειαν, εἰ καὶ ὑγιὴς ἦν προσθεῖναι ταύτην ἐν τῷ συμβόλῳ. πότερον οὖν δοκεῖ ὑμῖν ζητηθῆναι πρότερον; ἔνιοι μὲν οὖν εἶπον ὅτι τὸ περὶ τῆς προσθήκης δεῖ κινηθῆναι πρότερον. ἔνιοι δ' αὖ τὸ περὶ τῆς δόξης. οἱ μὲν οὖν εἰπόντες δεῖν ἐξετασθῆναι πρῶτον τὸ περὶ τῆς δόξης κατεσκεύαζον οὕτως. δεῖ πρῶτον εὑρεθῆναι εἰ ὑγιής ἐστιν ἡ δόξα ἢ ἐπισφαλής. εἰ γὰρ δυνηθεῖεν ἴσως ἐκεῖνοι ὑγιᾶ αὐτὴν ἀποδεῖξαι ἔχομεν ἡμεῖς τότε κινῆσαι τό. ἀλλ' εἰ καὶ ὑγιής ἐστιν ἀλλ' οὐκ ἐξὸν προστεθῆναι ἐν τῷ συμβόλῳ. μὴ δυνηθέντων δὲ δεῖξαι πολλῷ γε μᾶλλον οὐκ ἐξόν. οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον, διὰ τὴν προσθήκην διέστημεν ἀπὸ τῶν λατίνων, δέον οὖν ἐστὶ ζητηθῆναι πρῶτον τὸ τῆς διαστάσεως αἴτιον, εἶτα τὸ περὶ τῆς δόξης. λόγων οὖν πολλῶν κινηθέντων περὶ τούτου ἀφ' ἑκατέρου μέρους, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ ζητήματος, κατὰ τὸ ἐγχωροῦν γυμνασθέντος, ὕστερον ἀπῃτήθησαν γνώμας πρὸς τοῦτο.

Ὁ μὲν οὖν Ἐφέσου καὶ ὁ Γεμιστὸς εἶπον ὅτι

Percipiebant enim planè tam Patriarcham exile momentum ad ea afferre, ut ad Imperatoris arbitrium cuncta fingerentur negotia, à quo solo pendebant: Imperator itaque accersivit è toto præsulum cætu sex primarios Archiepiscopos è principibus Ecclesiasticis, Magnum Scriniarium, & meipsum Magnum Ecclesiarcham, è præfectis sacrarum ædium, Monasterii Omnipotentis & Calei præpositos, ex Hieromonachis Mosem sacri montis, una cum Doctore Gemistio, Doctore Scholario & Ameruntza, quibus in aulâ Imperatoriâ congregatis, in hunc modum sensa mentis explicuit Imperator.

Ecce nos jam tempus monet, ut Deo aspirante Synodales sessiones incœpternus: In quibus operæpretium est scire, in quo primum cardine figamus vestigia, aut unde exordia rationum deducamus: Nam illa quæstio penitius pensitata, in duos alveos abire videtur: Primo an Dogma ipsum de processione Spiritus Sancti, quod Romana Ecclesia profitetur, cum nostro Orientali consentiat, nec ne? Secundo de additâ voce ad symbolum: An jure Romani hanc sibi libertatem vindicarunt, aliquid pro libitu suo ad sacrum symbolum adjiciendi? Et an ipsis licitum fuit, etiamsi Doctrinæ fuisset sana? Sed ab utro quæstionis membro incipiemus? alii additamentum præposuere, alii ipsam opinionem: Et qui primo insistere in ipso dogmate censuerunt, tale ratiocinium sibi formare visi sunt: Oportet imprimis fundamenta ipsa rimari, si quæstio firma sit ac sana, an secius lubrica & hetrodoxa: Et si forsan potuerint opinionem ipsam inculpabilem nobis astruere, tum postea objiciemus, at non debuit tamen in sacrum symbolum intrudi: si non potuerint comprobare, multo minus debuit: Qui vero ab additamento ad Symbolum originem disputandi derivabant, tali argumento utebantur: Vox in symbolum impacta, primam præbuit ansam dissidii inter nos & Latinos: Igitur primigenia discordiarum causa pervestiganda est, posteà de dogmate videndum: Variantibus igitur quamplurimis hac illac sententiis, dum alterutra pars opiniones proprias rationibus firmare conaretur, & ipse Imperator ut valuerat antea, totam causam expresserat, suffragia tandem ad dirimendam altercationem postulata sunt.

Ephesius, ac Gemistius stabant pro symbolo, & illinc oriri dissertationes ajebant oportere, unde prima dissidii scaturigo ebulliit: Quibus maxima pars subsequentium se adjunxit: Nicænus, Doctor Scholarius & Ameruntza, in ipsum dogma fundamentale magis inclinabant: quibus cum & ipse sentiebam, hanc rationem promens: Omnis in universum quæstio à duplici contestatione litis procedit, vel primæ, vel

ὅτι τὸ αἴτιον, καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ σχίσματος γέγονεν ἀπὸ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκης. ἐκ τούτου δεῖ, καὶ τὴν ἀρχὴν γίνεσθαι τῶν διαλέξεων. τῇ δὲ τοιαύτῃ τούτων γνώμῃ προσετέθησαν καὶ οἱ πλείους. ὁ δὲ Νικαίας, ὁ διδάσκαλος ὁ σχολάριος, καὶ ὁ Ἀμηρούτζης εἶπον δεῖν εἶναι πρῶτον τὴν δόξαν ἐξετασθῆναι. μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς εἶπεν ὅτι τὸ καθόλου ζήτημα κατ' ἔνστασιν προβαίνει καὶ ἀντιπαράστασιν. δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς χρήσασθαι πρῶτον τῇ ἐνστάσει, εἰς ἣν ἀνάγεται ἡ ἐξέτασις τῆς δόξης. εἶθ' οὕτως τῇ ἀντιπαραστάσει εἰς ἣν ἀνάγεται ἡ προσθήκη. ἐχόμενοι δὴ εἰς τοῦτο παράδειγμα τὸν ἅγιον τὸν Καβάσιλαν, ὃς μετὰ τὸ ἐλέγξαι διὰ πολλῶν τὴν δόξαν, ὕστερον χωρεῖ κατὰ τῆς προσθήκης.

τμήμ. ς. κεφ. ιγ.

Ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς ἐβεβαίωσε τὴν πλειόνων τὴν ψῆφον, ἐπεὶ καὶ πρότερον αὐτῇ συνηγόρει. ἐζήτησε δὲ καὶ τὴν τοῦ δεσπότου γνώμην, εἰρηκὼς εἰπὲ καὶ σὺ ἀδελφούτζικε τί σοι δοκεῖ περὶ τούτου; ἔφη δὲ ὁ δεσπότης, ἐγὼ οὐκ οἶδα λέγειν περὶ τῶν τοιούτων, τί γὰρ ἂν εἴπω εἰς ὃ οὐκ ἐπίσταμαι. ὅμως ἐπειδὴ ὁρίζεις ἵνα εἴπω τι, φαίνεταί μοι κάλλιον εἶναι, τὸ ταῖς τῶν πλειόνων ἕπεσθαι γνώμαις. καὶ μεθ' ἡμέρας δύο ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν πατριάρχην. μετεκαλέσαντο καὶ δʹ τῶν ἀρχιερέων τοὺς πρώτους τόν τε μέγαν χαρτοφύλακα καὶ ἐμέ. εἶτα τὸν πνευματικὸν, καὶ ἓξ τῶν συγκλητικῶν, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς. οἱ καρδινάλιοι ἦλθον εἰς ἐμέ, καὶ περιεστήσαμεν ἵνα συνερχώμεθα, καὶ ποιῶμεν συνόδους τρεῖς τῆς ἑβδομάδος ἀπαραιτήτως. καὶ εἰ συμβῇ ἀγανακτῆσαι τὸν πατριάρχην, ἢ τὸν βασιλέα, κατ' αὐτὴν τὴν τεταγμένην ἡμέραν, ἵνα μὴ ἐμποδίζηται ἡ σύνοδος, δι' ἀγανάκτησιν ἑνὸς ἐξ ἡμῶν. εἴδε καὶ ὁ πρὸς διαλεγόμενος ἀγανακτήσει, ἵνα ἀναπληροῖ τὴν διάλεξιν αὐτοῦ ἕτερος τῶν ἐκλελεγμένων. ἢ ἵνα γένηται ἡ διάλεξις τῇ μετ' ἐκείνην ἡμέρᾳ. ὡσαύτως καὶ εἰ τύχοι ἑορτάσιμον εἶναι τὴν ἡμέραν, ἵνα γένηται ἡ σύνοδος τῇ μετ' ἐκείνην. ὡς ἂν γίνωνται τρεῖς συνοδικαὶ διαλέξεις καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα ἀπαραιτήτως. ἵνα δὲ συνερχώμεθα, πρωῒ καὶ ἄρχωνται αἱ διαλέ-

vel ſecundæ quæ ab emergenti articulo primæ naſcitur, primamque deſtruit: Hanc Græci Rhetores Inſtantiam vocant, illam Antiparaſtaſin. Quare meo ſenſui conſentaneum magis videretur, primam litem in diſcrimen mittere, ad quam ipſa dogmatis diſquiſitio refertur: deinde de ſecundaria illa ſuboriente agere, ad quam additamentum revocatur: Atque ita Sancti Cabaſilæ exemplum imitabimur, qui cum argumentorum telis ipſum dogma confodiſſet, ad evertendum poſteà additamentum, ſtilum fœliciter ſtrinxit.

Sect. VI. Cap. XIII.

Ad hæc Imperator cenſuram protulit decretoriam, ut plurimorum ſuffragantium calculi evincerent, cui & ipſe ab initio patrocinabatur: Ac ut plenior exiret ſententia, placuit Deſpotæ votum ſciſcitari: Et tu mi fratercule (inquit) quid tibi mens ſuggerit in iſta controverſia? Cui Deſpota. Haud equidem ſcio cui propendeam: quorſum enim in tam alta myſteria penetrarem, aut ea definirem, quæ meum ſuperant intellectum? Verum quando imperas, ut alicui parti aſſenſum præbeam, ſatius ad ſuffragiorum prævalentium multitudinem accederem. His peractis poſt biduum Imperator ad Patriarcham acceſſit, eoque adduci fecit Archiepiſcopos quatuor primarios, magnum Scriniarium & meipſum, iiſque adſcivit Pœnitentiarium, cum ſex aliis ordinis Senatorii magnatibus; quibus omnibus Imperator ſignificavit, ſe cum Cardinalibus vehementer id depoſcentibus pepigiſſe, ut ter ſingulis ſeptimanis ſeſſiones habeantur Synodicæ, ſine ullâ ſpe deprecandæ veniæ: Et ſi contigerit in die ſeſſioni præſtituto, Imperatorem, vel Patriarcham, decumbere, ea ratio ab omnibus ineatur, ut reliqui nihilominus ad Synodum conveniant, nec ab unius aut plurium abſentiis, quacumque de cauſâ, rerum gerundarum orbita ſufflaminetur, aut publica utilitas detrimentum capiat: Porro, & ſi quis ad diſceptandum electus morbo corripietur, ſuppleat ejus locum alter ejuſdem ordinis, ac primi pili, vel cras abſque ulteriori comperendinatione munia redintegret: Quin & ſi in ſolennem feriam inciderit, craſtino feſti ſeſſio celebretur; ita ut ter in ſeptimana ſeſſionum recurrat inevitabilis conſuetudo: Ac ut maturè ante

λέξεις ἀπὸ μιᾶς καὶ ἡμισείας ὥρας τῆς ἡμέρας, παύωνται δὲ περὶ τὴν ἕκτην ὥραν. συνεφωνήσαμεν οὖν, καὶ περιεστήσαμεν ταῦτα. καὶ ἀπήτησαν ἡμῖν ἐπὶ τούτοις γράμμα, ὃ καὶ πεποιήκαμεν, εἰς βεβαίωσιν τῶν συμφωνηθέντων. εἶτα εἶπον ἵνα λάβωμεν ἡμεῖς ὁποῖον ἂν ἑλώμεθα, ἢ ἵνα προτείνωμεν ἡμεῖς, κἀκεῖνοι ἀπολογῶνται, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. ἐκλέξασθε οὖν ὁποῖον ἂν φανῇ λυσιτελέστερον ἡμῖν. ἐπεὶ τὴν αἵρεσιν ἡμῖν ἐπέτρεψαν. Ἀπεκρίναντο δὲ οἱ ἡμέτεροι, ὅτι ἡμῖν ἀνήκει τὸ προτείνειν, ἡμεῖς γὰρ ἐσμὲν οἱονεὶ ἐνάγοντες, καὶ περιέρχεται ἡμῖν ἀπαιτεῖν τοὺς λατίνους τίνι λόγῳ τὴν προσθήκην πεποιήκασι. ἐκεῖνοι δὲ ὀφείλουσιν ἀπολογεῖσθαι. λυσιτελεῖ δὲ τοῦτο ἡμῖν. καὶ κατ' ἄλλους τινὰς τρόπους. περιέστη οὖν ἵνα προτείνωμεν ἡμεῖς. ἐπὶ τούτοις εἶπεν ὁ βασιλεύς. ἐκλέξασθε τινὲς ἔσονται οἱ προσδιαλεγόμενοι. ἐξελέξαντο οὖν ἕξ, τὸν Ἐφέσου, τὸν Ῥωσίας, τὸν Νικαίας, τὸν Σοφὸν Γεμιστὸν, τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, καὶ ἐμέ. ἐγὼ δὲ πολλὰ ἱκετεύσας τὸν Βασιλέα, καὶ τὸν Πατριάρχην, ἵνα ἐκβάλωσι με τῆς τοιαύτης τάξεως. εἶτα καὶ τὸν Πνευματικὸν εἰς τοῦτο εὑρὼν συνεργὸν, μόλις εὗρον τὸ ἀπεῖναι με τοῦ τοιούτου κόπου. διὸ καὶ ἀντ' ἐμοῦ ἔταξαν τὸν μέγαν Σκευοφύλακα. ἔταξαν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ μέρους τῶν λατίνων ἐκλελεγμένοι, Καρδηνάλιος ὁ Ἰουλιανὸς, ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας, ὁ Ἐπίσκοπος Φρουλιένσης, πρεβεντζιάλιος ὁ Ἰωάννης καὶ ἕτεροι δύο. ὑπετύπωσε πάλιν ὁ βασιλεὺς, ἵνα διαλέγωνται οἱ δύο, μόνοι ὁ Ἐφέσου καὶ ὁ Νικαίας. εἶτα ἐφάνη καλὸν, ἵνα ἀπέλθωσι τινὲς εἰς τὸν πάπαν, δηλώσοντες τὰ γινόμενα αὐτῷ.

ante Auroram conveniatur: & sermocinationes inceptæ à sesquihorâ post crepusculum matutinum, ad diei sextam, continuentur: In hoc pactum consensimus, nec verbis tantum, sed à nobis syngraphas postularunt, quas signatas obtulimus, ut inviolata quæ sanximus perdurarent.

De modo autem publicè agendi, nobis optionem dederunt: an mallemus in medium proponere, ut illi respondeant, an vice versa? Nunc eligite dixit Imperator, quod frugi vestræ magis expedire judicabitis: siquidem vobis eligendi arbitrium permittitur: Tum nostrates unanimi voce succlamarunt: suum esse proponere, quando illi viderentur Repetundarum Latinos accusare, quod furtim dictionis additamentum in symbolum injecissent: Latini vero nobis respondeant, si possent: & hanc formam disceptandi ipsis multifariè profuturam autumarunt: Ita Imperator facultatem proponendi suis indulsit: Postremo dixit Imperator ergo eligite, qui cum Latinis contendant, viros militiæ literariæ expertos: & protinus sex nominarunt, Ephesium, Roffensem, Nicænum, eruditissimum Gemistium, magnum Scriniarium, & meipsum: At ego Imperatorem & Patriarcham obnixè deprecatus, ab eorum numero eximi; cum & Pœnitenriarium reperissem mihi faventem in hoc negotio, obtinui tandem, sed difficulter, eâ molestiâ exonerari: Et in locum mihi prius assignatum, magnum Ecclesiasticæ supellectilis præfectum substituerunt: ex adverso Latini totidem elegerunt, Julianum Cardinalem, Andræam Rhodi Episcopum, Episcopum Forojuliensem, & Joannem à Sancta Pagina, Provincialem, cum duobus aliis: & quanquam sex hinc ut illinc eligerentur, Imperator tamen censuit, perquam esse necessarium, ut onus integrum arguendi in duos tantum, Ephesium ac Nicænum recumberet: & placuit quosdam ad Papam legare, qui ipsi cuncta ordine exponerent.

τμήμ. ϛ. κεφ. ιδ.

Ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς κῦρον Ἀνδρόνικον τὸν Ἰάγαριν, καὶ ἐμὲ, ἵνα ἀπέλθωμεν εἰς τὸν πάπαν, καὶ πρῶτον μὲν εἴπωμεν αὐτῷ, ὅπως ἐσμὲν παρεσκευασμένοι, εἰς τὴν σύνοδον, καὶ ταχθήτω ἡμέρα, καθ' ἣν βούλεσθε συνελθεῖν. δεύτερον ὅτι ἡμεῖς μέλλομεν ἔχειν τὸ προτείνειν. τρίτον ἵνα ζητήσωμεν γίνεσθαι τὰς συνόδους ἐν τῷ ναῷ τῆς ἐπισκοπῆς, ὑ

SECT. VI. CAP. XIV.

Imperator itaque delegavit Dominum Andronicum Jagarin, & meipsum, ut profecti ad Papam, hæc tria nuntiaremus: Primò nos jam in procinctu stare, ad incœptandam Synodum, & diem præstitutum expetere quo nos jubeat negotia auspicari: Secundò, ut nostrorum sit hominum opponere, Latinorum respondere: Tertiò, ut Synodi sessiones habeantur in Episcopi Templo Cathedrali, si non omnes, at plurimæ: si non plurimæ, saltem duæ aut tres pri-

εἰ καὶ μὴ πάσας, ἀλλ' οὖν τὰς πλείους. εἰ δ' οὖν τὰς πρώτας τρεῖς ἢ δύο, ἢ τὸ ἔλαττον· κἂν τὴν πρώτην, ἵνα σπουδάσωμεν γενέσθαι ἀπαραιτήτως εἰς τὴν ἐπισκοπήν. ἀπήλθομεν οὖν εἰς τὴν κούρτην καὶ ἐλθόντων πρὸς ἡμᾶς τῶν Καρδηνάλιων, καὶ ἐρωτησάντων, τίνος χάριν παραγινόμεθα, εἴπομεν αὐτοῖς τὰ δηλωθέντα, καὶ ἀπῃτήσαμεν ἐπιμελῶς, ἵνα γίνωνται αἱ διαλέξεις ἐν τῷ ναῷ τῆς ἐπισκοπῆς. οἱ δὲ ἀπῆλθον καὶ ἀνήγγειλαν ταῦτα τῷ πάπᾳ. εἶτ' ἐλθόντες εἶπον ἡμῖν, ὅτι στέργομεν ἵνα ἔχητε ὑμεῖς τὸ προτείνειν. ἡμέραν δὲ λέγομεν τὴν δευτέραν, ἥ τις ἦν ἕκτη τοῦ Οκτωβρίου. αἱ σύνοδοι δὲ, καὶ αἱ διαλέξεις γενήσονται ἐν τῷδε τῷ παλατίῳ τοῦ πάπα. εἴπομεν οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο. ὅτι ἐν τῷ ναῷ ἐν ᾧ γέγονεν ἡ ἀνακήρυξις, καὶ διεφημίσθη πανταχοῦ, ὅτι συνέστη ἡ σύνοδος, ἐν αὐτῷ δεῖ γενέσθαι καὶ τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ εἶπον οὐκ ἔνι τοῦτο ἀναγκαῖον. ἡμεῖς δὲ ἔφημεν, ἀλλὰ τοῖς ἡμετέροις ἀναγκαῖον δοκεῖ τοῦτο, ὅτι αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι πᾶσαι ἐν ἱεροῖς ναοῖς συνηθροίζοντο. καὶ τὴν παροῦσαν οἰκουμενικὴν σύνοδον γινομένην ἀκολουθῆσαι δεῖ τῇ τάξει τῶν πρὸ αὐτῆς.

Ἀπόκρισις δὲ ἦν αὐτῶν. ἄφετε τοῦτο· οὐ γὰρ γενήσεται ὡς ζητεῖτε. ἡμεῖς δὲ πάλιν ἠναγκάσαμεν αὐτοὺς ποιῆσαι τὰς πρώτας συνελεύσεις τρεῖς, ἢ κἂν δύο ἐν τῷ ναῷ. ἐκεῖνοι δ' ἀπεφήναντο, οὐ ποιήσει τοῦτο ὁ πάπας. ἀπᾷδον γάρ ἐστι καὶ ἀνάρμοστον τῇ μεγαλειότητι καὶ ὑπεροχῇ τοῦ πάπα, ἀπέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ διέρχεσθαι πλήθη ἀνθρώπων, μετὰ τεσσάρων ἢ πέντε Καρδηναλίων, καὶ ὀλίγων ἐπισκόπων. παρῆσαν δὲ τότε ἐπίσκοποι ἐγγὺς ν. ἡ δὲ τῆς ἐπισκοπῆς διάστασις ἦν ὡσεὶ λίθου βολή. αὖθις οὖν ἐντατικῶς ἡμῖν ἀπαιτησάντων, κἂν τὴν πρώτην γενέσθαι εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, ἐντατικώτερον ἐκεῖνοι ἀπηγόρευσαν τοῦτο, εἰπόντες· καὶ ἡ πρώτη καὶ αἱ ἐφεξῆς πᾶσαι ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ πάπα γενήσονται.

Μέχρι μὲν οὖν τῆς παρούσης καταστάσεως εἰσήρχοντο, καὶ οἱ ἄρχοντες, οἱ βουλευταὶ βασιλέως, ὅτε ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ τῶν ἀρχιερέων ἐβουλεύοντο. ἀρξαμένων δὲ τῶν συνοδικῶν διαλέξεων, ἐκώλυσεν ὁ βα-

priores, vel primam ad minimum: ut ad aras Dei primarias, de articulis fidei dimicaturi acceleremus: Ita Curiam Papalem nobis ingressis, obviam facti Cardinales interrogarunt, quæ gravioris momenti ratio nos eo adduxisset? quibus tria illa exposuimus quæ nobis Imperator in mandatis dederat: & magnâ contentione postulavimus, ut disceptationes in Templo Episcopali agitarentur: Illi retro versi Papæ singula significavere, ac post breve spatium redeuntes, nobis dixere: Papam nobis concedere prærogativam opponendi, diemque dicere ab hoc perendinum, qui fuit sextus Octobris: at dissertationes Synodicas omnino in hoc ipso Papæ palatio fore: Verum æquius videretur (respondimus) in eo Templo celebrari, quo Synodi promulgatio per terrarum orbem primulum percrebuit: Nulla (inquiunt) necessitas hoc cogit: Nostri tamen (diximus) aliquam necessitatem subesse conjiciunt, quandoquidem priores Oecumenicæ in sacra Dei Templa universæ coiverint, & si hæc sit illis adnumeranda, quidni earum instituta sequeretur?

At illi pertinaciter ut prius responderunt: dimittite quæsumus hæc in æternum, nunquam futurum est quod nuginamini: Verum ut aliquot priores in Templo sessiones fierent, cum vehementius instaremus, averterunt aures; & nunquam id Papa admittet, nobis credite: incongruum enim esset ac indecorum, supereminentiæ, ac Majestati Papæ, ad Templum excurrere Episcopi; aut incedere per occursantium populorum turbas, trahenti à tergo quatuor aut quinque Cardinales, cum exiguo Episcoporum agmine; quanquam tum temporis quinquaginta plus minus Episcopi Papæ aderant, & Templum illud Episcopale à Papæ palatio distabat, quanto quis lapidem manu projiceret: Quare vel primam saltem in Templo sessionem, solam primam, ut nobis clementer donaret Papa, acriter efflagitavimus; sed quanto nos acrius institimus, tanto nos indignantius repulerunt: Et primam (asseverantes) & quæ sequentur, sessiones oportere in hoc palatio incipere ac terminare.

Ante hanc postremam vero constitutionem Synodi inchoandæ, in more receptum diutino invaluerat, Consilii Imperatorii Principes conciliis Ecclesiasticorum adhiberi, quandocunque Imperator cum Patriarcha, Archiepiscoporum concilia coegisset: ut primum autem disputationes Synodicas ordinassent Latini, Græcique, Imperator Proceres suos hac libertate penitus abjudicavit, prohibuitque quempiam Magnatum negotiis Ecclesiæ discutiendis in posterum interesse: Ineptum asserens Laicos ad istiusmodi deliberationes admitti, ne conqueran-
tur

βασιλεὺς συνέρχεσθαι τοὺς ἄρχοντας εἰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς σκέψεις. εἰρηκὼς ὅτι εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα οὐ δοκεῖ μοι ἁρμόδιον παρεῖναι, καὶ τοὺς ἄρχοντας, μήποτε ἔχωσι λέγειν οἱ τῆς ἐκκλησίας ὅτι ἠναγκάζοντο παρὰ τῶν ἀρχόντων πράττειν, καὶ ὃ οὐκ ἐβούλοντο. ἀλλὰ βουλευέσθωσαν καὶ πραττέτωσαν ταῦτα μόνοι οἱ τῆς ἐκκλησίας. ἐπεὶ ἴδια εἰσὶν αὐτῶν. τόδε ἦν ἵνα τὸ δεινὸν φορτίον μόνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τεχνηέντως ἐπιθήσῃ, παρῆν γὰρ αἰεὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ αὐτὸς μόνος ἀρκετὸς ἦν ἀντὶ πάντων τῶν ἀρχόντων, αὐτὸς γὰρ συνεῖχε πάντας, καὶ ἀντελαμβάνετο τῶν λόγων, καὶ τῶν ζητημάτων, καὶ πάντα πρὸς τὸ ἴδιον εἷλκε, καὶ κατεσκεύαζε βούλημα, καὶ οὐδεὶς εἶχεν ἐλευθερίαν λέγειν ὡς ἐβούλετο. οὐχ' οἷός τε ὢν ἀντιλέγειν τῷ βασιλεῖ.

tur Ecclesiastici, se eorum hominum suffragationibus, cogi ad ea stabilienda quæ ipsi nollent: Ecclesiastica igitur soli tractent Ecclesiæ filii, quando ad eorum munia hæc sors obtingat: Nec id tamen mandavit Imperator, ut nobis gratificaretur, aut suis proceribus illuderet nudaretve veteris privilegii flore, sed ut gravius invidiæ onus ad Ecclesiam suffarcinaret: Ecclesiasticosque, si quâ in re peccassent, inexcusabiles redderet: Dein ut omnem autoritatem in se unum, traheret: qui solus cunctis Imperii principibus simul junctis præponderabat, & sic omnes in officiis continebat, ut solus ipse omnium sermocinationum, quæstionumque arbiter dominaretur, omniaque dicta ac facta, ad sui ipsius arbitrium fingeret: neque quisquam alter libertatem promendi, quæ vellet, unquam usurpabat: quis enim auderet contrà Imperatorem vel mutire, vel hiscere.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ιε.

Ἐπέστη τοίνυν ἡ ἀποταχθεῖσα ἡμέρα, καὶ ἔστειλαν ἵππους διά τε τὸν πατριάρχην καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς ἐκκλησίας. διὸ καὶ ἀπήλθομεν πάντες ἔφιπποι εἰς τὸ παλάτιον τοῦ πάπα. Διαφημισθέντος δὲ τοῦ λόγου τῆς συνόδου, συνῆλθον ἐκεῖσε πλήθη ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ τοῦ παλατίου μέρη ἄνω τε καὶ κάτω ἀνθρώπων πλήρη ἐτύγχανον. ἀπήγαγον οὖν τὸν πατριάρχην, μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν πάντων εἴς τι κελλίον, καὶ ἐκαθήμεθα ἐν αὐτῷ. ἕως οὗ ἦλθε ὁ βασιλεὺς, ἐκτὸς γὰρ ἦν εἰς τὸ μοναστήριον, ἀφ' οὗ εἶχεν εὐκόλως κεχρῆσθαι τοῖς κυνηγεσίοις. ὃς καὶ ἀνέβη εἰς τὸ παλάτιον τοῦ πάπα ἔφιππος. καὶ οἱ παπικοὶ ἵσταντο ἐκδεχόμενοι αὐτὸν πεζεῦσαι εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ πρώτου τρικλίνου, ἔνθα ἐπέζευσε καὶ ἄλλοτε, ὅταν εἰς τὸν πάπαν ἀπήρχετο. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐβούλετο διελθεῖν τὸν πρῶτον τρίκλινον, καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον ἐγκαρσίως κείμενον τρίκλινον, καὶ μετὰ τοῦτον κελλίον. ἐκ δὲ τοῦ κελλίου εἰσελθεῖν εἰς ἕτερον μέγαν τρίκλινον, ὃν διεχώρισεν ὁ πάπας κιγκλίσιν, καὶ ἔκτυπον εἶχε ναοῦ. ἐν ᾧ καὶ τὸ ἀλτάριον ἦν, καὶ ἐγγὺς τούτου πεζεῦσαι, καὶ εὐθὺς εἰς τὸν ἑτοιμασθέντα αὐτῷ θρόνον καθίσαι, καὶ οὕτω παρεῖναι ἐν τῇ συνόδῳ. οἱ ὑπηρέται οὖν τοῦ πάπα ὡς εἶδον

τὸν

SECT. VI. CAP. XV.

Adventârat igitur indictus dies: & nos missis ad Patriarcham, Archiepiscopos, proceresque Ecclesiæ equis insidentes palatium Papæ magnifice advehimur: Enimvero ut primum rumor Synodi civitatem pervaserat, plebe undique confluente, cuncta atria, & angulos palatii Papalis, à summo ad imum confusa multitudo popularium implebat: Patriarcham igitur cum comitatu inducebant in triclinium, ubi aliquantisper requievimus, præsentiam Imperatoris præstolati è Monasterio, in quo frequentissimè venandi studia alebat: Qui mox reversus palatium in equo ascendebat, ubi Ministri Papæ eum recipiebant, expectantes ut in terram descenderet ad primi triclinii limen, quemadmodum anteà consueverat, quoties Papam conventum volebat: At Imperator per totum illud primum triclinium equo persultare statuebat, & secundum, in transversum primi obliquatum, eidemque adjunctum cubiculum: & ex cubiculo in aliud triclinium penetrare, quod Papa cancellis quibusdam à cæteris disjunxerat, largo fornice ad instar templi incurvum: In quo & altare stabat, cujus ad crepidinem equo descendere Imperator cogitabat, unde rectà ad thronum sibi paratum pervenire posset, & absque ulteriori molestiâ in Synodo consistere: At Papæ Ministri ubi Imperatorem ultrà metas stimulantem percipiunt, & ad anteriora provolare contendentem, probè cauti obstiterunt, nec progredi passi sunt: Et cum neque sic proposito decedere Imperatorem animad-

τὸν βασιλέα βουλόμενον προβαίνειν ἔφιππον περαιτέρω, ἐκώλυον αὐτὸν συνετῶς, καὶ οὐκ εἴων εἰς τὸ πρόσω χωρεῖν. ὡς δὲ εἶδον αὐτὸν καταφρονοῦντα, καὶ τοῦ σεμνοῦ ἐκείνων ἐμποδισμοῦ, καὶ τὸν ἵππον ὠθοῦντα προέρχεσθαι, τοῦ χαλινοῦ δραξάμενοι ἐνστατικῶς ἐπέσχον τὴν τοῦ ἵππου φορὰν, καὶ οὐδ᾽ ὅλως ἐνέδωκαν προελθεῖν, καὶ οὕτως ἀναγκασθεὶς ἐπέζευσεν ἀκών. εἰσῆξαν δὲ αὐτὸν οἱ ἴδιοι αὐτοῦ εἰς τι κελλίον. εἶτ᾽ ἐκεῖθεν ἐσκόπουν, ὅθεν ἂν διὰ κελλίων, ἔνθα μὴ πάρεισιν ἄνθρωποι ἀγάγωσιν αὐτὸν ἐν τῇ συνοδικῇ καθέδρᾳ. ἦλθον οὖν εἰς τὸ κέλλιον ἐν ᾧ ὁ πατριάρχης ἐκάθητο, καὶ εἶπον αὐτῷ ἐκβαλεῖν πάντας ἡμᾶς ἐκεῖθεν, ἵν᾽ ἐκ τούτου διέλθῃ ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ πατριάρχης ἔφη. ἐκβληθήσονται οἱ περισσοὶ, οἱ δ᾽ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ ἄρχοντές μου οὐκ ἐκβληθήσονται.

Εἶτα ἦλθεν ὁ δεσπότης ὑπὲρ τούτου. ὥρισεν οὖν ὁ πατριάρχης, καὶ ἐξῆλθον πάντες πλὴν τῶν ἀρχιέρεων, καὶ τῶν σταυροφόρων. καὶ πάλιν ἦλθεν ὁ Δερμοκαίτης, εἶτ᾽ αὖθις ὁ δεσπότης. ἔλεγεν οὖν ὁ πατριάρχης, ὅτι οὔτε τοὺς ἀρχιερεῖς ἐκβαλεῖν με προσήκει, οὔτε τοὺς σταυροφόρους. καὶ ἐξ ἀνάγκης ἐνέδωκε δι᾽ ἡμῶν παρελθεῖν. καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ, ἑωρῶμεν τοὺς κελλιώτας, τὸν Δερμοκαίτην, καὶ τὸν Μανουὴλ, κατέχοντας. αὐτὸν ἐκ τῶν ἀγκαλῶν, καὶ τὸ δοκεῖν, ὑπανέχοντας, τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ ἀπαιωροῦντας, ὡς μηδ᾽ ὅλως δυναμένων τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ προσεγγίσαι καὶ στηριχθῆναι, καὶ οὕτω πῶς δρόμῳ πολλῷ διαγαγόντας αὐτὸν ἐλεεινῶς ἀφ᾽ ἡμῶν, καὶ εἰς ἕτερον κελλίον εἰσαγαγόντας μεστὸν ἀνθρώπων τῶν παρατυχόντων. αὖθις ἐκ τούτου εἰς τὸ τρίκλινον ἐν ᾧ αἱ καθέδραι ἦσαν εἰσαγαγόντας, καὶ ὥσπερ τινὰ φόρτον διακομίσαντας, καὶ ἐνθρονίσαντας αὐτὸν τῷ ἑτοιμασθέντι αὐτῷ θρόνῳ. εἶτα παρεγένετο καὶ ὁ πατριάρχης, μετὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ μεθ᾽ ἡμῶν πάντων. μετ᾽ ὀλίγον δὲ ἦλθε καὶ ὁ πάπας. προηγεῖτο δὲ αὐτοῦ σταυρὸς, καὶ Κανονικοὶ καὶ οἱ πρωτονοτάριοι, καὶ οἱ τὰς ἀργυρέας τράπας κατέχοντες, περιχίζοντες καὶ εὐτακτοῦντες τὸν λαὸν, καὶ μετὰ τούτους ὁ πάπας. εἵποντο δὲ αὐτῷ οἱ Καρδινάλιοι. ὧν εἷς τὰ κράσπεδα ἐβάσταζε τοῦ μανδύου τοῦ πάπα, μετ᾽ αὐτοὺς δὲ εἵποντο οἱ ἐπίσκοποι.

τμήμ.

madvertunt, ſed eorum monita, licet decorè inſinuata uſque adeo contemnere, æquumque perciere, ut viam moliretur: prenſantes equi lorum, impetum animoſius inhibuere, ne caballus ungulam promoveret, & Imperatorem in terram ſubſilire coegerunt, vel invitum: Quem ſtatim ſui domeſtici in cubiculum introduxerunt: unde diligenter proſpectarunt, per quæ cubicula, civium frequentiis minus infeſta, ad thronum in ſynodo perferre poſſent: Ac primò cubiculum attentarunt, in quo Patriarcha cum ſuis ſedebat, eumque clam monuerunt, ut nobis ejectis, qui Patriarchæ in circuitu adſtitimus, Imperatorem illac digredi pateretur: quibus reſpondit Patriarcha: Eliminate, ſi vultis, quos hic ſupervacaneos cernitis, at Archiepiſcopos, meoſque Proceres moveri loco non ſinam.

Verum poſteà illico acceſſit Deſpota Demetrius, idem à Patriarchâ exoraturus. Cujus precibus commotus Patriarcha, mandavit ut omnes exirent cubiculo præter Archiepiſcopos, & Crucigeros: Quin & mox adfuit ab Imperatore Pulvinarium ſtrator, quem denuo ſecutus eſt ſecunda vice Deſpota: Quibus cum intonuiſſet Patriarcha, turpe eſſe ac inurbanum, ut jubeamus Archiepiſcopos Proceresque Eccleſiaſticos hinc abire: tamen ubi illi ambo neceſſitatem prædicarunt, coactus eſt Patriarcha per noſtrum agmen, tranſitum Imperatori concedere. Et circumſpicientes, paulo poſt contemplamur Pulvinarium iſtum, & Manuelem, binos Cubicularios, Imperatorem utrinque à dextrâ & ſiniſtrâ axillis prenſatum attollere, atque ut videri voluerunt, librare tantum, ut firmius incederet, ſed revera raptum in aëra penſilem ſubvehebant, ut nec ejus pedes terram pertingerent, aut veſtigia plantarum in pavimento figerentur: Atque ita ſtrenuo curſu, & forti obluctatione (triſte ſpectaculum) è noſtro cubiculo violenter amoverunt in aliud cubiculum, ſtipatum innumerâ gente vulgarium capitum, & exinde in cubiculum Cathedris Synodalibus conſtructum: quo cum perrupiſſent, Imperatorem ut faſciculum itineri ſufferctum, non tam ſuſtulerunt in thronum quam humeris projectum excuſſerunt: Quem ſtatim Patriarcha ſubſecutus eſt, cum ſuis Archiepiſcopis, & proceribus, & aliquâ morâ interjectâ ipſe Papa: Cui præferebatur in altum crux elevata: ſuccedebant cruci Canonici, & Notariorum primicerii, piliſque argenteis ſatellites armati, populum ſcipionibus diffindere, & in ordinem compeſcere turbas occurſantes: & ponè eos ipſe Papa: Poſt Papam Cardinales, quorum unus paludamenti Papici fimbriam manibus ſublatam à tergo portabat: poſt Cardinales Epiſcopi.

Sect.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ιϛ.

Αἱ μὲν οὖν καθέδραι ἐτέθησαν, ὡς καὶ ἐν τῇ τῆς συνόδου ἀνακηρύξει διετυπώθησαν. καὶ ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ μέρους ὁ πάπας μετὰ τῶν Καρδηναλίων, καὶ ἐπισκόπων ἐκάθισεν. ἐκ δὲ τοῦ ἀριστεροῦ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἐφεξῆς οἱ τοποτηρηταὶ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ σταυροφόροι ὡς ἔτυχεν. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ διαστήματι, τῷ ἀπὸ τοῦ πάπα πρὸς τὸν βασιλέα σκίμποδες δύο ἐτέθησαν. εἷς μὲν πρὸς τὸ ἀνατολικώτερον μέρος, ἄτερος δὲ ἀπέναντι τούτου πρὸς δυσμάς. μῆκος ἔχοντες ὅσον ἕξ καθῆσθαι τοὺς προσδιαλεγομένους, διάστημα ἀπέχοντες ἀλλήλων ἱκανόν. καὶ οὕτω πως τεθειμένοι ὥστε καὶ τὸν πάπαν, καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὸν πατριάρχην μετ' ἐλευθερίας ὁρᾶν καὶ ἀλλήλους, καὶ ἑκάτερον μέρος τῶν προσδιαλεγομένων. ἐκάθισαν οὖν ἐν τούτοις οἱ προσδιαλεγόμενοι. οἱ μὲν λατῖνοι ἐπὶ τοῦ ἀνατολικωτέρου σκίμποδος, ἐκ δεξιῶν ἔχοντες τὸν πάπαν, οἱ δὲ ἡμέτεροι ἐπὶ τοῦ δυτικωτέρου, ἐκ δεξιῶν καὶ αὐτοὶ τὸν βασιλέα ἔχοντες. ἔμπροσθεν δὲ τούτων ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὅ τε μεταγλωττιστής, καὶ οἱ τοῦ πατριάρχου, καὶ τῶν λατίνων γραμματικοὶ, γράφοντες τοὺς λόγους τῶν προσδιαλεγομένων. τὸ δὲ ἔδαφος ἅπαν κατεστρωμένον ἦν τζόχαις πρασίνοις. Ὕπερθεν δὲ τοῦ ἀνατολικωτέρου σκίμποδος τῶν προσδιαλεγομένων, καταντικρὺ τοῦ ἀλταρίου σελλίον ἐτέθη ὑψηλὸν χρυσοκοκκίνῳ χασδέῳ περικεκαλυμμένον πάντοθεν, καὶ προσκεφάλαιον ἐπικείμενον ἔχον ἓν, καὶ ἕτερον ἔμπροσθεν αὐτοῦ κείμενον ἐπ' ἔδαφος, ἐκ τοῦ αὐτοῦ χασδέου, καὶ ταῦτα ἐνδεδυμένα. μέχρις οὖν τούτου παραγινόμενος ὁ πάπας, καὶ γονυκλιτῶν, ὑπανεῖχεν ἑαυτὸν, ἐρείδων τὰς χεῖρας ἐπὶ τοῦ σελλίου καὶ καθ' ἑαυτὸν προσηύχετο. εἶτ' ἀνιστάμενος ἀπήρχετο, καὶ ἐκάθισεν εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. καὶ οὕτως ἐποίει ὁσάκις εἰς τὴν σύνοδον συνηθροιζόμεθα. ἐπάνω δὲ τοῦ Ἀλταρίου, ἔκειτο ἅγιον εὐαγγέλιον ἠνεωγμένον. καὶ ἐκ δεξιῶν μὲν αὐτοῦ ἵστατο εἷς ἀνδριὰς μικρὸς ἀργυροδιάχρυσος κατέχων τὰς κλεῖς, εἰς τύπον τοῦ ἁγίου Πέτρου. ἐξ ἀριστερῶν δὲ ἕτερος τοιοῦτος, ξίφος ὄρθιον προ-

SECT. VI. CAP. XVI.

Cathedræ vero ita diſpoſitæ conſtruebantur, ut in Synodi promulgatione antehac deſcripſimus: à dextro latere Papa, cum Cardinalibus, atque Epiſcopis Latinis conſedit: à ſiniſtro Imperator & Patriarcha, Patriarcharum Vicarii, Archiepiſcopi & Crucigeri, ut cuique ſua ſors obtigit: in medio autem intervallo, inter Papam & Imperatorem ſcamna duo, quorum unum ad ortum ſtabat, alterum ex adverſo ad occaſum, ejuſdem ambo dimenſionis, longa ut ſex utrinque diſceptatores recipiant, & lata ut ſatis commodâ intercapedine ab invicem diſtent: eoque artificio collocata, ut Papa, Imperator, & Patriarcha liberrimo obtutu ſeipſos pariter & diſceptantes utriuſque ſcamni poſſent contemplari: In his igitur ſcamnis ſedebant Antagoniſtæ ad prœliandum accincti: Latini ſex in ſcamno ad ortum habentes à dextrâ Papam, noſtri ad occaſum habentes à dextrà Imperatorem: In conſpectu autem diſceptantium, in pavimenti contabulatione collocabantur communis interpres, Patriarchæ & Latinorum ſcribæ, ſermocinationes chartis mandaturi: Et tota humus triclinii arborum baccis vernantibus conſpergebatur: Supra autem illud orientale ſcabellum diſceptantium, ad latus ſella ſurgebat in ſublime, è regione altaris, cum operculo deſuper incumbenti, ex panno coccineo, limbis inſtitiſque aureis variegato: Ad quam duo pulvinaria pertinebant, unum intra ſellam compoſitum, alterum præ ſellæ veſtibulo humi in pavimento jacens, & utrumque pulcherrimè ex eadem operculi materiâ inſtratum: Eo ubi pervalerat ingreſſus Triclinium Papa, ad anterius pulvinar procubuit in genua, & brachia ſuffulciens ad ſellæ pluteum, eo uſque corpus ſuſtinuit, dum protenſis manibus preces ſibi intus & ſub linguâ immurmuraret: tum ſeipſum in veſtigia erigens conſcendit thronum: Et quoties ad Synodum commeavimus, toties Papa eandem conſuetudinem nunquam non uſurpavit: Super ipſum autem altare ſtabat Evangelium recluſum & apertum, & duæ juxtà ſtatuæ; à dextra Evangelii parva quidem, ſed ex argento ſolido ac deaurato, hominis claves manu prehendentis ad ſimilitudinem Divi Petri: à lævâ, altera par magnitudine, hominis Rhomphæam præferentis, à manubrio erectam in mucronem, ad repræſentationem Divi Pauli: pone quas, & à tergo ſtatuarum, candelabra argentea ac deaurata, mole quidem exigua, ſed pretio grandia: tria ex uno latere, & totidem ex altero altaris: Duo quæ in acie primâ interiori ſtabant, altitudine productiora cæteris: quæ in ſerie ſecundâ utrinque à primis, inferiora:

προδεικνύων, εἰς τύπον τοῦ ἁγίου Παύλου. καὶ μετὰ τούτους ἀργυροδιάχρυσα μανουάλια μικρὰ πολύτιμα. τρία μὲν ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους, τρία δὲ ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ ἀλτάρου ἐπέκειντο, τὰ μὲν δύο τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους πρῶτα προβεβηκότα τῷ μήκει. τὰ δὲ δεύτερα ὑποδέστερα, καὶ ἔτι τὰ μετ᾽ ἐκεῖνα χθαμαλώτερα. ἐν τούτοις οὖν λαμπάδες ἐπήγνυντο, καὶ φῶτα ἀνήπτοντο.

Καὶ οὕτω μὲν ὁ τὴν σύνοδον δεχόμενος τρίκλινος ηὐτρέπιστο. ἐκάθητο δὲ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπὶ τοῦ θρόνου ὡς δεδήλωται. ἵστατο δὲ ὁ Φιλανθρωπινὸς πλησίον τὸ βασιλικὸν ξίφος κατέχων κατὰ τὸ ἔθος. μετὰ δὲ τὸν βασιλέα ὁ πατριάρχης, εἶτα οἱ τοποτηρηταὶ, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς. ἐκ δεξιῶν δὲ τοῦ βασιλέως ὁ δεσπότης, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον οἱ ἄρχοντες ἐπὶ τοῦ ἐδάφους. καὶ τὸ μεταξὺ δὲ τῶν σκιμπόδων ἔδαφος μεστὸν ἦν ἀνθρώπων παρακαθημένων καὶ μάλιστα ταχυγράφων λατίνων. κύκλῳ τε περιειστήκει πλῆθος παρατυχόντων ἀνθρώπων.

& adhuc tertia ſitu remotiſſima, infima omnium quantitate extiterunt: Et in his fixa luminaria ſeu candelæ accenſæ elucebant.

Ad hunc itaque modum quod Synodum capiebat triclinium inſtruebatur: Imperator autem in throno ſedebat ut dictum eſt, juxta quem ſtabat Philanthropinus manu geſtans Imperatoriæ Majeſtatis enſem pro more: Pone Imperatorem Patriarcha, & ab illo Vicarii & Archiepiſcopi recto ordine: Ab Imperatoris dextrâ frater Deſpota, & poſt illum Imperatorii proceres omnes in pavimento: Et pavimenti totum illud meditullium inter duo ſcamna diſceptantium intercurrens, refertum fuit ſedentibus humi, ſed maximè exceptoribus Latinis ad deſcribendum promptis, & in omni circuitu multitudo confuſa, quâ poterant hac vel illac pedibus ſtabant.

τμήμ. ς. Κεφ. ιζ.

Ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ συνελεύσει, ἥτις κατὰ τὴν ἕκτην τοῦ Ὀκτωβρίου ἐγένετο, εὐθὺς κατάρχας ἀνέγνω λατινικῶς ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας προσφώνημα ὅπερ ἐποίησε πρὸς τὸν πάπαν καὶ πρὸς τὴν σύνοδον. εἶθ᾽ ὁ Νικαίας ἕτερον ἀνέγνω ἑλληνικῶς ὃ πρὸς τὸν βασιλέα ἐπεποιήκει, καὶ πρὸς τὸν πάπαν τε καὶ τὴν σύνοδον. καὶ μετεγλώττιζε τοῦτο λατινικῶς ὁ Σεκουνδῖνος. μετὰ δὲ τὴν τούτων ἀνάγνωσιν ἤρξατο ὁ Ἐφέσου προοιμιασάμενος, ὅπως χρὴ μετ᾽ ἀγάπης τοὺς λόγους ποιεῖσθαι ἐπεὶ καὶ περὶ εἰρήνης ἐστὶν ὁ λόγος. καὶ ταύτην κατέλιπεν ὁ κύριος ἡμῖν ὥσπερ τινὰ κλῆρον, ἐπὶ τὸ πάθος ἐρχόμενος, εἰρηκώς, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. ἀπήτησε δ᾽ ἀντ᾽ αὐτῆς ἕτερόν τι, ὅπερ ἐστὶν οἱονεὶ καρπὸς τῆς ἡμῶν προαιρέσεως τὴν ἀγάπην δηλαδή. χρὴ οὖν ἡμᾶς ταύτην αἰεὶ πραγματεύεσθαι καὶ μάλιστα ἐν τῇ παρούσῃ τῶν λόγων ὕλῃ. καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους τῶν λόγων τὴν ἀγάπην τηρεῖν. οὕτως οὖν προοιμιασάμενος, καὶ μέτριά τινα τοιαῦτα εἰπών, προ-

SECT. VI. CAP. XVII.

In ſeſſione igitur primâ, geſtâ Octobris ſexto, ſtatim ab ingreſſu Andræas Rhodi voce elatâ legit Latinè quandam compellationem ab ipſo factam ad Papam & Synodum: Quâ finitâ Nicænus aliam exorſus eſt Græcè, ſcriptam ad Imperatorem, Papam & Synodum, quam Nicæni in linguam Latinam tranſtulit Secundinus: & cum legere deſiiiſſent, cœpit Epheſius proœmiari: Has diſſertationes ſic excipi debere ab utrâque parte, ut infractum amoris vinculum permaneat, quando præcipuè ad pacem conciliandam vergunt, quam Dominus noſter Chriſtus tanquam hæreditatem nobis legavit in noviſſimis verbis, cum ad crucem jam properaret: Pacem meam do vobis, pacem meam vobis relinquo: Quin & aliud idem Dominus à nobis repopoſcit, tanquam fructum & indicium voluntatis noſtræ, ad ejus arbitrium ſubjectæ, fraternam nempe caritatem, cui ſemper oportet velificari, & à prima meta ad ultimum ſtadii decurſum inviolabilem caritatis legem conſervare: Hæc ad hunc modum, & alia nonnulla Epheſius in initio prælibans, eo tandem devolvit orationem, ut nobis prænuntiaret ſe diſputaturum in additamentum ad ſymbolum: nec Latinis licuiſſe quidquam ad tam ſanctum fidei

Chri-

προανεφώνησεν ὅπως βούλεται περὶ τῆς προσθήκης τὸν λόγον ποιήσασθαι. καὶ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι. Ἀπελογήσατο οὖν ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας, καὶ ἐπῄνεσε καὶ ἐκεῖνος τὰς μετ' ἀγάπης διαλέξεις. εἶτα καὶ περὶ τῆς προσθήκης ἠθέλησεν ἀπολογεῖσθαι. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἐφέσου, ἡμεῖς οὐ δεόμεθα νῦν ἀπολογίας. ἐπεὶ οὐδὲ εἴπομεν ὃ προεθέμεθα. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν ὃ βουλόμεθα τότε δεξόμεθα καὶ τὰς ἀπολογίας. ὁ δὲ Ἀνδρέας καὶ ἔτι ἐβούλετο χωρεῖν πρὸς ἀπολογίαν. ὡς δὲ καὶ αὖθις διεκώλυεν αὐτὸν ὁ Ἐφέσου, μόλις ποτὲ ἐνέδωκε, καὶ τοῦ λέγειν ἐπαύσατο.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἐφέσου πρῶτον μὲν ὅπως ἐστὶν ἀναγκαιοτάτη ἡ εἰρήνη ἣν κατέλιπεν ἡμῖν ὁ δεσπότης ἡμῶν ὁ Χριστὸς καὶ ἀγάπη. δεύτερον ὅτι παρέβλεψεν ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία τὴν ἀγάπην, καὶ διελύθη καὶ ἡ εἰρήνη. τρίτον ὅτι ἀνακαλουμένη νῦν ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία τὴν τότε καταλειφθεῖσαν ἀγάπην, ἐσπούδασεν ἵνα ἔλθωμεν ἐνταῦθα καὶ ἐξετάσωμεν τὰς μεταξὺ ἡμῶν διαφοράς. τέταρτον ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἀνακαλέσασθαι τὴν εἰρήνην ἐὰν μὴ λυθῇ τὸ τοῦ σχίσματος αἴτιον· καὶ πέμπτον ἵνα καὶ οἱ ὅροι τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἀναγνωσθῶσιν, ὡς ἂν φανῶμεν καὶ ἡμεῖς σύμφωνοι τοῖς ἐν ἐκείναις πατράσι· καὶ ἡ παροῦσα σύνοδος ἐκείναις ἀκόλουθος. ταῦτα εἶπεν ὁ Ἐφέσου πεπλατυσμένως καὶ λογικῶς. ἅπερ οἱ ἀκριβῶς εἰδέναι βουλόμενοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τῆς δὲ τῆς συνόδου εὑρήσουσι. ἀπελογήσατο δὲ πρὸς ταῦτα ὀλίγα τινὰ καὶ ὁ Ἀνδρέας, καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθη ἡ σύνοδος.

Ὁ δὲ βασιλεὺς λίαν λελύπητο ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν διεπράξαντο ἐν τῇδε τῇ πρώτῃ συνελεύσει. αἰσχύνην γὰρ μεγίστην αὐτῷ προεξένησαν. διὸ καὶ οὐκ ἠθέλησεν αὖθις ἐλθεῖν κατὰ τὴν ἀποτεταγμένην ἡμέραν, διεμηνύσατο δὲ αὐτῷ ὁ πατριάρχης μετ' ἐμοῦ ὅτι οὐ δοκεῖ μοι καλὸν μὴ γενέσθαι τὴν δευτέραν συνέλευσιν ἐν τῇ συμπεφωνημένῃ ἡμέρᾳ. διὰ τοῦτο ἀξιῶ ἂν ὁρίσῃς ἵνα συνέλθωμεν αὔριον εἰς τὴν σύνοδον μήποτε δόξωμεν τοῖς πολλοῖς, ὅτι ἐκ πρώτης ἀφετηρίας ἀθετοῦμεν τὰς συμβιβάσεις ἡμῶν. ἢ ὅτι οὐκ ἔχομεν λόγους ἱκανοὺς πρὸς προκείμενον ἀγῶνα, κἀντεῦθεν ὑποχωροῦμεν.

Chriſtianæ fundamentum adjicere ſe demonſtraturum: Surrexit illico ad reſpondendum ex adverſâ parte Andræas Rhodi, & in eundem alveum Argumenti delapſus, multum & ipſe collaudavit propoſitum inſtituendi omnes à caritate altercationes: Deinceps voluit etiam ad Additamentum deſcendere, niſi nimis properè feſtinantem inhibuiſſet Epheſius: Intempeſtivam adhuc reſponſionem eſſe, nec à nobis expectari, qui nulla dicendorum ſemina projecimus: At cum quæcunqne nobis mens ſuggerit, ad noſtram cauſam ſtabiliendam, protulerimus, pergratum nobis erit quicquid in vicem reſponſi reciprocabitis: At Andræas in Apologiâ perſeverare cupiebat, donec ab Epheſio iterum caſtigatus paruit monenti, & loquendi libidinem ſilentio repreſſit.

Unde Epheſius reſumptâ perorandi occaſione dixit: Primo, cuſtodiendum eſſe neceſſariò Concordiæ ac pacis, quam Dominus Chriſtus nobis teſtamento legavit, indiſſolubilem nexum: Secundo, Romanam Eccleſiam hactenus oculis in amorem ſui nimium obliquatis, fraternam ergà alios caritatem deſpexiſſe, pacemque diſſolviſſe patrimonium Chriſti: Tertio, Romanam Eccleſiam hanc caritatem jam poſtliminio revocantem, ſedulam navaſſe operam, ut huc migraremus, ad diſcutienda differentiarum inter nos momenta & cauſas: Quarto, fieri nunquam poſſe, ut pax redintegrata in ſinum noſtrum redeat, niſi diſcordiarum fundamina penitus extirpentur: Quinto, æquum eſſe ut omnes definitiones omnium antehac Oecumenicarum publicè perlegantur, ut nobis conſtet an opiniones noſtræ conformes ſint eorum Patrum dictatis qui tum inclaruerunt, & an hæc Synodus prioribus iſtis æquiparanda ſuccedat. Hæc Epheſius pluribus verbis & nervosè admodum explicuit, quæ ſi qui cupiat accuratius introſpicere, conſulant hujus Synodi à noſtris conſcripta Commentaria: Sed ad hæc Epheſii, dum Andræas nonnulla muſſitabat in modum reſponſi, ſeſſio prima diſſolvitur.

At Imperator Latinis implacabiliter ſuccenſuit, ob inuſtam ſibi in hac primâ ſeſſione contumeliam, cui ingentem pudorem ſuffuderant: Quare in ſequentibus penitus ſubducere ſe Synodo cogitabat, etiamſi illum Patriarcha commonefaceret per meipſum; Indignum fore ajens, ſi ſecundam ſeſſionem in die præfixo cum aliis non præſtaremus: jube igitur in craſtinum nos eo convocari, ne multis videamur à primo conflictu pacta cum Latinis vilipenſa reſcidiſſe, vel refugiſſe in angulum expavefacti, quaſi rationibus deſtitueremur ad hanc primam aſſertionem corroborandam.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη, οὐκ ἀπελεύσομαι, εἰ μὴ ὅταν μοι φανῇ ἁρμόδιον. ὡς δὲ καὶ αὖθις καθικέτευσα αὐτὸν, ὡς ἦν ἀνατεθειμένος, ἔφη πάλιν ὁ βασιλεύς. τότε ἀπελεύσομαι, καὶ γενήσεται σύνοδος, ὅταν γνῶσιν οἱ Λατῖνοι ὁποῖόν τι ἦν ὅπερ πεποιήκασι. παρῆλθον οὖν ἡμέραι τινὲς ἀργαί. διὸ ἀναγκασθέντες οἱ Λατῖνοι διορύξαντες τοῖχον ἐν τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ, τοῦ πρώτου τρικλίνου οὗ ὁ βασιλεὺς ἐπέζευε, ἠνέωξαν πύλην δι᾽ ἧς εἰσῆγον αὐτὸν εὐθὺς εἰς κελλίον. κἀκ τούτου φοράδην, αὐτὸν διακομίζοντες διήρχοντο ἐπέκεινα τῶν δέκα κελλίων. μηδενὸς παρόντος ἐκεῖσε, εἰ μὴ τῶν πρὸς τοῦτο ἀποτεταγμένων, καὶ συνήθων. ὧν τὸ τελευταῖον κελλίον θύραν εἶχεν εἰσάγουσαν εἰς τὸ τρίκλινον; εἰς ὃν συνεκροτεῖτο ἡ σύνοδος. εὐθὺς οὖν ἐν τῇ γωνίᾳ ταύτης τῆς θύρας ἔκειτο ὁ θρόνος τοῦ βασιλέως, ὃν καὶ ἐξάγοντες τοῦ κελλίου ἐκείνου ἐκάθιζον αὐτὸν ταχέως ἐπὶ τοῦ θρόνου. περιϊσταμένων ἔμπροσθεν τινῶν ἀρχόντων. καὶ τὰς ὄψεις τῶν πολλῶν ἀποτειχιζόντων, μέχρις ἂν διαθετήσωσιν αὐτόν. καὶ τότε ὑπεχώρουν ἄδειαν ποιοῦντες πᾶσιν ὁρᾶν αὐτὸν ἀκωλύτως.

Imperator autem, non veniam, inquit, in Synodum, antequam mihimetipsi allubuerit: Et cum ipsum denuo exorare supplex perseverarem, ut me mandatis instruxerat Patriarcha, respondit Imperator: Tunc & ipse veniam, faciamque ut Synodus renovetur, quando Latini fatebuntur quale delictum in me admiserint: Aliquot igitur dies incassum cecidere, donec Latini, ut Imperatorem lenirent, muro perfosso ad introitum primi triclinii, quo Imperator equo desilire consueverat, portam effo-rârunt, quâ statim in vicinum cubiculum duceretur: unde eum decenter gestarunt, per alia decem cubicula, in medio transitu posita: sed vacua, nullis præsentibus præter domesticos & assuetos: quorum ultimi Janua patebat in triclinium Synodi: & ad angulum Januæ stabat intus Imperatoris thronus: ita ut eductum ex ultimo cubiculo, statim in thronum reposuerint, Proceribus quibusdam in circuitu latera Imperatoris cingentibus, ut ejus conspectum à multitudinis speculatione adimerent, dum in solio commodum collocarent: tum recedentes facultatem omnibus perhibuerunt ejus vultum contemplandi.

τμήμ. ϛ. Κεφ. ιη.

Μετὰ τὸ κατασκευασθῆναι ταῦτα, καὶ ταχθῆναι τὴν πρὸς τὴν καθέδραν δίοδον τοῦ βασιλέως, ὡς δεδήλωται, ἦλθεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης, ἐν δευτέρᾳ συνελεύσει. ιγ΄ δὲ ἦν τοῦ Ὀκτωβρίου ἡμέρα δευτέρα, καὶ ἀρξαμένου τοῦ Ἀνδρέου καὶ βουλομένου συνείρειν ἀπολογίας, ὁ Ἐφέσου διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων ὅτι ἔνι δίκαιον, ἵνα εἴπωμεν ἡμεῖς πρῶτον ὅσα θέλωμεν ὑπὲρ συστάσεως ὧν προτείνομεν. καὶ τότε ἵνα δεχώμεθα ἐξ ὑμῶν τὰς ἀπολογίας. ὁ Ῥόδου δ᾽ ἐπετίθετο καὶ ἠνάγκαζεν ἀπολογηθῆναι. ἔλεγον δὲ καὶ ὁ Ἐφέσου, καὶ ὁ Νικαίας ὅτι πρὸ τοῦ εἰπεῖν ἡμᾶς ὅσα βουλόμεθα, καὶ συστῆσαι ὃ προτείναμεν, ἤγουν τὸ, οὐκ ἐξὸν ὑμῖν προσθεῖναι, ἐν τῷ συμβόλῳ, οὐ δεῖ ὑμᾶς ἀπολογηθῆναι. ἐκινήθησαν οὖν πολλοὶ λόγοι περὶ τούτου. τοῦ μὲν Ἐφέσου ζητοῦντος, εἰπεῖν ὅσα προέθετο πρὸς σύστασιν ὧν προέτεινε, καὶ τοὺς ὅρους ἀναγνῶναι τῶν οἰκου-

Sect. VI. Cap. XVIII.

Quando hæc ita disponerentur, & concinnata esset Imperatori ad transeundum via perforata, ut dictum est, uterque & Imperator & Patriarcha secundæ sessioni maturè adfuere, ad decimum tertium Octobris coactæ, qui fuit feria secunda, seu dies Lunæ: Cumque inciperet Andræas prolixas responsionum telas percurrere, Ephesius interpellavit: nostrum jus id esse clamans, prius effundere quicquid destinaverimus, ad explanandam quæstionem à nobis in medium projectam; tum à vobis responsa exaudire: Verum cùm adhuc Andræas ferocius effervescens sibi hanc vicem referendi paria Ephesio deberi vociferaret, Ephesius & Nicænus simul hominem interruperunt: Et priusquam nos (ajebant) omnia mentis nostræ sensa explicuerimus in propositum Thema, vestramque ad symbolum adjectionem illicitam fuisse comprobaverimus, omnis vestra præoccupandi sedulitas nil aliud est quam contentiosa verborum profluentia: Multa igitur hinc illinc verba proseminabantur, dummodo Ephesius duo postularet, ut sibi fas esset prius in quæ-

κουμενικῶν συνόδων. τοῦ δὲ Ῥόδου φιλονεικότερον κωλύοντος τὸν Ἐφέσου, καὶ πρὸς ἀπολογίαν ἐπειγομένου, καὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ὅρων μηδ᾽ ἄκροις ὠσὶ παραδεχομένου. περιττὴν δὲ εἶναι φάσκοντος, καὶ ἀνόνητον, καὶ σκάνδαλον προξενήσουσαν. τί γὰρ κερδανεῖτε ἔλεγον, εἰ τὸ ἀνάθεμα εἰς ἡμᾶς ἀνακηρύξετε;

Μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις φιλονεικίας, εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς πρὸς τὸν βασιλέα. ὁρίζει με ὁ Μακαριώτατος πατὴρ ἵνα εἴπω ὅτι διὸ ἐνομίσαμεν πρὸ τῆς χθὲς ὡς ὁ Ῥόδου μέλλει ἀπολογήσεσθαι, καὶ ἦν ἕτοιμος πρὸς τοῦτο, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐνεδώκαμεν εἰπεῖν πλατύτερον ὃ ἐβούλεσθε. ἐπεὶ δὲ παρεκάλεσε πολλάκις ὁ Ῥόδου, καὶ οὐκ ἀρέσει, φαίνεται καλὸν τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ ἵνα ἀναστῶμεν, καὶ ἐν ἄλλῃ ἡμέρᾳ διαλέξωνται ἰδίως οἱ ἐκλελεγμένοι. ἀπελογήσατο οὖν πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεὺς ὀλίγον τι, καὶ οὕτως ἀπήλθομεν.

quæstionem à se propositam expatiari: Secundò, ut præcedentium Synodorum definitiones in Synodo recitarentur: Nec non Andræas pari studio satageret præpedire, primò loquentem Ephesium, ut sibi facultas ad responsionem properandi concederetur: Deinde gestorum Synodalium publicationem, quam nec in summas aurium cuticulas admissam, expuebat ut superfluam, infructuosam ac scandali plenam: Et quid vos Græci (inquit) lucrabimini, si nos Latinos diro Anathemati subjicietis?

Post multas igitur utrinque sermocinationes, variasque verborum rixas, tandem Julianus Imperatorem allocutus est. Beatissimus Pater Papa me hoc jubet effari: Quandoquidem nudius tertius credideramus, Andræam respondendi munus suscepisse, quo & perfungi promptus videbatur, ideo non passi sumus vos tam expansis velis procurrere in ea cuncta quæ decrevistis: Cum tamen Andræas hodie sæpe ad certamen provocaverit in suis partibus peragendis, & à vobis exsibilatur, visum est summo Pontifici hic rotam sistere, & in alium diem conventum dirimere, quando fœlicior fortasse dabitur opportunitas electis istis Antesignanis inter sese digladiandi. Pauca ad hæc regessit Imperator & mox discessimus.

τμήμ. ϛ. κεφ. ιθ.

Τῇ δ᾽ ἐπιούσῃ ἥτις ἦν ιδ τοῦ Ὀκτωβρίου συνῆλθον, ὅπου ἦν ὁ πατριάρχης, ὅτε βασιλεὺς, καὶ οἱ Καρδινάλιοι, ὅτε Ἰουλιανὸς, καὶ ὁ Φιρμάνος, καὶ τινὲς τῶν λατινεπισκόπων, καὶ οἱ ἡμέτεροι ἀρχιερεῖς πάντες, ἐξωκατάκηλοι τε καὶ οἱ ἡγούμενοι. ἠγωνίσαντο οὖν οἱ μὲν λατῖνοι παντὶ τρόπῳ, μὴ ἀναγνωσθῆναι τοὺς ὅρους τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων. ἢ τὸ ἔλαττον ἀναγνωσθῆναι ἐν τῇ ἰδίᾳ διελεύσει. οἱ δὲ ἡμέτεροι ἀντέστησαν πάντες, καὶ εἶπον μὴ περαιτέρω προβῆναι κἂν εἴ τι καὶ γένηται, εἰ μὴ πρῶτον ἀναγνωσθῶσιν οἱ ὅροι, εἰς ἐπήκοον πάντων. μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὰς ἐνστάσεις, μόλις πότε ἐνέδωκαν ἐκεῖνοι ἀναγνωσθῆναι τούτους συνοδικῶς.

Συνηθροίσθη τοίνυν ἤδη τρίτον ἡ σύνοδος τῇ ιη Ὀκτωβρίου ἡμέρᾳ έ καὶ ἀνεγνώσθησαν οἱ ὅροι. ἐν τῇ τοιαύτῃ δὲ συνελεύσει ἐμηχανήσαντο οἱ λατῖνοι μήτε τὸ πολὺ πλῆθος τὸ συναγόμενον ἐξ ἐκείνων συνελθεῖν. καὶ εἴασαν, καὶ τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον κεῖσθαι, ἐν τῷ Ἀλταρίῳ ἐσ-

Sect. VI. Cap. XIX.

Postridie qui fuit Octobris decimus quartus, in domum ad Patriarcham convenerunt, Imperator & duo Cardinales, Julianus ac Firmanus, comitati aliquot Episcopis Latinis: nostri etiam Archiepiscopi, Exocataceli, & ædium sacrarum præfecti: Latini omni modo contendebant, ne Acta synodorum Oecumenicarum legerentur, vel si id omnino oportere judicaremus, saltem in privato quorundam hominum conciliabulo seorsim designato legerentur: At nostrorum quotquot aderant unanimi consensu reclamarunt, nec pedem, nec volam ulterius in hoc negotio promovendam esse asseverantes, contingat quodcunque possit in contrarium, nisi prius decretis synodalibus ad aures omnium propalatis: Adeo ut post multas utrinque litigiosas concertationes tandem manus dederint Latini, ut lecta toti synodo comunicentur.

Itaque jam tertio congregata synodus ad Octobris decimum sextum qui, fuit feria quinta vel dies Jovis, confluxit, & acta synodalia ut postulatum fuit publicè lectitabantur: In eâ sessione id Latini sunt machinati, ut nec frequens suorum hominum multitudo in synodum coiret, nec Evangelium paterentur consistere in sacro altari ut anteà, sed decumbere clausum obsignatumque, ut & sanctorum Apostolorum Ima-

ἐσφαλισμένον, καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων ἀνδριάντας κεῖσθαι ὑπτίους, καὶ οὐδὲ τὰς λαμπάδας ἀνῆψαν. ἀρξαμένου δὲ τοῦ Ἐφέσου, καὶ εἰπόντος, ὅτι καθὼς ἐτάξαμεν ἀναγνωσθῆναι τοὺς ὅρους, ζητησάντων ἡμῶν, καὶ ἐνδεδωκότων ὑμῶν τοῦτο, ἤδη ἀναγνωσθήσονται. παρακαλοῦμεν δὲ καὶ ὑμᾶς, ἀκούειν καὶ τοὺς ὅρους, καὶ τοὺς λόγους ἡμῶν, μετὰ μακροθυμίας. εἶτα καὶ ἄλλα τινὰ ὡρμημένου λέγειν, εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς, καθὼς πρὸ τῆς χθὲς συνεφωνήσαμεν παραχωρήσατε καθὼς βούλεσθε. εἰ καὶ ἔχρην τὸν Ῥόδου ἀπολογηθῆναι πρὸς ἃ πρότερον εἶπεν ὁ Ἐφέσου. πλὴν οἱ ὅροι ἀναγνωσθήτωσαν, εἰ θέλετε διὰ ὑμετέραν σύστασιν. οὐ μὲν ὡς ἀπὸ κοινῆς, ἢ ἡμετέρας θελήσεως. ἀνεγνώσθησαν οὖν οἱ ὅροι, λέγοντος τοῦ Ἐφέσου, καὶ ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐν τῷ τέλει ἑκάστου ὅρου ἐπεξεργασίας ὅσαι ἦσαν ἁρμόδιαι ὑπὲρ ἡμῶν. ὅτε δὲ ἀνεγινώσκετο ὁ ὅρος, τῆς ζ συνόδου, προεκόμισαν οἱ λατῖνοι βιβλίον ἑλληνικῶς ἔχον τὰ πρακτικὰ δῆθεν τῆς ζ συνόδου. οὗ προσέκειτο ἐν τῷ συμβόλῳ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἐπεδείκνυον τοῦτο, ὡς παλαιὸν καὶ βεμβράνον. ἐπεὶ ταῖς βεμβράναις τὸ ἀξιόπιστον ἐκεῖνοι παρέχουσι. καὶ ἐκ τῶν ὑπογραφῶν, καὶ τινῶν ἑτέρων τὴν πρὸς τὰ ἡμέτερα συμφωνίαν, ἐδοκίμαζον καὶ ἐνίσταντο, ὡς οὕτως ἀνεγνώσθη τὸ σύμβολον, ἐν τῇ ζ συνόδῳ. εἶπε δὲ καὶ ὁ Ἰουλιανὸς, ὅτι τὸ βιβλίον, ἔνι παλαιότατον καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ὑπονοῆσαι γενέσθαι τινὰ ἐναλλαγὴν εἰς αὐτό. ἔχομεν δὲ καὶ Ἱστορικὸν ἄνδρα παλαιὸν, καὶ σοφὸν γεγραφότα περὶ ἄλλων πολλῶν, διεξιόντα δὲ καὶ περὶ τούτου, ὅτι τὸ σύμβολον οὕτως ἐξετέθη ἐν τῇ ζ συνόδῳ. καὶ συνιστῶμεν τοῦτο καὶ ἀπὸ τῶν ἐκείνου φωνῶν.

Εἶπεν οὖν ὁ σοφὸς Γεμιστὸς πρὸς τοῦτο, ὅτι καὶ εἴπερ εἶχεν ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία συνιστᾶν ὃ λέγετε, νῦν ἀπό τε βιβλίων, καὶ ἀπὸ Ἱστορικοῦ τοῦ περὶ τούτου συγγραψαμένου, περίεργον ἐποίουν οἱ γεγραφότες ὑπὲρ λατίνων, τὸν Θωμᾶν φημί, καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, διὰ πλείστων μὲν λόγων τε καὶ βιβλίων ἀγωνιζόμενοι τὴν προσθήκην ἀποδεικνύειν, ὡς εὐλόγως τε καὶ δεόντως γεγονυῖαν ὑπὸ τῆς ὑμῶν ἐκ-

Imagines in terga reſupinatas: nec lucernas accenderent, ſed candelabra ſine luminibus cæca ſtare permitterent: Utcunq; inchoavit Epheſius ſic profari: Quemadmodum nuper conſtitutum fuit, nobis id obnixè petentibus, & anuentibus vobis, ut ſacra veterum ſynodorum Acta coram hodiernâ recitarentur, ea fine nunc prodivimus. Quare vos plurimum velimus exoratos, ut & lectis ſynodorum decretis, & à nobis poſtmodum dicendis, cum æquanimitate Chriſtianâ benignas aures accommodetis: & dum in alia progrediendo, facundiæ habenas laxaret dixit Julianus: Ut ante biduum facultatem vobis indulſimus, in quodvis Argumentum pro arbitrio veſtro expatiandi, quanquam Andrææ Rhodienſi tum ſors obtigerat refutandi nonnulla quæ prius protulerat Epheſius, ita nec veſtris nunc votis penitus obnitimur, quo minus ſynodorum Acta promulgentur ſi velitis, in earum rerum confirmationem, quæ à vobis producentur: Verum ut id nec cõmuni ſuffragio totius ſynodi ſtabilitum aut profectum à noſtrâ voluntate, ut omnes intelligant magnopere deſideramus: Recitabantur igitur Acta ſynodorum, Epheſio ad ſingulas uniuſcujuſque conſulti periodos, à capite primo ad calcem omnium, politas pro nobis commentationes affingente. Ubi vero ad Synodum ſeptimam perventum eſſet, ejuſque determinationes perſtringendas, Latini codicem Græcum exhibuerunt univerſa Synodi illius geſta comprehendentem: Ubi in ſymbolo Nicæno expreſſum habebatur Spiritum Sanctum à patre & filio procedere: codicemque ut longe antiquiſſimum, & membranaceum publico conſpectui Synodicorum omnium contemplandum circumtulerunt: Et quoniam vetuſtis membranis Latini multum fidei ſemper præbent, quas ſubſcriptionibus, & aliis quibuſdam indiciis explorant, an & quantum cum noſtris conveniant, ex hujus autoritate aſſeverare non dubitarunt, ſymbolum in Synodo ſeptimâ ſic legendum patres definiviſſe: quin & Julianus addidit, vetuſtiſſimum hoc volumen tam incorrupti characteris perhiberi, ut fruſtra quis ſuſpicetur illud in fraudulentam verſuram incidiſſe: Et penes nos habetur ad manum ſcriptor antiquiſſimus, peritiſſimus hiſtoriarum, & multiplicis prudentiæ gloriâ clariſſimus, qui inter alia multa ſcitè admodum ab ipſo pertractata, de hoc articulo idem confidenter adſtruit, & ſymbolum Nicænum ſeptimæ Synodi patres ad eum modum evulgaviſſe: Et jam jam parati ſumus ipſius autoris verba vobis in promptu expedire.

Ad quæ eruditus Gemiſtius: ſi Romana Eccleſia depromere potuiſſet, reapſe & ſine fuco, quæ vos ex membranis, & iſto ſcientifico, articu-

ἐκκλησίας, τὴν δὲ κυριωτέραν ὑπὲρ ὧν προέθετο λέγειν σύστασιν παριδεῖν, ὡς μηδὲν ἐκείνοις συμβαλλομένην. ἤρκει γὰρ ἀντὶ πάντων ὧν ἐφεῦρον ἐπιχειρημάτων τε καὶ συλλογισμῶν εἰπεῖν ὅτι προσῆν ἡ προσθήκη ἐν τῷ συμβόλῳ, καὶ μετὰ τῆς προσθήκης ἀνεγνώσθη τε καὶ ἐστέρχθη, ἐν τῇ ζ συνόδῳ· ὅτι δὲ οὐδ᾽ ὅλως προσετέθη ἐν τῇ ζ συνόδῳ καθὼς ὑμεῖς λέγετε, διὰ τοῦτο οὐδ᾽ οἱ γράψαντες ὑπὲρ λατίνων περὶ τούτου ἐμνήσθησαν. ἐπὶ τοῖς τοιούτοις οὖν διελύθη ἡ συνέλευσις.

Ὅσοι δὲ παρέτυχον τότε τῶν ἐκκρίτων λατίνων, καὶ τῶν ἐναρέτων μοναχῶν, πολλοὶ γὰρ εἰσὶ παρ᾽ ἐκείνοις τὴν ὄντως μοναχικὴν μετιόντες διαγωγὴν, ὡς ἤκουσαν τοὺς ὅρους, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις παρὰ τοῦ Ἐφέσου λεγόμενα, ἔλεγον ὅτι ἡμεῖς οὔτε οἴδαμεν, οὔτ᾽ ἠκούσαμεν πότε τὰ τοιαῦτα. οὐδὲ οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν ἐδίδαξαν ἡμᾶς περὶ τούτων. νῦν δὲ ὁρῶμεν. ὅτι οἱ γραικοὶ λέγουσι ὀρθότερον ἢ ἡμεῖς. καὶ πάντες τὸν Ἐφέσου ἐθαύμαζον.

Οἱ δ᾽ ἡμέτεροι ἐστεροῦντο τῶν ἀναγκαίων. καὶ οἱ μὲν ἐπίπρασκον, οἱ δὲ ἐνεχύραζον τὰ ἴδια μέχρι καὶ τῶν ἐνδυμάτων αὐτῶν, οὔπω γὰρ ἦν μνήμη τοῦ σιτηρεσίου, παρὰ τοῖς ὑποσχημένοις, λαμπρὰς ποιεῖν ἡμῖν τὰς ἐξόδους. τῇ δὲ ιζ Ὀκτωβρίου συνήχθησαν οἱ ἐκλελεγμένοι, ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου. καὶ πρῶτον μὲν ἐζήτησεν ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν ἡμετέρων τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων, τὰ κατὰ τὴν ις ἐν τῇ συνόδῳ προκομισθέντα ἐγγράφως, εἶτα ἀντεβλήθησαν, καὶ ἐξισάσθησαν, καὶ τὰ ἀπὸ στόματος εἰρημένα ἀφ᾽ ἑκατέρου μέρους. οὕτω γὰρ ἐτάχθη γίνεσθαι ὁσάκις ἂν διαλέξεις γένηται.

ticulum literis commendante, nunquam tam inaniter oleum, atque operam perdidisset Aquinas vester, aliique ipsum per aliquot secula antevertentes. Nec enim dum innumeris rationibus, librisque demonstrare conabantur adjectionem ad symbolum, judicio planè optimo & pernecessario admissam à vestrâ Ecclesiâ, prætериissent Herculeam illam confirmationem eorum quæ comprobare nitebantur, tanquam alienam à suis propositis: Nam pro toto verborum oceano, & modiis syllogismorum quos convolvunt, suffecisset illud unum asseruisse, repertam in Synodo antehac istam Appendicem, symbolumque cum adjectione prodiisse ex septimæ Synodi officinâ, ita lectum, ita definitum: sed symbolum omnino nihil autoritatis à septimâ synodo traxisse, vel inde liquet, quia vestræ causæ primarii propugnatores de septimâ synodo non meminerunt: atque his ita dictis à Gemistio, tertia sessio dirempta est.

Quotquot autem tum aderant Latinorum viri candore præditi ac veritatis studiosi, monachive virtute ac sanctimoniâ commendabiles, quales inter Latinos permulti vigent, qui cucullatæ vitæ instituta singulari cum approbatione prosequuntur: ubi definitiones Conciliorum perlectas, & ab Ephesio illustratas percepissent, se nunquam talia audivisse aut intellexisse fassi sunt; multumque ingemuere Doctores suos de his nil præcepisse: Nunc enim aperte perspicimus (ajebant) Græcos rectius sentire, quam nos: interea omnes Ephesium obstupuere, qui tantâ cum eloquentiâ ac gravitate dogmata mysteriis refertissima condiderat.

Nostri vero rerum omnium necessariarum penuriâ laborabant, & ad pudendam inopiam dilabebantur: dùm alii bona vendere, alii oppignorare coacti sint ipsissima vestimenta quæ portabant ad famem depellendam: Nec enim ulla mentio annonæ frumentatiæ nostris auribus insonuit ab iis qui liberales proventus promiserant: Ad septimum decimum Octobris vero isti electi litigatores, in Divi Francisci Thesauro convenerunt: Et primum Julianus petiit à nostris & accepit scita corollaria patrum antiquorum, quæ ad Synodum pridianam, nempe decimo sexto Octobris celebratam citaveramus: Deinde dicta etiam ore tenus, ab utrâque parte collata invicem æqui parabantur: id enim post singulas disceptationes publicas imperatum fuit, & fieri amavit.

τμήμ. ϛ. Κεφ. κ.

Ἀναγνωσθέντων τοίνυν τῶν ὅρων ἐπεὶ ἔγνωσαν οἱ λατῖνοι. ὅτι πολλοὶ τῶν ἰδίων ἐσκανδαλίσθησαν, ὡς εἴρηται, ἐσπούδασαν εὐθὺς γενέσθαι συνέλευσιν. καὶ γενομένης ἀπολογίας ἢ μᾶλλον εἰπεῖν μακρολο-

Sect. VI. Cap. XX.

Perlectis igitur Conciliorum definitionibus, cum Latini satis intellexissent, suorum hominum perplurimos in scandalum impegisse, aliam sessionem maturare festinârunt: Ubi, ad omnia Synodorum Acta & interpretamenta, Ephesii responsionem vel potius expansionem pro-

λογίας, συνέῤῥαψαν πρὸς τοὺς ὅρους, καὶ τοὺς λόγους τοῦ Ἐφέσου. οὓς καὶ ἐμακρηγόρησεν ὁ Ῥόδου, ἵνα τὰς τῶν πολλῶν καταπλήσῃ ἀκοάς. τετάρτη δὲ ἦν ἡ τοιαύτη συνέλευσις, ὅτε μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ συνόδους προεκόμιζε, μίαν μὲν ἐν τῷ Τολετῷ συστᾶσαν, ἑτέραν δὲ οὐκ οἶδα ὅπου ἀναθέματι καταβαλούσης τοὺς μὴ στέργοντας τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην. καὶ ἕτερα πολλὰ εἶπεν ὑπὲρ συστάσεως μὲν τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐκκλησίας, μέμψεως δὲ τῆς ἡμετέρας. τῇ δὲ κ τοῦ Ὀκτωβρίου ἡμέρᾳ β ἐγένετο συνέλευσις ε. καὶ εἶπεν ὁ Ῥόδου Ἀνδρέας πάλιν ἀπολογίας πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Ἐφέσου εἰρημένα, ἃς οὐδὲ ἔφθασε τελειῶσαι, διαλυθέντος τοῦ συλλόγου. ἐτάχθη δὲ ἵνα ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει ἀναπληρώσει αὐτάς. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οἱ ἡμέτεροι ἐπιέζοντο ὑπὸ τῆς ἐνδείας, τὸ γὰρ σιτηρέσιον ἐκρατήθη ἐπέκεινα τῶν τεσσάρων μηνῶν παρωχηκότων, καθ᾽ οὓς οὐ δεδώκασι τὸ τυχὸν, καὶ στερουμένων πάντων καὶ δυσχεραινόντων τῷ πολλάκις μὲν ζητῆσαι, ἀποπεμφθῆναι δέ. μόλις μετὰ τὴν ε διάλεξιν, ὅτε ἐν τῇ παρούσῃ καταστάσει τῶν λόγων γεγόναμεν, δεδώκασιν ἡμῖν ὑπὲρ δύο μηνῶν παρελθόντων ἤγουν τοῦ τετάρτου, καὶ τοῦ πέμπτου μηνιαίου σιτηρεσίου, κατὰ τὴν κα τοῦ Ὀκτωβρίου φλωρία ασιή.

τῇ δὲ κε τοῦ Ὀκτωβρίου ἡμέρᾳ σαββάτου ἐγένετο συνέλευσις ἕκτη, καὶ συνῆψεν ὁ Ῥόδου τὴν ἀπολογίαν, ἣν ἐν τῇ προλαβούσῃ ὁμιλίᾳ οὐκ ἔφθασε συντελειῶσαι, καὶ εἰς πολὺ πλάτος λόγων ἐνέπεσεν, καὶ ῥητὰ ἁγίων προεκόμισεν εἰς σύστασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων. ὅτε μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὸ μέρος τῆς πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Μαξίμου εἰς μέσον παρήγαγε ἐξαιτιώμενος διὰ τούτου τὴν ἐκκλησίαν τῆς ῥώμης, ὅτι καὶ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἦν ἡ προσθήκη ἐν τῷ συμβόλῳ, ὡς ὁ μάξιμος μαρτυρεῖ. ὅμως ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ἡνωμένη ἦν, μηδὲν ἐγκαλοῦσα τὴν δυτικήν. καὶ ἐσπούδεν ἀποδεῖξαι ὅτι οὐ διὰ τὴν προσθήκην τὸ σχίσμα γέγονεν, ἀλλὰ δι᾽ ἄλλας αἰτίας. συνηγόρει δὲ τούτῳ μεταξὺ καὶ ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ μόλις ἐν τῇ β συνελεύσει ἐκείνῃ τὴν ὁμιλίαν ἐτελείωσεν ὁ Ἀνδρέας. ἡμεῖς δ᾽ ἐς μέγα κέρδος ἐδεξάμεθα τὸ προενεγκεῖν ἐκεῖ-

prolixæ admodum Orationis conſuerunt, quam in immenſum productam Andræas Rhodi concinnavit, & aures adſtantium, ad faſtidium uſq; dictionum ſentinâ perluit: Atque hæc fuit ſeſſio quarta, ubi inter alia multa etiam Synodos exhibuit, unam Toleti celebratam, alteram non memini in quâ terrarum orâ, quæ Anathemati ſubjiciunt, quotquot additamento ad ſymbolum non acquievere: Et alia inſuper multa congeſſit Andreas in Eccleſiæ ſuæ patrocinium ac decus, & in dehoneſtramentum noſtræ. Viceſimo Octobris, hebdomadis ſecundo, ſeu die Lunæ, quinta ſeſſio coaluit: Et Andræas Rhodi rurſum Apologiam pertexere ad dicta Epheſii auſpicatus eſt, ſed eum ad finem perduci non paſſa eſt conventus diſſolutio, quare partem remitteret in aliâ conſummandam, ipſi fuit imperatum: At noſtri cum in magnas anguſtias redigerentur, ob inopiam commeatuum, qui jam excreverant ultrà quatuor menſes penitus elapſos, in quibus ne teruncium unicum nobis impertierunt, noſtrique graviter afflicti ingemiſcerent, non modo neceſſariis privari ſe, ſed & ſæpenumero poſtulantes turpiter à quæſtoribus vacuos remitti: tandem vero duriter, poſtridie ſeſſionis quintæ, dum in his ſermonum ambagibus hæreremus, duorum menſium ſtipendia elargiuntut viceſimo & primo Octobris, in quarti, quintique menſis annonam frumentariam florenos mille, ducentos denos & octo.

Viceſimo quinto Octobris in die Sabbathi ſexta ſeſſio celebrabatur, cum Andræas Rhodius inchoatam in ſuperiori Apologiam ad exitum perduxit, quam claudere tum non permiſit ſeſſio præpropere diſſoluta: In multas autem ſermonum ambages exerravit, & multa è ſanctis patribus teſtimonia contorſit, ad confirmanda ea quæ aſſeruerat: Inter alia, incidit etiam in particulam Epiſtolæ Maximi Martyris ſcriptæ ad Marinum, ut per eam duntaxat, Eccleſiam Romanam omni culpa eximeret, quod in ſeculo Maximi additio illa ſymbolum occupaverat, ut ipſe Maximus teſtabatur: Et tamen tunc Orientalis Eccleſia caritatis vinculum retinebat (inquit) nec ullius offenſæ ream occidentalem incuſabat: unde etiam & comprobare nixus eſt, non propter additamentum ad ſymbolnm Eccleſias primum divulſas fuiſſe, ſed ob alias quaſlibet rationes: Cui opinioni multum favit Julianus Cardinalis, & vix in hac ſecundâ ſeſſione Apologiam perfinivit Andræas: nos vero pro maximo quæſtu duximus, Latinos primò Maximi Epiſtolam protuliſſe: Etiamſi enim neceſſitas impuliſſet, verecundaremur tamen in teſtimonium appellare Epiſtolæ mutilatam laciniam; cum nuſquam gentium in-

ἐκείνους τὴν τοῦ ἁγίου Μαξίμου ἐπιστολήν. ἐδυσχεραίνομεν γὰρ προενεγκεῖν αὐτήν, χρείας καλούσης, ἐπεὶ οὐκ ὁλόκληρος εὑρίσκεται ἡ ἐπιστολή. ἐπεὶ δὲ παρ' ἐκείνων προεκομίσθη ἐλέγομεν, ὅτι δεχθήσεται καὶ παρ' αὐτῶν, ὅτε παρ' ἡμῶν προκομισθῇ. ὡσαύτως ἥσθημεν, καὶ ὅτε τὸ βιβλίον τῆς ζ συνόδου, μετὰ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκης προεκομίσθη, ἐλέγομεν γὰρ καὶ ἐν τούτῳ, ὡς ἤδη ἔχομεν ἐλέγχειν αὐτοὺς ἐκ τούτου, ὅτι ἐνοθεύθησαν καὶ τὰ ῥητὰ τῶν δυτικῶν ἁγίων.

Ἀλλ' ὅτε πάλιν ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ τοῦ ἁγίου Φραγκίσκου συνήχθησαν, ἐδοκίμασαν ἐκείνους οἱ ἡμέτεροι περὶ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ εἶπον πρὸς αὐτούς, εἰ στέργεται παρ' ὑμῶν αὐτὴ ἡ ἐπιστολή, εὐκόλως προβήσεται καὶ ἡ ἕνωσις. ἀπηγόρευσαν οὖν ταύτην οἱ λατῖνοι, εἰπόντες ὅτι ἡμεῖς ἐσκώψαμεν, καὶ τὸν Ῥόδου ἕνεκεν αὐτῆς, ὅτι παρὰ γνώμην ἡμῶν προκεκόμικε ταύτην. οὐ γὰρ στέργομεν αὐτὴν ἐπεὶ οὐδὲ ὁλόκληρος εὑρίσκεται. περὶ δὲ τοῦ βιβλίου τῶν πρακτικῶν τοῦ ἔχοντος τὸ σύμβολον μετὰ τῆς προσθήκης οὐκ ἔτι ἐμνήσθησαν. καίτοι ἐν τοῖς ἄλλοις περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγοντές τε καὶ ἐπαναλαμβάνοντες.

Ἐν ὅσῳ δε ἐγίνοντο αἱ διαλέξεις συνήρχοντο ἐκ διαλειμμάτων οἱ ἡμέτεροι εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐγύμναζόν τινα ζητήματα, ἐπεὶ ὁ βασιλεὺς ἀπεδήμει ἐκτὸς εἰς τὸ Μοναστήριον, καὶ ἔργον εἶχε τὰ κυνηγέσια. ἀρξαμένου δε κἀμοῦ ἐν τοιούτῳ τινὶ καιρῷ εἰπεῖν τι πρὸς τὸ ζητούμενον εἶπέ μοι εὐθὺς ὁ Νικαίας. εἰ μὲν τῶν ἐκλελεγμένων ὑπάρχεις εἰπέ, εἰ δὲ οὐχ ὑπάρχεις, μὴ λέγε τι. ἔφην δ' ἐγὼ ὡς ἐπεὶ οὔτε ἐνταῦθα, οὔτε ἐν ταῖς συνόδοις ἔχομεν ἄδειαν εἰπεῖν τι, περισσὸν ἐστὶν εἶναι ἡμᾶς ὧδε. δότωσαν ἡμῖν ἄδειαν ἀπελθεῖν οἴκαδε. εἰ δε καρτεροῦμεν σιωπῶντες, ὡς καὶ αὐτὸς θέλεις, οὐ μὲν ἴσως κατασκευάσεις καὶ ἐρεῖς ὡς βούλει τὴν σὴν ἀπόφασιν ἡμεῖς δ' ἀσύμφωνοι εὑρεθησόμεθα. καὶ ἄλλοτε γὰρ ἐν τῇ συνόδῳ εἰπόντος μου τι πρὸς ἀνάμνησιν τῶν Ἐφέσου. ἔφη ὁ Νικαίας, οὐ θέλομεν λέγειν ἐνταῦθα τινὰ πλὴν τῶν ἐκλελεγμένων.

integra reperiatur, at illam à Latinis ipſis in publicum exhiberi, gratulati ſumus: nec enim forte productum à nobis reſpuent illi, quam nobis obtrudere non erubuerunt: Quin & læti excepimus quæ de ſeptimæ Synodi codice cum adjectione ad ſymbolum contrà nos citarunt: quaſi nacti percommodam occaſionem in Romanorum conſuetudinem invehendi, qui monumenta ſanctorum patrum etiam occidentalium corrumpere & adulterare nunquam deſtiterunt.

At cum in Theſaurum Divi Franciſci pro more conveniſſent, noſtri ut Latinorum venas pollice acriori explorarent, de Epiſtola rogaverunt: & ſi omnia comprobarent in eadem ſcripta dixerant, fore ut facili negotio concordia procuderetur: Latini pernegarunt, & ſe ſubſannaſſe Andræam ajebant, cum proferret teſtimonium eorum rationibus tam adverſum: nec ſe Epiſtolam amplecti, quandoquidem nullabi integra reperitur: Et quantum ad codicem, ſeptimæ Synodi Acta, & ſymbolum cum additione continentem, nememinerunt quidem, quanquam in aliis recenſendis eadem pænè verba quæ dixerant, è promptâ memoriâ in linguam revocarunt.

Quandiu vero hæ diſſertationes perdurarunt, noſtri per intervalla, ad Patriarcham recurrentes, ſe præviis quibuſdam velitationibus argumentationum exercebant, Imperatore ad Monaſterium relapſo, & totis viribus venandi otia carpente: Et cum in tali aliquâ opportunitate, ad propoſitum quoddam meam ſententiam expromerem, Nicænus me objurgavit, & ſi te recenſeas in Catalogo electorum, inquit, loquere audacter, ſin minus, compeſce linguam: Cui reſpondi, ſi nec privatim hic nec publice in ſeſſionibus loqui nobis permittitur, ſuperfluum eſt nos hic diutius commorari, dent nobis diſcedendi domum facultatem: Verum ſi hic permanendum ſit nobis quanquam ſilentibus, ut tu exoptas, nunquam tamen eo rem perduxeris; ſperamus ut de omnibus pro tuo arbitrio dicas, dum nos mentibus à te diſſentimus: quin & alibi in Synodo dum Epheſio aliquid in memoriam ſubornarem, Nicænus increpuit, & nolle ſe quempiam extra numerum electorum hic loquendi vicem uſurpare dixit.

τμήμ. ϛ. κεφ. κα.

Τῇ δὲ πρώτῃ τοῦ Νοεμβρίου ἡμέρᾳ σαββάτου γέγονε συνέλευσις ζ΄ καὶ διεξῆλθε τὴν διάλεξιν ὁ Νικαίας, ἀνασκευάσας τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ Ἀνδρέου γενναίως καὶ λογικῶς. ταῦτα δὲ πάντα ἦσαν μεμελετημένα καὶ ἐσχεδιασμένα παρὰ τοῦ διδασκάλου τοῦ Σχολαρίου, δόντος αὐτοῦ ταῦτα τῷ βασιλεῖ καὶ αὐτοῦ τῷ Νικαίας. ὃς καὶ ἀπεστομάτισεν αὐτά. καὶ εἰς πολὺ μῆκος ἐκτεταμένων τῶν λόγων διέκοψε τὴν ὁμιλίαν ταμιευσάμενος τὰ ἐναπολειφθέντα ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει. ὅθεν καὶ συνήλθομεν κατὰ τὴν τετάρτην τοῦ Νοεμβρίου ἡμέρᾳ γ, καὶ ἀνεπλήρωσεν ὁ Νικαίας, ὅσα οὐκ ἔφθασεν εἰπεῖν ἐν τῇ πρὸ ταύτης συνελεύσει, καὶ ἀνέτρεψεν ὅσα εἶπεν ὁ Ἀνδρέας, καὶ εἰς πρόθεσιν τὸν λόγον περιήγαγεν. ἠρώτησε γάρ, εἰ τὰ κωλύματα, καὶ οἱ διορισμοὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων πρὸς τὸ τῆς πίστεως σύμβολον ἀφορῶσιν ἢ πρὸς ἄλλο τι ἐξωτερικόν; καὶ ἐζήτησε πρὸς τοῦτο ἀπόκρισιν. Ἀναστάντες δὲ οἱ ἐκλελεγμένοι τῶν Λατίνων καὶ πλησιάσαντες τῷ πάπᾳ, καὶ συνδιασκεψάμενοι ἐφ' ἱκανὸν μετὰ τῶν Καρδηναλίων, καὶ τινῶν ἐπισκόπων ἐκάθισαν, καὶ δέον ἀπολογηθῆναι πρὸς τὴν ἐρώτησιν τοῦ Νικαίας ἢ καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ λόγους. οἱ δὲ οὐδὲν ἀπεκρίναντο περὶ τούτου. μόλις δέ ποτε ὁ Ἀνδρέας δεξάμενος, πρόσφορον μὲν τι οὐδὲν εἶπε, περιττολογίαις δὲ κεναῖς συγχέας τὸ ἀκροατήριον, καὶ τὴν τεταγμένην ὥραν ἐπὶ ματαίῳ παρακρουσάμενος, διέλυσε τὸν σύλλογον.

Τῇ δὲ ὀγδόῃ τοῦ Νοεμβρίου ἡμέρᾳ σαββάτου, γέγονε συνέλευσις θ, καὶ εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Φρουλιένσης ἀντίρρησιν τῶν παρὰ τοῦ Νικαίας εἰρημένων ἐγγράφως ταύτην κατέχων κἀκ τοῦ σχεδίου ὁρῶν, καὶ λέγων ἡμῖν διὰ τοῦ ἑρμηνέως, ὃς καὶ πρὸς σύστασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων τὸν Αὐγουστῖνον προεβάλλετο, καὶ τὸν μποναβεντοῦραν. πάλιν τῇ ια΄ τοῦ Νοεμβρίου ἡμέρᾳ ἐγένετο συνέλευσις ι, ἐν ᾗ κατεσκεύαζε, καὶ συνεπέραινεν ὁ Ἰουλιανὸς ὅτι τὰ κωλύματα τῶν ὅρων ἑτέραν πίστιν κωλύουσι προστεθεῖναι ἤγουν ἐναντίαν, οὐ μὲν τὴν ἀληθῆ, οὐδὲ τὴν ἀνάπτυξιν. ἡ γὰρ ἀνάπτυξις οὐκ ἐστὶ προσθήκη.

Sect. VI. Cap. XXI.

Sed Novembris in ipsissimis Calendis, quæ in diem Sabbathi inciderunt, septima Synodus occœpit: in quâ Nicænus proposita ab Andræâ, forti oratione ac facundâ perstrinxit: Quæ cuncta solerti meditatione postmodum recollecta Doctor Scholarius scriptis commendavit, unam Copiam Imperatori communicans, alteram ipsi Nicæno, qui eadem memoriter anteà recitaverat: Sed cum Nicænus in longum eloquii fimbrias dilataret, nonnulla à fine amputavit, prudenti dispensatione in futuram sessionem seponenda, quæ subsecuta est die Martis proximo ejusdem Mensis quarto: Et tum Nicænus complevit quæ in superiori sessione reliquerat, evertens à fundamentis quæ præstruxerat Andræas, & in hanc quæstionem ultimum devolvens Orationis Epilogum: Interrogavit enim: An isti sanciti Canones, seu determinationes Oecumenicarum Synodorum ad fidei symbolum debeant spectare, an etiam ad alia quævis forensia? & responsum efflagitavit: At Latinorum Electi, surgentes è subselliis, ad thronum Papæ appropinquarunt, ubi cum aliquamdiu hæsissent in Concilio juncti aliquibus Cardinalibns ac Episcopis, ad loca denuo reverterunt: Et cum illis incubuisset, dilemmati Nicæni, reliquisque ejus ratiocinatiobus responsa attribuere, ad quæstionem planè obmutuerunt: Dummodo Andræas præhensâ loquendi ansâ Orationem profudit, futilem & ineptam, & nescio quibus historiolis superfluis totum auditorium fatigavit, residuumque temporis sibi soli inutiliter suffuratus, conventum postremo clausit.

Octavo Novembris qui fuit dies Sabbathi ad nonam sessionem concursum est: quando loquendi vices sibi vendicavit Episcopus Forojuliensis, in confutationem eorum, quæ Nicænus consarcinârat: sed dicenda in philyram descripserat, in quam sæpe oculum rejecit, dum nos per interpretem alloqueretur: qui assertionibus patrocinandis, Augustinum nobis objecit, & Bonaventuram. Novembris undecimo, & Martis die, iterum coiere ad sessionem decimam, quam Julianus hac distinctione coronavit. Prohibentia in generalibus Conciliis vetant, aliam fidem addi vel interpolari diversam ab hac verâ, vel contrariam: sed nihil statuunt in præjudicium veræ, aut contrà veræ explicationem, & nulla explicatio est additio. Hæc ubi dixisset, nostros hortatus est, ut ablegatâ hac controversiâ, an licuerit symbolo addere, ad ipsum dogma ventilandum transeant: An reapse verum sit, Spiritum Sanctum à Filio procedere, an falsum? & si falsum esse demonstrabunt, tum & ipse Filioque additionem esse fatebitur:

θήκη. καὶ ἀπήτησεν ἵνα καταλείψωμεν τὸν περὶ τοῦ οὐκ ἔξεστι προσθεῖναι λόγους, καὶ χωρήσωμεν πρὸς τὸ εἰ ἀληθές ἐστι τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, εἴτε ψευδὲς καὶ εἰ μὲν ψευδὲς ἀποδειχθῇ, τότε ὁμολογήσει καὶ αὐτὸς, ὅτι ὄντως προσθήκη ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. εἰ δὲ χρήσιμον φανῇ καὶ ἀληθὲς ἔσται ἀνάπτυξις.

Τῇ ιή τοῦ Νοεμβρίου ἡμέρᾳ γ´ ἐγένετο συνέλευσις ιά. καθ᾽ ἣν ὁ Πνευματικὸς, καὶ ὁ Ἀμηρούντζης μεθ᾽ ἑτέρου τινὸς ἀπελθόντες, ἐκάθισαν ἐν τῇ ἀνατολικωτέρᾳ γωνίᾳ τοῦ τρικλίνου ὄπισθεν μὲν πάντων καὶ πόῤῥω ἀπέναντι δὲ τοῦ Ἐφέσου, τὰ παρ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα εἰρωνευόμενοι, καὶ ὑπ᾽ ὀδόντα γελῶντες τε καὶ ἐμπαίζοντες. οὕτω συνηγόρουν, καὶ συνηγωνίζοντο οἱ ἡμέτεροι τῷ τῆς ἡμῶν ἐκκλησίας προασπιστῇ, ἐν τῷ σταδίῳ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνιζομένῳ.

Ὅμως ὁ Ἐφέσου ἤρξατο ἐπιχειρεῖν πρὸς τὰ παρὰ τοῦ Ἰουλιανοῦ εἰρημένα, καὶ πρὸς πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν τὸν λόγον προήγαγε. καὶ ἀπήτει τὸν Ἰουλιανὸν ἀποκρίνεσθαι. ὁ δὲ ἐκ μέρους ἐξέφυγε. εἰ δὲ καὶ ἀπεκρίνετο, εἰς μῆκος τὰς ἀποκρίσεις ἐξέτεινεν, ἵνα λεληθότως τὸ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν κωλύσῃ. ἐγένετο οὖν μετ᾽ αὐτοῦ διάλεξις μεγάλη διὰ τὸ ἀσύμμετρον τῶν λόγων τοῦ Ἰουλιανοῦ, ἐν οἷς καὶ ἀπήτησε πάλιν ἵνα ἐάσωσι τὸν περὶ τῆς προσθήκης λόγους, καὶ μεταβῶσιν εἰς τὸν περὶ τῆς δόξης. καὶ εἰς τοῦτο τὸν λόγον κατέπαυσε. τῇ κζ τοῦ Νοεμβρίου ἡμέρᾳ έ ἐγένετο συνέλευσις, καὶ ἦλθον πρέσβεις τοῦ ῥηγὸς τῆς μπουργουντίας εἰς προσκύνησιν τοῦ πάπα. οἱ καὶ ἦσαν ἐπίσκοποι δ´, ἀρχιδιάκονος εἷς, καὶ ἄρχοντες καβαλλάριοι δύο καὶ ἕτεροι μετ᾽ αὐτῶν Ἱερομόναχοι καὶ κοσμικοί.

bitur: sin minus, semper æstimabit ut perutilem articuli interpretationem.

Decimo octavo Novembris die Martis sessio undecima est habita, in qua Pœnitentiarius & Ameruntza cum tertio quodam, sua subsellia deserentes vacua, in angulum immigrarunt, ad terga quam fieri potuit, & à conspectu aliorum, sed rectà in vultum Ephesii: ut singula ab eo pronuntiata cavillis gestibusque ridiculis, sub rosa ut ajant, & compressis labiis ad scommata detorqueant, & turpiter ludificentur: His tutelis ac patrociniis nostri homines primarium Ecclesiæ nostræ propugnatorem adjutarunt, in ipsâ arenâ pietatis studium decurrentem.

Ephesius nihilominus cœpit omnia à Juliano prolata confutare, ac in percontationes dicendi formam compegit, ipsumque Julianum ad respondendum singulis provocavit; qui magnâ ex parte fastidium subterfugit: vel si responsionem dignatus est, in eam verborum multitudinem de industriâ exundavit, ut omnes metas stricte agendi per quæstiones ac responsa penitus obruerit. Producta valde hæc duravit sessio, propter immensam prolixitudinem eloquentiæ Julianææ. Conclusit tamen, sicut anteà, nostros exorans, ut omissa hac de additamento quæstione, ad ipsum dogma pervestigandum habenas flecterent, & sic orationem terminavit. Vicesimo septimo Novembris, qui fuit dies Jovis, sessionem duodecimam adornarunt, quando Legati à Duce Burgundiæ ad Papam adorandum Synodum intravere, Episcopi quatuor, unus Archidiaconus, duo primarii equites aurati cum diversis aliis in comitatu, sacris ordinibus initiati Monachi, laicique.

τμῆμα ς´. Κεφ. κβ´.

Ὁ οὖν τρίκλινος εἰς ὃν ἐγίνοντο αἱ σύνοδοι ἦν διῃρημένος διὰ κιγκλίδων. καὶ ἔσωθεν πλησίον τῶν κιγκλίδων, καὶ κύκλοθεν ἐκεῖντο σκίμποδες. ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ διαστημάτων ἐν τῷ μεταξύ. ἡ δὲ θύρα τῶν κιγκλίδων ἦν ἀπὸ τοῦ μέρους οὗ ἐκάθητο ὁ βασιλεύς. ἀπὸ τούτου οὖν τοῦ μέρους ἦν ἡ δίοδος, καὶ διήρχετο μέχρι τοῦ βασιλικοῦ θρόνου: κἀκεῖθεν ἐστρέφετο, καὶ δι-

Sect. VI. Cap. XXII.

Triclinium in quo Synodum celebrabant, portis cancellatis distinguebatur: & intus usque ad cancellorum valvas subsellia pertingebant, uti & in mediâ areâ per certas distantias: Et primùm ad valvas patebat introitus, à regione quâ consederat Imperator, ad cujus thronum ab introitu erat transitus, & ab ejus throno ad solium Papæ obliquè vertentes per scamna disputantium facile perveniebant: nec aliunde datum fuit, quam per istum introitum ab ordi-

ni-

διήρχετο μεταξὺ τῶν σκάμνων τῶν προσδιαλεγομένων, καὶ ἔληγε μέχρι τοῦ παπικοῦ θρόνου. τὰ δὲ ἕτερα μέρη ἐκεκώλυντο διὰ τῶν σκάμνων καὶ τῶν προσκαθημένων. ἐτέτακτο δὲ καὶ εἷς ἐκ τῶν λατίνων καμίσιον λευκὸν ἐνδεδυμένος, εὐτακτεῖν ἐν ταῖς συνόδοις καὶ ὁδηγεῖν τοὺς εἰσαγομένους. εἰσελθόντας οὖν καὶ τοὺς εἰρημένους πρέσβεις προοδοποιήσας ὁ δηλωθεὶς διεβίβασεν αὐτοὺς διὰ τῆς διόδου μέχρι καὶ τοῦ βασιλέως. κἀκεῖθεν στραφεὶς εἰς τὸν πάπαν προσῆξεν αὐτούς. μήτ' αὐτὸς ὑποδείξας ἐκείνοις πρόσχημά τι τιμῆς ἀπονεῖμαι τῷ βασιλεῖ, μήτ' ἐκεῖνοι οἴκοθεν τὸ τυχὸν σχηματισάμενοι αὐτοῦ σέβας. ἀλλ' ὁρῶντες μόνον αὐτὸν, ὅτι ἐγγύς που παρῆσαν εὐθὺς ἐστρέφοντο καὶ τῷ πάπᾳ προσήρχοντο. προσεκύνησαν οὖν καὶ ἠσπάσαντο πάντες τὸν πόδα, τὴν χεῖρα, καὶ τὴν παρειὰν τοῦ πάπα, καὶ δεδώκασι αὐτῷ καὶ γράμματα τοῦ ῥηγός. εἶτ' ὡδήγησε, καὶ ἔστησεν αὐτοὺς ὁ δηλωθεὶς εἰς σκάμνον κείμενον ἐν τοῖς κιγκλίσιν οὗ στάντες προσεφώνησαν ἐγκωμιαστικῶς τῷ πάπᾳ ὥραν ἱκανὴν, καταναλωθείσης δὲ τῆς τεταγμένης ὥρας ἀνέστησαν.

Οὔτε δὲ πρῶτον, οὔθ' ὕστερον προσεκύνησαν, ἢ ὅλως προσῆλθον τῷ βασιλεῖ, ὃ καὶ μεγάλην λύπην προὐξένησεν αὐτῷ. συνέρρευσαν γὰρ καὶ πλήθη λατίνων τε καὶ γραικῶν ἰδεῖν τοὺς πρέσβεις πῶς προσελεύσονται τῷ πάπᾳ καὶ τῷ βασιλεῖ, ὁ γὰρ πατριάρχης οὐ παρῆν νόσῳ κατασχεθείς. δεινὸν οὖν τι ἐνόμισαν πάντες τὴν τοσαύτην τοῦ βασιλέως περιφρόνησιν, καὶ ὁ βασιλεὺς σφόδρα ἐλελύπητο ἐπὶ τῷ πάπᾳ διὰ τοῦτο. ἔλεγε γὰρ, ὡς ἔδει τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν ἀποδοθῆναι κἀμοὶ, καὶ γράμμα παρὰ τῶν πρεσβέων. ὁ μαθὼν ὁ πάπας εἶπεν ὅτι ἐμοὶ προσῆλθον, ἐπεὶ καὶ εἰς ἐμὲ ἀπεστείλησαν. οἱ πρέσβεις δὲ εἶπον ὅτι οὐκ εἴχομεν γράμμα πρὸς τὸν βασιλέα διὸ οὐδὲ ἐδώκαμεν. ὅμως ὁ βασιλεὺς ἐκάθητο ἀργῶν, καὶ τὰς συνελεύσεις μέχρις ἂν γένηται εἰς αὐτὸν θεραπεία. ἀναγκασθέντες οὖν ἐποίησαν γράμμα πλαστὸν δοῦναι τῷ βασιλεῖ. τινὲς οὖν τῶν ἡμετέρων συνεβούλευον παραιτήσασθαι τοῦτο, ἐπεὶ διεφημίσθη τὸ πλάσμα πολλοῖς. ἢ, εἰ οὐ παραιτεῖται, ἵνα διακομίσωσιν οἱ δὲ

peratorio ad Papæ thronum permeare: loca reliqua tot ſcamnis, ſeſſorumque ordinibus erant impedita: ita ut è Latinis quendam linteatum veſte ſuperpelliceâ toti areæ præfecerint, qui ſedentium choros compeſceret in ordinem, & per iſtum callem adventantes ad Papam manuductaret: Legatis igitur Burgundicis Synodum ingreſſis, viam præſtruens camiſatus ille, per iſtum ab introitu brevem tranſitum, uſque ad Imperatorem, & illinc flectentes in ſiniſtram ad Papam deduxit: Et nec ipſe qui præivit, reverentiæ ergà Imperatorem ullam ſpeciem exhibuit, quam legati imitandam prehenderent, nec Legati à ſuâ indole, aut patriæ inſtitutis, ullum cultus indicium effinxere: ſed injectis tantum oculis ut præteriere contemplati ſunt, & occœptum tramitem ad Papam tenuere: Cui cum appropinquaſſent, cuncti ad oſculandum pedem, & manum, genamque admittuntur: & literas ſui Ducis tradidere. Inde diducti per miniſtrum in linteo, ad ſuggeſtum in proximis valvis conſiſtens, erecti in pedes Encomiaſticam orationem ad Papam explicuere ſatis amplam, & cum clepſydra effluxiſſet ſurrexere.

Sed nec intrantes, nec exeuntes Imperatori ullam honoris aut reverentiæ ſignificationem monſtrarunt: nec in conſpectum poſteà prodire dignati ſunt, quod Imperatori acerbiſſimum mærorem inflixit: Nam tota fermè Synodus Latinorum Græcorumque concurrerat ſpeculatum, quibus ceremoniis Papam & Imperatorem Legati adorirentur, Patriarcha enim tum forte aberat, morbo decumbens. Obſtupenda res interim viſa eſt omnibus, & pro portento habebant, hanc Imperatori factam deſpicientiam; quam & Imperator ipſe ægerrimo verſavit animo, multumque in Papam excanduit: Nam & palam profeſſus eſt, venerationem perſonæ meæ debitam perſolvere Legatos oportuiſſe, literaſquè inſuper tradidiſſe: Quod ubi Papæ innotuit, ad ipſum miſſus dixit, ad ipſum perveniſſe probe functos muneribus: Et Legati pro ſe reſponderunt: Tradere Epiſtolas Imperatori non potuimus, cui nullas apportavimus: Imperator autem fremens, æſtuanſque conſedit: Nec ulterius ſeſſionibus indultum voluit, donec ſibi facta eſſet honoris læſi reſtitutio: Quare coacti ſunt fictitiam commentari Epiſtolam Imperatori obferendam: quam plerique noſtratium ſuaſerunt ut Imperator omnino rejiceret, quando jam fraus ac dolus omnium ſermone percrebeſceret, vel ſi penitus repudiare nollet, juberet ſaltem, ut ipſi proprio in palatio donetur: At Imperator omnino publicè, præſentibus & Papa & ipſo, omnibuſque patribus in Synodo Cathedras occupan-

πρέσβεις τὸ γράμμα πρὸς αὐτὸν εὑρισκόμενον ἐν τῷ δοθέντι αὐτῷ παλατίῳ. ὁ δὲ ἀπήτησεν ἵνα παρόντος τοῦ πάπα, καὶ αὐτοῦ, καὶ πάντων ἐν ταῖς συνοδικαῖς καθέδραις ἐκεῖσε προσενέγκωσιν αὐτῷ καὶ τὸ γράμμα. ὃ καὶ γέγονε μεθ' ἡμέρας τινάς.

Παρῆν μὲν γὰρ ὁ πάπας, καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ πάντες ὅσοι εἰς τὴν σύνοδον συνηθροίζοντο ἄνευ μόνου τοῦ πατριάρχου. ἦλθον δὲ οἱ πρέσβεις οὐ πάντες, καὶ προσάξαντος αὐτοὺς τῷ βασιλεῖ τοῦ τὴν τάξιν ἔχοντος, ὡς εἴρηται μετρίως προσεκύνησαν αὐτὸν, καὶ δεδώκασιν ἁπλῶς τὸ πιττάκιον, μήτε οἴκοθεν, μήτε ἐκ τοῦ ῥηγὸς αὐτῶν ὅλως πρόσρησιν ἐπειπόντες, καὶ δεδωκότες εὐθὺς ἀπῆλθον. οὐδὲ ἐν τῇ συνόδῳ κινηθέντων ὅλως λόγων οὔτε πρὸ τοῦ ἐλθεῖν, οὔτε μετὰ τὸ ἀπελθεῖν ἐκείνους. ταχέως δὲ συνήλθομεν καὶ ἀπήλθομεν, ὃ καὶ μᾶλλον εἰς κατάγνωσιν γέγονε καὶ αἰσχύνην. ἔδοξε γὰρ ὅτι ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν πάπαν, ἵνα παρουσίᾳ τούτου δέξηται πιττάκιον ἀνὰ χεῖρας. ὃ καί τις τῶν ἐπιφανῶν ἀρχόντων εἰ ἐποίει μεμπτέος ἂν ἦν. γεγόνασι καὶ ἕτεραι β ἢ γ συνελεύσεις. εἶτ' ἐπαύσαντο. ἀπῄτουν δὲ λέγειν περὶ τῆς δόξης.

pantibus sibi tradi postulavit: quod post aliquot dieculas præstitum fuit.

Cum enim Papa adesset Synodo, & Imperator, & quotquot Synodum implere consueverunt, excepto solo Patriarcha, Legati triclinium subintrarunt, aliqui non omnes qui per Ministrum linteatum, cujus ad officium id pertinebat, ut antea memoratum est, adducti ad thronum, Imperatorem mediocri inflexione salutarunt: & cum Epistolium cerâ obsignatum ei in manum porrexissent, terga vertentes abeunt: Nec syllabam adjiciunt valetudinis impertitæ vel ab ipsis legatis, vel à suo principe: Quin & tota Synodus conticuit, nec antequam legati intrassent ad Imperatorem, nec postquam abiissent ullum ullius sermocinationis murmur auditum est inter patres, sed ut repente convenimus ita discessimus: quod majorem nobis pudorem, & infamiam accendit: Visus est enim nonnullis Imperator occultò Papam sollicitasse, ejusque emendicasse præsentiam, quâ breviculum illud in manum honestè prensaret. Quod si quis è conspicuis magnatibus admisisset, merito quidem vapulasset: Sessiones subinde binæ tresve subsecutæ sunt, & posteà irraucuere: Latinis id unicum semper obstrepentibus, linquendum Additamentum, & dogma ipsum pervestigandum.

τμήμ. ς. Κεφ. κγ.

Συνήρχοντο δὲ ἐν ταῖς διαλέξεσι, καὶ τινες τῶν ἐρημιτῶν, καὶ ἀπροΐτων μοναχῶν. ἐξερχόμενοι τότε διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῶν διαλέξεων. ὡς οὖν ἤκουσαν τὰ παρὰ τῶν ἡμετέρων εἰρημένα,, ἔλεγον ὅτι ὁμολογουμένως οἱ γραικοὶ τῆς ἀληθοῦς ἀντέχονται πίστεως. καὶ τὰ ὑγιῆ τετηρήκασι δόγματα. τούτου δὲ διαφημιζομένου δεινὸν ἡγησάμενοι οἱ τῆς κούρτης εἰ οὕτως πλατύνοιτο, προσκεκληκότες τοὺς μοναχοὺς εἰς τὴν κούρτην εἶπον αὐτοῖς. ὑμεῖς ἐστε μοναχοὶ, καὶ οἴδατε τὰ περὶ τῆς μοναχικῆς πολιτείας, καὶ περὶ τῆς τοιαύτης διαγωγῆς, περὶ δὲ θεολογίας οὐκ οἴδατε. ἀλλ' οἴδασιν αὐτὰ οἱ τὴν θεολογίαν πεπαιδευμένοι. διὰ τοῦτο ὁρίζει ὁ πάπας, ἵνα σιωπᾶτε, καὶ μὴ ταράττετε τὸν λαόν. ἐπεὶ οὐκ οἴδατε λέγειν τι περὶ

Sect. VI. Cap. XXIII.

Fortefortunâ Synodo intererant nonnulli Eremitæ, & Monachi ex ordine Anachoretico, qui tum pedem extra limen cœnobiorum promoverant, ad dissertationes audiendas: qui cum argumenta à nobis prolata auribus percepissent, dixerunt, Græci dubio procul veram propugnant fidem, & huc usque dogmata sana retinuerunt: Quod ubi percrebuit in Curiâ, aulici Papales rati valde pernitiosum fore, si id à Monachis in vulgum serperet, accersitos in Curiam Monachos sic objurgarunt: Vos estis hominum genus segregatum in claustra, satis edocti cucullorum usum, & in asceticis institutis exercitati: at supremæ sapientiæ ne prima didicistis elementa, quæ tantum sciri Theologiam professis permittuntur: Quare hæc vobis mandat Papa, linguas compescite, nec populum infestate. Appagite in Theologiâ neophytis indoctiores. Atque ita ludibrio castigatis silentium imposuere.

περὶ τῶν θεολογικῶν. καὶ οὕτως ἔσκωψαν καὶ κατεσίγασαν αὐτόν.

Μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἦλθεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν πατριάρχην. συνῆξε δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς, ἡμᾶς τε, καὶ τοὺς ἡγουμένους, καὶ προέτεινεν ὅπως ζητοῦσιν οἱ λατῖνοι καταλιπεῖν τὰς περὶ τῆς προσθήκης διαλέξεις, καὶ διαλέγεσθαι περὶ τῆς δόξης. ἐπεὶ οὖν ἱκανῶς διελέχθητε περὶ τῆς προσθήκης, σκέψασθε εἰ δεῖ καὶ ἡμᾶς ποιῆσαι, ὃ νῦν ζητοῦσιν. εἶπον οὖν οἱ ἡμέτεροι, ὅτι οἱ λατῖνοι ὁρῶντες τὸ κεφάλαιον τοῦτο ἰσχυρὸν ὂν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ μὴ ἔχοντες προσφόρους ἀπολογίας πρὸς τοῦτο, ἀποδέχονται ἐκβαλεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τούτου, τὸ ἴδιον συμφέρον πραγματευόμενοι. δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς ἀντέχεσθαι τοῦ ἡμετέρου συμφέροντος, καὶ μὴ παραιτήσασθαι τὴν ἡμετέραν ἰσχύν. ὁ Πνευματικὸς δὲ μόνος εἶπεν, ὅτι ἐπεὶ οἱ λατῖνοι καὶ ὁ Ἰουλιανὸς ἀπῄτησαν τὸ ζήτημα τοῦτο, ζητηθήσεται καὶ παρὰ τοῦ πάπα, καὶ δοθήσεται ἐξ ἀνάγκης. βέλτιον οὖν ἐστὶ δοθῆναι νῦν τοῦτο, εὐκόλως παρ' ἡμῶν καὶ μετ' ἐλευθερίας, ἢ ὕστερον μετ' ἀνάγκης.

Ἀλλὰ ἐνταῦθα χρὴ καὶ τὸ ποικίλον τε καὶ πολύτροπον δηλῶσαι τοῦ Πνευματικοῦ. οὗτος γὰρ ὁ κῦρος Γρηγόριος, μετὰ τὸ περιμεῖναι ἡμᾶς δύο μῆνας ἐν τῇ Φεραρίᾳ ἐπεὶ ἑώρα τοὺς ἡμετέρους ταλαιπωροῦντας καὶ πάσχοντας, καὶ μάλιστα τοὺς ὑποδεεστέρους ἐλέγετο δὲ ὅτι, καὶ ὁ Ἀμηρᾶς ἑτοιμάζεται ἐλθεῖν κατὰ τῆς πόλεως. καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἠλέει, καὶ συνήλγει τοῖς ταλαιπώροις, ὑπὲρ αὐτῶν τε καὶ τῆς πόλεως ἔλεγεν ἀεὶ πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ πᾶσι τρόποις παρεκίνει καὶ ἐπείθετο προνοεῖσθαι, καὶ τῶν ἐν τῇ ξενιτείᾳ ταλαιπωρούντων, καὶ τῆς πατρίδος αὐτῆς. ἐν τῷ λέγειν οὖν τὰ τοιαῦτα πολλάκις πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ φορτικὸς φαίνεσθαι, εἶπε μετὰ τῶν ἄλλων. ὅτι μέχρις ἂν βλέπῃ τοὺς ἀνθρώπους πάσχοντας, καὶ ὡς ἄνθρωπος λαλεῖν μέλλει, καὶ ὡς ὄνος καὶ αὐτὸς ὀγκᾶσθαι, καὶ ὡς κύων ὑλακτεῖν, καὶ ὡς ἀλέκτωρ κοκκύζειν, καὶ οὐ παύσεται βοῶν τὰ συμφέροντα.

Δια-

Verum post breve aliquot dierum intestitium, Imperator adiit Patriarcham, secum trahens in comitatu Archiepiscopos, nos crucigeros, & cænobiarchas: ubi id nobis subinnuit: Latinos multum expetiscere, ut à contentionibus de Additamento, ad ipsum dogma jam tandem progrederemur: Quare si satis hanc incudem contuderitis, jam expendite, si Latinis etiam possitis hoc postulatum gratificari. Nostri vero Imperatori regerebant: Latini rerum suarum providi & in utilitate sibi procurandâ perspicaces, ubi vident hunc articulum validum esse pro nobis, nec inveniunt, quâ responsione idoneâ eundem aut eludant aut evertant, cupiunt nos ab hac arce inexpugnabili abducere: igitur & nos si sapimus, pari studio decet nostra emolumenta prehensare, nec præcipuum robur nostrum aut clavam è manibus extorqueri patiamur. At Gregorius Pœnitentiarius, solus in contrariâ stetit sententiâ, Latinis ultro concedendum esse quod postulant: Nam si Latini & Julianus petierint, & si Papa pro autoritate suâ intercesserit, tum quòd denegatis Imperium avellet: Igitur præstantius erit, jamjam promptè ac liberaliter concedere, quam detinendo cogi.

Sed libet hic nostri Pœnitentiarii versatile ingenium, ac versipellem indolem depingere: Hic enim noster Gregorius, cum vix duobus mensibus Ferraræ consumptis, videret nostros homines in maximas angustias indies proruere, adversa quævis pati, maximè quibus erat conditio tenuior: tunc etiam fama civitatem Ferrariensem pervaserat, de suscipiendâ brevi ab Amurathe expeditione adversus Constantinopolin: Hic (inquam) Gregorius, verâ pietate & commiseratione contactus eorum planctibus indoluit, & nunquam destitit Patriarcham expergefacere, Imperatorem commonere: meminerit despectissimorum peregrinantium in alienâ gente, nec suæ patriæ obliviscerentur: & cum hæc singulis diebus ingeminando importunus Patriarchæ videretur, inter alia dixit, quamdiu homines contueretur miseriis quotidianis obrui, se omnium, creaturarum vocem edere velle, eboare cum homine, rudere cum asino, ut canis latrare, crocitare ut Gallinaceus, & hæc in suorum hominum solatia & emolumenta exprimere.

Atque ab his pietatis indiciis in principio multorum in se benevolentiam pellexit: & Pœnitentiarii nomen omnium ore insigniter celebrabatur, cumque propemodum universi ingenti honore, singulari caritate, & faustis acclamationibus undique prosequebantur: Quin ini-

Διὰ γοῦν τῶν τοιούτων πρῶτον μὲν ἐπεσπάσατο τὴν εὔνοιαν τῶν πολλῶν, καὶ ἐν τῶν πάντων στόμασι ἐξόχως ἦν τὸ ὄνομα τοῦ Πνευματικοῦ. καὶ πάντες μετὰ μεγάστης τιμῆς καὶ ἀγάπης, καὶ εὐφημίας αὐτῷ προσήρχοντο. ἔλεγε δὲ τὴν ἀρχὴν καλῶς, καὶ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων, καὶ τὰ δέοντα συμβουλεύειν ἐδόκει, καὶ συναγωνίζεσθαι. μετὰ δὲ τῷ ἑλκύσαι τοὺς πολλοὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἤρξατο, σκώπτειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ μάλιστα ὅτε συνέβαινεν εἰπεῖν τινὰ ἐξ αὐτῶν τι περὶ ἐκκλησιαστικοῦ ζητήματος. προβαλλόμενος ὅτι οὐκ ἔξεστιν αὐτοῖς λέγειν εἰς τὰ τῆς ἐκκλησίας ζητήματα. οὐδὲ προσήκει ἡμῖν παραχωρεῖν αὐτοῖς ὅλως λέγειν εἰς ταῦτα. ἔσκωπτεν οὖν αὐτοὺς θρασέως καὶ ἀναιδῶς παρόντος τε καὶ ἀπόντος τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου. οἱ δ᾽ αἰδούμενοι ἐσιώπων. εἶτα ὁδῷ προβαίνων τὰ αὐτὰ, καὶ εἰς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ εἰς τοὺς ἄρχοντας τῆς ἐκκλησίας ἐποίει, πῇ μὲν σκώπτων, πῇ δὲ εἰρωνευόμενος. ἄλλοτε δὴ ὀνειδίζων καὶ προαρπάζων τοὺς λόγους, καὶ ἀντιλέγων πρὸ τοῦ ἀποδοῦναι τὸν λέγοντα τὸ ἴδιον βούλημα, καὶ οὕτω πῶς ἀναγκάζων αὐτὸν καὶ ἄκοντα σιωπᾶν. διὰ γοῦν τῶν τοιούτων τρόπων καὶ μεταχειρίσεων διεπραγματεύσατο πάντων τὴν σιωπήν. καὶ ὅτε μὲν αὐτὸς ἔλεγε εἰς πλάτος ἄμετρον τοὺς ἰδίους ἐμήκυνε λόγους, καὶ συνεπέραινεν ὡς ἐβούλετο, καθὼς ἤθελεν. ὅτε δ᾽ ἔλεγεν ἕτερος προελάμβανε τὸν αὐτοῦ λόγον, καὶ συνέχεε, καὶ ἐκώλυε συμπερᾶναι τὸ αὐτοῦ βούλημα. ἀντειπεῖν δέ τις αὐτῷ οὐκ ἐτόλμα, δεδιὼς τὰ αὐτοῦ ἰταμώτατα σκώμματα. διὰ τῶν τοιούτων οὖν ποικίλων τρόπων καὶ λόγων ἔπραττεν ἃ ἐβούλετο. ἀλλ᾽ ἕως ἔτι ὑγιῶς εἶχε περὶ τὰ δόγματα, ἦν σύμβουλος τῷ πατριάρχῃ καλῶν. οὐδὲ γὰρ δίκαιον εἴ τι καὶ καλὸν εἶχε σιωπηθῆναι. ἐπειδὴ πανταχοῦ τἀληθῆ προειλόμην γράφειν.

Ἔλεγε τοίνυν πολλάκις τῷ πατριάρχῃ. οὐκ ἐστὶ καλὸν καθῆσθαι ἡμᾶς ἀργούς. δέον ἐστὶ σκέπτεσθαι, καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων, καὶ περὶ τὰ πλὴν τῶν περὶ τῆς προσθήκης διαλέξεων.

initio rectè tractare dubia Eccleſiaſtica, & conſiliis noſtris opportuna valde proferre, & concertationibus utilis accedere conſuevit: Sed poſtquam multitudinis gratiam ſibi conciliaſſet, cœpit Proceres deſpectui habere, præcipuè ſi quis eorum, in propoſitâ à Theologis controverſiâ vel muſſare auderet: Negotium, ad interdictum revocans, quaſi ſcelus foret, ſi Proceres vocem emitterent in rebus ad Eccleſiam pertinentibus, nec minus impium ſi Eccleſiaſtici loqui Proceres paterentur: Et Proceribus ſtrenuè aliquoties ac impudenter oblatrabat, Imperatore & Patriarchâ non minus præſentibus quam remotis: at illi præ verecundiâ obmutuere: Nec abſtinebat dum in platæa incederet, Epiſcopis & Proceribus Eccleſiæ ſalſa & inurbana dicteria ingerere, aliquando apertâ ſannâ eos laceſſens interdum Ironicâ ſycophantiâ: hunc probris increpans, illum interpellans inter loquendum, & ſæpe reſponſa effingens in contrarium priuſquam alter dicenda exponeret, atque ita hominem vel invitum ad ſilentium adigens: quin & his moribus, tractandique modis ita prævalebat, ut omniumlinguas conticere docuerit: interea ſibi metipſi, quid non immenſæ licentiæ arrogavit? Cum loqueretur in infinitum ſermones produxit: declamavit non ad horam aut clepſydram, ſed ad menſem ſi libuit: peroravit ut voluit, definivit quicquid voluit, & quando voluit terminavit: ſed alium occipientem loqui, dicendo antevertit, interrupit, præpediit ad exitum perducere: litem vero cum illo conteſtari, aut omnino contradicere nemo ſanæ mentis audebat, propter venænata verborum ſuorum ſpicula, & ſcommatum, temerariam ac præcipitem impudentiam: Atque his naturæ volubilis ac ſubdolæ præſidiis facillime impetrabat in quodcunque mentem admoviſſet: Nihilominus quamdiu integer perſtitit religionis, ſemper fuit autor extimulandi Patriarcham ad præclara: Nec enim hominis virtutes, ſi quas habuit, diſſimulandæ ſunt à nobis, qui ſempiternas veritati aras conſecravimus.

Enimverò ſæpe Patriarcham ſubmonuit, noſtrum otium non eſſe commendabile, oportet alacrius negotiis invigilare, prenſare conſiliorum occaſiones, ut difficultatum Eccleſiaſticarum nodos, & has de additamento diſſertationes cum laude extricare valeamus: ſed & ſemel coram Nicæno, & meipſo ad Patriarcham hæc verba fudit: Quæſo fac ut hanc ſoporiferam inertiam excutiamus: jube nos in unum cogi ad conſilia captanda, ut proſpiciamus ſi aliquam habeamus libertatem, pro noſtro arbitrio diſpen-

ξεων. εἶπε τῷ πατριάρχῃ παρόντος καὶ τοῦ Νικαίας καὶ ἐμοῦ. παρακαλῶ μηδὲν καθήμεθα ἀργοί. ἀλλ' ἂν ὁρίσῃς καλόν ἐστιν ἵνα σκεπτώμεθα καὶ βουλευώμεθα. δέον οὖν μοι δοκεῖ ἵνα εἰδῶμεν εἰ ἔχομεν χρήσασθαι τινὶ οἰκονομίᾳ, ἢ οὐκ ἔχομεν. καὶ εἰ μὲν ἔχομεν ἔνδοσιν καὶ ἄδειαν παρὰ τῶν ἁγίων χρήσασθαι τῇ οἰκονομίᾳ, ὅπερ ὅσον ἐγὼ νομίζω, οὐκ ἐστὶν ἐνδεδομένον, ὅμως εἰ εὑρεθῇ, φυλαττέσθω παρ' ἡμῖν ἀνέκφορον. εἰ δέ ἐστιν ὅτι οὐκ ἔχομεν ἄδειαν οἰκονομεῖν, εἰς ὃ καὶ μᾶλλον συντίθεμαι, ἀπαγορευθήτω τοῦτο τῷ βασιλεῖ, ἵνα πληροφορηθῇ καὶ ἐκεῖνος, ὅτι οὐχ εὑρήσει παρ' ἡμῶν τινὰ οἰκονομίαν καὶ εἰδῇ πῶς ἂν τὸ πρᾶγμα οἰκονομήσεται, μήποτε θαῤῥῶν εἰς οἰκονομίαν μετέωρα ποιεῖ τὰ συνοδικά. εἰ ὁρίσεις οὖν συναχθήτωσαν ἐνταῦθα οἱ κρείττονες πέντε ἢ ἓξ οἱ δυνάμενοι καλῶς σκέπτεσθαι, καὶ δι' ἐρευνῆς καὶ συζητήσεως ἀκριβοῦς συμβουλευσάσθωσαν, καὶ περιστησάτωσαν τὸ ποιητέον.

Ἔφη πρὸς ταῦτα ὁ πατριάρχης οὐ δεῖ βουλεύεσθαι ἡμᾶς ἀπόντος τοῦ βασιλέως. δόξειε γὰρ ἂν εἶναί τις διαφορὰ μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ ἐκείνου. ἄλλως τε ὅτι ὁ βασιλεὺς εἰσβάλλει καλῶς ἐν τοῖς δὲ τοῖς συνοδικοῖς, καὶ ἀναγκαῖον ἐστι παρεῖναι καὶ αὐτόν. ὁ δὲ Πνευματικὸς εἶπε, τῆς ἐκκλησίας ἐστὶ τὸ σκέπτεσθαι καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων, καὶ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ὀφείλει συγκαλεῖσθαι ἐκ τῶν τῆς ἐκκλησίας τροφίμων τοὺς εὐδαιμονεστέρους καὶ συζητεῖν τὰ δέοντα, καὶ βουλεύεσθαι, καὶ οὐ γενήσεταί τις ἐκ τούτου διαφορά. ἔργον γάρ ἐστι τῆς ἐκκλησίας, καὶ αὐτὴ ἐργάζεται τὰ ἑαυτῆς, ὁσάκις ἂν περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν βουλεύεται. ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερον τι δειλιῶ ἔφη, διὸ καὶ ἀναφέρω σοι. ἀκούω ὅτι ὁ πάπας βούλεται μεταβῆναι ἀλλαχόσε. νομίζω δὲ ὅτι καὶ ὁ βασιλεὺς ἔχει εἴδησιν τινα εἰς τοῦτο. εἰ οὖν μεταβῇ ὁ πάπας, καὶ ἑλκύσει καὶ ἡμᾶς πόῤῥωτέρω οὐδὲν καλὸν γενήσεται ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας. ἀλλὰ ποιήσουσι πᾶν ὅτι ἂν ὀρέγωνται οἱ λατῖνοι. διὰ τοῦτο παρακαλῶ βουλεύθητι καλῶς, καὶ περὶ τούτου, καὶ περὶ οὗ προείρηκα. εἰ γὰρ ἀπαγορεύσεις τὰ δύο ταῦτα τῷ βασιλεῖ. ἐν μὲν τὸ τῆς οἰκονομίας, ὅτι οὐκ εὑρήσει ταύτην

παρ'

penſandi negotia, in quaſcunque velimus temporum viciſſitudines, vel non: Et ſi in nobis ſit iſtiuſmodi facultas ab antiquis patribus indulta (quod non memini tamen antehac ab ullis factitatum) verum ſi tale quid reperiatur, id tanquam incommunicabile aliis, in pectorum noſtrorum ſcriniis reſervemus: At ſi nullam reperiemus ab eorum exemplo, autoritatem diſtribuendi rerum momenta (in quam magis propendeo ſententiam) id renuntietur Imperatori, ut certior fiat, in noſtris manibus ſi tam non eſſe tergiverſandi poteſtatem, ut ſe inde ocyus componat, ad ſubeundum quod ſuis partibus incumbit officium: ne dum ipſe nimium fidat, huic quam ſomniat, libertati, in utramque aurem obdormiat, & acta ſynodalia fruſtretur: Quare manda tibi quinque aut ſex prudentiſſimos viros accerſeri, qui ſummo pollentes acumine inquirant, perpendant, conſulant, quid nobis quotidie factu opus ſit.

Ad hæc Patriarcha protinus reſpondit: Non oportere nos privata cogere conſilia abſente Imperatore: nam hoc eſſet interſerere diviſionem, & Imperatorem à nobis paulatim ſegregare, in noſtram ipſorum maximam fraudem: ſi quidem Imperator fœliciſſimè influit in qualiacunque conſilia ſynodalia, & ejus præſentiam non modo deſiderabilem, ſed neceſſariam reddidere tam crebra prudentiæ ſuæ experimenta: At ab Eccleſiâ (inquit Pœnitentiarius) pendet omne jus de Eccleſiæ rebus cum conſilio ſtatuendi: Et tua Sanctitas Eximia debet ad hæc munia promovere, quos ex alumnis Eccleſiæ novit aliis fœliciores inquirere in præſtanda, & conſiliis præeſſe: Nec debet id tua Sanctitas interpretari, quaſi futurum in originem diffidii, aut privilegiorum Imperij violationem. Etenim cum Eccleſiæ opus ſit, non debet ad invidiam trahi, ſi Eccleſia quæ ſua ſunt, procuret, & de Eccleſiaſticis negotiis deliberet: Verum & ab alio diſcrimine multum metuo, & quod me primum impulit id conſilii tuis auribus altius imprimere: Audio Papam decreviſſe aliò Synodum transferre: Et fortaſſe negotii hujus fama hactenus ad Imperatoris notitiam pervenit: Si aliò migrabit Papa, & nos per provincias penitius in Italiam circumducet, nihil boni meditabuntur in noſtram Eccleſiam, ſed de capitibus noſtris decernent, ut volent, Latini: Igitur capeſſe matura conſilia precor & de hoc, & de illo alio quod nuper ſubinnui negotio: ſi enim hæc duo Imperatori inſinuabuntur, primò, nullum habere nos diſpenſandi tempora privilegium, nec tale quid accepiſſe ab antiquis patribus ad

nos

παρ' ἡμῶν. ἐπειδὴ οὐδὲ ἡμεῖς, ὡς οἶμαι ἔχομεν ἔνδοσιν εἰς ταύτην περὶ τῶν ἁγίων. ἕτερον δὲ τὸ τῆς μεταβάσεως, ὅτι ἐνδοτέρω οὐ μεταβησόμεθα, κἂν εἴ τι καὶ γένηται. καὶ ὡς ὁμολογούμενα καὶ ἀμετάποιητα πληροφορηθῇ ταῦτα ὁ βασιλεύς, αὐτὸς πάλιν ἐπιμελήσεται καὶ ἐλευθερώσει ἡμᾶς ἐντεῦθεν, καὶ εἰς τὴν πατρίδα ἐπανασώσει. αὐτὸς γάρ ἐστι φρονιμώτερος καὶ ποριμώτερος πάντων τῶν ἐκεῖθεν ἐνθάδε παραγεγονότων, καὶ διὰ τῆς θαυμαστῆς αὐτοῦ γνώσεως εὑρήσει τρόπους καὶ πόρους δι' ὧν ἐπανασώσει καλῶς ἡμᾶς οἴκαδε.

nos derivatum: Secundo, ut abhorreat à migratione ad interiora Italiæ quicquid in nos contingat adversi, & si hæc duo fixa, immotaque residebunt Imperatori in præcordiis, ipsum subibunt media, quibus hinc nos liberet, & incolumes in patriam perducat: Nam ille solus sagacitate & solertiâ omnibus in unum coactis præcellit, quotquot huc è Græciâ in Italiam permearunt: Et ex admirabili rerum peritiâ & cognitione, quâ fruitur, vias & modos expediet, quibus in patriam revehemur.

τμήμ. ς. κεφ. κδ.

Ὡς οὖν ἤκουσε ταῦτα ὁ πατριάρχης ἔφη ὅτι λέγεις μοι τινὰ ἅπερ ἔχεις ἐξ ὑπονοίας. πῶς οὖν ἂν εἴπω ἐγώ τι τῷ βασιλεῖ, μὴ ἔχων τοῦτο ὁμολογούμενον ἀλλὰ ἐξ ὑποψίας σοῦ, ἢ ἄλλου τινός; ὁ δὲ Πνευματικὸς εἶπεν, οὐκ ἤθελον ἀναφέρειν τι ἢ τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου, ἢ τῷ βασιλεῖ τῷ ἁγίῳ εἰ μὴ εἶχον πρότερον ὁμολογούμενον τὸ παρ' ἐμοῦ λεχθησόμενον. καὶ ἐν τῷ παρόντι οὖν πρῶτον ἐπληροφορήθην παρά τινος τῶν εἰδότων ἀκριβῶς τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως πραττόμενα, καὶ οὕτως σοὶ ἀνέφερον τοῦτο.

Καὶ ὁ πατριάρχης ἔφη, εἰ εἴποις μοι τὸ πρόσωπον, τότε ἴσως ἔχω ἄν τι λέγειν τῷ βασιλεῖ, ἄνευ δὲ τούτου οὐ προσήκει μοι λέγειν, καὶ εἶπεν ὁ Πνευματικὸς τὸ μὲν πρόσωπον, ἀδύνατόν μοι ἐστὶν ἐξαγγεῖλαι, τόδε πρᾶγμα ἐστὶν ὁμολογούμενον: παρὰ γὰρ εἰδότος καλῶς τοῦτο πεπληροφόρημαι. ὅμως φανερόν ἐστι ὅτι ὁ πάπας συμβιβάζεται ἀπελθεῖν ἀλλαχόσε. καὶ εἶπεν ὁ πατριάρχης, τί πρὸς ἐμὲ εἰ ἀπέλθοι ὁ πάπας, ἐπεὶ οὐ διεμηνύσατό μοί τι περὶ τούτου; ἀπελθέτω ὅποι βούλεται. καὶ εἰ διαμηνύσει μοι τότε ἐρῶ, ὅτι οὐδὲ ᾔδειν, οὔτε συνεβουλευσάμην τι περὶ τούτου, διὸ οὐδὲ ἀκολουθήσω σοι. καὶ εἶπεν ὁ Πνευματικὸς, δειλιῶ μήποτε προφθάσῃ ὁ βασιλεὺς, καὶ δώσει λόγον περὶ τούτου τῷ πάπᾳ. εἰ οὖν εὑρεθῇ τότε ὁ βασι-

SECT. VI. CAP. XXIV.

Hæc ut audiit Patriarcha respondit, quæ affirmas non aliunde oriuntur, quam à tuo cerebro nimis suspicaci: Et quâ fronte Imperatori impertiam, quæ non habeam comperta, sed vel à tuâ vel aliorum hominum suspicionibus subornata? Cui Pœnitentiarius, nec sum ego fidei tam inconsultæ, ut audeam quidquam vel tuæ eximiæ Sanctitati, vel Serenissimo Imperatori commemorare, quod non esset communi famâ pervulgatum, & in confesso saltem apud plurimos: Hunc autem rumorem de transferendâ Synodo ut crederem, omnium primus me induxit vir intimæ admissionis, & conscius rerum omnium ab Imperatore præstitarum: quod me in majorem confidentiam erexit hæc tibi manifestandi.

Cui Patriarcha, si nomen etiam viri indicares, & ego fortasse ex eodem rationis tuæ fonte confidentem animum colligerem: At Imperatori orta in triviis pro indubitatis asseverare, neutiquam expediret. Verum Pœnitentiarius, nomen certe viri efferre, me vetat amicitiæ limes interdictus, sed res ipsa clamat, eamque credere à viro tam scientifico, mihi fas esse judicavi: utcumque hoc certissimum liquet, Papa meditatur discessum, & dies noctesque impedimenta convasat: Et quid mea interest, respondet Patriarcha, si Papa discedat? abeat quo cupiat bonis avibus, dummodo mihi nil de discessu mandaverit: Et si mandaverit, dicam, hæc esse nimis præpropera, nihil præcognovi, nec consilia præcepi cum meis, quare nec te subsequar: At illud maximè metuendum, infert Pœnitentiarius, ne Papa sermonibus Imperatorem anticipaverit, ejusque assensum extorserit: tum nos omnes erimus in astipulatione

σιλεὺς προδεδωκὼς συγκατάθεσιν, ἀδύνατόν ἐστιν ἐᾶσαι τινὰ ποιῆσαι ἄλλο, παρ' ὃ ἐκεῖνος συνέθετο· καὶ πρὸ πάντων ἑλκύσῃ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου. ὁ δὲ πατριάρχης ἔφη, πρῶτον δεῖ πληροφορηθῆναί με, ὅτι γίνεται ὃ λέγεις, καὶ τίς ἐστιν ὁ εἰδὼς, καὶ εἰπών σοι τοῦτο. οὕτω δὲ ἁπλῶς λέγειν τῷ βασιλεῖ λόγους κενοὺς οὐ προσήκει μοι. καὶ οὕτω παρεκρούσατο τοὺς λόγους τοῦ Πνευματικοῦ.

Ἕως μὲν οὖν ὑγιῶς ὡς ἔφην διέκειτο, καὶ καλῶς συνεβούλευε, καὶ συνήργει, καὶ διὰ τιμῆς ἦγε πάντας· ὅτε δ' ἄλλην ἐτράπετο τότε καὶ τ' ἀναντία τούτων ἐποίει, καὶ ἔσκωπτε, καὶ εἰρωνεύετο, καὶ ἠναισχύντει· καὶ ὁσάκις εἰς λόγους καὶ συζητήσεις ἐχώρουν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου, αὐτὸς μὲν ὁ Πνευματικὸς ἐπὶ μήκιστον ἐξέτεινε τοὺς ἰδίους λόγους. τῶν δ' ἄλλων τοὺς λόγους προανήρπαζε καὶ συνέστελλε καὶ ἀντέλεγε καὶ ἐνέκοπτε. καί ποτε καὶ ὁ Ἀγχιάλου ἀρξάμενος ὀλίγον τι εἰπεῖν καὶ κωλυθεὶς παρ' αὐτοῦ, ἀγανακτήσας εἶπε Κύριε ἐλέησον. σὺ ἐν πάσαις ταῖς συνελεύσεσι λέγεις λόγους πλείους τοῦ ἔμελλεν ἄρα, καὶ ἰδιοποιῇ καὶ καταναλίσκεις τὸ πλεῖον τῆς ἀποταχθείσης ὥρας εἰς τοὺς λόγους σου. ἐγὼ δὲ ἐν πάσαις οὐκ εἶπον ὅσα τὰ τοῦ πάτερ ἡμῶν εἰσὶ ῥήματα, καὶ κἂν ἄφες μοι ἵνα τελειώσω τὰ δύο ἢ τρία μου λογύδρια. καὶ εὐθὺς εἶπεν ὁ Πνευματικὸς καλῶς λέγεις καλῶς, καὶ λοιπὸν ἵνα σιωπῶ, ἔκτοτε οὖν ἐσιώπα εἰς τὸ φανερὸν καὶ τὸν Ἀγχιάλου ὁρῶν ἔλεγεν ἰδοὺ καὶ ὁ παιδευτής μου. ὕστερον δὲ καὶ ὁ πατριάρχης ηὐχαρίστησε τῷ Ἀγχιάλου, ὅτι ἐκ μέρους συνέστειλεν αὐτόν. καὶ οὐκ ἐπλατύνετο μέχρι τινός. ὅτε δὲ ἤρξαντο λέγειν περὶ μεσοτήτων ἑνωτικῶν τότε καὶ πλέον ἢ πρότερον, καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττε καὶ πάντα τὰ περὶ ἑνώσεως δι' αὐτοῦ συνεσκευάζοντο.

Ἀλλ' ἐπανακτέον τὸν λόγον ὅθεν ἐξέβη. παυσαμένων τῶν διαλέξεων πάλιν ἐν ἀργίᾳ καὶ ἐνδείᾳ ἦμεν πολλῇ. τὸ γὰρ δοθὲν σιτηρέσιον προκατηνάλωτο, καὶ τῷ πατριάρχῃ ἐπιτιθέμεθα λέγοντες ὅτι ἡμεῖς ὁρῶμεν τοὺς Λατίνους οὐδ' ὅλως ἐνδιδόντας τι ἀφ' ὧν εἰπεῖν φθάσουσι. ἀκούομεν δὲ ὅτι βούλονται καὶ ἐνδοτέρω ἡμᾶς ἀπα-

γα-

tione Imperatoris comprehensi, nec fas cuiquam ad alia descendere, quam quæ Imperator cum Papâ firmaverit: Et præ omnibus tuam eximiam sanctitatem in suam sententiam pelliciet. At prius, fac intelligam vera esse quæ narras, & quis iste rerum novarum perdoctus, quæ tibi hæc mysteria aperuit: Nam simpliciter Historias inanes fundamenti Imperatori propalare meus semper abhorrebit animus: atque ita argutias Pœnitentiarii Patriarcha submovit.

Quamdiu igitur syncerus in eadem religionis orbitâ nobiscum cucurrit, multum profuit, præclara semper consuluit, & in omnium existimatione maximâ effloruit: sed postquam ad aliam amplectendam transiisset, omnia prioribus contraria gessit. Perfricuit frontem, impudentem egit histrionem, cavillatorem, & sycophantam: Nam si forte aliqui ad sermocinandum prodirent, & quæstiones coram vel Imperatore vel Patriarchâ ventilandæ excitarentur, ille primus ingredi metam gestiebat, & immenso verborum profluvio in infinitum procurrere, at alii si loqui conarentur, statim se opposuit infestum omnibus, hunc antevertit, illum corripuit, & contradixit. Semel contigit, Episcopum Anchiali inceptantem nonnulla cœtui proponere, ab isto homine redargui. Episcopus immaniter excanduit; Et miserere mei, Deus! inquit, An tu qui omnes cœtus nostros imples ad nauseam tuis declamationibus, & plerumque maximam temporis partem nostris alloquiis designatam, ad te unum converris, cum ego in omnibus nostris à primo appulsu congressibus, vix tot sententiolas protulerim, quot singula verba Oratio Dominica comprehendit, & mihi nunc duas vel tres dictiunculas perfiniendi libertatem invides? Quæ increpatio Pœnitentiarij os ita obstruxit, ut responsum tulerit, bene habet, progredere fœliciter, in posterum conticendo silentii mercedem opperiar: Nec ab eo tempore tantâ garrulitate nobis obstrepuit. Et quotiescumque Anchialensem prætereuntem aspexit, monstrare digito consuevit, & ecce increpitorem meum, dicere: quin & posteà Patriarcha Anchialensi gratias egit, quod hominem quodammodo repressertit, & ad majorem sobrietatem revocârit: At cum de mediis comparandæ unionis disquirere cœperunt nostri, tunc in magis effrænem licentiam quam unquam anteà provolavit: Solus omnia dixit, omnia fecit, & per eum solum omnia conciliandæ unionis media procurabantur.

Sed remeandum ab excursibus ad Historiæ seriem undè divertimus: Cessantibus disputationum sessionibus, in solito constitimus otio,

&

γαγεῖν. ἤρξατο γὰρ πλατύνεσθαι ὅτι ὁ πάπας βούλεται μεταβῆναι, διὰ τοῦτο παρακαλοῦμεν ἵνα σπουδάσῃ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἐπιμελῶς, καὶ καταπείσῃς τὸν βασιλέα, ἵνα ἐντεῦθεν ὑποστρέψωμεν οἴκαδε. πληροφορούμεθα γὰρ ὡς οὐ γενήσεταί τις διόρθωσις εἰς τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα. ἔλεγεν οὖν ὁ πατριάρχης· ὅτι μηδὲν ἔχετε λογισμὸν περὶ τούτου. ὑποστρέψομεν γάρ, καὶ οὐδὲ περαιτέρω προβησόμεθα.

& rerum omnium inopiâ: Nam annonâ frumentariâ consumptâ Patriarcham imploravimus, ut quandoquidem indies magis magisque nobis constet, Latinos tam pertinaciter suis inhærere opinionibus, ut ne unam quidem nobis dimiserint, quam semel susceperint propugnandam: sed & nos ad interiora Italiæ protrahere (ut audimus) conabuntur, (nam rumor jam de Papâ migraturo, & de transferenda Synodo, omnium aures perflaverat) nunc igitur vehementer supplicamus eximiæ tuæ sanctitati, ut & ipsa sedulo enitatur, ut Imperatorem suadeat, nos hinc in patriam sine ulteriori morâ reducere: Credimus enim fide certâ ac firmâ, quod nullus unquam erit aut finis aut fructus disputandi, aut Ecclesiasticorum dogmatum in meliorem conditionem instauratio. Quibus Patriarcha, abjicite, dixit, hos metus, satis opportune redibimus in patriam, nec penitius in Italiam quovis sub pacto penetrabimus.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO VII.

Ἐν ᾧ περὶ τῆς ἀργίας τῶν διαλέξεων, καὶ ὅσα ἐλέγοντο δι᾽ αὐτήν. καὶ ὅπως ἐπανῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ Μοναστηρίου εἰς τὴν Φερραρίαν. καὶ περὶ τῆς μεταβάσεως τῆς τε ἀπὸ τῶν περὶ τῆς προσθήκης διαλέξεων, εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης. καὶ ἀπὸ τῆς Φερραρίας, εἰς τὴν Φλωρεντίαν. ἀπομνημονευμάτων ζ.

Hæc fere complectitur: Ratiocinationum cessatio, & qui rumores exinde sparsi: Vt Imperator è Monasterio Ferraram reversus est: De duplici transitione, argumenti, ab additamento ad dogma, & loci, à Ferrarâ ad Florentiam, Commentar. 7.

τμήμ. ζ. Κεφ. α.

Ἀλλὰ καλὸν ἂν εἴη λοιπὸν καὶ τὰ περὶ τῆς μεταβάσεως ὡς γέγονε διεξελθεῖν, καὶ ὅπως ἐλάνθανε πρὸ καιροῦ κατασκευαζομένη. οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς ἐκεῖσε ἰδόντες ὅπως ἐπεχείρησαν ὅτε Ἐφέσου, ὁ Ἡρακλείας, καὶ ὁ Νομοφύλαξ διαφυγεῖν ὡς ἤδη μοι λέλεκται. δι᾽ οὐδὲν ἕτερον πάντως τοῦτο ἐνθυμηθέντες εἰ μὴ ὅτι προέγνωσαν τὴν τῆς ὀρθῆς ἡμῶν δόξης διαστροφήν. διὰ τοῦτο ἐσκέψαντο καὶ συνεφώνησαν μετὰ τοῦ πάπα ὑστερορίους ἡμᾶς ποιῆσαι, ὡς πορρωτάτω, ἵνα μηδεὶς ἕτερος ἐξῇ τοιοῦτόν τι ποιῆσαι, ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων δῆλον ἐγένετο. καὶ ἔπεμψεν ὁ πάπας τὸν Ἱερομόναχον Ἀμβρόσιον, ὃς ἦν ποικίλος μὲν καὶ πανοῦργος, πρόσχημα δὲ περικείμενος εὐλαβείας, οὐκ ἄμοιρος τε τῆς τῶν ἑλληνικῶν λόγων παιδείας, καὶ τῷ πάπᾳ πιστότατος. ὃς καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν Φλωρεντίαν συμβιβάσεις μετὰ τῶν Φλωρεντίνων ἐποίησε τῷ πάπᾳ ἀπελθεῖν ἐκεῖσε, καὶ τελέσαι τὴν σύνοδον. εἶχε δὲ καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων ἑπόμενον αὐτῷ Ἱερομόναχον Μακάριον τὸν κρητικόν. ὡς οὖν ἀπεδήμησαν καὶ οὐκ ἐφαίνοντο ἠποροῦμεν

SECT. VII. CAP. I.

PErpulcrum hinc nobis videbitur, & dignum operæ pretium, rationes expendere, quæ Synodum transferri impulerint, & quibus partibus anteà præstructæ delituerint: nam qui nos primulum è patriâ huc abduxerant, ubi percepissent Ephesium, Heracleensem & Nomophylacem conatos fuga se subducere, ut ante memoravimus: quam non aliam ob causam attentarunt, quam quod præsagirent, actum esse de nostra religione orthodoxâ: ut igitur omnis in posterum occasio præscinderetur, circumspectè cum Papa tractaverunt: nos ultra montes quam longissime amandare, ut ex ipsis circumstantiis evidentissimè apparuit: Misit itaque Papa Ambrosium Hieromonachum, virum callidum, & veteratorium, insignem simulatorem sanctitatis, nec linguæ, nec disciplinarum Græcarum penitus ignarum, & Papæ fidelissimum: Qui Florentiam recta tendens, paciscitur cum Florentinis, sub quibusdam articulis, ut Papa illuc reciperetur, ibidemque quod infectum remaneret Synodi, transigeret: quin & Ambrosium comitabatur quasi collega ex nostris hominibus alter sub cucullo sacerdos, Macarius Cretensis, qui dispalati ubi nusquam comparuere cœpimus inquirere, quo se contulissent? Et cum dies elaberentur, Patriarcham de illis interrogavimus: Qui respondit, missos Florentiam, ut in scrinia colligerent librariam

μεν πρὸς ἀλλήλους ποῖ ἄρα ἀπῆλθον. καὶ μετὰ παρέλθουσιν πολλῶν ἡμερῶν ἠρωτήσαμεν τὸν πατριάρχην. ὁ δὲ εἶπεν ἡμῖν ὅτι εἰς τὴν Φλωρεντίαν εἰσὶ βιβλία ἑλληνικὰ πολλὰ καὶ καλὰ καὶ χρειώδη εἰς τὴν παροῦσαν ὕλην. ἐτάξαμεν οὖν ἵνα καὶ ἡμεῖς παρέχωμεν ἐκείνοις εἰ δεηθῶσιν τινὸς βιβλίου ἀφ' ἡμῶν, κἀκεῖνοι αὐτὰ ὅμοια δρῶσιν εἰς ἡμᾶς. τούτου οὖν χάριν ἀπῆλθεν ὁ παπᾶς Μακάριος μετὰ τοῦ Ἀμβροσίου εἰς τὴν Φλωρεντίαν, ἵνα εὕρῃ καὶ διακομίσῃ τὰ ἡμῖν χρειώδη βιβλία. παρῆλθον ἐπὶ τούτοις δύο μῆνες καὶ ἐπέκεινα. εἶτα ἐλθόντων ἐκείνων, οὔτε παρὰ τοῖς πέμψασιν αὐτοὺς μνήμη ὅλως ἐγένετο βιβλίου. ἀλλὰ αἱ μὲν διαλέξεις ἐπαύσαντο.

riam supellectilem codicum Græcorum quibus Florentia abundat, quamplurimis præclaris monumentis, & in rem nostram utilissimis: quare eo devenimus consilij, ut si eorum usui esse possent, quos ad manum habuimus libentissimè accommodaremus, parem ab illis gratiæ repensationem expectaturi: nos credidimus igitur Papam Macarium, cum Ambrosio Florentiam petiisse, ut perquisitis autorum voluminibus onusti ad nos remearent: At illi post trimestre spatium fermè emensum ipsi quidem reverterunt, sed nulla mentio librorum ab iis qui ipsos illac miserant audita est: intereà omnis dissertatio Theologica obmutuit oblivione intermortua, silentio sepulta.

τμήμ. ζ. κεφ. β.

Ὁ δὲ βασιλεὺς διὰ σπουδῆς εἶχε καταπεῖσαι τοὺς ἀρχιερεῖς καταλιπεῖν, τοὺς περὶ τῆς προσθήκης λόγους, καὶ περὶ τῆς δόξης διαλέγεσθαι, τοὺς μὲν δι' ἑαυτοῦ, τοὺς δὲ διὰ μεσιτῶν, θέλγων, συμβουλεύων, καὶ ἕλκων εἰς τὸ ἴδιον βούλημα. τῷ δὲ πατριάρχῃ προσήρχοντο καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαραιτήτως. πρωΐας μὲν ὁ Χριστοφόρος, μετὰ δὲ μεσημβρίαν ὁ Ἀνδρέας. ἄλλοτε ὁ Ἀμβρόσιος ὅτε παρῆν, καὶ οὕτως ἐκ διαδοχῆς ὡμίλουν μετὰ τοῦ πατριάρχου. ἠκούομεν οὖν ὅτι συμβιβάζουσι καὶ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς τὴν Φλωρεντίαν. ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τούτοις ἀλγοῦντες προσερχόμενοι τῷ πατριάρχῃ ὠνειδίζομεν αὐτῷ τὴν κενὴν ἡμῶν ἀργίαν τε καὶ ἀποδημίαν, καὶ τὴν σπάνιν τῶν ἀναγκαίων ὑπεδεικνύομεν. καὶ τὴν μετάβασιν πᾶσι τρόποις παρεκρουόμεθα. καὶ εἰς οὐδὲν λυσιτελήσειν ἡμῖν ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα βλάψειν μᾶλλον ἐλέγομεν, καὶ διὰ πολλῶν λόγων ὀνειδιστικῶν τε καὶ ἐκ μέρους σκληρῶν, δικαίων δὲ, ἄλλως καὶ μετ' εὐλαβείας παρεκαλοῦμεν τὴν μετάβασιν κωλυθῆναι. καὶ κατετρίβομεν ἱκανὴν ὥραν εἰς ταῦτα ἐκ διαδοχῆς ἕκαστος τοὺς λόγους ποιούμενος. καὶ πάντες τὸ τῆς μεταβάσεως δεινὸν ὁμοίως ἐκτραγῳδοῦντες, καὶ ἀποσειόμενοι, καὶ πρὸς ἐμποδισμὸν ταύτης πάντα ὅσα ἐνῆν λέγοντες.

SECT. VII. CAP. II.

Imperator vero omnem industriam & diligentiam impendit, nostros Archiepiscopos abducere ab Additamenti controversiis ad ipsum dogma rationibus pervestigandum: nonnullos propriis alliciens blandimentis, alios per idoneos intercessores omnes permulcens quibus poterat verborum lenociniis, & in suam sententiis pertrahens: Ad Patriarcham vero adventarunt assidui & sine unius diei intermissu ante meridiem Christophorus, à prandio Andræas, & nonnunquam Ambrosius quando aderat, ordine indesinenti, & continuatâ in perpetuum vicissitudiue: non aliâ de causâ quam ut Patriarcham persuaderent, Florentiam proficisci: cui malo ingemiscentes, nos quoque ad Patriarcham accessimus, & inane otium, peregrinationem in aliâ gente, penuriam rerum omnium graviter exprobravimus, & in remotiores provincias migrationem à nobis depelli omnibus modis contendimus, ut non modo non utilem, sed ut futurum omnium discriminum scaturiginem quæ nostram gentem inundabunt: idque acerbâ sæpè oratione, ac verbis duriusculis, sed à justâ indignatione ortis, salvaque quam debuimus Patriarchæ reverentiâ dictis: illud unicum strenuè elaborantes, migrationem omnem obstrui ac præpediri: Et in his immensum spatii dispendium cum Patriarchâ fecimus, dum alter alteri sensa mentis ægræ exprimendo succederet, & omnes simul unanimi voce in monstrum illud migrationis declamarent: & à nobis averruncari, quâ poterant facundia deprecarentur.

Μετὰ τοὺς πολλοὺς δὲ λόγους ἐσιωπῶμεν ἐκδεχόμενοι ἀπόκρισιν παρὰ τοῦ πατριάρχου. ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίνατο τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ, προσποιούμενος ἀδυναμίαν. ἦν μὲν γὰρ καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀσθενῶν. ἀπὸ γὰρ τῆς δεκάτης τοῦ Αὐγούστου νόσῳ περιπεσὼν, καὶ ἀσθενείαις προσπαλαίων ἀλλεπαλλήλοις, καὶ περιόδῳ ῥίγους τεταρταίου κατατρυχόμενος, οὐκ ἐπανῆλθεν ὅλως εἰς τὴν συνήθη ὑγείαν μέχρις ἂν καὶ τὸ ζῆν ἐξεμέτρησε. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ οὕτως ἔχων ἠδύνατο λέγειν καὶ ὁμιλεῖν ὅτ᾽ ἐβούλετο. ἀλλ᾽ ἡμῖν οὐκ ἐδίδου καταρχὰς τὴν τυχοῦσαν ἀπόκρισιν. διὸ καὶ ἀγανακτοῦντες ἐγειρόμενοι ἀπηρχόμεθα ἐκεῖθεν, νεμεσῶντες πολλὰ τὴν ἀφωνίαν ἐκείνου. εἶτα παρεγινόμεθα τῇ μετ᾽ ἐκείνην ἡμέρᾳ. ἢ καὶ τῇ μετ᾽ αὐτὴν, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ ἐλέγομεν, καὶ περὶ τῆς μεταβάσεως ἐδυσχεραίνομεν, καὶ διηποροῦμεν περὶ τῆς ὠφελείας αὐτῆς, καὶ οὐχ εὑρίσκοντες πᾶσι τρόποις ἀπετρεπόμεθα αὐτὴν, καὶ πρὸς ἐπιμέλειαν τῆς πρὸς τὴν πατρίδα ἡμῶν ὑποστροφῆς παρεκαλοῦμεν. καὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὰς ἀξιώσεις μόλις ἐσιωπῶμεν. ὀψὲ δὲ οὖν ὅμως καὶ βραδέως ἔσκωψεν ἡμᾶς ὁ πατριάρχης καὶ ὠνείδισεν εἰπὼν, οὐκ ἐστὲ Χριστιανοὶ, οὐκ ἐστὲ καλοὶ ἄνθρωποι. οὐκ ἔχετε γνῶσιν καὶ συνείδησιν, οὐχ ὁρᾶτε τὴν ἐμὴν νόσον, ἵνα μ᾽ ἐλεῆτε, ἐγὼ ὁρῶ προσιοῦσαν τὴν νύκτα, καὶ οὐκ οἶδα εἰ ζῶντά με εὕροι ἡ ἡμέρα. φθάνει ἡ ἡμέρα, καὶ οὐ πιστεύω ὅτι ζῶν διανύσω αὐτὴν, καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι μεταβήσομαι περαιτέρω. καὶ ἐκ ποίας μου ἰσχύος ἢ ὑγείας δυνήσομαι τὴν μετάβασιν, οὐκ αἰδεῖσθε τοιαῦτα λέγοντες; παρὰ τίνων δὲ ταῦτα ἠκούετε; ἐγὼ οὐκ οἶδα τι περὶ μεταβάσεως, οὐδὲ εἶπε μοί τις περὶ αὐτῆς. ἡμῶν δ᾽ ἀποκριναμένων ὅτι παρὰ πολλῶν λέγονται καὶ ἀκούονται ταῦτα. ἔλεγεν αὖθις ὅτι ἐπ᾽ ἐξουσίας ἔχει λέγειν ὃ βούλεται ἕκαστος. μέχρι τοίνυν οὐκ οἶδα, οὔτ᾽ εἶπε μοι τις περὶ οὗ λέγετε. Μέλει δέ μοι περὶ τῆς ἀσθενείας μου, καὶ οὐ φροντίζω ἐγὼ περὶ μεταβάσεως. ἐπεὶ οὐδὲ δύναμαι αὐτήν. ἐπὶ τούτοις οὖν ἀπηρχόμεθα, πολλάκις δὲ καὶ ἐν πολλαῖς ἡμέραις συνεληλυθό-

Et tandem nos ipſi his querimoniis feſſi labra compreſſimus, reſponſum à Patriarchâ præſtolati: qui ne ſyllabam quidem nobis indulſit, ſimulans enervatæ vocis impotentiam: Et certe morbum non ſimulavit: Nam à decimo Auguſti, ac primo morbi gravioris tentamento, ab uno in alium ſic implicitus ruit, & continuatâ ſerie malorum ingruentium ſic conflictatus eſt, & præcipuè quartanæ febris, reciprocantibus ad intervalla paroxyſmis, ut miſerum in modum attritus nunquam valetudinem priſtinam recuperaverit, dum vitam cum morte commutârit: Nihilominus, ſi libuiſſet, potuit nobiſcum confabulari, & vocem exeruiſſe: At nullum reſponſum edidit ad prima noſtrorum queſtuum exordia, ita ut ſinguli domum ſe recepernit cum fremitu, & Patriarchæ obſtinatam taciturnitatem damnaverint univerſi: Advenimus tamen die craſtino ac perendie, eandem næniam cantillantes, novæ tranſlationis deteſtationem. Ea re ſolâ animis conſternari, die noctuque affligi ajentes, cujus cum emolumentum omne quæſiiſſemus, invenimus nullum: Quare obſecravimus ut nos eâ formidine ſolveret, & revertendi ad patrios lares occaſionem præberet: & poſt multas preces & expoſtulationes tandem conticuimus: At Patriarcha ſero & cunctanter his verbis atrociſſimis nos increpuit ac ſubſannavit. Non eſtis vos, Chriſtiani, nec viri ingenui aut honeſti, nullane rerum humanarum pectus veſtrum cognitio ſubintrat, aut conſcientiæ ſtimulus mordet, aut meorum dolorum ſenſus tangit ut mei miſereamini? Video noctem ruere in crepuſculum, nec pro certo novi, ſi me vivum inſecutura Aurora deprehendet: oritur lux matutina, & haud ſcio an ad veſperam perdurabo: vos tamen affirmatis me in remotiores provincias penetraturum: quibus viribus? Qua ſanitatis conſtantiâ? Hæc effutire non verecundamini? Unde hos rumores hauritis? Ego nihil de tranſlatione Synodi, nec mihi de migratione quiſquam quicquam dixit: Et cum nos aſſereremus hæc in ore vulgi ubique pro certiſſimis decantari: Reſpondit ille, unicuique fas eſſe quæ velit garrire, mihi vero mortalium nemo, quæ vos affertis enarravit: Omnis mea ſollicitudo in hunc morbum inſumitur, migrationes nihil curo, nec poſſum tranſvectionum incommoda ferre: & hoc reſponſo in diverſoria receſſimus: Verum cum repetitis adeundi vicibus, & longo multorum dierum tractu eadem tragicè efflagitaſſemus, & ab ipſo eadem ferme reſponſa audiiſſemus, quæ prius, tandem mitior in noſtra vota conceſſit: Et id mihi

θότων, ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου, καὶ τὰ αὐτὰ ἐκτραγωδησάντων, καὶ ἀκουσάντων αὖ ἡμῶν παρ' αὐτοῦ, πιττάκιον ἐνέδωκε καὶ εἶπε φαίνεταί μοι καλὸν, ἵν' ἀπέλθητε εἰς τὸν βασιλέα καὶ ἀναφέρητε, ὅτι οὔτε ἐγὼ δύναμαι ἐπὶ πλέον ἀργεῖν ἐνταῦθα καὶ ταλαιπωρεῖν. καταπείγομαι γὰρ ὑπὸ τῆς ἀσθενείας μου, καὶ ὑπὸ ἄλλων πολλῶν πρὸς τὸ ὑποστρέψαι ἐντεῦθεν. οὔτε οἱ ἡμέτεροι ἀρχιερεῖς λέγω, καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας δύνανται ἀποδημεῖν ἐκ τῆς πατρίδος καὶ τῶν οἰκείων, καὶ ἐνθάδε ταλαιπωρεῖν. διὰ τοῦτο ἀξιῶ καὶ ἐγὼ, καὶ παρακαλοῦσι καὶ αὐτοὶ τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου, ἵνα ἐπιμεληθῇς, καὶ γένηται τρόπος τις, ἵνα ἐπανέλθωμεν οἴκαδε. ἀπελθέτω οὖν τις τῶν ἀρχιερέων μετὰ τοῦ μεγάλου ἐκκλησιάρχου, καὶ ἀναγγειλάτωσαν ταῦτα τῷ βασιλεῖ.

Καὶ ποιησάντων τοῦτο ἡμῶν ὁ βασιλεὺς βαρέως διετέθη πρὸς τοὺς λόγους, καὶ ἔσκωψεν ἡμᾶς λέγων. τίνες εἰσὶν οἱ λέγοντες καὶ παρακινοῦντες τὰ τοιαῦτα; τί δὲ ἐπράξαμεν ἐνταῦθα, καὶ βούλεσθε, ἀπελθεῖν; ἡμεῖς ἀκμὴν οὐδέν τι ἐποιήσαμεν. τοῦτο μόνον ἐβούλεσθε, ἐλθεῖν ἡμᾶς ἐνταῦθα, καὶ ἀπράκτους ὑποστρέψαι; καὶ πῶς ἐνθυμεῖσθε τοῦτο; πῶς ἢ μέλλομεν ποιήσειν τι καλὸν, εἰ μὴ μετὰ σκέψεως πολλῆς καὶ ἀργίας. καίτοιγε ὅταν τζαπίτζητε τὰ ἀμπέλια ὑμῶν, οὐ λέγετε, ὅτι τζαπίσατε ταῦτα ὡς ἔτυχε, ἵνα συντόμως ὑποστρέψωμεν ἀλλὰ παραγγέλλετε σκάπτειν καλῶς καὶ ἐπιμελῶς. ἐπὶ δὲ τῇ τοιαύτῃ ὕλῃ πῶς μέλλομεν πράξειν τι καλὸν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, εἰ μὴ μετὰ σκέψεως πολλῆς καὶ προσοχῆς καλῆς, καὶ συμβουλῆς κρείττονος. ἃ δὴ πάντα οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι καλῶς, εἰ μὴ μετὰ ἀργίας. ἄπιτε οὖν, καθέζεσθε, καὶ παύσασθε τῶν τοιούτων λόγων. ἐξ ἀνάγκης ἐκαθήμεθα σιωπῶντες, καὶ μετὰ παραδρομὴν ἡμερῶν ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ἀργίᾳ καὶ πλημμελείᾳ πάλιν ἐπεχειροῦμεν, καὶ ἐλέγομεν τὰ προειρημένα, καὶ διετίθετο πρὸς ἡμᾶς ὁ πατριάρχης, ὡς ἀνωτέρω μοι λέλεκται ἀπαραλλάκτως. καὶ μετὰ τὰς πολυημέρους ἱκεσίας παρέπεμπεν ἡμᾶς μετὰ κα-

mihi nunc primum allubeſcit, inquit, ut ad Imperatorem profecti, hæc pauca breviter explicetis: Nec poſſe me hic ulterius immorientem otio perdurare, inter tot faſtidia luctuoſarum calamitatum, mille modis ærumnoſum ac miſerum, quem quotidie longa morborum catena, aliique dolores quamplurimi ſollicitant redire Conſtantinopolin: nec poſſe noſtros Archiepiſcopos, deſtitutos opibus, ſolatiis, familiis, propinquis, & durâ neceſſitate confixos diutius mecum commorari: Quare & ipſe adhortor, & implorant illi tuam Sereniſſimam Majeſtatem, ut curarum ſuarum partem in nos obvertere dignetur: & rationem extundat, quâ hinc ocyus poſſimus retrò in patriam velificari: Et Archiepiſcoporum aliquis magnum Eccleſiarcham comitetur ad Imperatorem, ut hæc ei fideliter annuntientur.

At nobis hæc juſſa peragentibus ultrà modum excanduit Imperator, & mordacibus dictis nos ferociter objurgavit: Qui vero ſunt illi qui hos ſermunculos excitant? Quid hactenus in his locis geſſimus rerum laude dignarum? & arbitramini nunc diſcedendum eſſe cum nihil perpetraverimus? Scilicet id exiſtimatis honorificum in longinquas oras provolare, & infecta re claſſicum receptui canere? Quid veſtras mentes effaſcinat? Aut quomodo ad illuſtrium facinorum gloriam graſſari poterimus, niſi multiplici otio & circumſpectione interpoſitis? Enimvero cum vites ſuffoditis, non dicitis vos effodiſſe tumultuariè, ut confeſtim domum redeatis, ſed gloriamini omnem induſtriam adhibuiſſe, quam cultura vinearum exigit: Et in quâcunque aliâ materiâ, quis nobis dabit exitum laudabilem ex negotiis perfunctoriè ſuſceptis, niſi adhibeatur multifaria deliberatio, fervida animi intentio, & recta judicij lima, quæ cuncta otio perficiuntur? Diſcedite igitur, menteſque veſtras tranquillate. Ita coacti dura Imperij neceſſitate in umbra otij nos recollegimus: Attamen poſt tranſcurſum aliquot dierum, cum iſte nihil agendi gravis languor noſtras mentes interiori aculeo perpungeret, rurſus Patriarcham attentavimus, eique prædicta diximus, ab eoque memorata prius reſponſa tulimus, qui eundem affectum ſine ullâ diſcrepantiâ ergà nos uſurpavit: verum cum aſſiduis obſecrationibus opprimeretur à nobis Patriarcha, nos denuo iiſdem ad Imperatorem verbis amandavit, qui eâdem deriſione acceptos, & orationis acerbitate caſtigatos, domum remiſit: Atque hæc omnia perpeſſi ſumus duobus

καλῶν δῆθεν λόγων εἰς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ αὖθις ἔσκωπτε, καὶ ἐβαρεῖτο, καὶ μετὰ τῶν προειρημένων λόγων ἀπέπεμπεν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα ἐπεχόμενα τοὺς δύο μῆνας, καθ' οὓς ἤργησαν αἱ διαλέξεις.

τμήμ. ζ. Κεφ. γ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς μεταξὺ τοῦ καιροῦ τούτου ἔστειλε κῦρον Ἰωάννην τὸν δισύπατον, ἵνα συμβιβάσῃ τοὺς Φλωρεντίνους, καὶ ποιήσωσιν αὐτοῦ σαλβο-κονδοῦκτο, ὡς ἂν ἀπέλθῃ μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ, καὶ πάλιν ἐξέλθῃ ἐκεῖθεν ὅταν θέλῃ ἀκωλύτως. ὃ καὶ ἐποίησαν, μή τινος ἡμῶν εἰδότος.

Οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἄρχοντες, οἱ τῆς γ πεντάδος, καὶ ἐφεξῆς θεωροῦντες ὅτι πολλάκις παρεκαλοῦμεν τὸν πατριάρχην, παρόντων καὶ ἀρχιερέων τινῶν, καὶ οὐδὲν ἠνυόμεν. ἀναγκασθέντες καὶ αὐτοὶ διῆλθον καὶ παρεκάλεσαν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ μάλιστα τοὺς πρώτους καὶ τιμιωτέρους, ἵν' ἐλθόντες ὁμοῦ πάντες παρακαλέσωσι καὶ ἀναγκάσωσι τὸν πατριάρχην ὅπως ἐπιμεληθῇ εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἐλευθερώσῃ ἡμᾶς τῆς ἐν ἀλλοδαπῇ ταλαιπωρίας. συνῆλθον οὖν πάντες ἐν τῷ πατριαρχείῳ, καὶ εἶπον. ὁρῶμεν, ὡς οὐ γενήσεταί τις ἐνθάδε διόρθωσις. ἐγένοντο γὰρ καὶ διαλέξεις, καὶ εἶπον οἱ ἡμέτεροι καὶ πολλὰ καὶ ἰσχυρά. οἱ δὲ λατῖνοι οὐκ ἀνέχονται πεισθῆναι. διὸ καὶ ἤργησαν καὶ αἱ διαλέξεις. τίς οὖν ὠφέλεια γίνεται ἀργούντων ἡμῶν, ἐνταῦθα καὶ ὑπαρχόντων; πρὸς δὲ κινδυνευούσης καὶ τῆς πόλεως τῆς πατρίδος ἡμῶν τίς οἶδε εἰ βουλήσεται Ἀμηρᾶς ὁρμῆσαι κατὰ τῆς πόλεως κατὰ τὸ ἐρχόμενον ἔαρ;

Εἶπον οὖν λόγους πολλοὺς καὶ ἀναγκαίους τῷ πατριάρχῃ περὶ τούτου, πῶς ἔνι χρεία ἵνα γένηται πρόνοια ὑπὲρ τῆς πόλεως, μήποτε καὶ κινδυνεύσῃ, καὶ ἡ ἐνταῦθα ἐπιδημία ἡμῶν, ὑπὲρ τῆς πόλεως δῆθεν γεγονυῖα, κατ' αὐτῆς μᾶλλον ἐκβῇ ἐξ ἀβουλίας. καὶ ἐπὶ τούτοις ἠξίωσαν καὶ παρεκάλεσαν, ἵνα ἐπιμελήσηται ὅσον δύναται εἰς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ πατριάρχης ἐδέξατο δῆθεν ἄσμενος τὰ εἰρημένα, καὶ τὰ αὐτὰ μελετᾶν καὶ αὐτὸς ἔφασκε, καὶ

τῆς

bus menſibus integris, in quibus Theologicæ diſputationes irraucuerunt.

Sect. VII. Cap. III.

Dum in his tempora elabuntur, miſit Imperator Dominum Joannem Biſconſulem, qui paciſceretur cum Florentinis de Salvo-conductu: Quo fretus, nobiſcum Florentiam adventaret, remearetque quando ſibi viſum eſſet ſine impedimento, & id noſtratium nemine conſcio mandavit.

At Proceres Eccleſiæ in tertiâ Pentade recenſiti, & in cæteris ſubſequentibus animadvertentes, ut nos cum Archiepiſcopis ſæpenumero Patriarchæ pietatem imploravimus, ſed ſine ſucceſſu: exciti & ipſi tam communi malorum ſenſu, quam particulari officiorum ratione, omnes ſimul Archiepiſcopos hortabantur, ſed præcipuè quos in ſummo honoris faſtigio eminere noverant, ut junctis viribus Patriarcham ſollicitarent, Imperatorem eouſque in ſuam ſententiam pellicere, ut uterque de nobis ex hac calamitoſa peregrinatione apud exteros liberandis jam ſerio cogitarent: Collecti igitur in Patriarchale palatium, ſic locuti ſunt: Percipimus planè nullum inter nos & Latinos futuram unionem: Diſputationes fuere inſtitutæ, in quibus noſtri quamplurima validiſſima argumenta promſerunt: At Latini à ſuis opinionibus nulla ratione ſe avelli patiuntur, ita ut jam ipſæ diſputationes etiam conquieverint: Et cui bono erit ſi hic otio emarceſcemus, ærumnoſâ calamitate obruti? Præſertim cum noſtræ patriæ primaria civitas in ultimum diſcrimen conjicitur: Quis enim novit an proximo vere Amurathes infeſta agmina contra Conſtantinopolin explicabit?

Et permulta alia opportuna & neceſſaria Patriarchæ dixerunt: ſingulari providentiâ civitati proſpiciendum, ne in pericula ruat non extricanda: Et hæc noſtra pro incolumitate civitatis ſuſcepta peregrinatio, in ejuſdem perniciem, præ conſilii inopiâ vertatur: Quare Patriarcham ſuppliciter orarunt, eorum deſideria apud Imperatorem ſic promovere, ut quod petunt effectum reddatur. Patriarcha lubentiſſime annuit, eadem ipſa præmeditatum ſe affirmans, & opiniones animo foviſſe: quare ſi mihi auſcultatis, inquit, conſulerem veſtrûm ætate provectiores ac venerabiliores Imperatorem adire, & meo nomine & veſtro, &

quæ

τῆς αὐτῆς εἶναι βουλῆς τε καὶ γνώμης καὶ εἶπε. ὅτι φαίνεταί μοι καλὸν, ἵνα ἀπέλθητε ὑμεῖς οἱ γηραιότεροι καὶ αἰδεσιμώτεροι εἰς τὸν βασιλέα καὶ εἴπητε, καὶ ὡς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὡς ἀφ' ἑαυτῶν ταῦτα ἅπερ εἰρήκατε νῦν πρὸς ἐμέ. καὶ λοιπὸν ἀπέλθετε, ὁ Τραπεζούντιος, ὁ Ἡρακλείας, ὁ Μονεμβασίας, ὁ Κυζίκου, ὁ Λακεδαιμονίας, ὁ Μολδοβλαχίας, ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, καὶ ὁ μέγας Ἐκκλησιάρχης, γενέσθω δὲ μετὰ μεσημβρίαν.

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι συνέθεντο. ὁ δὲ Τραπεζούντιος εἶπεν. οὐ δύναμαι ἀπελθεῖν καὶ σύγγνωθί μοι, ἐπετέθη οὖν αὐτῷ ὁ πατριάρχης λέγων. νὰ σωθῇς μηδὲν ἀπομείνῃς ἀπὸ τῆς συνοδίας αὐτῆς. ὁ δὲ ἔλεγεν ὅτι κωλύομαι ὑπὸ τῆς νόσου τῶν ποδῶν μου, μόλις γὰρ ἠδυνήθην, καὶ ἦλθον ἕως ὧδε. καὶ πάλιν εἶπεν αὐτῷ. κοπίασον νὰ σωθῇς ὀλίγον μετὰ ἀνέσεως. δὸς τὴν προθυμίαν σου, καὶ δώσει σοι ὁ θεὸς ἰσχύν. ζητῶ καὶ ἐγὼ τοῦτο ὡς ζήτημα. καὶ γενέσθω νὰ σωθῇς.

Συνεφωνήσαμεν οὖν ἐκεῖσε ἵνα μετὰ τὸ ἄριστον συναχθῶμεν, καὶ ἀπέλθωμεν εἰς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ προφθάσας ἦλθεν εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ συνῆν αὐτῷ μέχρι τῆς ἑσπέρας. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἦλθον οἱ ἀρχιερεῖς εἰς τὸν πατριάρχην καὶ ἐρώτησαν εἰ ἀνέφερε τῷ βασιλεῖ τὰ βεβουλευμένα. ὁ δὲ εἶπεν ὅτι περὶ ἄλλων τινῶν ἐλέγομεν. εἶπε μοι δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι συνήχθησαν χθὲς, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτοῦ, καὶ ἐβουλεύσαντο τὴν αὐτὴν βουλὴν σχεδόν. ἔστι δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς ἕτοιμος πρὸς αὐτήν. εἴπον οὖν τῷ πατριάρχῃ. λοιπὸν ἔδει ἵνα εἴπῃ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ἅπερ καὶ ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα, ὁ δ' εἶπεν, οὐκ ἐφάνη μοι τοῦτο καλόν. βέλτιον ἐστὶ ἵνα ἀπέλθητε καὶ εἴπητε ταῦτα ὑμεῖς. καὶ ὁ βασιλεὺς γὰρ οὕτως ἀποδέχεται τὴν παρακίνησιν τῶν πλειόνων. εἶπον οὖν ὅτι ἡμεῖς καταλαμβάνομεν ἀφ' ὧν ὁρίζεις ὅτι εἴπατε τὰ βεβουλευμένα, καὶ πλεῖστόν ἐστιν, ἵνα ἀπέλθωμεν ἡμεῖς εἰς τὸν βασιλέα. ὁ δὲ πατριάρχης ἔφη, εἶπον τινὰ μερικὰ, οὐ μὴν τὰ καθόλου. καλὸν δέ ἐστιν ἵνα ἀπέλθητε, καὶ εἴπητε ταῦτα ὑμεῖς. ποιήσατε οὖν τοῦτο μετὰ τὸ ἀριστῆσαι. καὶ ἐπετέθη πάλιν τῷ Τραπεζουντίῳ, μετ' ἀξιώσεως ὡς καὶ πρῶτον, ἵνα ἀπαραιτήτως ἔλθῃ μεθ' ἡμῶν.

quæ mihi nuper dixiſtis, coram illo fideliter recitare: Et vos deducant Trapezuntinus, Heracleenſis, Monembaſius, Cyzicenus, Lacedæmonius, Moldoblachius, magnus Scriniarius, magnuſque Eccleſiarcha, & ſtatim à meridie vos in iter conjiciatis.

Reliqui promittunt, ſolus Trapezuntius veniam deprecatus eſt: cui eo acrior inſtitit Patriarcha: Et ita te, inquit, Deus benedicat, ut nolis te ex hoc commilitonum cœtu eximere: At nequeo reſpondit Trapezuntius, præ dolore pedum arthritico, qui me tantopere cruciat, ut vix ſuſtinuerim huc progredi: Verum aſſueſcas te, dixit Patriarcha, moleſtiarum nonnihil pati, quantum doloris remiſſio perfert: ſi tu te animi propenſitate inſtrues, Deus te robore imbuet: & à te hoc poſtulo, ut particulare beneficium quo mihi gratificaberis: & ſic fiat ut ab omnibus malis in æternum incolumis evadas.

Quare ſtatim decernimus, ut prandio confecto, ſimul collecti iter occiperemus verſus Imperatorem, qui noſtrum antevertens adventum, in urbem redierat ad Patriarcham, & cum illo ad veſperam uſque maximam partem pomeridiani temporis contriverat: Craſtino mane, Archiepiſcopi Patriarcham compellantes interrogarunt, an Imperatori communicaſſet, quæ cum illis pridie conſtituerat? qui negavit, quidpiam ea de re propoſuiſſe, ſed de peculiaribus quibuſdam collocutos: At Imperatorem ſibi ſubinnuiſſe, dixit, Proceres etiam ſuos heri ſecum conſilia agitaſſe, de eodem ferme vobiſcum argumento: Et Imperatorem hæc conſilia benignè admittere. At debuit tua eximia ſanctitas, dixerunt Archiepiſcopi, ſaltem Imperatorem ſubmonuiſſe, talia inter nos fuiſſe agitata: ſed id mihi tum ut intempeſtivum non arriſit, reſpondit Patriarcha: Multo æquius videri, ut nos ipſi Imperatorem adoriamini, qui ut fortius à multitudine pulſatur, ita facilius inflectitur: Verum crediderámus, inquiunt, te Imperatori conſilia ſignificaturum, quæ ipſe procuderas, ut id ſuperfluum putaretur, à te ſemel propalata verbis noſtris iterari: Patriarcha tamen ut ſupra; Privata quædam cum Imperatore ſermocinia variaſſe, & nulla quæ publicam ſalutem ſpectarent, de quibus vos omnes loqui magis convenit: Confeſtim igitur à peractâ prandii horâ, hoc munere perfungimini: Inſuper & Trapezuntio quæ prius monita inculcavit, exorans, ut poſtpoſitâ excuſatione, ſe nobiſcum ad iter accingat.

Ergò viam ingredimur, omniaque nuper à nobis memorata, Imperatori explicuimus, multum orationis vela dilatantes, obſecranteſque, ut oculum rejiciat in civitatis conditio-

Καὶ δὴ ἀπήλθομεν, καὶ ἀνεφέρομεν τῷ βασιλεῖ τὰ ἀνωτέρω εἰρημένα πλατύναντες πολλοῖς καὶ καλοῖς λόγοις. καὶ ἠξιώσαμεν αὐτὸν ἀποβλέψαι πρὸς σύστασιν καὶ βοήθειαν τῆς πόλεως, ἥτις ἔσται μάλιστα διὰ τῆς ἡμετέρας ὑποστροφῆς. οὐδὲ γὰρ ὁρῶμεν ὅτι γενήσεταί τις διόρθωσις τῶν ἐσφαλμένων τοῖς Λατίνοις.

Ὁ οὖν πρόθυμος εἰς θεραπείαν βασιλεὺς ὡς ὁ πατριάρχης ἔλεγεν, εὑρέθη λίαν ὠργισμένος καὶ πλήρης θυμοῦ κατὰ τῶν λεγόντων τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα κατὰ τῶν πρώτων ἀρχιερέων, καὶ εἶπεν ἐμβριθῶς. καὶ τούτου χάριν ἤλθομεν ἐνταῦθα ἵνα ἄπρακτοι ὑποστρέψωμεν; καὶ πῶς ἐνθυμεῖσθε τὰ τοιαῦτα, καὶ πόσον καιρὸν ἔχομεν ἐνταῦθα; ἢ πόσους λόγους εἶπον οἱ ἡμέτεροι; οὐκ ἔτι εἶπον περὶ τοῦ δόγματος οὐδὲν, καὶ διὰ τοσούτων λόγων, καὶ ἐν τοσούτῳ καιρῷ ἐθαρρεῖτε διορθῶσαι σχίσμα τοσούτων χρόνων; οὐκ ἔδει παρ' ὑμῶν ῥηθῆναι τὰ τοιαῦτα. ἀλλ' εἰ καὶ παρ' ἄλλων ἀσυνέτως ἠκούετε ταῦτα, ὑμᾶς ἔδει μᾶλλον σκῶψαι καὶ συστεῖλαι τοὺς ταῦτα λέγοντας. καὶ μετὰ τοιούτων ὀνειδιστικῶν καὶ λυπηρῶν λόγων πάντας ἀπέπεμψεν. ἐλυπήθησαν οὖν λίαν οἱ ἀρχιερεῖς πρὸς τὸν πατριάρχην, ἐπίτηδες γεγονέναι τὸ τοιοῦτον παρ' αὐτοῦ στοχασάμενοι.

nem lubricam: cujus periculis opem subito esse procurandam, nec aliunde maturiorem affulgere, quam à nostro reditu: Nam & hic omnem ulterius commorandi spem præscindi, cum nec unquam inter nos concordia coagmentabitur, aut errores Latini in melius mutabunt.

At Imperator, tam benignus nobis recipiendis, ut Patriarcha præmonuerat, irâ gravi percitus, in furorem erupit, contrà omnes qui hæc attulerant, sed maximè in Archiepiscoporum primores desæviit, quos sublato supercilio sic increpuit. An ea fine huc penetravimus, ut infecta re in patriam revolveremur? Quibus modis hæ imaginationes fantasticæ vestra capita subeunt? Quot in his partibus annos numeravimus? Aut nostri quot disceptationes exantlarunt? Nihil dum de ipso dogmate disseruerunt: Et à tam raris disceptationibus tam brevibus paucorum mensium spatiis, schisma tot seculorum conglutinari posse creditis? A vobis patribus hæc in medium afferri non debuere!: Et si ab aliis imprudentibus talia dicta audiissetis, vestrum erat cum ludibrio verba depellere, & ad saniorem mentem autores coercere: atque cum his dictis opprobrio & contemptu refertissimis, dimisit cætum: Et Archiepiscopi recesserunt, non magis in Imperatorem quam in Patriarcham indignabundi, quem illi hanc telam cum Imperatore pertexuisse merito forsan suspicabantur.

τμήμ. ζ. Κεφ. δ.

Ἡμεῖς δὲ πάλιν τῇ ἀργίᾳ ἐταλαιπωροῦμεν, καὶ τῷ πατριάρχῃ ἐπετιθέμεθα. εἰ θέλεις (λέγοντες αὐτῷ) οὐδέν τι δυνήσεται πρᾶξαι ἐνταῦθα ὁ βασιλεύς, οὐδὲ μεταβήσεται εἰς τὸ περὶ τῆς δόξης, εἰ ἐνστήσεται ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου εἰς αὐτὸ καθὼς πρέπει, ὀφείλεις οὖν ἔνστασιν γενναίαν ποιῆσαι. ἐπειδὴ εἰς τὸ περὶ τῆς δόξης, ἔχουσι τινὰ συμμαχίαν ὡς οἴονται, καὶ ἀκούομεν τοῦτο παρά τινων, ἀπὸ τῶν δυτικῶν πατέρων. εἰς δὲ τὸ περὶ τῆς προσθήκης οὐκ ἔχουσι, καὶ δεῖ ἡμᾶς ἀντέχεσθαι τούτου. εἰ οὖν ἐμμένει τῇ ἐνστάσει ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἕξεις καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ ἡμᾶς μετὰ σαυτοῦ. πολλάκις οὖν ταῦτα καὶ τοιαῦτα τινα λεγόντων τῷ πατριάρχῃ, αὐτὸς ἀπεκρίνετο.

Καλῶς λέγετε, καὶ δεῖ με τοῦτο ποιεῖν, εἴπερ ἔχω καὶ τοὺς ἄλλους συναγωνιζομένους

SECT. VII. CAP. IV.

Nos omni negotiorum onere levati, cruciabamur: adeo ut Patriarcham verbis denuo aggrederemur. Et si tu (diximus) autoritatis tuæ prærogativam tuereris, nullum jurisdictionis gladium Imperator in nos stringeret, neque nos adigeret ab Additamento ad Dogma transilire, si tua Eximia Sanctitas, ut decet, Patriarcham, obniteretur: Nam in Dogmate periclitabimur, cui astruendo, ut à quamplurimis accepimus, conscribent socia arma patrum, qui in Occidentali Ecclesiâ floruere, & ab illorum partibus militant, at nullâ autoritate Additamentum constabiliunt: Quare expedit Additamentum nobis pertinaciter vindicare, cui si tua Sanctitas eximia magnanimiter inhærebit, omnes quotquot sunt Archiepiscopi & nos in tua vota concurrent. Hæc & alia hujusmodi nobis quotidie obtundentibus, tandem sic respondit Patriarcha.

Justa fateor vos loqui, atque ita meipsum gerere oportere, modo adessent mihi adjutores in cer-

μένους ἐμοί. δέδοικα δὲ, μὴ ἐγὼ μὲν ἐνστῶ, καταλειφθῶ δὲ μόνος, καὶ βλάψω καὶ ἐμαυτὸν, καὶ οὐδὲ τῇ ἐκκλησίᾳ βοηθήσω. οἶδα γὰρ τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ γινώσκω, ὅτι καθὼς νεύσει αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς, εὐθὺς στραφήσονται πρὸς ἐκεῖνον. παρήρχετο οὖν ὁ καιρὸς οὕτως, καὶ ἡμεῖς ἀπειρήκαμεν πολλὰ, καὶ πολλάκις λαλήσαντες, οὐδὲν δὲ ἀνύσαντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔτι ἦν ἐν τῷ ἐκτὸς τῆς Φεραρίας μοναστηρίῳ. ἔπασχον οὖν καὶ οἱ ἐκεῖσε ὄντες μετ᾽ αὐτοῦ, ὡς ἐν ὥρᾳ χειμῶνος, στερούμενοι τῶν πρὸς ἀνάπαυσιν ἐπιτηδείων. ὁμοίως καὶ οἱ Μοναχοὶ, καὶ οἱ χωρῖται βλαπτόμενοι, καὶ ζημιούμενοι ὑπὸ τῆς τῶν πολλῶν, καὶ ταῦτα στενοχωρουμένων ἐπιθέσεως. ἤλγουν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, μὴ ἔχοντες εὐκόλως ὁρᾷν τὸν βασιλέα, καὶ συνεργίαν τινὰ ἔχειν ἐξ αὐτοῦ. πάλιν γὰρ δόσις σιτηρεσίου οὐκ ἦν ἐν μνήμῃ.

Ἐμηνύθη τοίνυν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ Μαρκέση, ἵνα ἐξέλθῃ ἐκεῖθεν, ὅτι ἐλυποῦντο οἱ Γεωργοὶ ὁρῶντες τὰ γήδια αὐτῶν καταπατούμενα, καὶ φθειρόμενα ὑπὸ τῶν τὰ κυνηγέσια διωκόντων, καὶ κατεβόων εἰς τὸν Μαρκέσιον. πρὸ τούτου προσεκαλεῖτο, καὶ παρά τε τοῦ πάπα, καὶ τοῦ πατριάρχου ἐλθεῖν καὶ εὑρίσκεσθαι εἰς τὸ παλάτιον. ἵνα ἐπιμελέστερον γίνωνται τὰ ἐκκλησιαστικὰ καὶ αἱ διαλέξεις. ὁ δὲ οὔτε τῇ ταλαιπωρίᾳ τῶν οἰκείων ἐκάμπτετο, οὔτε τοῖς ὀνείδεσι τῶν ἄλλων ἐδυσωπεῖτο, οὔτε τοῖς μηνύμασι τοῦ Μαρκέση ἐνεδίδου, οὔτε τοῖς τοῦ πάπα, ἢ τοῦ πατριάρχου λόγοις ἐπείθετο. ἀλλὰ πάντα παρὰ φαυλὸν θέμενος, τῷ μοναστηρίῳ προσέμενε, καὶ τοῖς κυνηγεσίοις ἐνετρύφα.

certamine ſtrenui : ſed multum metuo ne ſi quando fortiter obſiſtam, ſolus relinquar in arenâ, & mihi perniciem, nec Eccleſiæ ſalutem aſciſcam : Novi enim Epiſcoporum variabile ingenium; ubi Imperator ſemel, vel digitum exeret, protinus ad illum omnes convolabunt. Atque ad hunc modum dies noſtri procurrerunt, & nos animos deſpondimus, dum indies puduit multa verbis tentare, nihil efficere. Imperator interea in Monaſterio vitam traduxit extra civitatis pomæria, & qui cum eo exierant comites ac ſervi dura paſſi ſunt, dum acrem hyemem tolerant, relictis in civitate Lectiſterniis deſtituti : etiam & Monachi conquerebantur, ab eorum ſocietate inquietati : nec minus ruſtici diurnæ venationis damno affecti, & detrimento nocturnæ immigrationis hominum, quos in anguſta contubernia recipere cogebantur: Et qui remanſerant domi indolebant, omnem copiam adeundi Imperatorem ſibi amputari, ejuſque auxilium implorandi: Et omnem memoriam ſtipendii è mentibus plane exemerant Latini.

Quare Imperatorem Marchio rogavit, ut relicto Monaſterio in civitatem reverteretur : Agricolæ enim moleſtiſſimè ferebant arva venantium indagationibus peſſundari ac corrumpi, & ad Marchionem vociferabantur : quin & anteà redire in palatium invitaverant tam Papa quam Patriarcha, ut negotia Eccleſiaſtica, & diſceptationes impenſius procurarentur. At ille nec miſeriis ſuorum inflectitur, nec aliorum conviciis commovetur, nec Marchionis indicationibus infringitur, nec Papæ aut Patriarchæ verbis perſuadetur, ſed omnium voces flocci pendens, Monaſterio fixus inhærebat, & feris capiendis nimium quotidie ſe oblectabat.

τμῆμ. ζ. κεφ. ε.

Εἶθ᾽ οὕτω συμβὰν, νεῖκος ἐγείρεται παρὰ τῶν υἱῶν τοῦ στρατιώτου τοῦ καλουμένου Νοβάκου, μετά τινος νέου τοῦ ἐν τῇ μονῇ μοναχοῦ. καὶ ἀπὸ τῶν λόγων, καὶ χερσὶ μάχεσθαι προήχθησαν. καὶ τῷ μὲν μοναχῷ καὶ ἕτεροι ἐκ τῆς μονῆς σύμμαχοι προσετέθησαν. ὁμοίως καὶ τῷ Νοβάκῳ, ἐκ τῆς ἰδίας συμμορίας, οἳ καὶ τῷ μοναχῷ πληγὰς ἡμαγμένας ἐπέθηκαν. ὅπερ ἰδόν-

SECT. VII. CAP. V.

Contigit forte fortuna per id tempus rixa quædam, exorta inter aliquot liberos militis, cui nomen Novacus, & adoleſcentem à Monachis in cænobium nuper receptum, qui primum verbis, poſtea manibus conflixere : adjunxerant ſe tyroni è Monaſterio quam plurimi commilitones, nec minus Novaco decuriæ ſuæ milites, qui Monacho plagas intulerant & ſanguinolenta vulnera : quod cæteri monachorum ubi perſentiunt, nec tumultum ſedare ſe poſſe animadvertunt:

ἰδόντες οἱ μοναχοὶ, καὶ τὴν ὄχλησιν διαλῦσαι ἢ συστεῖλαι μὴ δυνηθέντες, δραμὼν τὶς ἐξ αὐτῶν λάρμα διὰ τοῦ κώδωνος ἐσήμανε. καὶ εὐθὺς ἔδραμον ἄνδρες ἐπ' ἐκεῖνα τῶν πεντήκοντα ἔνοπλοι, καὶ ἐπληρώθη τὸ μοναστήριον ἀνδρῶν καὶ ὅπλων. ὅπερ ἀκούσας καὶ θορυβηθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐμήνυσε τῷ ἡγουμένῳ πῶς γέγονε τοῦτο, καὶ συνήχθησαν τοσοῦτοι ὡπλισμένοι. ὁ δὲ ἀπεκρίθη ὅτι οἱ μοναχοὶ εἶδον τὴν ὄχλησιν προβαίνουσαν, καὶ ἐσπούδασαν διαλῦσαι αὐτὴν, ὡς δὲ οὐκ ἴσχυσαν, ἔδραμε τὶς ἐξ αὐτῶν καὶ ἐσήμανε λάρμα παρὰ γνώμην τῶν λοιπῶν, μηδὲ ἐμοῦ τι εἰδότος. οἱ δὲ συνελθόντες εἰσὶ πάροικοι τῆς μονῆς, καὶ ἔχουσιν ἔθος ὅταν ἀκούσωσι λάρμα συνέρχεσθαι εὐθὺς μετὰ τῶν ἰδίων ἀρμάτων, ἦλθον οὖν κατὰ τὸ ἔθος αὐτῶν. καὶ ἰδοὺ πάλιν ἀπέρχονται. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἀπῆλθον. ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὸ γεγονὸς, εὐθὺς ὥρισε, καὶ διεκόμισαν τὰς κατούνας εἰς τὴν Φερραρίαν. ἦλθε δὲ καὶ αὐτός. καὶ ἴσχυσεν ἡ ὄχλησις τοῦ Νοβακιδίου πλέον τῆς ἀξιώσεως τοῦ Μαρκέση, καὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ πάπα. οὕτω μὲν οὖν ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς τοῦ Μοναστηρίου, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Φερραρίαν.

tunt: unus ex iis campanam tintinans totam viciniam ad arma concitavit. Et in oculi nictu ultra quinquaginta homines armati confluentes monasterium militibus & armis replevere. Quod ubi Imperatoris auribus increpuisset, insolito strepitu perculsus Cænobiarcham interrogavit, unde hæc seditiosa turbamenta? aut quâ occasione tot armatæ manus irruissent? respondit ille, ubi Monachi sui turbas in acriorem flammam erupisse cernerent, quam propriis viribus valerent restinguere, accurrens eorum aliquis campanulam pulsabat in utrumque latus, reliquis fratribus id nec scientibus, nec me quidquam præcipiente: & tum vicini accolæ coufestim advolarunt, propriis cum telis, ex antiqua consuetudine succurrendi nobis, ut primum audiunt conclamationem ad arma per tintinnabolum clangi: atque ut pro more adventarunt, ita retrocesserunt, turbâ defervente: Et revera tum decesserant. At Imperator videns quid insperato accidisset jussit toralia colligi & Ferrariam comportari: ac ipse statim subsecutus est: Et plus valuit apud Imperatorem unius Novacioli subita tumultuatio, quam tot preces & hortamenta Marchionis Papæ & Patriarchæ: sic Monasterio valedixit Imperator, & eo nunquam in posterum rediturus Ferrariam repedavit.

τμήμ. ζ. Κεφ. ς.

Ὁ δὲ πατριάρχης συνῆξε τοὺς ἀρχιερεῖς, ἡμᾶς τε καὶ τοὺς ἡγουμένους, καὶ προέτεινε βούλευμα εἰπών. οὐ δοκεῖ μοι συμφέρειν ἡμῖν καθῆσθαι οὕτως ἀργοὺς, καὶ ἐκδέχεσθαι τί ἂν ἀκούσωμεν παρὰ τῶν λατίνων. ἐκεῖνοι γὰρ ἐν τοῖς ἰδίοις εὑρίσκονται καὶ διάγουσι καθὼς ἂν ἐθέλωσι. οἱ δ' ἡμέτεροι ταλαιπωροῦσιν ἐν ξενιτείᾳ καὶ τῇ ἐνδείᾳ πιέζονται. δεῖ οὖν ἡμᾶς βουλεύσασθαι τί ἂν διαπραξαίμεθα ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου συμφέροντος. εἴπομεν οὖν τῷ πατριάρχῃ ὅπερ ὁρίζει ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου λίαν ἐστὶ καλὸν, καὶ ἡμεῖς πολλάκις ἐζητήσαμεν τοῦτο, καὶ οὐχ εὕρομεν. νῦν οὖν ἐπεὶ εὐεργετεῖς τοῦτο, ὅρισον πρῶτος καὶ βουλὴν, ἥτις φαίνεται τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου ἁρμοδία πρὸς τὸ πρᾶγμα. δῆλον γὰρ ὅτι ἐσκεμμένος εἶ πρὸς αὐτὸ, ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν προσεκάλεσω ἡμᾶς. εἶτα ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς. εἶπεν οὖν ὁ πατριάρχης, ὅτι ἐγὼ οἶδα

ὅπως

Sect. VII. Cap. VI.

At Patriarcha præsules convocavit, nos & sacrarum ædium antistites, quibus consilium his verbis propalavit: Nec nobis decorum opinor, inerti hic otio torpentibus obsolescere, vel præstolari dum à Latinis in certamen provocamur: Illi enim in suis penatibus florentes fœlicitate quam exoptant perfruuntur: Nos autem peregrini in alienâ gente circumagimur, & cum inopia quotidie conflictamur: Quare si sapimus ea consilia aucupabimur, quæ utilitatem nostram provehant. Nos Patriarchæ respondimus; Pergratum esse quod tua suadet eximia sanctitas, & nobis talia sæpenumero consilia rimantibus nulla in hunc diem obtulit occasio: Nunc quandoquidem ex tuâ benignitate hæc caritas in nos dimanat, promat ipse primò sententiam, quam tua sanctitas eximia maxime congruam existimet, nobis in hanc fælicitatem reponendis; siquidem aliquam saltem perpensam prius in animo huc afferre te oporteat, cujus promulgandæ gratiâ nos accersiveris: & nos deinde mentes nostras tuæ sanctitati exponere non dubitabimus. Tum Patriarcha: Satis intellexi

ὅπως οἱ ἡμέτεροι εἶπον περὶ τῆς προσθήκης πολλὰ καὶ ἰσχυρὰ, καὶ σχεδὸν ἀναντίῤῥητα, καὶ ἀπέδειξαν ὅτι οὐκ ἐξῆν προσθεῖναι ἐν τῷ συμβόλῳ. ὅσα δὲ εἶπον οἱ λατῖνοι εἰσὶ σαθρὰ καὶ ἀνίσχυρα. διὸ φαίνεταί μοι καλὸν, ἵνα στῶμεν μέχρι τούτου, καὶ δηλώσωμεν τῷ πάπᾳ μετὰ τῶν περὶ αὐτὸν διὰ μηνυτοῦ, ὅτι οἱ ἡμέτεροι ἀπέδειξαν διὰ πολλῶν καὶ συνοδικῶν πράξεων, καὶ ῥήσεων ἁγίων πατέρων, ὅπως οὐκ ἐξῆν ὑμῖν προσθεῖναι ἐν τῷ συμβόλῳ. διὰ τοῦτο ζητοῦμεν ἐκβληθῆναι τὴν προσθήκην. πλὴν γὰρ τούτου, οὐ προχωρήσομεν περαιτέρω. καὶ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι αὐτὴν χωρήσομεν καὶ πρὸς ἐξέτασιν τῆς δόξης εἰ θελήσετε. μὴ ἐκβαλόντων δὲ ὑμῶν τὴν προσθήκην, ἡμεῖς περὶ ἑτέρου τινὸς οὐ ποιησόμεθα λόγον, ἀλλ' οἴκαδε ἀπελευσόμεθα. ἐὰν οὖν ποιήσωμεν εἰς τοῦτο ἔνστασιν γενναίαν καὶ στερρὰν, ἀναγκασθήσονται, καὶ ἢ ἐκβαλοῦσι νῦν τὴν προσθήκην, εἰ μέλλουσιν αὐτήν ποτε ἐκβαλεῖν, ἢ ἀνακαλύψαι τὸν σκόπον ὃν ἔχουσι καὶ αὐτοὶ, καὶ γνωσόμεθα πῶς ἂν πράξαιμεν εἰς τὸ ἑξῆς. δεῖ δὲ δοῦναι καὶ διορίαν ἡμερῶν ιε. ὡς ἂν δι' αὐτῶν ἢ λαβόντες ὃ ζητοῦμεν προβαίνωμεν, καὶ περαιτέρω, ἢ μὴ λαβόντες παρασκευαζώμεθα πρὸς τὴν ἐπάνοδον.

Εἶπον οὖν καὶ οἱ λοιποὶ λόγους πολλοὺς περὶ τούτου, καὶ ἐγυμνάσθησαν, καὶ αἱ ἀντιλογίαι τούτων. ἠρέσκοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ βουλῇ τοῦ πατριάρχου. ὁ Νικαίας δὲ μόνος οὐ συνεφώνει, ἀλλὰ δεῖν ἔλεγε διαλέξεις γενέσθαι περὶ τῆς δόξης. ἔχομεν γὰρ εἰπεῖν πολλὰ καὶ καλὰ περὶ τῆς δόξης, καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς ὑποπτήσσειν τοὺς λατίνους. ὅμως εἰς τὸ περὶ τῆς προσθήκης λέγει ὁ Καβάσιλας φύλλα δ. καὶ οἱ λόγοι οὓς εἴπομεν ἡμεῖς εἰς αὐτό εἰσι βιβλίον ἕν. εἰς δὲ τὸ περί τῆς δόξης ἔνθα γράφει ἐκεῖνος βιβλίον ὁλόκληρον, οὐ δυνησόμεθα καὶ ἡμεῖς εἰπεῖν πολλὰ καὶ καλά; οὐκ ἤρεσαν δὲ τοῖς ἄλλοις οἱ λόγοι τοῦ Νικαίας. ὁ δὲ ἐνίστατο λέγων δεῖ καὶ περὶ τῆς δόξης διαλέξεσθαι. ὅμως παρέβλεψαν τοὺς λόγους τοῦ Νικαίας, καὶ προσέθεντο πάντες τῇ βουλῇ τοῦ πατριάρχου καὶ ἐκύρωσαν αὐτήν.

Τότε εἶπεν ὁ πατριάρχης ὅτι ἐπειδὴ προέ-

tellexi quam multa Argumenta in Additamentum nostri Athletæ cumulaverint, fortia & valida, & propemodum nunquam refutanda: Ad symbolum addere Latinis non licuisse: contrà vero quæ Latini adduxerunt, insulsa, sine nervis, sine viribus diffluebant: Quare mihi videtur rectæ consentiens rationi, ut in hoc cardine vestigia firmemus, nec ulterius progrediamur: sed Papæ cum suis per internuncium significemus, nostros homines à plurimis Conciliorum actis, sanctorumq; patrum testimoniis cœpisse, nefarium fuisse ad symbolum adjicere: ideoque rogamus Additamentum illud omnino expungi; sin minus, decrevimus ultrà non procedere: verum si auscultabitis, tum post erasam illam Adjectiunculam de ipso Dogmate vobiscum experiemur, si voletis: sed si abnegabitis vocabulum symbolo eliminare, de nullà aliâ causâ vobiscum periclitabimur, sed in patriam illico revertemur: Si istiusmodi generosam ac solidam litis contestationem cum illis auspicabimur, in eam necessitatem cogemus, ut vel additum symbolo protinus eximant, si ullis unquam rationibus eximere pertrahantur, aut saltem quo collimant in reliquis persequendis patefaciant, ut pari judicio nostrum cursum dirigere perdiscamus: sed & concedere oportet moram quindecim dierum, ut vel votis potiti in causis ventilandis progrediamur, vel non potiti, ad reditum confestim nos accingamus.

Hunc sermonem cæteri multis verbis agitabant, quin & allatæ in contrarium accuratè pensitabantur; at omnes fermè Patriarchæ consilio applaudebant. Solus Nicænus in adversum nixus, etiam & dogmatis utcunque disquisitionem adeundam esse affirmabat, de quo non minus illustria promittimus: Nec enim nos oportet Latinos expavescere, siquidem Cabasilas, cum de Additamento scriberet, tantum unius libri quatuor foliola implevit, quæ nos hic de eodem Argumento fudimus, surgunt ad volumen: Ergo ubi Cabasilas ipsum dogma illustrando integrum codicem confecit, nunquid nos in illud idem dogma non poterimus multo præclariora quam quæ hactenus evulgare? Hæc à Nicæno dicta paucis placuere, & quanquam vehementer insisteret etiam agendum de dogmate, tamen exsibilatis quæ probabat ille, Patriarchæ consultum universi suffragiis confirmarunt.

Quod ubi Patriarcha percepisset, conventui proposuit, ut quandoquidem omnes in eandem sententiam descendissent, paucis aut nullis refragantibus, Imperatoris etiam assensus rogaretur, ut is nostris consultis calculum adderet, & destinatis auxiliares manus præberet: ita-

ἀρέσκει πᾶσιν ἡ τοιαύτη βουλὴ, καὶ ἐστὲ ὁμογνώμονες, ἀνενεχθήτω καὶ τῷ βασιλεῖ, ἵν' ἔχωμεν κἀκεῖνον σύμφωνον ἡμῖν καὶ συνεργόν. ὥρισεν οὖν τὸν μιτυλήνης καὶ ἐμὲ, ἵν' ἀπέλθωμεν, καὶ ἀναφέρωμεν κατὰ μέρος τῷ βασιλεῖ, καὶ εἰ φανῇ καλὴ ἡ βουλὴ, ὡς καὶ τοῖς πᾶσιν ἐφάνη, ἐπικυρώσῃ καὶ αὐτὸς ταύτην, καὶ διά τινος δηλώσῃ αὐτὴν καὶ τῷ πάπᾳ. εἰ δ' οὐκ ἔχει θέλημα, ἵνα γένηται τοῦτο παρὰ τῆς ἐκκλησίας. ἀπελθόντων οὖν ἡμῶν καὶ ἀναγγειλάντων τῷ βασιλεῖ τὰ δόξαντα τῷ πατριάρχῃ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ πάσῃ, ἀπεκρίνατο ὁ βασιλεύς. τίς ἐστιν αὕτη ἡ βουλή; καὶ τίς εἶπεν ἐκείνοις βουλεύεσθαι; ἐγὼ δὲ ποῦ ἤμην; καὶ πόθεν εἶχον ἔνδοσιν βουλεύεσθαι; ἔδει δὲ παρεῖναι κἀμέ. τί δὲ, ὅτι λέγουσιν εἰπεῖν καὶ ἐμὲ βουλὴν, εἰς ὃ εἶπον ἐκεῖνοι, καὶ οὕτω γίνεται ἡ βουλή; ἢ ἔδει παρόντα με ἀκοῦσαι τοὺς λέγοντας, καὶ τοὺς λόγους δι' οὓς λέγουσι δεῖν γενέσθαι τοῦτο. καὶ εἰ ἀναφύονταί τινες ἀντιλογίαι, γυμνάσαι κἀκείνας καὶ ἐκλέξασθαι τὸ πρακτέον. ἐγὼ πρῶτον μὲν οὐ δέχομαι ὡς βουλὴν ὅπερ ἐποίησαν ἐκεῖνοι, ἐπεὶ οὐδὲ ἄδειαν καὶ ἔνδοσιν εἶχον βουλεύεσθαι. εἶτα λέγω, ὅτι οὐ μόνον οὐ μηνύσω ὃ λέγουσι τῷ πάπᾳ, ἀλλὰ καὶ παντὶ τρόπῳ ἐναντιωθήσομαι, εἰ καὶ ἐκεῖνοι μηνύσουσι τοῦτο. εἶτα προσέθηκε. διὰ τί δὲ οὐ θέλουσι διαλέξεις ποιῆσαι περὶ τῆς δόξης; τί ἐστι τὸ κωλῦον αὐτούς; καὶ τίνος χάριν ἐνταῦθα παραγενόμεθα; οὐ συνήλθομεν ἐπὶ τῷ ἐξετασθῆναι τὴν δόξαν; οὐκ οἴδατε ὅτι εἰ ὑποστρέψομεν οὕτως μηδὲν εἰπόντες περὶ τῆς δόξης αὐτοὶ μᾶλλον βεβαιώσομεν τὴν τῶν λατίνων δόξαν ὡς καλήν; ὅσα δὲ ἐλαλήθησαν περὶ τοῦ οὐκ ἐξῆν προστεθεῖναι, ἀνόνητα ἔσται; ἐπεὶ οὖν ἤλθομεν ἐνταῦθα ἀνάγκη ἐστὶν ἐξετασθῆναι τὴν δόξαν.

itaque delegavit Patriarcha Mitylenes Metropolitam, & meipſum, ut hæc Imperatori ſignificaremus : Et ſi conſultum ipſi arrideret, quemadmodum & nobis, primò; autoritate ſuâ ſanciret, ac deinde Papæ per aliquem ſuorum curaret indicandum, ſi minus Imperatoriæ prærogativæ congruere exiſtimaret, id Papæ per Eccleſiam indicari : Nos obſecuti mandatis, ubi ſcita Patriarchæ, ac totius Eccleſiæ Imperatori nuntiavimus, reſpondit Imperator: Cujum hoc conſilium? aut quis diem conſulendo condixit? Ego tum temporis ubi habitabam? Aut unde nacti ſunt libertatem coeundi? Nonne me oportuit interfuiſſe? An illi me cupiunt conſilium approbare, quod ipſi autoritate ſua ſuſceperunt, cum ſine meâ nullum convocari poſſet? Numquid non æquum videretur, me præſentem differentes exaudiſſe, & rationes quibus hoc ſancitum ab univerſis prodiit, & ſi quæ in contrarium vergerent, ut cunctis perpenſis, quid maximè factu opus eſſet ipſe determinarem? Primò, concilium ab iis convocatum abrogo, quando illi nullam conſulendi autoritatem ſibi arrogare debuerunt: Deinde Papæ id ego non modo non renuntiabo, ſed & ſi illi renuntiaverint, pro virili deſtructum ibo. Porro & hæc addidit: Cur nolunt noſtri in ipſum Dogma diſſertationes continuare? quid obſtat? aut quorſum huc convolavimus? Nonne opinionem noſtram ab iis maximè diſcrepantem eventilare? noſtriſne ſi revertemur in patriam, opinione noſtrâ ad diſputationis aleam non commiſsâ, videbimur Latinorum confirmare ut maximè orthodoxam? Et quæcunque hactenus profudimus de illicitâ adjectione ad ſymbolum, in auras evaneſcent? Hoc certiſſimum eſt quando huc pervenimus, ipſum dogma eſſe pertundendum.

τμήμ. ζ. Κεφ. ζ.

Ἤρξατο οὖν ὁ μιτυλήνης συνηγορεῖν τῷ βασιλεῖ. ἐγὼ δὲ ἐσιώπων. καὶ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ πρᾳότερον μεταβαλὼν, ἐπλατύνετο συνεργὸν εὑρίσκων καὶ τὸν Μιτυλήνης. καὶ ἠρώτα τί ἐστι τὸ κωλῦον τοὺς μὴ βουλομένους μεταβῆναι εἰς τὸ περὶ τῆς δόξης; ἔλεγεν οὖν ὁ Μιτυλήνης, ὡς

SECT. VII. CAP. VII.

Mitylenæus Imperatori iracundius detonanti cœpit ſuccumbere, ego autem omnino conticui: Id ubi Imperator animadvertit, Mitylenæum ſuis partibus accedere, & ipſe de ferociâ remittens, ſciſcitatus eſt, quid noſtros impedit, quo minus in Dogma tranſirent? Reſpondit Mitylenæus, nihil obſtare, quin ſi ſuæ Majeſtati allubeſceret, acriorem coram ipſâ diquiſitionem in-

ὡς οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον. ἀλλ' εἴπερ ὁρίζει ἡ ἁγία βασιλεία σου, καὶ συναχθῶμεν ἔμπροσθεν σου, καὶ δημηγόρησις περὶ τούτου γενήσεται. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔλεγεν, ἤθελον εἰδέναι τί λέγουσιν οἱ μὴ βουλόμενοι χωρῆσαι εἰς τὴν ἐξέτασιν τῆς δόξης; ὡς οὖν πολλὰ τοιαῦτα λέγων πρὸς ἐμὲ μᾶλλον ἀπετείνετο τὸν σιωπῶντα καὶ δυσχεραίνοντα, ἐξ ἀνάγκης ἀπεκρίθην ἐγώ. ὅτι οἴδασιν οἱ ἡμέτεροι, ὅτι εἶπον μὲν πολλὰ γενναῖα καὶ ἰσχυρὰ περὶ τῆς προσθήκης, ἤνυσαν δὲ οὐδέν. τίνα γὰρ ἂν εὑρεθεῖεν ἰσχυρότερα τῶν συνοδικῶν ὅρων τῶν ἀναθεματιζόντων τοὺς προστιθέντας ἢ ἀφαιροῦντας; λέγουσιν οὖν ὅτι εἰ ἐν τῷ ζητήματι τούτῳ, ἔνθα ἔχομεν τοσαύτην ἰσχὺν ἀναντίρρητον, ἐκεῖνοι συμπλάττουσιν ἀντιλογίας, καὶ οἴονται καλῶς λέγειν, καὶ μὴ προσίστασθαι αὐτοῖς τοὺς ὅρους διατείνονται, εἰ χωρήσωμεν εἰς τὸ περὶ τῆς δόξης, ἔνθα ὡς ἀκούομεν καυχῶνται, ὅτι ἔχουσι συμμαχίαν τινὰ ἀπὸ δυτικῶν ἁγίων, οὐκ ἔτι δέ οἴδαμεν ποίαν τινά, ἐροῦσι μὲν ἐκεῖνοι ὅσα ἂν ἐθέλωσιν, ἔχοντες δὲ τὸ κράτος καὶ τὴν ἰσχὺν ἐκ τοῦ πάππα διαφημίσουσιν, ὅτι ἀπεδείξαμεν λαμπρῶς, τὴν ἡμετέραν δόξαν ὑγιᾶ, καίτοι μηδὲν ἀποδείξαντες νῦν, ὅμως οὐκ αἰδοῦνται τοῦτο λέγειν, καὶ πλέον τοῦ δέοντος, πόσῳ γε μᾶλλον τοῦτο κηρύξουσιν. ἡμεῖς δὲ εἴ τι ἂν καὶ εἴπωμεν, ὡς οὐδὲν παρ' ἐκείνοις λογισθήσεται, καὶ ἄπρακτοι εὑρεθησόμεθα. ἐπεὶ οὐδὲ ἔχομεν τὸν διακρινοῦντα. ὅσον οὖν ἐκ μέρους οἶδα καὶ αὐτὸς τοῦτο ἐστι τὸ κωλύον. ἴσως δὲ εἴποιεν ἂν ἄλλοι καὶ ἕτερά τινα πλείονα.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη πρὸς ταῦτα. καί τι πρὸς ἡμᾶς εἰ ἐροῦσιν ἐκεῖνοι ὅτι ἀπέδειξαν καλῶς ὃ λέγουσιν, ἐκεῖνο δέ ἐστιν ἀναπόδεικτον; εἰπάτωσαν οἱ ἡμέτεροι ὅσα ἔχουσι γενναῖα καὶ ἰσχυρά, καὶ εἰ μὲν πεισθῶσι κἀκεῖνοι, ἰδοὺ ἐκερδήσαμεν κέρδος πᾶσαν ὑπερβολὴν ὑπερβαῖνον. εἰ δ' οὐκ ἐθελήσουσι πεισθῆναι, ἡμεῖς ἐκ τούτου οὐ βλαβησόμεθα. οὐ γὰρ βιάσονται. εἰ δὲ καὶ βίαν ἐπάξουσιν, τὰς προαιρέσεις ἡμῶν βιάσαι οὐ δύνανται. τὸ γὰρ σῶμα ἴσως δέχεται βίαν, ἡ δὲ προαίρεσίς ἐστιν ἀβίαστος.

Ἀνέφερον δ' ἐγώ. ἀλλ' ἀπὸ τούτου ἕτερα ἐπα-

inſtaurari, cuncta pro votis ſucceſſura: At mihi foret voluptas, inquit Imperator, ſi quis rem ita enuclearet, ut animo conciperem, quid ſibi fingerent qui à Dogmate tantopere abhorrent? Et dum hæc verba multoties inculcaret, in me unum reſpexit, taciturnum, & nonnulla mecum ruminantem; ut coactus reſponſum parare in hæc dicta proruperim: Cum noſtri ſibi ſatis conſcij ſint, quam fortia, & appoſita argumenta protulerint in Additamentum, nihil tamen profecerunt: Nam quæ fortiora poſſunt excogitari, definitionibus Synodalibus quæ quotquot homines addunt vel detrahunt ſymbolo, anathemati ſubjiciunt: At cum Latini in hac quæſtione de Additamento, quam nos pro nobis reputamus ut munimentum inexpugnabile, ita tamen tergiverſantur ut nodos in ſcirpo quærant,&Euge clament,iſtæ Synodorum definitiones ad nos non pertinent: ſi ad Dogma progrederemur, in quo Latini triumphum canunt ante victoriam, ſuffulti ut jactant tot Latinorum patrum teſtimoniis, (licet hæc qualia ſint, hactenus haud mente percepimus,) tum dicent quicquid volent, & nixi autoritate Papæ per orbem ſpargent, ſe ſuas opiniones Sole clariores demonſtraſſe: quemadmodum in hoc de Additamenro ebuccinare non erubuere, ultra jus & fas, quanquam nihil plane demonſtraverint: ſed ſi in Additamento, quanto magis in Dogmate inſultabunt? At nos quicquid muſſabimus, floccifacient, & quicquid perficiemus, nihili æſtimabunt: cum nullum habeamus inter duas partes recta ſtatuminantem arbitrum: & hoc mihi nunc ſuggerit mens particulare, quod noſtros à Dogmate deterreat, quanquam & alii forſan plura promant.

Ad hæc Imperator repoſuit: Et quid ad nos, ſi illi ubique prædicent, ſe meridiano Sole clarius quicquid propoſuerint dilucidaſſe, dum nihil dilucidatum appareat? utantur eadem arte noſtrates, & paſſim venditent quam valida, & præclara argumenta in adverſarios evibrarunt: & ſi illi vera eſſe concedent, lucrum omni quæſtu excellentius acquiſivimus: Si concedere renuent, nec nos exinde lædimur, nondum enim nos cogent dictis contraria profiteri: quin ſi vim intentabunt, noſtras voluntates liberas nunquam coercebunt: Corpus potentiorum injuriis ſubjacet, at anima ſupereſt ab omni violentia immunis.

Sed (referebam ego) ab iſtis diſcrimina graviora pendent: ſi diſſertationes redintegrabuntur, & in articulis evolvendis, Latini immenſum ſe diffundent, ut ſemper ſolent: Et eorum Anteſignani, ſe ſua dogmata perſpicuè & abundè manifeſtaſſe pronuntiabunt: Nos non patientur, in eandem loquendi ubertatem expa-

ἐπακολουθήσωσιν. εἰ γὰρ γένοιντο διαλέξεις, καὶ πλατυνθεῖεν οἱ λατῖνοι ἐν αὐταῖς καθὼς εἰώθασιν, καὶ κηρύξωσιν οἱ ἐκλελεγμένοι ὅτι ἀπέδειξαν ἀρκούντως, καὶ λαμπρῶς ὑγιᾶ τὴν ἑαυτῶν δόξαν, οὐκ ἐάσουσι προβαίνειν εἰς ἄπειρον τὸ περὶ τούτου, ἀλλὰ συμπερανθῆναι σπουδάσουσι, καὶ ἀπαιτήσουσι γνώμας. εἰ οὖν καὶ οἱ ἡμέτεροι οὐ θελήσουσι γνωμοδοτῆσαι, καὶ συμφωνῆσαι ἐκείνοις, ἀλλὰ πάντες οἱ ἐκείνων ἐξοίσουσι ἀπόφασιν. ὅτι ἅπερ λέγουσιν οἱ λατῖνοι εἰσὶν ὑγιῆ, καὶ ὀρθόδοξα, καὶ κατακρινοῦσιν ἡμᾶς. ὡς μὴ πειθομένους ἐκείνοις. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο λυμαίνεται ἡμᾶς, οὐ γὰρ ἔσται τοῦτο ἀπόφασις συνοδική. ἐγὼ γὰρ τότε λογίσομαι τὴν ἀπόφασιν ὡς οἰκουμενικῆς συνόδου ὅταν συμφωνήσουσιν ἑκάτερα τὰ μέρη. εἰ δὲ ἀσυμφώνως καὶ μεμερισμένως εἴποιεν, οὐ λογίσομαι τοῦτο ὡς οἰκουμενικῆς συνόδου ἀπόφασιν. ἔφην δ' ἐγὼ ὅτι καλῶς ὁρίζει ἡ ἁγία βασιλεία σου. οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ παρ' ἡμῖν λογισθήσεται τοῦτο ἀπόφασις κανονική, καὶ δικαία, οὐδὲ καὶ εἰ ἀφορισμῷ καθυποβαλεῖ ἡμᾶς ὁ πάπας, φροντιοῦμεν περὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ἕτερόν τι δεδοίκαμεν. εἰ γὰρ παρακολουθήσουσιν ἃ προανέφερον, ἡ ἁγία βασιλεία σου, οὔτε κάτεργα ἔχεις ἐνταῦθα, οὔτε ἔξοδον, ἵνα διασώσῃς ἡμᾶς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. μόλις γὰρ δυνήσῃ τὸ ἓν ἀπαρτίσαι κάτεργον, καὶ ὀλίγους τινὰς λαβεῖν ἐν αὐτῷ. οἱ δὲ πολλοὶ διασκορπισθήσονται, ὅπου ἂν εὕροιεν ναυλοφόρα πλοῖα ἐπανασώσοντα αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν. εἰ οὖν θελήσει ὁ πάπας ἀποκηρύξαι ἡμᾶς ὡς αἱρετικοὺς, καὶ προτρέψαι τοὺς ἐντυγχάνοντας αἰχμαλωτίζειν ἡμᾶς, ὡς μὴ πειθομένους αὐτῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ συνόδῳ, τίς δυνήσεται διασωθῆναι εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. μὴ ὄντος ἄλλου τρόπου ἐπανελθεῖν ἡμᾶς, εἰ μὴ διὰ πλοίων, καὶ τόπων, καὶ γενῶν λατινικῶν; ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς, ὅτι μηδένα ἔχετε λογισμόν τινα περὶ ὧν λέγεις. ἐγὼ γὰρ οὐ προσδοκῶ γενήσεσθαί τι ὧν ὑπονοεῖτε. εἰ δὲ καὶ γενήσεται, δύναμαι ἐγὼ πάλιν εἰς τὴν πόλιν ὑμᾶς ἐπανασῶσαι. ἐν τούτοις δὲ πᾶσιν ὁ Μιτυλήνης συνηγόρει τῷ βασιλεῖ. ὕστερον δὲ ἐζήτησα ἀπολογίαν τινὰ δοῦναι τῷ πατριάρχῃ, ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη ἐλεύσομαι ἐγὼ, καὶ ἀπολογήσομαι αὐτῷ. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξήλθομεν.

patiari: ſed ſtatim ad definitionem clamabunt, & ſententiam decretoriam: Quod ſi noſtri calculos conferre recuſabunt, aut illis conſentire, omnes unamini voce concludent, quicquid nuper affirmaverint Latini, ſanum eſſe & orthodoxum, noſque confeſtim ut ipſorum determinatis rebelles damnabunt & expuent. Sed nec illud nobis damnum inferet, reſpondit Imperator: definiant inter ſe quicquid velint, at Definitio Synodica non valebit, quam ego duntaxat ſic intelligo, ut ea ſola ſit Synodica Definitio, quando utraque pars in unum idemq; conſenſerint: Sed ſi una pars ſuffragia cohibuerit, projiente ſuffragia parte alterâ, ſeorſim, quicquid decernitur, inter enuntiata Generalis Synodi nunquam recenſebo: Id tua Sacra Majeſtas (ſubjeci ego) ſolerter intellexit: Nec enim id à nobis haberetur pro definitione legitimâ & ſecundum Canones Conciliorum efformatâ: quemadmodum neque ſi nos Papa, ſupremâ excommunicatione ad Infernum ablegaret, deberemus ob id mentibus inquietari: Sed illud eſt quod nos intimè tangit: Si quæ prædixi contigerint, tua Majeſtas triremes aliunde ſuppeditatas non inveniret, aut commeatus, quibus nos ſalvos Conſtantinopolin reduceret: Enim vero tuis nunc opibus vix unam triremem valeres inſtruere, quæ perpaucos tecum vectores admitteret: at reliqui tui per portus diſſipabuntur, in quibus navigia mercede conducant, ut in patriam revehantur: Tum ſi Papa nos hæreticos proſcripſerit, & poteſtatem indulſerit cuilibet nos trahendi in ſervitutem ut mancipia, quaſi ſibi ſuæque Synodo refractarios, & perfidos transfugas, quis Conſtantinopolin incolumis evaſerit, cum alia nobis non pateat via, aut modus remeandi, niſi per Latinorum oras, & littora & navigia? At ne ſint iſta vobis curæ, interpellavit Imperator, quanquam enim nihil iſtorum fore arbitror, quæ vos ſuſpicamini, ſi tamen fierent, poſſem ego vos ſartos & tectos patriæ veſtræ penatibuſque reſtituere, ne vereminì. In his omnibus Mitylenæus Imperatori applauſit: Ego vero demum Imperatorem interrogavi, ſi quid Patriarchæ remandaret; qui reſpondit, brevi ſe Patriarcham in ædibus conventurum: atque ita diſceſſimus.

τμήμ. ζ. κεφ. η.

Παρεγένετο οὖν μετὰ μίαν ἡμέραν, καὶ ὡμίλησε τῷ πατριάρχῃ, μόνος πρὸς μόνον ὥραν ἱκανὴν, καὶ οὐκέτι ἐγένετο μνήμη τῆς δηλωθείσης βουλῆς. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐσπούδασε καὶ δι' ἑαυτοῦ, καὶ διά τινων πεῖσαι τοὺς ἀρχιερεῖς, εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης μεταβῆναι διαλέξεις. ὁ μαθὼν ὁ σοφὸς Γεμιστὸς ἀνέφερε τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ πατριάρχῃ, καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἔλεγεν, ὅτι οὐ προσήκει ἁπλῶς, οὕτω καὶ ὡς ἔτυχεν, εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις χωρῆσαι. ἀλλὰ δεῖ συνελθεῖν τοὺς ἡμετέρους ἰδίως, καὶ σκέψασθαι καὶ γυμνάσαι τὰ παρὰ τῶν λατίνων λεχθησόμενα. οἴδασι γάρ τινες τῶν ἡμετέρων, ὅσα ἔχουσιν εἰπεῖν ἐκεῖνοι, καὶ δύνανται εἰπεῖν καὶ δεφενδεῦσαι ταῦτα, καὶ κρεῖττον ἐκείνων. ἀκουσάτωσαν οὖν τὰ λατίνων ἰσχυρὰ, καὶ πρὸς ἀνατροπὴν αὐτῶν χωρησάτωσαν. καὶ εἰ μὲν ἔχουσιν οἱ ἡμέτεροι εἰπεῖν ἰσχυρότερα, καὶ θαῤῥήσουσιν ὁμολογουμένως ὅτι ἀνατρέψουσι τὰ ἐκείνων, οὕτω καὶ εἰς διαλέξεις προβαινέτωσαν. εἰ δὲ ἴδωσιν ἔχειν ἐκείνους ἐν τοῖς τοιούτοις ἰσχὺν, μὴ χωρείτωσαν εἰς διαλέξεις. ἀλλὰ σκεψάσθωσαν πῶς ἂν ἑτέρῳ τρόπῳ τὸ λυσιτελοῦν διαπράξωσι.

Ὁ δὲ πατριάρχης προσεκαλέσατο ἰδίως τὸν Γεμιστὸν, καὶ προσεποιήσατο ἀμφιβάλλειν, εἰς ἅπερ λέγουσιν οἱ λατῖνοι τε καὶ οἱ ἡμέτεροι περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ εἶπεν αὐτῷ. ὅτι σὺ ὑπάρχεις διδάσκαλος καὶ σοφὸς καὶ ἔχεις εἴδησιν ἀκριβῆ, ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ ἀπὸ τῆς πολυχρονίου πείρας, καὶ ἀπὸ τῆς σπουδῆς, ἧς ἐσπούδασας εἰς αὐτά. πρὸς τούτοις δ' εἶ καὶ γέρων, καὶ καλὸς ἄνθρωπος, καὶ τὴν ἀλήθειαν πάντων προτιμᾶς. διὰ τοῦτο ἐφάνη μοι καλὸν προσκαλέσασθαί σε ἰδίως, ἵνα πληροφορήσῃς με, περὶ ὧν ἀμφιβάλλω. εἰπέ μοι οὖν καθαρῶς, νὰ σωθῇς, ὁποῖον σοὶ δοκεῖ ἀληθέστερον τούτων;

Πρὸς ἃ ἀπεκρίνατο ὁ Γεμιστὸς, ὅτι οὐ δεῖ ἀμφιβάλλειν τινὰ ἐξ ἡμῶν εἰς ἅπερ λέγουσιν οἱ ἡμέτεροι. ἰδοὺ γὰρ ἔχομεν τὴν διδασκαλίαν πρῶτον μὲν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. εἶτα δὲ καὶ ἀπὸ
τοῦ

SECT. VII. CAP. VIII.

Ergo post interjectum unius dieculæ spatium, ut promiserat Imperator, Patriarcham adiit, & quanquam remotis arbitris, soli satis diu conversarentur, à neutro tamen est interposita mentio illius consilii, quod Imperator antea tam ferociter confoderat: Imperator autem majori quam unquam antehac studio incubuit, per seipsum, suosque pararios persuadere Atchiepiscopis, ut ad disceptariones de Dogmate transmearent. Quod ubi doctissimus Gemistius intellexit, Imperatorem, Patriarcham, & nos omnes prudenter monuit, cavendum esse, ne in Dogmatis palæstram temere ac præcipitanter transeamus, sed nostratibus in consilium prius adhibitis, considerate circumspicere oportet, eorumque mentes imbui, ac exercitari, in iis quæ Latini essent propostituri: Sunt enim (inquit) nostratium aliqui tam periti rerum Latinarum, ut easdem eloqui, defendere, ratiocinari accuratius, quam ipsi Latini norint. Quare prius audiant fortissima Latinorum argumenta, & expendant, & refellere moliantur; Nam si fortiora proment, sine dubio poterunt Latinorum evertere, ipsosque adversarios facile prosternere: Sic antecedaneis præparati prolusionibus, disputationum arenam ingrediantur: At si animadverterint Latinos in Argumentis prævalere, abstineant ab his disputatoriis comitiis, & alium modum exquirant utilitati suæ prospiciendi.

Patriarcha autem vocatum ad se Gemistium in secretum adduxit: & se fingensde nonnullis ambigere, quæ Latini affirmant, de Spiritus Sancti processione, eum his verbis allocutus est. Gemisti te revereor ut nostræ Ecclesiæ doctorem literatissimum virumque sapientem, & in istiusmodi abstrusissimis mysteriis multa cogtionis luce circumdatum, quam & à longæva experientiâ, & multiplici industriâ, in his consumptâ acquisiveras. Insuper & senem præclaræ ingenuitatis, & eximium præ rebus omnibus Veritatis amatorem: Quare visum est operæ pretium te mihi in privatum arcessere, ut me in plenariam fidei certitudinem reponas, quarundam ambiguitatum in quibns mihi hæret aqua: Dic igitur candidè & ex animi sententiâ, sicut te Deus adjuvet, utrum dogma verius existimes Latinorum, an nostrum?

Gemistius respondit, neminem nostrorum oportere, de quibus nostri affirmant dubitare: Nam eccè hanc primo doctrinam ex ore Domini nostri Jesu Christi emanantem hausimus, deinde ab Apostolo, qui semper fuere habita fidei nostræ fundamenta, quibus nostri omnes
in

τοῦ ἀποστόλου, ἅπερ εἰσὶ θεμέλια τῆς πίστεως ἡμῶν. ἐφ᾽ οἷς ἑδράζονται πάντες οἱ ἡμέτεροι διδάσκαλοι. ἐπεὶ οὖν οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν τῶν τῆς πίστεως ἀντέχονται θεμελίων, καὶ οὐ παρεκκλίνουσι κατά τι, οἱ δὲ θεμέλιοι σαφέστατοι εἰσὶ, οὐ δεῖ τινὰ ἀμφιβάλλειν ἐν οἷς αὐτοὶ λέγουσιν. εἰ δ᾽ ἐν τούτοις ἀμφιβάλλει τις, οὐκ οἶδα ἐν τίσι τὴν πίστιν ἐνδείξεται.

Καίτοιγε οὐδὲ οἱ διαφερόμενοι ἡμῖν ἀμφιβάλλουσιν εἰς ὃ κατέχει, καὶ κηρύττει ἡ ἐκκλησία ἡμῶν. καὶ αὐτοὶ γὰρ ὁμολογοῦσιν ὅτι ὃ λεγόμενον ἡμεῖς καλόν ἐστι καὶ ἀληθέστατον. τὰ δὲ αὐτῶν βιάζονται σύμφωνα δεῖξαι τοῖς ἡμετέροις. ὥστε οὐ δεῖ τινὰ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας ὄντα, ἀμφιβάλλειν περὶ τῆς ἡμετέρας δόξης, ὅπου γε οὐδὲ οἱ διαφερόμενοι τοῦτο πάσχουσι. περὶ δὲ τῆς ἐκείνων δόξης οὐδὲν ἀπεικὸς ἀμφιβάλλειν τινά. καὶ τοῦτο ἴσως ὅτι πρόκειται εἰς ἐξέτασιν καὶ ἀπόδειξιν. ἄλλως γὰρ ὅσον ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου πάντη ἀσύμφωνόν ἐστι. τοιαῦτα καὶ πολλῷ πλείονα καὶ ἰσχυρότερα διεξῆλθε πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐβεβαίωσεν, ὅπως οὐ δεῖ ἀμφιβάλλειν τινὰ περὶ τῆς δόξης ἣν δοξάζει ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ἀλλὰ καὶ ὅτε αἱ περὶ τοῦ πουργατορίου διαλέξεις ἐγίνοντο, συνηγμένων πολλῶν ἐξ ἡμῶν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ βασιλέως δημηγοροῦντος, ὅτι δεῖ τὰς προλήψεις ἐκ τῶν διανοιῶν ἡμῶν ἐκβληθῆναι, καὶ μήτε τὴν λατινικὴν δόξαν ἡγεῖσθαι ἐπισφαλῆ, μήτε τῇ ἡμετέρα ὡς ἀσφαλεῖ συντίθεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς δύο ἀμφιβόλως ἔχειν ἐπίσης, μέχρι ἂν ἐξετασθῶσι, καὶ τὸ εὑρεθησόμενον ἀπὸ τῆς συνοδικῆς ἐξετάσεως καὶ ἀποφάσεως, ἐκεῖνο ὀφείλει στέργεσθαι ὡς ἀληθὲς καὶ ἀναμφίβολον. παρὼν τότε καὶ ὁ Γεμιστὸς, καὶ ἀκούσας ταῦτα εἶπε πρὸς ἡμᾶς τε καὶ τὸν Νικαίας μάλιστα. ὅτι ὅσους χρόνους οἶδα τὸν βασιλέα, οὐκ ἤκουσα τὶ παρ᾽ αὐτοῦ χεῖρον, οὗπερ νῦν εἴρηκεν. εἰ γὰρ ἐσόμεθα ἀμφίβολοι ἐν τῇ δόξῃ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας οὐδὲ πιστεύειν δεῖ ἅπερ αὐτὴ διδάσκει, οὗ τὶ χεῖρον γένοιτ᾽ ἄν;

in Eccleſia Doctores innituntur: Ergo cum univerſi doctores noſtri fundamenta teneant inconcuſſa, & nullatenus à veritate deflectant, & ipſa fundamenta ſunt manifeſtiſſima, nefas eſſet quæ illi afferunt in dubium vocare: qui enim in his fluctuat, haud ſcio in quem portum fidei anchoram projiciat.

Quin nec illi qui contrà nos in hac causâ militant, ita dubitant, ſed veriſſima profitentur quæ noſtra Eccleſia prædicat, & ſua dogmata coguntur vel obtorto collo, noſtris conformia probare: multo minus decet noſtrates veritatem prodere cui adverſarii aſtipulantur: De eorum vero opinione merito forte quis dubitet, cum reverâ examine ac demonſtratione indigeat, & à noſtrâ immenſum diſcriminetur. His & multo nervoſioribus perſtrinxit mentem Potriarchæ eruditiſſimus Gemiſtius, & confirmavit, non oportere noſtrates ambigere in iis quæ noſtra Eccleſia de proceſſu Spiritus Sancti tenet.

Sed & cum diſputationes agitarentur de Purgatorio coram ipſo Imperatore, plurimiſque noſtratium in unum congregatis, Imperator nos celebri oratione allocutus pronuntiaret, noſtrates oportere præconceptas opiniones mentibus eximere, & neque Latinorum ut lubricas proſcribere; neque noſtris ut certis inhærere, ſed accedere, cum nullius opinionis præjudicio, & eo uſque ſuſpenſos ſtatuminari, dum ambabus perveſtigatis, potiſſima à Synodicâ definitione enuntiabitur, eamque ſolam ut fidei articulum verum & genuinum agnoſcere. Fortefortuna tunc Gemiſtius interfuit, & cum hoc dictum auribus percepiſſet nobis omnibus, ſed præcipue Nicæno inſuſurravit: Ex quot annis hunc Imperatorem cognoverim, nunquam ab eo audivi effatum deteſtabilius, quam quod nunc effutiit: Nam ſi in dogmatibus Eccleſiæ hac illac incerti titubamus, firmâ fides nullis, quæ docet, eſt adhibenda: quo quid pernitioſius Eccleſiæ contingat?

τμήμ. ζ. Κεφ. θ.

Ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

SECT. VII. CAP. IX.

Sed ad propoſitum revertamur. Poſt dies ali-

μεν. ἡμέραι παρῆλθον τινὲς, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐβουλήθη συναθροῖσαι τοὺς ἡμετέρους, καὶ κατασκευάσαι, καὶ ἑλκύσαι ἑκόντας ἄκοντας τὰς περὶ τοῦ δόξης διαλέξεις ποιεῖν. αὐτὸς δ᾽ ἔκειτο νοσῶν καὶ οὐκ ἠδύνατο παραγενέσθαι εἰς τὸν πατριάρχην. μετεκαλέσατο δ᾽ αὐτὸν οὗ καὶ ἀπελθόντος διὰ φορείου περὶ δείλην ὀψίαν, καὶ διανυκτερεύσαντος ἐκεῖσε ἅμα πρωῒ ἀπηρχόμεθα καὶ ἡμεῖς προσκληθέντες, εἰς τὰ βασίλεια. συνωδεύομεν οὖν ἐγώ τε καὶ ὁ πρωτέκδικος τῷ Ἡρακλείας, καὶ ἑτέροις ἀρχιερεῦσι. εἴπομεν οὖν ἐν τῇ ὁδῷ τῷ Ἡρακλείας, ἰδοὺ νῦν πρόκειται ἀγὼν ὅπως ἂν σιωπηθῇ τὸ περὶ τῆς προσθήκης, καὶ διαλέγωνται περὶ τοῦ δόξης. διὸ προσήκει ἡμῖν ἐκλέξασθαι τὸ λυσιτελέστερον καὶ συμφέρον. καὶ ἐπεὶ ὁρῶμεν τοὺς λατίνους ἀπαιτοῦντας ἡμᾶς παραιτήσασθαι τοὺς περὶ τῆς προσθήκης λόγους, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πάντως ἰσχυρῶς ἀντιπαλαίειν αὐτοῖς, καὶ τοῦτο δῆλον ἐστὶ, δεῖ καὶ ἡμᾶς μᾶλλον ἀντέχεσθαι τούτων τῶν λόγων ὡς ἀσφαλεστάτου φρουρίου. καὶ μὴ καταπροΐεσθαι, τοῖς ἀντιπάλοις τὴν ἡμετέραν ἀκρόπολιν. καὶ πλέον τῶν ἄλλων προσήκει τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐνστῆναι ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τῇ ἡμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὡς τοποτηρητῇ τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ ὡς προέδρῳ τῶν ὑπερτίμων, καὶ πρώτῳ μητροπολίτῃ, καὶ γεραιοτέρῳ καὶ λογίῳ, καὶ πολλαχόθεν ἔχοντι τὸ αἰδέσιμον. εἰ οὖν ἐνστῇ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, καθὼς δεῖ τοὺς πλείους ἕξεις τῶν ἀρχιερέων ὁμογνώμονας, καὶ πρὸ πάντων ἡμᾶς. ὁ δὲ Ἡρακλείας εἶπε. τί εἰσὶν ἃ λέγετε ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ; οὐκ οἴδατε τὰς πράξεις, καὶ τὰς βουλὰς τοῦ βασιλέως; ἐκεῖνος εἶχεν ὀψὲ τὸν πατριάρχην μετ᾽ αὐτοῦ μέχρι τοῦ μεσονυκτίου. καὶ ἐβουλεύσαντο καὶ ἔστησαν εἴ τι ἄρα καὶ ἤθελον, καὶ πράξουσιν ὃ ἔστησαν κἂν θέλωμεν, κἂν μὴ θέλωμεν. προσεκαλέσαντο δὲ νῦν ἵνα γελάσωσιν ἡμᾶς. τί οὖν ἐροῦμεν ἡμεῖς εἰς ταῦτα; εἴ τι ἂν εἴπωμεν, ὡς οὐδὲν λογισθήσεται, ἐκεῖνοι δὲ πράξουσιν ὅπερ ἂν ἐθέλωσι.

Ἐγὼ δὲ ἔφην πρὸς αὐτόν. οἴδαμεν δέσποτα ἅγιε καὶ ἡμεῖς τὰς βουλὰς, καὶ τὰς πράξεις τοῦ βασιλέως. καὶ εἰς τὰ τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ ἀνήκοντα πραττέτω ὡς βούλεται. τὰ δὲ

aliquot elapſos, decrevit Imperator nos omnes in unum colligere cœtum, & ad libitum ſuum ſic efformare, ut ſive invitos ſive ſpontaneos pertraheret ad inchoandas de Dogmate diſſertationes: Et cum ipſe tum forte adverſâ valetudine decumbens Patriarcham inviſere nequiret, eum ad ſe accerſivit; qui lecticâ vectus ad veſpertinum crepuſculum acceſſit, ibidemque apud Imperatorem pernoctavit, quo nos etiam inſequenti mane in idem palatium acciti advolavimus: Ego vero & Protecdicus in itinere ſociati, latera ſtipavimus Heracleenſis, aliorumque Archipræſulum; unde nacti occaſionem colloquendi, Heracleenſi diximus, nunc ad ipſam diſcriminis aciem perventum eſt, ut omni mentione additamenti, ſilentio conſepultâ, ad diſſertationes de dogmate, nolentes volentes rapiamur: Quare nobis incumbit illud eligere, quod cum noſtrâ utilitate plurimum conſentiat: Et cum plane intueamur Latinos nihil ardentius petere, quam ut ratiocinationes de additamento dimittamus, quibus illi reſiſtere non valeant, ideo à nobis eo magis requiritur, ut fortiter obluctemur, quaſi de retinendo cauſæ noſtræ firmiſſimo præſidio, nec libidini adverſariorum noſtram fidei primariam arcem projiciamus: Et præ cæteris, tuæ eximiæ ſanctitati convenit, Heraclææ Metropolita, pro Eccleſiæ noſtræ incolumitate ac commodo, acriter contendere ac periclitari, qui & Vicariis partibus fungeris, Patriarchæ Alexandrini, & loci tui ac perſonæ prærogativâ digniſſimus haberis, ante honoratiſſimos Archiepiſcopos accumbens, primus orbis noſtri Orientalis Metropolita, & ſenex tot animi, corporiſque dotibus inſignis, ut te omni veneratione præcinctum univerſi ſuſpiciant: Si tua igitur eximia ſanctitas generosè & valide obſtiterit, ut tantæ eminentiæ Heroem decet, tibi quamplurimi Archiepiſcopi propenſiſſimis animis ſuffragabuntur; & nos ante alios omnes. Quibus Heracleenſis reſpondit: Quæ ſunt ea de quibus nunc ad me loquimini, O cara Deo capita? neſcitis conſilia & machinationes Imperatoris, qui Patriarcham heſternâ veſperâ ad ſe accerſitum adhibuit, & ad conticinium uſque ſermones cum illo continuavit, & conſultarunt & decreverunt quæcunque voluerunt, & quæ decreverunt, velimus nolimus nos perficient? Noſque hodie eo compellarunt, ab ipſis ludificari: quid igitur oportet nos eorum conſtitutis obgannire? Nos quicquid dixerimus ut fumum reputabunt, & ipſi quicquid determinaverint, ad exitum perducent.

Cui ipſe reſpondi, verum ais ſancte Præſul; ſatis experti ſumus Imperatoris conſilia, & artes clanculárias: Et ſi hæc ad Imperii ſui modera-

mi-

δὲ παρόντα εἰσὶν ἐκκλησιαστικὰ, καὶ συνοδικὰ, καὶ οὐχ ὑπόκεινται αὐτῷ. εἰ οὖν μὴ ἔχει πάντας ἡμᾶς ὁμογνώμονας εἰς ὃ βούλεται, οὐ δυνήσεται πράξειν ἃ προέθετο. μὴ λέγε τοίνυν, ὡς εἴ τι ἂν εἴπῃς οὐδὲν λογισθήσεται. ἀλλὰ μᾶλλον κἂν εἴ τι ἂν εἴπωσιν ἐκεῖνοι, καὶ εἴ τι πρᾶξαι ὁρμήσωσιν. αὐτὸς εἰπὲ τὴν γνώμην ἣν ἔχεις εἰς τὸ πρᾶγμα καθαρῶς, καὶ πεπαρρησιασμένως, καὶ ἀκολουθήσουσι σοὶ πολλοί· καὶ ἢ ἐμποδισθήσεται τὸ βούλευμα ὅπερ ἔστησαν ἰδίως, καὶ γενήσεται τὸ τῶν πολλῶν βούλευμα ὡς καλὸν, καὶ συμφέρον, ἢ παραβλέψουσι τὴν βουλὴν τῶν πολλῶν, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφης, καὶ ποιήσουσι τὸ δόξαν αὐτοῖς. καὶ εἰ τοῦτο γένοιτο πρῶτον μὲν ἕξετε τὴν συνείδησιν καθαρεύουσαν. καὶ ἀναπολόγητοι, καὶ εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἔσεσθε, ὅτι οὔτε διὰ χάριν, οὔτε διὰ δειλίαν ἐσιωπήσατε τὸ δόξαν ὑμῖν λυσιτελὲς τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ. εἶτα καὶ ὅταν προσκαλέσωνται ὑμᾶς ἐν ἑτέρᾳ βουλῇ, ἕξετε ἐπ' ἀδείας εἰπεῖν. ὅτι ἐπειδὴ ἀπαιτεῖτε ἐξ ἡμῶν βουλὴν, παραιτεῖσθε δὲ ὃ λέγομεν, καὶ πράττετε ὃ ἂν ἐθέλητε, περισσόν ἐστι λέγειν ὅλως τι καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ βουλῇ. διὰ ταῦτα τοίνυν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἵνα εἴπῃ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, καὶ οἱ λοιποὶ, καὶ ἡμεῖς μεθ' ὑμῶν ὅπερ ἂν εἰδῶμεν τῇ ἡμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ συμφέρον. καὶ πάντως κερδανοῦμεν δυοῖν θάτερον. ἢ γενέσθαι τὸ παρὰ τῆς κοινότητος βουληθὲν, καὶ ἀργήσει τὸ ἴδια βεβουλευμένον. ἢ μὴ ἕλκεσθαι ἡμᾶς καὶ περιάγεσθαι ὧδε, συνιέντων τῶν ποιούντων ἡμῖν ταῦτα, ὅτι καὶ ἡμεῖς οἴδαμεν τηρεῖν τὴν τιμὴν, καὶ τὴν τάξιν ἑαυτῶν. ὡς οὖν ἤκουσε ταῦτα ὁ Ἡρακλείας ἔφη καλῶς λέγεις. καὶ ἡμεῖς ἐνστησόμεθα ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τῇ ἐκκλησίᾳ, εἴθε δὲ ἔχοιμεν, καὶ ἑτέρους ἀκολούθους.

mina pertingerent æquioribus animis pateremur: ſed hæc ſunt Eccleſiaſtica Synodorum privilegia, quibuſcum nihil habet commercij aut juriſdictionis: Et nihil moliri poſſet ille eorum quæ deſtinat ſi nos invicem juncti aſſentire refragaremur. Ne dicas igitur, incaſſum abibit quicquid tu pronuntiaveris, ſed potius incaſſum cedet, quicquid illi, ſine noſtro aſſenſu, vel dicere vel agere properabunt: tu tantum ad cauſam palam & confidenter pronunties, & multi ſuccedent ſententiæ tuæ aſtipulatores: Atque ita vel obſtruetur conſilium quod particularia cerebella effinxerunt, & ſtabilietur multorum, ut ſanum ac ſalutiferum, vel nobis omnibus ut tu nuper aſſerebas, contemptis, imaginationes proprias pro conſiliis obtrudent: & id ſi rite à vobis fiat, primo quidem conſcientiam puram conſervabitis coram Deo, hominibuſque innocui ac inculpabiles, quia nec metu nec gratiâ obliquati, Eccleſiæ Chriſti viſum utile diſſimulaſtis: Ac deinde, ſi vos aliâ vice ad conſilia aſciverint, poteritis cum animoſâ obteſtatione dicere: quandoquidem in ſuperiori conſilio noſtra vota poſtulaſtis, quibus tamen vilipenſis, pro veſtrâ libidine rem geſſiſtis, ſuperfluum nobis erit in poſterum veſtris conſiliis ſuffragari: Propterea ne obmuteſcat tua Sanctitas Eximia, ſed liberè eloquatur ipſa, reliquique Præſules, & nos una vobiſcum, quod noſtræ Eccleſiæ profuturum cenſebimus, & alterutrum duorum omnino lucrabimur: ut vel multorum prævaleat conſultum, & quod à peculiaribus exit penatibus invalidum obtorpeſcat, vel nos ipſi ab illis non ita indigne tractemur, tanquam naſi mollioris ceræ circumacti, cum viderint, qui hæc in nos comminiſcuntur, nos eâ fortitudine imbui, ut honores noſtros & dignitatum noſtrarum prærogativas immunes conſervare ſatis intelligamus. Hæc ut audiit Heraclææ Præſul, dixit: Præclare quidem peroraſti, & nos tuis dictis obſequemur: Eccleſiæ commodum ſtrenuè promovebimus, & Deus det, quamplurimi ſe nobis addant comites & ſectatores.

τμήμ. ζ. Κεφ. ι.

Συνηθροίσθημεν τοίνυν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ καθημένων ἡμῶν ὡς ἔτυχε. καὶ ὁμιλούντων, μετὰ τῶν ἐκεῖσε μέχρις ἂν προσκληθῶμεν εἰσελθεῖν εἰς τὸν βασιλέα, καὶ πάντων περὶ τοῦ ζητήματος ἔσται ἡ βουλὴ γινωσκόντων, ἔφη ὁ Γεμιστός. ἡ δὲ ἡμέρα ἢ θάνατον, ἢ βίον φέρει. καὶ μετ'

SECT. VII. CAP. X.

Confertim igitur in aulam Imperatoriam accurrimus, & permiſtè conſidemus, ut cuique ſeſe obtulit locus, & cum obvio quovis converſamur, dum ad Imperatorem ingredi juberemur; omnes ſatis gnari de quâ quæſtione conventus inſtitueretur: Tum Gemiſtius dixit: Hunc diem vel vitæ, vel mortis eſſe decretorium: Poſt breve intravimus ad Imperatorem, &

μετ' ὀλίγον εἰσήλθομεν εἰς τὸν βασιλέα καὶ ἐκαθίσαμεν μηδενὸς τῶν ἀρχόντων ὄντος μεθ' ἡμῶν, οὕτω ταχθὲν ὡς δεδήλωται· ἤρξατο οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐδημηγόρησε.

Χρὴ, λέγων, διαλέγεσθαι περὶ τῆς δόξης· ὑπὲρ τούτου γὰρ εἰς Ἰταλίαν ἀφίγμεθα, ἵν' ἐξετάσωμεν πάντα τὰ διϊστῶντα ἡμᾶς ἀπὸ τῶν Λατίνων, καὶ πρὸ πάντων τὸ μεῖζον καὶ καιριώτερον, ὅπερ ἐστὶ τὸ περὶ τῆς δόξης. ἐν τούτῳ γὰρ περιέχεται καὶ τὸ τῆς προσθήκης, καὶ ἓν εἰς τὰ δύο ταῦτα. ἐγὼ γὰρ διεῖλον αὐτὰ εἰς δύο, παρὰ πάντων δὲ ὡς ἓν προεφέροντο. οὐ χρὴ οὖν μέρος μέν τι ἐξετάσαι, μέρος δὲ καταλιπεῖν ἀνεξέταστον. οὕτω γὰρ μεγάλης καταγνώσεως καὶ καταδίκης ἑαυτοῖς ἐσόμεθα αἴτιοι. ὡς τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους, καὶ ταλαιπωρίας ὑποστάντες, ἔκ τε τῆς μακρᾶς ὁδοιπορίας, καὶ τῆς ἐν ἀλλοδαπῇ χρονίας διατριβῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἐμβαλεῖν τοὺς διακομίσαντας ἡμᾶς ἐνταῦθα εἰς μεγάλας ἐξόδους. ἃ καὶ ἐζητοῦντο πάντοτε ἀπὸ τῶν τοῦ σχίσματος ἡμερῶν ἐς δεῦρο δὲ οὐκ ἔφθασαν γενέσθαι. νῦν οὖν ὅτε ταῦτα συνέδραμεν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, οὐ θελήσομεν ἐξετάσαι τὴν δόξαν ταύτην δι' ἣν ἐνταῦθα παραγεγόναμεν; καί τι καθὼς νῦν αἱ διαλέξεις προέβησαν εἰ καταλείψομεν τὴν δόξαν ἀνεξέταστον, τρόπον τινὰ βεβαιώσομεν αὐτήν. ἐν γὰρ τῇ διαλέξει τῇ περὶ τοῦ οὐκ ἐξεῖναι προσθεῖναι ἐν τῷ συμβόλῳ, θέσις προϋπετέθη. ὡς εἰ καὶ ὑγιὲς ἦν τὸ προστεθὲν, ὅμως οὐκ ἐξῆν προστεθῆναι. εἰ οὖν μετὰ τὰς διαλέξεις ἐκείνας οὐδέν τι περὶ τῆς δόξης εἴπωμεν, δόξομεν καταλιπεῖν τὴν θέσιν ἐκείνην ὡς ὑγιᾶ, καὶ ἔσται εἰς βεβαίωσιν ἐκείνων. καὶ ἄλλως δὲ δόξομεν οὐκ ἔχειν ἰσχυρά τινα λέγειν ὑπὲρ τῆς δόξης ἡμῶν. ἃ δὴ πάντα μέμψεις καὶ κατηγορίας καὶ ὀνειδισμοὺς ἐπάξουσιν ἡμῖν, καὶ δι' ἡμῶν παντὶ τῷ ἡμετέρῳ γένει, καὶ πᾶσι τοῖς ὑποκειμένοις τῇ ἡμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ μετὰ τοῦ εὐλόγου. τοιαῦτα δημηγορήσας εἰς πλάτος ὁ βασιλεὺς, τὸ δεῖν εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις χωρῆσαι κατεσκεύασεν. εἶτε διεδέξαντο τὸν λόγον ὁ Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας, καὶ ἐπλατύνοντο ἐπὶ τούτου καὶ μάλιστα ὁ Νικαίας συνηγοροῦντες τῷ βασιλεῖ. καὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὰς

& aſſedimus, Imperialium principum nemine admiſſo: ſed cæteris omnibus rite diſpoſitis, ſurrexit Imperator,& orationem ad hunc ſenſum publice explicuit.

Oportere nos ajens convertere anſam diſputandi, ad primarium dogma eventilandum: Nam ea fine, inquit, Italiam commigravimus, ut omnia ſcrutaremur ab imo fundamine, quæ nos in diſſidia cnm Latinis impellunt: ac præcipuè illud exertum caput, & culmen omnium dogmatum de Spiritus Sancti proceſſu, in quo prior illa de Additamento cauſa comprehenditur & utraq; in unam coaleſcit: Ego primus omnium in duo membra diſpeſcui, cum ante me ab omnibus conjungerentur. Nec oportet partem unam rimari, alteram examinationi ſubducere: Sic enim de gravi crimine juſtiſſimè condemnari mereremur, qui tot laboribus, periculis, ærumnis perfuncti, tam longinqui itineris faſtidia pertulimus, tam diuturnas moras in alienâ gente traximus, & eos quotidianis ſumptibus oneramus, qui nos huc deduxerunt, & qui præſtare cuncta à primo ſchiſmatis exordio impenſiſſime elaboravere, ſed ante hunc diem nunquam nacti ſunt opportunitatem: cumque jam res ultrà omnem ſpem ſucceſſit, illam opinionem cujus ſolius gratiâ huc pervenimus, ſcrutinio non ſubjicere, quam impium eſſet? Quin & eouſque progreſſæ ſunt diſſertationes, ut ſi noſtram opinionem inexploratam relinquemus, Latinorum quodammodo confirmaverimus. Enimvero inter diſceptandum de Additamento, quod non licuit ſymbolo quidpiam adjicere, à noſtris prodiit argumentum iſtiuſmodi: Etiamſi ſanum eſſet quod adderetur, tamen non debuit addi: Ergo ſi poſt illas diſceptationes de dogmate nihil dicemus, videbimur illam particulam illationis de ſano diſſimulare, quod eorum dicta ſtabiliet, nec abundare argumentis ad noſtram ipſorum opinionem comprobandam. Quæ cuncta nobis queſtus, expoſtulationes, opprobria inurent, & per noſtrum latus totam gentem, & ſingula noſtræ Eccleſiæ membra trasfigent, nec id immerito. Quibus populariter declamatis Imperator expatiatus nos imbuit opinione neceſſitatis, ad diſceptationes de Dogmate tranſeundi: Succeſſere Imperatori Metropolita Ruſſiæ & Nicænus, qui latè ſe verbis dilatarunt (ſed præcipuè Nicænus) Imperatori patrocinati: Et poſt multa ratiocinia eòdem tendentia, Imperator clauſit. Dicta ſufficere ad cauſæ manifeſtationem, & expediri ocyus ſuffragia juſſit.

At Præſules dixerunt, primam ferat ſententiam Patriarcha: Patriarcha vero è contrà, vos præcedite ſuffragari pro conſuetudine, meum eſſe aliorum vota coronare: Illi ta-

τὰς τοιαύτας κατασκευὰς, ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ἱκανά εἰσι τὰ λαληθέντα πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου σαφήνειαν. δότωσαν γνώμας.

Εἶπον δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ὅτι ὁ πατριάρχης δότω τὴν γνώμην πρῶτος, ὁ δὲ πατριάρχης εἶπε, πρῶτον γνωμοδοτήσατε ὑμεῖς κατὰ τὴν τάξιν. εἶθ' ὕστερον ἐρῶ κἀγὼ τὴν ἐμὴν γνώμην. οἱ δὲ εἶπον, νῦν περὶ τῶν δογμάτων τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἐστὶν ὁ λόγος ἐν οἷς πρῶτος ὀφείλει λέγειν, ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ἡμεῖς δὲ μετά σε. ἡ δε τάξις ἣν ὥρισας ἐν ἄλλαις ἐγκλήσεσι γίνεται. καὶ αὐτὸς ἴσως οὐκ ἀπεδέξατο τὸ ῥηθὲν, ὅμως εἴρηκε πρῶτος ταύτην τὴν γνώμην.

Ὁρῶ τοὺς λατίνους, ὅτι εἰσὶν ἄνθρωποι φιλόνεικοι, κενόδοξοι καὶ ἀκατάπειστοι. τόδε κεφάλαιον τοῦτο τὸ περὶ τῆς προσθήκης ἐστὶν ἰσχυρὸν ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ εἶπον οἱ ἡμέτεροι λόγους πολλοὺς καὶ καλοὺς, καὶ γενναίους εἰς αὐτό. οἱ δὲ λατῖνοι οὐ δυσωποῦνται τοῖς λόγοις τῶν ἡμετέρων, οὐδὲ πεισθῆναι θέλουσι τῆς ἀληθείας. τί οὖν ἐλπίζομεν εὑρήσειν ἐξ αὐτῶν, εἰ πρὸς ἕτερον μεταβαίημεν κεφάλαιον; διὰ τοῦτο οὕτω μοι δοκεῖ καλὸν καταλιπεῖν τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἰσχυρὸν, ὁποῖον ἐστὶν οἱ περὶ τῆς προσθήκης λόγοι, καὶ μεταβῆναι εἰς τὸ περὶ τῆς δόξης. αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμετέρα γνώμη. εἰπάτωσαν δὲ καὶ οἱ λοιποί. εἶτα μετὰ τὸ ἀκοῦσαι με τοὺς λόγους πάντων, εἰ δεήσει αὖθις εἰπεῖν ἐρῶ. εἶτα ἠρωτήθη ὁ Ἡρακλείας καὶ εἶπεν.

Ἐγὼ μὲν ἴσως ἐνόμιζον βέλτιον εἶναι καὶ μᾶλλον συμφέρειν ἡμῖν, μηδόλως ἐᾶσαι τοὺς περὶ τῆς προσθήκης λόγους, καὶ εἰς τοὺς περὶ τῆς δόξης μεταπεσεῖν. εἰ δὲ φανῇ καλὸν γενέσθαι διαλέξεις περὶ τῆς δόξης, ἀκολουθήσω κἀγώ. πλὴν ἀκούω ὅτι προίεσῃ ἵνα ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Φλωρεντίαν. ἔνι οὖν καὶ τοῦτο πολὺ εἰς ἡμᾶς καὶ χρὴ πρότερον ἵνα γινώσκωμεν ἀκριβῶς εἰ ἀπελευσόμεθα καθὼς ἀκούομεν, ἢ οὐχί. καὶ μετὰ τοῦτο βουλευσόμεθα περὶ τῶν διαλέξεων. καὶ εὐθὺς εἶπεν ὁ βασιλεὺς. οὐχὶ δέσποτα οὐχί. παῦσαι ἀπὸ τῶν τοιούτων λόγων. οὐδὲ γὰρ οἴδαμέν τι ἀπὸ τούτων, καὶ εἰπὲ τὴν γνώμην σου. ὁ δὲ εἶπεν ἀκούομεν ὅτι ὁ πάπας οἰκονομεῖται ὁμολογουμένως ἀπελθεῖν εἰς τὴν Φλωρεντίαν.

λέ-

vero prioritatem, ad Patriarcham pertinere clamabant, in causâ Christi & Ecclesiæ quæ nunc agitur: nempe ut tua sanctitas eximia nos antevertat, & eam pone nos subsequamur: in criminationibus tantum judicariis, quod affirmas, obtinet. Patriarcha, quanquam hoc discrimen intelligere abnuebat; tamen sententiam primus in hæc verba pronuntiavit.

Video Latinorum ingenia, ut homines sint rixosi, inanis gloriæ studiosissimi, immorigeri ac pertinaces: Et hoc de Additamento caput, à nostris partibus stat firmum & inexpugnabile: De quo nostri tam varia, tam præclara ac illustria Argumenta concinnarunt: tamen Latini nullis viribus inflectuntur nostrarum rationum ut veritati concedant: Et quid ultrà speremus ab iis posse impetrare, si ad alia capita devolveremur? Quare à meis sensibus abhorret, hoc Additamenti munitissimum præsidium dimittere, & ad novam de Dogmate altercationem transilire: Hæc mea est sententia, jam reliqui suas eloquantur, & cum omnes audiam perfinire, si opus erit, meis prioribus addere, & ipse demum eloquar: Tum rogatus Heraclææ Metropolita de calculo, in hunc modum suffragatus est.

Ego equidem fortasse satius fore opinarer, & nobis convenientius ab Additamento non recedere, & ad Dogma tractandum dilabi: verum si aliis visum erit commodius ad dissertationes de Dogmate progredi, in eorum vota succedam: Sed audio statutum esse hinc Florentiam proficisci, quod nos acriori aculeo lancinat, & id prius intelligendum esse sentio, an ut fama fert, illac migrabimus, nec ne: Et tum de dissertationibus determinandum, cum id sciverimus: quem Imperator interpellavit. Ne, Domine, ne ad illa divertas, desinas ab his sermonibus, de quibus nihil certi accepimus, & suffragium tantum proferas: At audivimus retulit Heracleensis communiter pervulgatum, Papam eo cuncta dirigere, ut iter Florentiam versus instruat: Et quod tua Majestas statuit Papam illac comitari: & an ita se res habeat, operæpretium est rescïscere: cui statim Imperator: Ita mihi benignè faveat Sanctitas tua, ut de Papa nihil possim affirmare, sed de meipso, pro certo scias, nemo mortalium in hunc usque diem de hoc migrandi proposito vel syllabam unam insinuavit: At si Papa illuc permeare decernet, & nos rogabit subsequi, si vos hic perstiteritis, cum audietis, & consilio inito, iter illud comprobabitis, ut vobis nec indecorum, nec inhonestum fortasse fiet, quod Papa postulabit: at nunquam fiet, nisi vobis arriserit: Et mihi testes eritis integritatis meæ, quos video hic adstare, ne posthac insimulandi me ansam

arri-

λέγουσι δὲ ὅτι καὶ ἡ ἁγία βασιλεία σου συνέθου ἀπελθεῖν ἐκεῖσε. διὸ χρὴ καὶ ἡμᾶς εἰδέναι περὶ τούτου. καὶ ὁ βασιλεὺς εἶπεν εὐθὺς, νὰ ἔχω τὴν εὐχήν σου, περὶ μὲν τοῦ πάπα οὐκ οἶδα, περὶ ἐμοῦ δὲ γίνωσκε ὅτι, οὐκ εἶπέ μοι τὶς μέχρι τοῦ νῦν, οὐδὲ τὸ τυχὸν περὶ τούτου. εἰ δὲ ἀπέλθῃ ὁ πάπας, καὶ ζητήσει καὶ ἡμᾶς ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, καὶ ὑμεῖς ἐνταῦθα ἐστὲ, καὶ ἀκούσεσθε τοῦτο, καὶ βουλεύσεσθε, καὶ εἰ φανῇ πᾶσιν ὑμῖν καλὸν καὶ πρέπον, οὕτω γενήσεται ἴσως. εἰ δὲ μὴ ἀρέσει ὑμῖν, οὐ γενήσεται. νῦν γὰρ ὑμεῖς αὐτοὶ πάρεστε ἐνταῦθα, καὶ οὐκ ἔξεστε αἰτιᾶσθαι πρέσβιν πεποιηκότα τι παρὰ γνώμην ὑμῶν. ἀλλ' αὐτοὶ ποιήσετε οἰκείᾳ βουλῇ τὸ συνοῖσον ὑμῖν. παυσάσθω οὖν τὸ περὶ τούτου, ἐπεὶ οὐδὲ αὐτὸς οἶδα. καὶ εἶπε τὴν γνώμην σου.. εἶπεν οὖν ὁ Ἡρακλείας. λοιπὸν εἰ φανῇ καλὸν, διαλεχθήτωσαν περὶ τῆς δόξης. εἶτ' ἀπήτησαν τὸν Πνευματικὸν γνώμην. ὁ δὲ ἔφη εἰπάτωσαν οἱ λοιποὶ, καὶ ἐρῶ κἀγὼ ὅταν ἐθέλω. ἀπήτησαν τὸν Ἐφέσου. καὶ εἶπεν.

Ὡς ἐπειδὴ λέγουσι καλὸν εἶναι εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις χωρῆσαι, λέγω κἀγὼ, εἰ φαίνοιτο καλὸν, γενέσθω τοῦτο. εἶτα εἶπεν ὁ Ῥωσίας, καὶ πᾶσι τρόποις ἐνέδωκε γενέσθαι τοῦτο. καὶ μετ' ἐκεῖνον εἶπεν ὁ Πνευματικὸς. ὅτι ἐγὼ ἀκολουθῶ τῇ γνώμῃ τοῦ ἁγίου τοῦ Ἐφέσου. καὶ εἴ τι εἶπεν ἐκεῖνος τὸ αὐτὸ λέγω καὶ αὐτὸς. εἶτα εἶπον οἱ λοιποὶ ἀρχιερεῖς, καὶ συνέθεντο πάντες γενέσθαι τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις. τὸ αὐτὸ δὲ εἶπε, καὶ ὁ μέγας Σακελλάριος καὶ ὁ μέγας Σκευοφύλαξ. ὁ δὲ μέγας Χαρτοφύλαξ πεφεισμένως εἶπε τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, πλὴν οὐκ ἐνέδωκε γενέσθαι διαλέξεις περὶ τῆς δόξης. ἐρωτηθεὶς δὲ κἀγὼ εἶπον τάδε.

Οἶδα ὡς ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος γενήσεται. ἀλλ' ἐπεὶ ἡ γνώμη ἑκάστου ἀβίαστος ἐστὶν, ἐρωτώμενος δὲ ἀνάγκην ἔχω εἰπεῖν καθαρῶς, ὁποίαν γνώμην ἔχω εἰς τόδε τὸ ζήτημα, ἤδη λέγω, ὅτι ἡμεῖς οἴδαμεν ἀκριβῶς, καὶ κατελάβομεν τοὺς λατίνους ὅπως εἰσὶ φιλόνεικοι, καὶ πάντῃ ἀκατάπειστοι. τόδε περὶ τῆς προσθήκης κεφάλαιον ἐστὶν ἰσχυρότατον πάνυ ὑπὲρ ἡμῶν. καθὼς ἐφάνη ἀπὸ τῶν συνοδικῶν ὅρων, καὶ ἀφ' ἑτέρων ῥητῶν τῶν ἁγίων. εἰ οὖν ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ εἶπον οἱ ἡμέτεροι τοσαύ-

τας

arripiatis, quod legatum transmiserim vobis inconsultis: decernite in perpetuum quomodocunque vultis, quod vobis videbitur conducibile: Quare deferatur hoc negotium quod ego cum ignarissimis planè scio, & sententiam promas: Tum Heracleensis pronuntiavit, si universo conventui visum erit, de Dogmate disceptationes exordiantur: Pœnitentiarium tum postularunt, qui locum præbuit succedenti, libertatem sibi vendicans, in quocumque vellet ordine calculum suum proponendi: Eo igitur dimisso, Ephesium rogaverunt.

Qui sic effatus est: quandoquidem id multis perplacere video, ut cum adversariis de Dogmate in arenam descendamus, ego eorum votis subscribo, fiat quod statuunt. Post Ephesium Metropolita Russiæ eidem propensissimè assensit: Et post Ruthenum Pœnitentiarius se ad suffragium Sancti Ephesij accedere asseruit, & quæ dixerit ille, se dicere: Tum omnes ordine Archiepiscopi transferendas ad Dogma ratiocinationes unâ voce clamaverunt: idem & magnus Sacellarius, & magnus Sceuophylax, magnus Scriniarius parcè locutus, ut anceps animi pependit, verum illud haud obscurè enuntiavit, sibi non placere ut ad Dogma transcenderetur: tandem & meum suffragium poposcerunt, qui hæc enuntiavi.

Sat scio plurimorum vota prævalebunt, verum cum unicuiq; sua constet voluntas libera, & ipse postulatus de hac controversia quid sentiam dicere impellor quadam necessitate syncere loquendi, & meam, sic expedio sententiam: Nobis omnibus satis jam superque patuit Latinorum indoles contentiosa & refractaria: Et hic de Additamento dignus vindice nodus, præ aliis omnibus nostrarum partium assertiones mirificè corroborat, ut apparuit inter disputandum, à quam plurimis Synodorum definitionibus, & testimoniis Sanctorum patrum: igitur si Latini in hoc articulo, quem nostri tot conspicuis demonstrationibus illustrarunt, quas nec responsionibus collabefactare potuerunt, nec solidis Argumentis refellere: Nihilominus apologiis malâ arte consutis, pro demonstrationibus abutebantur, & gloriabundi semper cantillabant, Io Triumphe! quam luculenter demonstravimus omnia, verbis radio solari scriptis, aut si quid sole meridiano splendorem longius spargat: taliq; verborum concatenata serie si adblanditi sua tempora victricibus coronis cingebant, si de primario Dogmate, cum illis in certamen nos jam indueremus, in quo se pollere viribus jactant, & ingentem quatiunt armaturam, succenturiati occidentalium patrum tutmis, quos triumphos de nostratibus non agerent? quæ Trophæa non erigerent? Maxime cum illi tan-

ta

τας ἀποδείξεις ἀναντιῤῥήτους, πρὸς ἃς οὐκ ἔχουσι τι ἰσχυρὸν ἀντειπεῖν, ὅμως συῤῥάπτουσιν ἀπολογίας, καὶ ὡς ἀποδείξεις προτείνοντες ἐπιφημίζουσι τὸ ἀπεδείξαμεν λαμπρῶς καὶ τηλαυγῶς καὶ ἡλίου φανώτερον, καὶ σαφέστατα καὶ ὁρμαθῷ τοιούτων ῥημάτων ἑαυτοὺς ὡς νικητὰς στεφανοῦσιν, εἰ συνέλθοιμεν νῦν εἰς τὰ περὶ τῆς δόξης ἔνθα καί τινα ἰσχὺν ἔχουσιν ἀπὸ δυτικῶν ἁγίων ὡς οἴονται, τί οὐκ ἂν εἴποιεν κατὰ τῶν ἡμετέρων. καὶ ἑαυτοῖς ἐπιγράψωσι τὰ νικητήρια βοηθούμενοι καὶ τῷ κράτει τῆς αὐτῶν ἐξουσίας, ἡμῶν μὴ ἐχόντων τὸν τῆς ἀληθείας διαιτητήν. διὰ τοῦτο, εἰ καὶ πρὸ τοῦ ἄρξασθαι, τὰς περὶ τῆς προσθήκης διαλέξεις προσετέθην καὶ αὐτὸς τοῖς εἰποῦσιν δεῖν ἄρξασθαι ἐκ τῶν περὶ τῆς δόξης. ἀλλὰ νῦν ὅτε ἔγνων ἀκριβέστερον τὰς τῶν ἐναντίων διαθέσεις, οὐκ ἔτι λέγω διαλέγεσθαι περὶ τῆς δόξης. ἐφ᾽ οἷς εἰρηκότος τοῦ βασιλέως, καὶ ἕως πότε λέγεις διαλέγεσθαι περὶ τῶν αὐτῶν; εἶπον, μέχρις ἂν γένηται συμπέρασμα εἰς αὐτό. πολλῆς γὰρ μέμψεως καὶ κατηγορίας ἄξιοι δόξομεν, μήτε εἰς τὸ περὶ πουργατορίου, μήτε εἰς τὸ περὶ τῶν φωνῶν, μήτε νῦν εἰς τὸ περὶ τῆς προσθήκης συμπεράναντες, καὶ ταῦτα πλείστων λόγων, καὶ ἀγώνων ἐφ᾽ ἑκάστῳ κινηθέντων, καὶ πολὺν γέλωτα ὀφλήσομεν καὶ αὐτοῖς τοῖς λατίνοις, ὅτι κινοῦντες τὰ ζητήματα, καὶ ἀγῶνας ὑποφέροντες, παραιτούμεθα τὰ συμπεράσματα, καὶ εἰς ἕτερα μεταβαίνομεν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη, ἀναγκαιότερον μοὶ φαίνεται ταμιεύεσθαι τὸ συμπέρασμα τούτου εἰς καιρὸν, καθ᾽ ὃν ἐγὼ νομίζω μεγάλως λυσιτελήσειν ἡμῖν. ἠκολούθησε τῇ ἐμῇ γνώμῃ καὶ ὁ πρωτέκδικος. καὶ μεθ᾽ ἡμᾶς εἶπον οἱ ἡγούμενοι, καὶ ἠκολούθησαν ταῖς γνώμαις τῶν ἀρχιερέων. πλὴν γὰρ τοῦ πατριάρχου, καὶ ἡμῶν τῶν τριῶν πάντες ἐνέδωκαν μεταβῆναι εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις, καὶ ἐκυρώθη τὸ περὶ τούτου. εἰπόντος καὶ αὖθις τοῦ βασιλέως, ὅτι κατὰ πολὺ συμφέρει ἡμῖν ἵστασθαι μετέωρον τὸ περὶ τῆς προσθήκης συμπέρασμα.

tâ autoritate, ac potentiâ freti ſuffulciuntur, nobis ne vel ſequeſtrum habentibus vel arbitrum: Qua propter etiamſi antequam inciperemus ullas ratiocinationes de Additamento agitare, eorum ordini ſuffragantium me adjunxi, qui à primariâ dogmatis opinione ordiendum arbitrabantur, tamen ubi nunc accuratius adverſariorũ genius mihi perſpectus ſit, & indoles & conſuetudo, mutavi plane ſententiam de dogmate nullatenus periclitandum cenſeo: Sed quamdiu velles de Additamento velitationes continuari; interpellanti Imperatori mox reſpondi, uſque dum ad articuli ultimam concluſionem perveniatur: Quot enim calumniis & opprobriis digni videmur, qui poſt tantas verborum concertationes in Purgatorium, in modum ſuffragandi, in Additamentum ad ſymbolum omnia quaſſamus, nulla definimus, idque tantâ ſermonum profluentia, tot & tantarum diſputationum palæſtris. Latinis certe ipſis nos deridendos propinamus, dum omnes controverſias commovemus, ad ſingulas dimicaturi accurrimus, quas cum ad umbilicum perduximus, nihil concludimus, ſed ad ulteriora ſemper feſtinamus: Mihi vero, retulit Imperator, illud ut ſanius conſilium ſemper arriſit, ſolerter diſpenſare hujus determinationem ultimam ad noſtrum emolumentum, & occaſionum præcipuarum uſumfructum expromendam: Protecdicus ſententiæ meæ penitus eſt obſecutus: Cœnobiarchæ è contrà univerſi Epiſcoporum votis ſe adjunxerunt, qui poſt noſtrum ordinem ſuffragabantur: ita ut præter Patriarcham, & nos tres, cuncti ad unum in Dogma ratiocinatione transferre conſenſerint: quod ſtabilitum prævaluit, Imperatore iterum inclamante: quamplurimum noſtræ utilitati conferet, ſuſpendere ultimam Additamenti definitionem, & velut Hercules Antæum raptum in ſublime ſtringere.

τμήμ. ζ. Κεφ. ια.

Ἐπὶ τούτοις ἐξήλθομεν ἐκ τῶν βασιλείων δυσχεραίνοντες ἐπὶ τῷ γεγονότι. καὶ τῷ Ἡρακλείας ὠνειδίσαμεν εἰπόντες. ταῦτα

ἦσαν

Sect. VII. Cap. IX.

His peractis ex aulâ Imperatoriâ egredimur, infrementes animo, & rei geſtæ obmurmurantes, Heracleenſemque probris ac convitiis ſugil-

gil-

ἦσαν ἅπερ σε ἠξιώσαμεν; μᾶλλον δὲ αὕτη ἐστὶν ἡ γνώμη, ἣν εἶχες εἰς τόδε τὸ ζήτημα; καὶ ἴσως ἐνόμιζεν ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ὅτι ὁ πατριάρχης ἐρεῖ καὶ πράξει ὅπερ ἔστησε μετὰ τοῦ βασιλέως; νῦν δὲ ὁ πατριάρχης εἶπε καλὴν γνώμην, ἀκολουθῆσαι οὖν ἔδει καὶ σε τῇ γνώμῃ ἐκείνου. καίτοι εἰ καὶ ἐναντίον τι ἔλεγεν ὁ πατριάρχης σοὶ πρέπον ἦν εἰπεῖν τὴν γνώμην, ἣν οἴδαμεν ὅτι εἶχες περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου. καὶ εἶπεν ὁ Ἡρακλείας ὅτι κἀγὼ τὰ αὐτὰ ἔφην τῷ πατριάρχῃ. εἴπομεν δὲ αὐτῷ, πῶς τὰ αὐτά; ἐπεὶ ὁ πατριάρχης ἀπηγόρευσε τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις, σὺ δὲ ἐνέδωκας; καὶ εἶπεν, οὐκ ἤκουσα καλῶς τι εἶπεν ὁ πατριάρχης. ἐπὶ τούτοις εἴπομεν, ἀπὸ τοῦ νῦν οὐκ ἔξομεν παῤῥησίαν λέγειν τι τῷ πατριάρχῃ. ὅτε δὲ ἔλεγεν ὁ βασιλεὺς μὴ εἰδέναι τι περὶ τῆς εἰς Φλωρεντίαν μεταβάσεως, εἶχεν ἀποσταλμένον ἐκεῖσε τὸν Δισύπατον κῦρον Ἰωάννην, ὃς καὶ ἦλθε τότε μετὰ τρεῖς ἡμέρας, διακομίσας τῷ βασιλεῖ ἐκ τῶν Φλωρεντίνων σαλβοκόντουκτο.

τμήμ. ζ. Κεφ. ιβ.

Δύο παρῆλθον ἡμέραι μετὰ τὴν τοῦ Δισυπάτου ἐπιδημίαν, καὶ προστάξαντος τοῦ βασιλέως συνήχθημεν πάντες εἰς τὸν πατριάρχην. ἦλθε δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ εἶδε τὸν πατριάρχην ἰδίως. εἶτα συνῆξε πάντας ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκάθισεν εἰς ἕτερον κελλίον. καὶ ὥρισεν ὅπως συνέπεσον τὰ πράγματα εἰς τὸν πάπαν στενά· τὰ γὰρ μακρόθεν περιερχόμενα αὐτῷ εἰσοδήματα ἵστανται περιωρισμένα. ἑάλωσαν καὶ δύο πόλεις αὐτοῦ παρὰ τοῦ Νικολὸ πιτζινή. καὶ ἔχει στέρησιν χρημάτων ὁ πάπας, διὸ οὐδὲ τὸ σιτηρέσιον παρέχειν δύναται. καὶ λείπεται ἡμῖν μηνῶν έ. καὶ πάσχετε καὶ ὑμεῖς, καὶ οἱ ἡμέτεροι πάντες· ὅθεν οὐχ εὗρεν ἄλλοθεν βοήθειαν εἰ μὴ ἐκ τῆς Φλωρεντίας. οἱ γὰρ Φλωρεντῖνοι εἰσὶ καλοὶ ἄνθρωποι καὶ πλούσιοι, καὶ συνεβιβάσθησαν μετὰ τοῦ πάπα, ἵνα εἰ μετατεθείη τὴν σύνοδον ἐκεῖσε βοηθήσουσιν αὐτῷ εἰς τὰς ἐξόδους, καὶ δανείζωσι καὶ ἀναπαύζωσιν αὐτόν. λοιπὸν ζητεῖ ὁ πάπας, ἵνα ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Φλωρεντίαν μετ᾽ αὐτοῦ· καὶ

gillavimus: Hæccine erant aut nostra ad te postulata, aut tua ad nos promissa? Hæccine illa sententia, quam te allaturum prædicabas? Credideras Patriarcham ex composito dicturum quicquid ei Imperator suggessisset: At vides ut Patriarcha sententiam integerrimam præbuerit: quidni te oportuit tam laudabili exemplo obsecundasse? Quod si Patriarcha in contrarium pronuntiasset, te tamen decuit eidem opinioni stetisse, quâ te imbutum novimus de hoc articulo: Verum & respondit Heracleensis, in eandem sententiam cum Patriarcha descendi: Et quomodo in eandem diximus? Patriarcha abnuebat dissertationes de Dogmate, quibus tu consentiebas: At, inquit, vix auribus omnia percepi, quæ Patriarcha efferret: Utcunque, diximus, in posterum non erimus tam prompti autores pertrahendi Patriarcham in quodvis præclarum facinus: Nec se nobis mendacem minus præstitit Imperator, siquidem quod ante nobis publicè asseveravit, se nihil scire de migratione in Florentiam, palpum obtrusit: miserat enim Dominum Joannem Bisconsulem, qui post triduum ab hoc conventu redux, à Florentinis ad Imperatorem salvum conductum reportavit.

SECT. VII. CAP. XII.

Vix biduum effluxerat à reditu Bisconsulis, cum Imperator nos simul ad Patriarcham convocari omnes curavit, quo & ipse venit, & Patriarcham privatim solus salutavit: Nos autem coactos in aliud conclave seorsim à Patriarcha sedibus disposuit: Deinde nobis significavit, Papam in aliquas rerum angustias incidisse, Proventus ejus à provinciis longinquioribus interclusos distineri, duas insuper civitates amisisse à Nicolao Picennino captas: unde in magnam conjectus nummorum sterilitatem nobis annonam præbere nequit, quibus jam quinque mensium debentur stipendia: Ita & vos quamplurima duriora perpetimini, & Papa vobis opitulandi remedium aliunde non reperit, quam ex urbe Florentiâ: cujus cives viri splendidi, ac opulenti cum Papa pepigerunt, si illac Synodum transferret, se indigentiæ suæ subsidia opportuna laturos, fæneraturos pecuniam mutuatitiam, & cuncta pro suo lubitu copiosè & abundanter suppeditaturos: Cæterum hoc unum Papa à nobis postulat, ut eum comitemur ad Florentiam, ubi larga impendia, magnificas largitiones nobis subministrare pollicetur, ut opibus lautissimè instructi, & omni genere commeatuum Constantinopolin revehamur:

καὶ εἴπερ ἀκολουθήσομεν αὐτῷ, ὑπόσχεται ποιήσειν ἡμῖν ἐξόδους ἀρκετὰς καὶ λαμπρὰς πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπάνοδον, καὶ μεγάλην βοήθειαν οἰκονομήσει ὑπὲρ τῆς πόλεως στεῖλαι μεθ' ἡμῶν, καὶ πάντα ποιῆσαι καλῶς, ὅσα πρὸς ἡμετέραν ἀνάπαυσιν ἔσται καὶ τιμήν. πρὸς τούτοις ἵνα δῷ καὶ τὸ σιτηρέσιον ἐνταῦθα ὅσον λείπεται ἡμῖν.

Ἡμεῖς τοίνυν τούτου χάριν ἐξήλθομεν, καὶ καταφρονήσαμεν τοσούτων κινδύνων καὶ κόπων, καὶ στενοχωριῶν πολλῶν, ἵνα τι ἀγαθὸν καὶ ὠφέλιμον κατασκευάσωμεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. καὶ εὑρίσκοντες νῦν, τοῦτο δέον ἐστὶν ἵνα ἐπιμεληθῶμεν πάντες κατορθωθῆναι. καὶ ὅσοι εἰσὶν ἐξ ὑμῶν γέροντες καὶ πρὸς τὸν τῆς ὁδοιπορίας κόπον, ἀδυνάτως ἔχοντες. χρὴ καὶ ὑμᾶς διεγερθῆναι καὶ ὑπομεῖναι κόπον δ' ἡμερῶν ἢ ε', ἵνα τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον κερδήσωμεν. εἰ δὲ δεῖ τὸ ἀκριβέστερον εἰπεῖν, οὐδὲ δ' ἡμερῶν κόπον ὑποστήσεσθε. ἐν μὲν γὰρ δυσὶν ἡμέραις διὰ ποταμῶν διελεύσεσθε καθήμενοι ἐν πλοίοις, καὶ ἀναπαυόμενοι ὥσπερ ἐθέλητε. ἐν ἄλλαις δὲ τρισὶν ἔφιπποι τὴν πορείαν ἀνύσετε μετὰ πολλῆς ἀναπαύσεως. σκέψασθε οὖν καὶ βουλεύσασθε, εἰ ἄμεμπτον καὶ ἐπαινετόν ἐστιν ὑμῖν διὰ κόπον μικρὸν τριῶν ἡμερῶν παραβλέψαι τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον. καὶ μάτην τὸν τοσοῦτον πλοῦν, καὶ οὓς ὑπέστημεν διανῦσαι κινδύνους, καὶ τὴν χρόνιον ταλαιπωρίαν καὶ ὑποστρέψαι κενοὺς καὶ ἀπράκτους. ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα δημηγορήσας τὴν εἰς Φλωρεντίαν ἀπῄτει μετάβασιν. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἐδυσχέραινον καὶ διὰ τὸ μῆκος τῆς ὁδοιπορίας, καὶ διὰ τὴν γενησομένην πάλιν βραδύτητα, καὶ ἐπεχείρουν ἐμποδίζειν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς περὶ μὲν τῆς ὁδοιπορίας, μιᾶς καὶ ἡμισείας ἡμέρας εἶναι τὸ διάστημα ἔφη ὅσον ἐστὶ καὶ τὸ ἐκ τῆς πόλεως εἰς τὴν Ἡράκλειαν. λέγομεν δὲ τοῦτο τριῶν ἡμερῶν δι' ἡμετέραν ἀνάπαυσιν. πλημμέλεια δ' οὐ γενήσεται. ἐπεὶ ἀπελθόντες ἐκεῖσε εὐθὺς χωρήσομεν εἰς διαλέξεις, καὶ ταχέως συμπερανθήσεται πᾶν ὅπερ ἂν ἔχομεν λέγειν. καὶ μέχρι τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Γεωργίου ἐσόμεθα ἕτοιμοι πρὸς τὴν ἐπάνοδον. μᾶλλον δὲ ἐκεῖθεν ἀπελευσόμεθα καὶ εὐκόλως, καὶ ταχέως. ξ' γὰρ μι-

λ-

Insuper & ingentes auxiliorum copias in nostram civitatem unà transmittere, & omnia officia adimplere, quibus nostra requies, honor & securitas parari possunt: Et quicquid stipendij debetur fideliter se exoneraturum promittit.

Nos autem ea sola fine penates nostros reliquimus, contempsimus tot pericula, labores, miserias, ut misellæ patriæ nonnihil præsidij, gratiæ ac emolumenti acquirere possemus: cujus præstandi cum jam sese offerat luculenta occasio, inerti desidiâ ne obtorpeamus, rerumque nostrarum neglectu: Et si qui sint inter vos ætatis adeo provectæ, ut tanti itineris molestiam perferre incapaces videantur, expergefaciant tamen ingenitum naturæ fomitem, ut redardescat favilla, ad quatuor vel quinque dierum emetienda spatia, quibus tantâ utilitate patriam accumulabunt: Quin ut accuratius loquar, ne quatuor quidem dierum fastidia perferretis. Nam per biduum secundo flumine vectoriis molliter delati, quanta desideratis cum voluptate acclinare aut recumbere potestis, & in alio triduo quod superest viarum, cum multâ facilitate, equis conficietis. Perpendite igitur vobiscum ac serio ratiocinamini, quam justam reprehensionem ac vituperium merebimini, si tridui defatigationi, tam prolixam patriæ utilitatem posthabebitis, & tam longinquâ peregrinatione, tot casibus ac miseriis hactenus perlatis, nunc omni fructu inanes, omni beneficio vacui ad vestra remeetis. His & similibus Imperator rhetoricatus, migrationem in Florentiam suis magnopere commendavit: At Præsules itineris longitudinem, spem redeundi procrastinatam ingemiscere, ac Imperatorem à proficiscendi consilio inflectere occæperunt.

Quibus Imperator profectionem dixit, non ultrà unius diei ac dimidij sesquioperam extendit, quantum interjacet intercapedinis à civitate ad Heraclæam: sed triduum nuncupavi, ut innuerem iter lentum, molliter & cum oblectatione peragendum: Nec magnum faciemus ibidem temporis dispendium: nam statim ac appulerimus, disputationes aggrediemur, quæ simul ac ortæ, finientur: & quicquid utrinque superveniet investigandum, in nictu oculi deliberabitur. Sic ante festum D. Georgij redire in Græciam meditabimur, vel potius illinc redibimus è facili portu, ac celeri cursu: Nam sexaginta tantum milliaribus à supero mari distat Florentia, innumeris cincta triremibus, quas nobis accommodabunt facillimè conductas, impensis Papæ, & domum versus æquor iterabi-

mus:

λίων διάστημα ἀπέχει τὸ πέλαγος ἀπὸ τῆς Φλωρεντίας. ἔχουσιν οὖν ἐκεῖσε τὰ κάτεργα οἱ Φλωρεντῖνοι, καὶ ἐξοικονομήσουσι ταῦτα διὰ τῶν ἐξόδων τοῦ πάπα ῥᾷστα, καὶ οἴκαδε ἀπελευσόμεθα. οὐ χρὴ οὖν ἡμᾶς δυσχεραίνειν οὔτε διὰ τὸ διάστημα τὸ ἐκ τῆς πόλεως εἰς τὴν Ἡράκλειαν ἀναλογοῦν. ὁ γὰρ γηραιότερος καὶ ὁ ἀσθενέστερος ἐξ ὑμῶν ῥᾳδίως ἂν ἀπέλθοι ἐκ τῆς πόλεως εἰς τὴν Ἡράκλειαν. καὶ ταῦτα πολλοῦ μέρους τῆς ὁδοιπορίας διὰ πλοίου γινομένου ἐνταῦθα, ἀλλὰ οὐδὲ διὰ πλημμέλειαν. οὐ γάρ ἐστι μέχρι τοῦ ἁγίου Γεωργίου πολύ. ἀντέλεγον οὖν πρὸς ταῦτα τινὲς τῶν ἀρχιερέων. εἶπε δὲ καὶ ὁ Ἡρακλείας ἐπειδὴ οἱ Φλωρεντῖνοι, ὡς καλοὶ ἄνθρωποι θέλουσι βοηθῆσαι τῷ πάπᾳ δότωσαν αὐτῷ τὰς ἐξόδους, καὶ συμπερανθήτω ἐνθάδε τὸ γινόμενον. ἔφη δὲ βασιλεύς. ἀλλ᾽ οἱ Φλωρεντῖνοι οὕτω δανείσουσι τῷ πάπᾳ εἰ ἀπελεύσεται εἰς τὴν Φλωρεντίαν, καὶ ποιήσει ἐκεῖ τὴν σύνοδον. ἄλλως δὲ οὐδαμῶς. τί δὲ καὶ ποιήσει ἡμῖν ὁ πάπας, ἐπεὶ οὐχ εὑρίσκει ἀλλαχόθεν δανείσασθαι; ἰδοὺ λείπεται ἡμῖν σιτηρέσιον μηνῶν ε΄, καὶ οὔτε αὐτὸς ἔχει δοῦναι, οὔτε τὰ ἑξῆς ἡμῶν ἀναλώματα, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἐπάνοδον δύναται παρασχεῖν. τινὰ δὲ μᾶλλον ἡμεῖς πρόνοιαν ποιησόμεθα ἡμῖν αὐτοῖς εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν τῷ πάπᾳ; αὐτὸς δὲ ὑπισχνεῖται, ὡς εἴπερ στέρξομεν καὶ συμφωνήσομεν ἀπελθεῖν εἰς τὴν Φλωρεντίαν δώσει ἡμῖν ἐνταῦθα καὶ τὸ σιτηρέσιον τῶν ε΄ μηνῶν, καὶ τὴν ἀνήκουσαν ἔξοδον πρὸς τὴν εἰς Φλωρεντίαν ὁδόν. κἀκεῖσε ποιῆσαι ἵνα λαμβάνῃ ἕκαστος τὸ σιτηρέσιον ὅτε βούλοιτο ἐκ τοῦ πάγκου, μηδεμιᾶς ἀπαιτήσεως πρὸς τὸν πάπαν γινομένης. ἀλλ᾽ ἵνα στέλλῃ ἕκαστος τὸν ἴδιον ὑπηρέτην εἰς τὸν πάγκον. εἴ τε μετὰ συμπλήρωσιν τοῦ μηνὸς, εἴ τε καὶ περὶ τὸ μέσον, εἴ τε καὶ καθ᾽ ἑβδομάδα, καὶ λαμβάνῃ ἐκεῖθεν τὸ σιτηρέσιον ὡς ἕκαστος βούλεται.

Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἐδύναντο ἐπὶ πολὺ ἀντιλέγειν ταῖς δοκούσαις εὐπροσώποις πιθανολογίαις τοῦ βασιλέως ἐνέδωκαν πάντες ποιῆσαι τὸ προσταττόμενον. εἶτα ἔστειλεν ὁ βασιλεὺς λαβεῖν καὶ τὴν γνώμην τοῦ πατριάρχου, ἐπεὶ ἐκεῖνος εἰς ἕτερον ἔκειτο κελλίον, ὡς ἀγανακτῶν. ἔστερξεν οὖν καὶ ὁ νοσῶν πατριάρχης ἀπελθεῖν εἰς τὴν Φλωρεντίαν. πλὴν εἶπεν ὅτι ζητῶ ἐγὼ, ὡς ἴδιον μου ζήτη-

mus: Quare nec vos angere debeat tam brevis diſtantia, ut quæ Heraclæam à Conſtantinopole disjungit. Nemo enim inter vos vitam trahit tam decrepitam aut elumbem, ut tot paſſus ſuperare non poſſit à Conſtantinopole ad Heraclæam, præſertim cum hujus itineris pars maxima, cymbâ vectis tranſigitur: Nec temporum inutilis effluxio vos deterrere poſſet, cum haud longè abſit D. Georgij ſolennitas. Præſules vero in contrarium objicere nitebantur, ac primus Heracleenſis: Si Florentini (inquit) ut æqui bonique amantes viri, Papæ ſuccurrere cupiunt, cur non huc impenſas tranſmittunt ut hic omnia concludantur? At ea ſola conditione (retulit Imperator) aſtipulatus eſt cum Papa Florentinus, ut ſeipſum & Synodum transferat Florentiam: & nullo alio pacto: & quo modo ſe expediet Papa, qui aliunde mutuatitiam non invenit? En nobis deſunt quinque menſium ſtipendia, quæ nec expungere valent, nec novos ſumptus in reditum elargiri: Et quod tutius conſilium aut magis ſalutare, aut nobis decorum inibimus, quam ut Papam eo comitemur? Promittit enim ſi in hoc iter unanimiter conſenſerimus, hic renovare omnes tabulas, vetera quinque menſium debita diſſolvere, viaticum in hoc iter erogare, atque illic rem ita tractare cum Florentinis, ut quique in poſterum pro libitu ſtipendia reciperent ex Argentana officinâ, ſi vel famulum miſerint ad collybiſten, Papâ vel neſciente vel inconſulto: ſeu menſis ipſis rotundaretur, ſeu medius procurreret, ſive ſeptimanatim, quomodocunque vel quotieſcunque uſu aut neceſſitate ſtimulante expetiſcerent.

His blandis ac ſpecioſis perſuaſoriis, cum cæteri ignorarent quid obtenderent, colla jugo ſubmittunt, & in ſe ſuſcipiunt facturos: Actutum igitur miſit Imperator qui Patriarcham explorent, haud ita procul in alio cubiculo languide decumbentem: ejuſque ſuffragio potirentur, qui ſtatim in ſententiam pedibus ivit, Florentiam proficiſci, quamvis adverſâ valetudine conflictaretur: ſe vero particulare hoc votum, ſuo nomine ad Papam commentari, ut quanquam ſuis conterraneis fas & obvium eſſet, è portubus Florentinis facillimè in Græciam velificari, ipſum tamen ſeorſim à ſuis ſalvum Venetias deducere dignaretur. Hæc annuntiantibus Imperatori, qui Patriarchæ ſuffragium reportarunt, Imperator retulit: Id ſcilicet nunc efflagitat Patriarcha, & fortaſſe lubentiſſime percuperet impetrare quod poſtulat: Sed ita mihi precibus ad Deum faveat Sanctitas ſua, ut eſt ſuperfluum quod poſtulat: Nam ex na-

 vali-

τημα τὸ πάπαν, ἵνα εἰ καὶ πάντες ἐκεῖθεν ἀψονται τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐπάνοδον. ἀλλ' ἐγὼ οὐχ οὕτω ποιήσω, ὃ θέλω, ἵνα με ἐπαναζώσῃ ὁ πάπας εἰς τὴν Βενετίαν. εἰπόντων οὖν ταῦτα τὴν γνώμην τοῦ πάπα διακωμισάντων, ἔφη ὁ βασιλεύς, ὅτι ζητεῖ τοῦτο ὁ πατριάρχης, καὶ ἴσως ἔσται τὸ θέλημα αὐτοῦ. πλὴν νὰ ἔχω τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, περισσόν ἐστιν ὃ ζητεῖ. ἐκεῖθεν γὰρ ἀπελευσόμεθα μετὰ πάσης εὐκολίας. ἐστέρχθη οὖν καὶ ἐκυρώθη ἡ εἰς τὴν Φλωρεντίαν μετάβασις.

valibus Hetruriæ cursu maximè expedito in Græciam revehemur: Atque in hunc præcipue modum inter Græcos confirmata stetit profectio ad Florentiam.

τμήμ. ζ. κεφ. ιγ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς μήτ' ἐκαλεῖτο τὸν ἑαυτοῦ αὐτάδελφον τὸν δεσπότην ἐκ τῆς Βενετίας ἐλθεῖν, καὶ συνεκδημῆσαι αὐτῷ εἰς τὴν Φλωρεντίαν. ὁ γὰρ δεσπότης μὴ φέρων τὰς παρὰ τοῦ βασιλέως περιφρονήσεις, ὡς ὅτε μετὰ τοῦ πατριάρχου βουλευομένου τοῦ βασιλέως ἵστατο αὐτὸς ἔξω ἔφιππος, ἐπέκεινα τῶν ϛ ὡρῶν, περιμένων ὡς προείρηται, ἀπεδήμησεν εἰς τὴν Βενετίαν, καὶ διαμηνυόμενος οὐκ ἤθελεν ἐπανελθεῖν. ὃ καὶ εἰς λογισμοὺς εἰσῆξε τὸν βασιλέα. διὸ καὶ τῷ πατριάρχῃ συνέργῳ χρησάμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁρκωμοτικὸν στείλας, μόλις κατέπεισεν αὐτὸν ὑποστρέψαι. ὁ δὲ πατριάρχης ἐπέταξε τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἑτοιμάζεσθαι πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τὰς μὲν περισσὰς χρείας στεῖλαι εἰς τὴν Βενετίαν. φέρειν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ὀλίγα τινὰ ἀναγκαῖα. ἐπεὶ ἔφη γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις ἐκεῖσε. ὡς ἤκουσαν τοῦτο ἐσκανδαλίσθησαν ὅσοι παρῆσαν, οὐ γὰρ ἦσαν οἱ καθόλου. καὶ εἶπον λόγους πολλοὺς σκληρούς. ὅτε εἶπε καὶ ὁ Ἀγχιάλου. τί ἐστιν τοῦτο, ὅπερ ἠκούσαμεν ἡμεῖς; οἴδαμεν ὅτι οἱ Λατῖνοι οὐδ' ὅλως καταπεισθήσονται μεταποιῆσαι τι ὧν δοξάζουσι, πῶς οὖν γενήσεται ἡ ἕνωσις; πάντως συνέθεντο οἱ ἡμέτεροι στέρξαι τὰ ἐκείνων. τούτου οὖν χάριν ἤγαγον ἡμᾶς ἐνθάδε, ἵνα προδῶμεν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν. διὰ ταῦτα τὰ πώματα; ἐγὼ ἀποσπάσω καὶ ἀποδώσω ταῦτα, ἵνα μὴ ἀπολέσω τὴν ψυχήν μου, δι' ἣν ἀκούω γενήσεσθαι ἕνωσιν. καὶ πολλὴ ταραχὴ γέγονε παρ' αὐτοῦ τε, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. εἶπε δὲ καὶ ὁ Γεμιστὸς νῦν φαίνεται βαρὺ τοῖς ἀρχιερεῦσι ἀκροα-

SECT. VII. CAP. XIII.

At fratrem Despotam Imperator adhuc non monuerat à Venetiis redire, secumque ad Florentiam proficisci. Despota enim contemptim ab Imperatore habitus, cum ultrà sex horas equo insidere coactus fuerit, & in atrio præstolari dum Imperator cum Patriarchâ consultaret, ut suprà memoravimus, Venetias se contulerat, & revertere invitatus, obtemperare recusaverat. Quod Imperatorem in dubias imaginationes tum conjecit: At nunc Imperator Patriarchâ usus parario, per Epistolam quæ jusjurandum continebat, nihil non honorificum ei posthac irrogandum, vix tamen ad reditum induxit. Patriarcha interim Episcopos monuit ad iter se accingerent, & si qua possiderent impedimenta superflua, Venetias mittenda curarent, & tantum itineri necessaria congererent in sarcinas secum trahendas: quandoquidem unio illic consummabitur: Ad quam vocem, quotquot aderant cohorruere, nec enim omnes aderant, & verbis acerbissimis unioni maledixerunt: Et tum dixit Episcopus Anchiali: quid hoc est quod nostris auribus increpuit? Latinos sat experti sumus, quam nullâ suadæ medullâ, ab opinionibus discedere pellicientur; quas semel defendendas susceperint, unde igitur hanc unionem consarcinabimus? Omnino nostrates omnia ipsorum dogmata sancire decreverunt? Eâ nempe intentione huc nos è laribus pertraxerunt, ut pietatem nostram per hæc Circeia pocula proderemus? revellam omnia hæc munera, atque Anticyras ablegabo, quam ut animam amittam, cujus gratiâ hæc unio est compaginanda, ut audio: Et sic ingenti tumultu tam ille, quam alij conventum replevere: Quibus doctus Gemistius subridens, dixit: Anne nunc Episcopis grave videtur audire nomen unionis, & eo perferre ornamenta quibus unionem condecorent? illis vaticinabor: Quando jam hinc assensum præbuere in Florentiam se transfe-

κροασαμένοις γενήσεσθαι τὴν ἕνωσιν, καὶ ἐπὶ τούτῳ βαστάζειν τὰς ἀλλαγάς; ἐγώ φημι, ὡς ἐπεὶ συγκατέβησαν τὴν εἰς τὴν Φλωρεντίαν μετάβασιν, καὶ διαλέγεσθαι περὶ τῆς δόξης, ἀπέρχεσθαι μὴ ἐπιφερομένους, ἀλλ' ἀμφιασαμένους τὰς ἀλλαγάς.

ferendi, & arguendi in præcipuum Dogma illinc redibunt in patriam, non quaſi ad unionem condecorandam comportaſſent ornamenta Epiſcopalia, ſed ab unionis fundamine, tanquam à ſpecifica cauſâ in poſterum primaria ornamenta geſtatura.

τμήμ. ζ. Κεφ. ιδ.

Τῇ δ' ἐπαύριον συνῆλθον οἱ πλείους τῶν ἀρχιερέων οἱ πρῶτοι καὶ γηραιότεροι εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ ἐζήτησαν ἰδεῖν τὸν πατριάρχην. ὁ δὲ ὡς ἀγανακτῶν παρείσδυσιν οὐκ ἔδωκεν αὐτοῖς. οἱ δὲ ἐκεῖσε καθήμενοι, εἶπον λόγους πολλοὺς ὁμοίους τοῖς προειρημένοις καὶ ἀπῆλθον. ἀκουσθέντων δὲ τῶν τοιούτων εἰς τὸν βασιλέα, τῇ μετ' ἐκείνην ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ πατριαρχεῖον, προεπιτάξας εὑρεθῆναι ἐκεῖσε πάντας τοὺς τὴν ἡμετέραν δῆθεν συνιστῶντας σύνοδον. καὶ πρῶτον μὲν εἶδε τὸν πατριάρχην εἶτ' ἐκεῖθεν ἐξελθών, καὶ ἰδίᾳ καθίσας μεθ' ἡμῶν ἠρώτησε τί ἔνι τὸ σκανδαλίζον, καὶ κινοῦν ἡμᾶς ταράττεσθαι, καὶ λέγειν τὰ μὴ προσήκοντα ὡς ἀκούω.

Ἀπεκρίθησαν δὲ οἱ πρῶτοι τῶν ἀρχιερέων, ὅτι ὁ πατριάρχης εἶπεν ἡμῖν, ἵνα ἐπιφερώμεθα τὰς ἱερὰς ἡμῶν ἀλλαγὰς ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ, ἐπεὶ ἐκεῖ γενήσεται ἡ ἕνωσις. καὶ λίαν ἐτάραξε τὰς συνειδήσεις ἡμῶν. οἴδαμεν γὰρ ὅτι οἱ λατῖνοι οὐδ' ὅλως μεταβάλλουσι. τί οὖν δοξάζουσι ποταπὴ οὖν ἕνωσις γενήσεται, μενόντων τῶν λατίνων ὡς ἔχουσι. τοῦτο ἐστὶ τὸ θορυβοῦν ἡμᾶς, καὶ ζητοῦμεν πῶς καὶ ἐπί τισιν εἰς τὴν Φλωρεντίαν ἀπελευσόμεθα. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη πρὸς ταῦτα. ἐγὼ οὐκ οἶδα εἰ γενήσεται ἡ ἕνωσις ἢ οὐ γενήσεται. ὅτι μὲν γὰρ ἀποδέχομαι γενέσθαι ταύτην καλῶς λέγω, καὶ πάντας οὕτω χρὴ διακεῖσθαι, οὐκ οἶδα δὲ μέχρι τοῦ νῦν εἰ γενήσεται· οὐκ ἔχω δὲ συνιέναι πῶς εἶπε τοῦτο ὁ πατριάρχης. παρά τινος μὲν γὰρ τῶν ἐνταῦθα παρόντων οὐκ ἔχει τοῦτο, οὔτε παρὰ γραικοῦ, οὔτε παρὰ λατίνου. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι οὔτε ἡμεῖς οἴδαμεν ἔτι εἰ γενήσεται· οὐκ οἶδα μόνον εἰ ἔχει τοῦτο ἐκ θειοτέρας ἀποκαλύψεως· οὐ δεῖ οὖν ἡμᾶς ταράττεσθαι διὰ τὸν λόγον τοῦ πατριάρχου, ἐπεὶ ἄδηλόν ἐστι. χρὴ δὲ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Φλωρεντίαν καὶ διαλεχθῆναι περὶ

SECT. VII. CAP. XIV.

Poſtridie Epiſcoporum quamplurimi, primarii ac ſeniores omnes, congregati in Patriarchale palatium, Patriarcham affari cupiebant, qui morbo afflictus introitum illis pernegabat: illi vero in exteriori conclavi conſidentes, cum multa dicta prioribus conſona obmurmuraſſent, in diverſoria receſſerunt: Quæ cum ad aures Imperatoris perveniſſent, & ipſe die craſtino in Patriarchæum prodiit, nobis omnibus eo adventare præmonitis, quotquot Synodum noſtram conſtituimus: ac imprimis Patriarcham inviſit, unde brevi digreſſus, inter nos privatum in modum ſe demittebat ad alloquium, & ante alia interrogabat, quid rei eſſet, quod nos in ſcandalum & offenſam impuliſſet (quemadmodum ab aliis acceperat) ut parum convenientia loqueremur? Cui Præſules reſponderunt: Mandavit nobis Patriarcha inter alia impedimenta, noſtrorum etiam ordinum infulas Florentiam comportare: ubi concelebranda eſt unio; atque id noſtras cruentat conſcientias: Novimus enim Latini quam immoti ne latum unguem à præconceptis diſcedunt: Cujus igitur generis futura eſt hæc unio, Latinis in eâdem ſtatione permanentibus? Hoc nos vulnerat in præcordiis, & ſcire avemus quo aut cui bono hinc Florentiam migrabimus? Ad hæc Imperator: haud equidem habeo pro comperto, an unio ſit ſancienda, nec ne: ſed bonam ſpem foveo futuræ unionis, & omnes in eâdem mecum opinione verſari debere autumo: ſed an revera præſtabitur non poſſum augurari: nec jam ſatis animo complector, à quibus autoribus hoc hauſerit Patriarcha, aut quâ mente dixerit: à nemine hic vel incolâ vel inquilino, audire potuit, vel Græco, vel Latino, nam univerſi utriuſq; gentis homines juxta ac ego ignari ſunt, in his conjectandis: Niſi cælitus forſan per revelationem Patriarcha conceperit: quare ejus verba tam incertæ originis, nos non ita debent percellere: jacta eſt alea, oportet Florentiam proficiſci; oportet de primario Dogmate controverſari: & quicquid ex iſtis ratiocinationibus emerget, omnium calculis approbatum decerni, ac ſtabiliri. Tum Epheſius interveniens: Et quandoquidem definitum ſit (inquit) de

περὶ τῆς δόξης ἀπαραιτήτως, καὶ ἐξετασθῆναι καλῶς τὸ ζήτημα. καὶ γενέσθαι ὅπερ ἂν δοκιμάσῃ ἡ ἐξέτασις καὶ ἡ γυμνασία τῶν λόγων. εἶπεν οὖν ὁ Ἐφέσου, ἐπειδὴ προέκειται ἵνα διαλεγώμεθα περὶ τῆς δόξης δεῖ σκέψασθαι ἡμᾶς ἐνταῦθα, καὶ δοῦναι ἕκαστον τὴν ἰδίαν γνώμην, ἵνα εἰδῶμεν πῶς διάκειται ἕκαστος περὶ τῆς δόξης. καὶ εἴπερ ἔχω πάντας ὁμογνώμονας, καὶ κατέχω τὰς γνώμας αὐτῶν, οὕτως ἀποδύσομαι εἰς τὸν ἀγῶνα. εἰ δὲ οὐκ ἔχω τὰς γνώμας πάντων ἵνα κάθημαι ἁπλῶς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. οὐκ ἔφθασε τελέσαι τὸν λόγον ὁ Ἐφέσου, καὶ εὐθὺς στραφεὶς ὁ Πνευματικὸς πρὸς τὸν βασιλέα εἶπε μετὰ θυμοῦ. δέσποτά μου ἅγιε, καὶ ἔξαρχον τῆς συνόδου ἀποκατέστησας αὐτόν; καὶ εἰ ἔστι τοῦτο, ὅρισον, ἵνα εἰδῶμεν πάντες ὡς ὑπ' αὐτὸν ἐσμέν. πόθεν γὰρ ἔχει οὕτως ἄδειαν ἀπαιτεῖν τὰ τοιαῦτα; ὅμοια δέ τινα εἶπε καὶ ὁ Νικαίας, εἶτα ὤρισεν ὁ βασιλεύς, πῶς ἀπαιτεῖς σὺ τὰς γνώμας; τίς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην δέδωκεν; οὐδὲ ὁ πατριάρχης ἔχει ἄδειαν ἀπαιτεῖν γνώμας ἐνταῦθα. σὺ δὲ πῶς ποιεῖς τοῦτο, ἴσος ὢν τοῖς λοιποῖς ἀρχιερεῦσιν; ἐγὼ οὐκ ἐποίησά σε ἔξαρχον. εἰ δὲ καὶ ἔξαρχος ὑπῆρχες, οὐδὲ οὕτως ἔδει σε τὰ τοιαῦτα ζητεῖν. πρὸ τοῦ γὰρ ἐξετασθῆναι τὸ ζήτημα, καὶ ἀκουσθῆναι τοὺς τῶν ἀντιλεγόντων λόγους, καὶ γυμνασθῆναι καλῶς, καὶ διευκρινηθῆναι πάντα τὰ παρεπόμενα τοῖς ζητήμασι, ποίας ἂν ἐξενέγκωσι γνώμας οἱ μὴ τὰς ἐπεξεργασίας τῶν λόγων ἀκροασάμενοι. ταῦτα οὖν, καὶ ἄλλα τινὰ παραπλήσια εἰπών, καὶ ὀνειδίσας καὶ ἀποσκώψας σὺν τῷ Ἐφέσου, καὶ τοὺς λοιπούς, καὶ σιωπὴν τῶν τοιούτων λόγων ἐπιτάξας, τελευταῖον, ἀπελευσόμεθα εἶπε, εἰς τὴν Φλωρεντίαν καὶ διαλέξεις ποιήσομεν καθὼς ἐτάξαμεν. καὶ γενήσεται ὃ Θεὸς χορηγήσοι. πρὸς ταῦτα οὖν ἀποβλέπετε, καὶ παρασκευάζεσθε, καὶ ἐάσατε λέγειν τὰ περισσά.

Τότε εἶπεν ὁ Πνευματικός. καιρός ἐστι δέσποτά μου, ἵνα μοι εὐεργετήσῃς ὅπερ ὤρισας. ὡς ἀνέφερον πρὸ καιροῦ τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου. ὅτε μοι εὐεργέτεις, καὶ ἀνέφερον ἵνα δέξωμαι τὴν εὐεργεσίαν σου ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ. ἰδοὺ νῦν

ἐλή-

de primario Dogmate cum Latinis experiri, oportet nostrorum hominum animos hic prius explorare, ut quam opinionem de isto Dogmate singuli alant intelligamus, & si omnes mecum eandem fidem constanter profiteantur, & recipiam collecta omnium suffragia consentientia, alacrius exuam ad luctam, & me certamini accingam: at si universorum suffragiis destituor, simpliciter cum aliis recumbam, nec ingrediar arenam. Ephesius vix desierat loqui cum Pœnitentiarius ad Imperatorem conversus vultu commoto dixerit: Et Mi Domine Sancte, num hunc hominem primarium exarchum Synodi tuæ constituisti? si sic; fac ut certiores conditionis nostræ, ipsi colla subjiciamus? Sin minus; unde ipsi hæc postulandi autoritas? & his consimilia objecit Nicænus: adeo ut Imperator Ephesium increparet, unde tibi hæc facultas deposcendi sententias? aut quis tibi eam indulsit potestatem? quam ne Patriarcha quidem sibi arrogat, cogendi suffragia: Et cum tu tantum unus sis in censu cæterorum Præsulum, unde tibi tam enormis dominatio? Ego te nec antesignanum præfeci nec principem: quod si signifer esses ordinatus, ne sic tamen debuisti ad hæc mandanda protinus convolare: Antequam quæstio in discrimen vocetur, aut percipiatur quid utraque pars utrique objiciat, & antagonistæ in hoc pulvere se exerceant, singulæque quæstionum circumstantiæ percribrentur, quas tulerint sententias homines, qui convolutas Argumentorum consequentias non audiverint? His & istiusmodi verbis Ephesium castigavit Imperator, reliquosque Præsules derisit: & cum in posterum silentium indixisset futilium querelarum, ita breviter clausit: Ibimus Florentiam, & novam illic dissertationum telam exordiemur, quæ finem est sortitura, quam Deus impertiet: His animos advertite, hæc struite, cætera omnia tanquam supervacanea verba ventis diripienda permittite.

Tum Pœnitentiarius orabat: Mi Domine tempus advenit quo in me jam conferas, quod ante promisisti beneficium: Nam cum tua Majestas olim in me munus collocare voluisset, declinavi, tuamque benignitatem in tempus magis opportunum mihi reservandam satius duxi: nunc quam expectavi se offert occasio: Cui annuens Imperator, eum Protosyncelli officio donavit: ut exinde res ab eo gestæ in Synodo, majus libramentum acciperent: at Episcopi cum ne sic proficerent in comparandis malorum remediis inviti succubuere, & necessitatis lege impulsi, ad iter præceptum se instruxerunt. Papa verò jam certo intelligens professionem à nostris universis [ordinibus sancitam esse, decrevit & ipse stipendia persolvere,

etiamsi

ἐλήλυθεν ὁ καιρός. εὐηργέτησεν οὖν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὸ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου ὀφφίκιον, ἵνα ἔχῃ κἂν τούτου πλείονα ῥοπήν. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἐπεὶ οὐδὲ οὕτως ἠδυνήθησαν κατορθῶσαί τι, καὶ ἄκοντες συνέθεντο, καὶ ἡτοιμάζοντο ἐξ ἀνάγκης. τότε ἀκριβῶς πληροφορηθεὶς ὁ πάπας, ὅτι ἀκολουθῆσαι αὐτῷ πάντες εἰς τὴν Φλωρεντίαν συνέθεντο, δέδωκε τὸ σιτηρέσιον. περὶ τούτου γὰρ βοώντων πάντων καὶ ἀπαιτούντων τῇ ἐνδείᾳ πιεζομένων, ὡς ἄσημοι φωναί, ψόφοι κενοὶ παρὰ λατίνοις ἐλογίζοντο, αἱ τῶν ἐνδεῶν δεήσεις. εἰ οὖν καὶ ὠφείλετο ἡμῖν, σιτηρέσιον μηνῶν ε, καὶ ἔλεγον δοῦναι ἀνελλιπῶς. ἀλλὰ οὖν ἔδωκαν ἡμῖν τῇ ιβ τοῦ Ἰαννουαρίου φλωρία βυιβ, ὑπὲρ μηνῶν δ, καὶ ἀπῄτουν τὸ εἰς Φλωρεντίαν ἄψασθαι. εἶπον γὰρ οἱ λατῖνοι ἐπεὶ γίνεται μετάβασις τῆς συνόδου, δεῖ ἀνακηρυχθῆναι τοῦτο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν ᾗ καὶ ἡ πρώτη ἀνακήρυξις γέγονε. συνέθηκαν οὖν γραμμάτιόν τι, καὶ συναθροισθέντων πάντων ἐν τῷ ναῷ τῆς ἐπισκοπῆς ἀνέγνωσαν αὐτό, καὶ διελάμβανεν ὅπως μετατίθεται ἡ σύνοδος, διὰ τὴν αἰτίαν τοῦ θανατικοῦ. τὸ δὲ θανατικὸν ἔπαυσε πρὸ δύο μηνῶν. οὕτως ἦσαν ἀληθεῖς. τῇ ις οὖν τοῦ Ἰαννουαρίου ἐξῆλθεν ὁ πάπας, καὶ ἀπήρχετο εἰς τὴν Φλωρεντίαν σκεψάμενος μὴν δι' ἄλλης ἐλθεῖν ὁδοῦ, καὶ δι' ἧς καὶ πάντας τοὺς οἰκείους καὶ τὰς βιωτικὰς ὕλας ἐξέπεμψε, δι' ἑτέρας δὲ αὐτὸς ἄγνωστος ὡς ὁ τυχὼν εἰς τὴν Φλωρεντίαν ἐκδραμών, μετ' ἀνδρῶν κη, δειλιάσας τὰς ἐπιβουλὰς ὁ Μακαριώτατος.

etiamſi antequam à nobis decretum eſſet iter, per tot decurſa ſingulorum menſium ſpatia, quicquid noſtri homines inclamarent pungente rerum omnium inopiâ, ſurdis incantabatur, ac ut voces abſurdæ brutaque murmura à Latinis noſtrorum ſupplicum verba habebantur: Et quanquam in rationariis quinque menſium æra debebantur, quæ ſtatim expungere ad ultimam quadrantem in ſe ſuſceperunt, tamen pro quatuor tantum menſibus, Januarii duodecimo numerarunt Florenorum duo millia, quadringinta & duodecim: & nos viam recta jubent Florentiam verſus carpere: Et quoniam determinata erat Synodi tranſlatio, Latini promulgandam in eodem Templo cenſuerunt, quo primum celebranda publico præconio enuntiabatur: Igitur programma conſcribunt, quod cunctis in Templum Metropolitanum civitatis rite convocatis perlectum continebat, Synodum à Ferrara, migraturam in Florentiam, propter ſævientem in his partibus luem, & afflatum peſtilentiâ aerem: quamvis ante duos menſes omnigena lues ceſſaſſet: ità ſibimetipſis conſtabant ac veritati. Januarij autem decimoſexto Ferraram relinquens à tergo, ſe in iter Florentiam verſus conjecit Beatiſſimus Papa: Et cum ſimularet ſe per aliam tendere, nempe quâ totam familiam ac impedimenta præmiſerat, flexit habenas alíorſum, & ſub larva deliteſcens, aut cucullâ, cum ſolis viginti octo domeſticis, curſim, & non ſine trepidatione, Nicolai Picennini inſidias pertimeſcens, Florentiam evolavit.

τμήμ. ζ. κεφ. ιε.

Εἶτα ἡτοιμάζετο καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὥρισεν. ἑτοιμασθήτωσαν καὶ οἱ γηραιότεροι τῶν ἀρχιερέων ἐλθεῖν μετ' ἐμοῦ, ἵνα ἔχωσιν ἀνάπαυσιν καλὴν ἀφ' ἡμῶν. καὶ ἀκούσαντες τοῦτο οἱ πλείους τῶν ἀρχιερέων ἐζήτουν ἀπελθεῖν μετὰ τοῦ βασιλέως. ἔγραψα οὖν κατ' ὄνομα τοὺς βουλομένους ἀπελθεῖν, καὶ ἀνέφερον τῷ βασιλεῖ καὶ ἀπεδέξατο αὐτούς. εἶτ' αὖθις ἀπῆλθον τῇ μετ' ἐκείνην ἡμέρᾳ, καὶ ἀνήνεγκα τῷ βασιλεῖ ὅπως εἰσὶν ἕτοιμοι ὅταν ὁρίσῃ.

Sect. VII. Cap. XV.

Deiude & ipſe Imperator ad ſubſequendum ſe accinxit: & ut faſtidia viarum ſenibus lenire velle videretur, juſſit Epiſcopos ætate præ aliis confectos, ad ſuum comitatum invitari: ut conſortij ſui ſolamine gaudeant, & ſuavius tranſvehantur: quod ut communiter innotuit, mnlti Epiſcoporum in album illud ſtipandi Imperatorem inſeri ambierunt, ita ut nomina id prenſantium deſcripta in Catalogo Imperatori tradiderim, qui ſtatim quos voluit, punctim delegit: eoſque poſtridie paratos eſſe ſignificavi, ordiri metam quandocumque Imperator man-

στη. ὁ δὲ βασιλεὺς ὥρισεν ὅτι οἱ ἄρχοντες οὐκ ἀποδέχονται τοὺς πολλούς. λέγουσι γὰρ ὅτι δ' ἢ ε' τοὺς πρώτους, οἷον Τραπεζοῦντος, Ἐφέσου, Ἡρακλείας, Μονεμβασίας, Κυζίκου, καὶ ἄλλον ἴσως τινὰ κατ' αὐτοὺς, ἀναπαύσουσιν ὡς φίλους καὶ πατέρας αὐτῶν. οὐκ ἔχουσι δὲ ἀνάγκην ἀναπαύειν ξένους καὶ ἀγνωρίστους αὐτοῖς. λοιπὸν κώλυσον τοὺς περισσοὺς, ἐλθέτωσαν δὲ ὅσους εἴπομεν, καὶ καλῶς ἀναπαύσονται. ταῦτα δὲ ἔλεγε δειλιῶν μήποτε τινὲς ἐξ αὐτῶν ἀποδράσωσι, ἐπεὶ καὶ τῷ Μαρκέσῃ διεμηνύσατο κατ' αὐτὰς τὰς ἡμέρας, καὶ διελάλησεν, ἵνα εἴ τις δέξεται γραικόν τινα εἰς πλοῖον αὐτοῦ ἀπερχόμενον εἰς Βενετίαν, γενήσεται τὸ πλοῖον πυρίκαυστον. ἰδοὺ καὶ ὁ δεύτερος ἡμῶν περιορισμός.

Μετὰ δὲ ταῦτα διεμηνύσατο ὁ πατριάρχης τῷ βασιλεῖ, ἵνα ἀπέλθῃ πρῶτος αὐτός. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο. οὕτως ἐτάχθη ἵνα ἀπέλθω πρῶτον ἐγὼ, καὶ ἐστήσαμεν τοῦτο καὶ μετὰ τοῦ πάπα. οὐ δεῖ οὖν ἡμᾶς ἄλλως ποιῆσαι. ἐλυπήθη πρὸς τοῦτο ὁ πατριάρχης καὶ εἴρηκεν. ὅτι ἡ ἐκκλησία ὀφείλει προηγεῖσθαι πανταχοῦ. καὶ αὐτῇ ἀνήκουσι τὰ πρωτεῖα. ὁ δὲ βασιλεὺς περιάπτει τἀναντία. καὶ ἐποίησε τοῦτο καὶ ἐν τῇ Βενετίᾳ. καὶ νῦν ἐνταῦθα οὕτω βούλεται ποιήσειν. ἰδοὺ μεμέρισται ὁ Χριστός. ταῦτα ἐνηχηθεὶς ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου, αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ μηνυτὴς ἐνέδωκεν ἵνα ἀπέλθῃ πρῶτος ὁ πατριάρχης. τῇ δὲ κε τοῦ Ἰανουαρίου δεδώκασιν ἡμῖν πᾶσιν ἐπίσης ἄνευ μόνου τοῦ πατριάρχου χάριν ἐφοδίων, ἀνὰ φλωρίων δύο ὁμοῦ φλωρία τμ. κατέθεντο δὲ καὶ τὰ ναῦλα τῶν πλοίων καὶ τοὺς μισθοὺς τῶν ἵππων αὐτοί.

Καὶ τῇ κϛ πρὸς ἑσπέραν εἰσῆλθεν ὁ πατριάρχης μετὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ ἡμῶν πάντων εἰς τὰ πλοῖα, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, καὶ τῆς μετ' ἐκείνην ἡμέρας κατηντήσαμεν εἰς τέλος τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐμείναμεν ἐκεῖσε ἐντὸς τῶν πλοίων ἡμέρας δύο, ἵππους ἐκδεχόμενοι. ὧν ἐλθόντων προήλθομεν δι' αὐτῶν ὡσεὶ τριῶν ὡρῶν διάστημα, καὶ ἐμείναμεν εἰς καστέλλιον. καὶ τῇ ἑξῆς πάλιν

mandaret: Poſtea tamen Imperator aſſeruit, Proceres ſuos, nimiâ multitudine non poſſe condenſari: ſed quatuor vel quinque tantum è primoribus, ut Trapezuntium, Epheſium, Heracleenſem, Monembaſianum, Cyzicenum, & ſi quis alter forte his adnumeretur Proceres noſtri ut amicos & patres reveriti, quâ poterunt humanitate, refocillabunt: At iiſdem officiis remotos, & peregrinos fovere, nulla neceſſitudo cogit: quare cave à ſuperfluâ multitudine, & tantum nominati adducantur, quos pro virili recreabimus. Et hæc Imperator mandavit, ut clandeſtinam ſuorum fugam præpediret: Cujus rei circa eadem tempora Marchionem commonefecerat privatim, & publicè evulgaverat: ſi quis Græcum receperit in navem, euntem Venetias, navis damnata flammis tradetur, & hæc erat noſtrorum hominum ſecunda circumſcriptio, vel incarceratio.

Miſit interim Patriarcha Imperatori ut ipſi Patriarcham præcedere pateretur: Cui reſpondit Imperator, ſibi impoſitam eſſe hujus oneris neceſſitatem, Papamque conſtituiſſe ut præiret, nec ſe eum ordinem poſſe invertere: quod Patriarcham in tantum animi mærorem conjecit, ut palam conquereretur: Eccleſiæ primatus loci ſemper debitus, & cunctis viam præripiendi gloria; at Imperator nititur in contrarium: Et quod Venetiis præſtitit in primo appulſu, idem & hic facere perſeverat: Hæc ubi per Protoſyncellum inculcantur auribus Imperatoris, ſubmiſit votis Patriarchæ, ac ut ipſum itinere prævortat placidus conceſſit. Januarij itaque viceſimo quinto, nobis omnibus comitatum Patriarchæ ſtipantibus, excepto ſole Patriarchâ, per æquam diſtributionem impertierunt in viaticum, viritim duos florenos, quibus inſuper addiderunt florenos tercentum & quadraginta: quin & naula ſcapharum pependerunt, & pretia conductorum aſturionum.

Ejuſdem menſis viceſimi ſexti ad veſperam Patriarcha cum Epiſcopis, nobiſque omnibus navigia conſcendit, eâque nocte totâ, ac poſtridie, undis molliter delati, ad fluminis oſtia pervenimus: ibidemque navigiis intus biduo permanſimus, equos præſtolati: quibus adductis progreſſi ad trium horarum ſpatia, in veteri caſtello pernoctavimus: unde die inſequenti ad alia quinque horarum intervalla promoventes, Faventiam conſecuti ſumus: ubi per aliquot dieculas commorati, è Florentiâ veredos expectavimus, qui commodum ſubminiſtrati in alio triduo nos in Florentiam ſubvectarunt: ſeptimo Februarij ad Sabbathum

car-

λιν περάσαντες ὡσεὶ πέντε ὡρῶν διάστημα ἐφθάσαμεν εἰς τὴν Φαεντζίαν, περιεμείναμεν οὖν κἀκεῖσε ἡμέρας τινὰς, ἐκδεχόμενοι καὶ ἑτέρους ἵππους ἐκ τῆς Φλωρεντίας. ὧν ἐλθόντων αὖ ὡδεύσαντες δι' αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς ἐφθάσαμεν εἰς τὴν Φλωρεντίαν, τῇ ζ τοῦ Φεβρουαρίου πρὸς ἑσπέραν, σαββάτῳ τῆς ἀπόκρεω. οὐκ ἐᾷ δέ με τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ ὁδῷ δυσχερῶν ἐκτραγῳδεῖν, αὐτὰ τῇ συντομίᾳ χρῆσθαι βουλόμενον.

Ἔμεινεν οὖν ὁ πατριάρχης ἐν Μοναστηρίῳ παρὰ τὴν πύλην ὄντι τῆς Φλωρεντίας ἐκτὸς, ἡμέρας δ' κόπῳ τε καὶ νόσῳ τετρυχωμένος. εἶτα ἐλθόντες οἱ ἄρχοντες τῆς Φλωρεντίας εἰσῆξαν καὶ προέπεμψαν αὐτὸν μετὰ τιμῆς καὶ ἤχου σαλπίγγων μέχρι τῆς ἑτοιμασθείσης αὐτῷ οἰκίας, κωδωνιζομένων καὶ πάντων τῶν ἑορτασίμων κωδώνων, μέχρι τῆς εἰς τὴν οἰκίαν ἀφίξεως. εἶτα ἦλθεν ὁ βασιλεὺς τῇ ιδ τοῦ Φεβρουαρίου. καὶ ἔμεινε καὶ αὐτὸς εἰς τὸ δηλωθὲν Μοναστήριον. καὶ τῇ ιε ἥτις ἦν κυριακὴ τῆς τυροφάγου, ἡτοιμάσθησαν οἱ ἄρχοντες τῆς Φλωρεντίας, καὶ περὶ β ὥραν μετὰ μεσημβρίαν, ἀπῆλθον εἰσάξαι τὸν βασιλέα καὶ διασῶσαι εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ παλάτιον.

Συνέδραμον δὲ καὶ πάντες ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες πρός τε ὑπαντὴν καὶ θεωρίαν, καὶ τέρψιν. καὶ ἦν ἰδεῖν χοροὺς ἀρχοντισσῶν τῶν μὲν ἐπὶ τῶν ὑπερῴων καὶ ἐπὶ τῶν κεράμων καθημένων λαμπρῶς, (ἐν γὰρ τῇ Φλωρεντίᾳ ἀδεῶς ἐπὶ τῶν κεραμῶν βαδίζουσί τε καὶ κάθηνται). τῶν δὲ ἐπὶ τῶν τριόδων λαμπρῶς ἐσταλμένων καὶ προκαταλαμβανουσῶν τὰ κάλλιστα τῶν θεωριῶν μέρη τοῦ βασιλικὴν θεάσασθαι πομπήν. καὶ πανταχόθεν φαιδρὰ συγκεκρότηται ἑορτὴ ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ βασιλέως. ἀλλὰ καὶ ἡ ἡμέρα ἐκ πρωΐας μέχρι ϛ ὥρας, μετὰ μεσημβρίαν φαιδροτάτη ἦν καταλαμπομένη ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἡ ἡμέρα ἐσκυθρώπαζέ τε καὶ κατηφὴς ἐγεγόνει. καὶ ἀρξαμένου τοῦ βασιλέως τῆς πρὸς τὴν Φλωρεντίαν ὁδοῦ, ἤρξατο ψεκάζειν καὶ ἐπὶ πλέον προὔβαινε, καὶ εἰσερχομένου τοῦ βασιλέως τὴν πύλην τῆς πόλεως ῥαγδαῖος ὁ ὑετὸς ἐρράγη. ὥστε τοὺς παρατυχόντας δρομαίους καταφεύγειν ἐν ταῖς οἰκίαις καὶ κρύπτεσθαι. διήρ-

carnis privij advesperascens: Haud me patitur quæcumque nobis in itinere obtigerunt incommoda, chartis committere, brevitatis studium cui magnopere cupio deservire.

At Patriarcha in Monasterio substitit, prope portam civitatis, sed extrà in pomeriis, per totum quatriduum, defatigatione, & morbo attritus: Posteà Proceres ac Senatores, per obsequia introire invitarunt, eumque summo cum honore, ad destinatum domicilium deduxerunt, clangentibus tubis, personantibus tintinnabulis universæ civitatis, etiam quæ inferiis solennioribus solebant pulsari: idque dum civitatem, à primo ingressu portæ, ad domus suæ limina permearet: Recepto Patriarchæ successit Imperator, Februarij decimo quarto, & ad idem Monasterium divertit: Decimo quinto qui fuit Dominicus Tyrophagi, sic à manducando caseo nuncupatus, ad horam secundam à meridie, Senatores, civesque primarij, acervatim prodierunt Imperatorem in urbem introducere, viamque ad instructum ipsi palatium præmonstrare.

Cujus ut adventus in civitate percrebuit, viri, fœminæ, omnium generum, ordinumque immensæ turbæ, ad occursum, ad spectaculum & oblectationem undiquaque confluxerunt, & videre erat innumeros choros nobilium Heroinarum illustri pompâ radiantium, in summis pergulis ac contignationibus, dispositos collocari: Nam Florentiæ in ipsis tectis homines sine ruendi periculo, vel resident vel inambulant: Et infrà in platæis alias conspeximus non minus splendido cultu adornatas consistere, & commodissimos locorum situs occupare, ac scenas, quibus possent pompam prætervecti Imperatoris contemplari: & in omni urbis angulo, quoquoversum, ab omnibus Imperatorij adventus festivus dies, cum ingenti omnium applausu, & congratulatione celebrabatur. Quin & cælum in principio sudum ac serenum nostræ hilaritati aspirare videbatur: Nam dies ab exoriente Aurorâ, ad meridiem per sex horas, claro solis jubare, amæniter effulsit, at posteà vultum induit luridum: Siquidem ut primum pedem promovit Imperator à Monasterio, cœpit aër humidus tenues roris guttas pedetentim distillare, quæ auctiorem paulatim in pluviam creverunt: ità ut cum ad extima portæ vestibula Imperator perveniret, impetuosus imber, & nymbus ingrueret violentus, quem pauci perferrent, sed quotquot ferme ad spectaculum concurrerant, cursim aufugerent in domos, aut sub impluviis se reconderent: Imperator autem totam civita-

Hhh tem

διήρχετο δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν πόλιν οὕτω καταβρεχόμενος ἔχων ἑκατέρωθεν δύο Καρδηναλίους συνοδοιποροῦντας. ὕπερθεν δὲ οὐρανὸν καμουχέινον βρέχοντα καὶ αὐτὸν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν βρεχόμενον καὶ βρέχοντα, καὶ δρόμῳ ἔθεεν, ὅπως φθάσῃ εἰς τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ οἰκίαν, καὶ διαφύγῃ τὸν βίαιον καὶ σφοδρὸν ὑετόν. οὔτε τοίνυν οἱ τῶν κωδώνων ἦχοι, οὔθ' αἱ τῶν σαλπίγγων ᾠδαὶ τέρψιν τινὰ τοῖς παροῦσιν ἢ τοῖς θεωμένοις ἐποίουν. ἀλλὰ ζοφερὰ καὶ ἀνέορτος ἡ τοῦ βασιλέως ἐπεισόδιος ἑορτὴ γεγένηται· τῆς ἀμέτρου ἐπομβρίας διαλυσάσης πρὸ ὥρας ἅπαντα τὸν συναθροισθέντα φιλέορτον σύλλογον.

tem pertranſiit, his imbribus madefactus, & ſtipatus utrinque à duobus Cardinalibus, quanquam Conopæo ſupernè expanſo muniretur, imbribus benè condenſo ac irrigato, vel ut rectius dicam, & irrigato & irriganti: Et quamvis in pompâ procederet, teſtitudineum tamen grandivit gradum, quo ædes ſibi aſſignatas aſſequeretur, & aëris validam vehementemque tempeſtatem declinaret: Nec igitur tum aut tubarum clangores, aut tintinnabulorum elatiores ſoni quicquam jucunditatis, ſpectantium animis exhibuere: ſed caliginoſa ac ſpiſſis tenebris obducta cæli facies, illætabilem Imperatorij adventus feſtum, aliis diebus ſolennibus ſuperinductum reddidit, immoderato imbrium delapſu intempeſtive diſcutiente omnem hominum conventum, qui celebritatem diei aut ſolennia ſpectacula admirari geſtiebant.

HISTO-

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO VIII.

Ἐν ᾧ περὶ τῶν ἐν Φλωρεντίᾳ διαλέξεων, καὶ ὅπως ἔπαυσεν αὐτὰς ὁ βασιλεὺς καὶ πρὸς ἑνωτικὰς ἐχώρει μεσότητας. καὶ ἐν τούτοις ἐλθόντος πρέσβεως ὑπὲρ βοηθείας τῆς πόλεως, ὁ βασιλεὺς μετὰ πολλῆς ἀξιώσεως αἰτήσας ὑπὲρ ταύτης τὸν πάπαν ἤνυσεν οὐδέν. καὶ ὅπως ἔσκωψε τὸν Ἡρακλείας. καὶ ὅτι ἐλθὼν ὁ Ἰουλιανὸς εἰς τὸν βασιλέα ἀπέδειξε τὸν μὲν πάπαν ποιοῦντα καὶ πλείω τῶν συμφωνηθέντων, ἡμᾶς δὲ μὴ τηροῦντας τὰς συμφωνίας. καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς συνήρχετο ἰδίως μετά τινων ἀρχιερέων εἰς τὸν πάπαν, καὶ ἐσκέπτοντο μυστικῶς περὶ ἑνωτικῶν τρόπων. καὶ ὅπως ἔστειλαν οἱ λατῖνοι ἔκθεσιν πίστεως πρὸς τοὺς ἡμετέρους, καὶ οἱ ἡμέτεροι αὖθις πρὸς ἐκείνους. ἀπομνημονευμάτων η.

Hæc capita tractat: Dissertationes habitas Florentiæ: & ut iisdem finem imponens Imperator ad media adunandi, investiganda se convertit: ut interea supervenit Legatus ad nostros missus de maturâ ope periclitanti Constantinopoli suppeditandâ: quam Imperator à Papa multis precibus efflagitans, nihil profecit: ut Imperator Heracleensem subsannavit: ut Iulianus Imperatorem conveniens, ostendit, Papam conditionibus ultra quas pacta ab ipso requirebant, perfunctum fuisse: Nos autem pollicitationes, & pacta nequaquam præstitisse. Vt Imperator cum aliquibus Archiepiscopis privatim adierit Papam, & de modis pangendæ unionis clanculum consultaverint: in fine ut Latini ad nostros explicatam fidei formulam miserint, & nostri aliam ad ipsos reciprocarint: Commentar. 8.

τμήμ. η. Κεφ. α.

Μετὰ δὲ τὴν εἰς Φλωρεντίαν ἡμῶν ἐπιδημίαν ἀπεχαρίσαντο ἡμῖν ἠρεμεῖν τῇ πρώτῃ τῶν νηστειῶν ἑβδομάδι. τῇ δ᾽ ἐφεξῆς ἡτοίμασαν τὰς διαλέξεις καὶ ἐζήτησαν οἱ λατῖνοι ἵνα ἔχωσι τὸ προτείνειν ἐκεῖνοι. ἐνέδωκε δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς πρὸ τοῦ κοινώσασθαι τὸ περὶ τούτου τῇ συνόδῳ. μαθόντες δὲ τοῦτο οἱ ἡμέτεροι ἐδήλωσαν τῷ βασιλεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι καλὸν παραιτήσασθαι ἡμᾶς τὸ προτείνειν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη προετείνομεν πρῶτον ἡμεῖς, νῦν δὲ δίκαιόν ἐστιν ἵνα προτείνωσιν ἐκεῖνοι. εἶπον δὲ οἱ ἡμέτεροι. ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ ἐνάγοντες καὶ ἐγκαλοῦντες ἐκείνοις. καὶ δεῖ ἡμᾶς λέγειν πρῶτον τὰς ἰδίας δικαιολογίας, καὶ ἕλκειν ἐκείνους εἰς

Sect. VIII. Cap. I.

Postquam jam omnes Florentiam pervenimus, Latinis visum est pro primâ hebdomadâ jejuniorum nobis feriandi otium indulgere, insequenti autem se ad differtandum pararunt: Et ut ipsis jam concedatur proponendi prioritas petiverunt, quibus annuit Imperator, priusquam de eâ re quicquam suorum cum Synodo communicasset: quod ubi nostrates intellexerunt, Imperatori monstrarunt quam indignum esset ipsis, ab hac proponendi prærogativâ discedere. Quibus Imperator: quandoquidem in nos ea prima facultas collocata fuit, æquum est, ut illi jam suâ vice proponendi perfruantur: At nos sumus qui accusamus, litemq; contestamur, nostri responderunt: & nostrum est ab usu forensi privilegium proferendi quot habeamus controversiæ capita, eosque ad respondendum pertrahendi: Sed singulis suum jus & fas

εἰς ἀπολογίας. ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔφη χρὴ ἵνα τηρήσωμεν τὴν ἰσότητα ἑκατέροις τοῖς μέρεσι. προετείνομεν οὖν ἐν τοῖς πρώτοις ἡμεῖς, καὶ νῦν δεῖ προτείνειν ἐκείνους. καὶ ἐκύρωσε τοῦτο εἰρηκώς, οὕτω γὰρ ἔνι δίκαιον.

Τῇ οὖν κϛ τοῦ Φεβρουαρίου, τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν γέγονε πρώτη συνέλευσις. καὶ ἤρξατο ὁ Ἰουλιανὸς εἰπὼν ἐν προοιμίοις. ὅτι ὁ Μακαριώτατος πατὴρ ὁρίζει με ἵνα εἴπω. ὡς ὅτε συνεβουλευόμεθα μεταθεῖναι τὴν ἱερὰν ταύτην σύνοδον ἐκ Φεραρίας εἰς τὴν Φλωρεντίαν, ἔφη ὁ Βασιλεὺς καὶ πολὺ ἐφίεσθαι τὴν πραγματείαν ταύτην τῆς ἑνώσεως συντελεσθῆναι καὶ συμπερανθῆναι, καὶ ὁ πάπας δεξάμενος τοῦτο ἀσμένως ἔφη, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλος τρόπος ἐπιτηδειότερος πρὸς τοῦτο, ἢ τὸ διαλέγεσθαι συνεχῶς. καὶ τελευταῖον ἀπεφάνθη ἵνα συνερχώμεθα τρὶς τῆς ἑβδομάδος ἀπαραιτήτως, καὶ παρατείνωνται αἱ διαλέξεις μέχρι τριῶν ὡρῶν ἑκάστη. εἶτα ἔδοξε τῷ Βασιλεῖ μᾶλλον εἶναι συμφέρον ἵνα ἐκλεχθῶσιν ἐξ ἑκατέρου μέρους τινές, καὶ σκέψωνται ἰδίᾳ, καὶ μυστικῶς εὑρεῖν τρόπον τινὰ δι' οὗ ἂν ἔλθωμεν εἰς ἕνωσιν. καὶ εἰ μὲν τούτῳ τῷ τρόπῳ δυνηθῶμεν ἑνωθῆναι ἤδη κατορθωθήσεται ὅπερ προὐθέμεθα. εἰ δὲ οὐχ εὑρεθῇ οὕτως τρόπος ἑνωτικὸς ἵνα χωρήσωμεν πρὸς τὴν ἕνωσιν διὰ τῶν διαλέξεων. ἐπεὶ οὖν πρῶτος ὁ Βασιλεὺς τοῦτο προέτεινε, δῆλον ὅτι εὗρε καὶ τὸν τρόπον τὸν ἑνωτικόν, καὶ ἀξιοῖ ὁ πάπας, ἵνα ἐμφανίσῃ τοῦτο ἡμῖν. ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔφη ὅτι ἐγὼ ἐρῶ πρῶτον ὃ προεθέμην εἰπεῖν, πρὸς τοῦτον Καρδινάλιον εἰρηκέναι ἅπερ εἶπεν, εἶτα καὶ πρὸς τοὺς αὐτοῦ ἀπολογησόμεθα λόγους. λέγω τοίνυν ὅτι ἡμεῖς εἰς τὸ περὶ τῆς προσθήκης εἴπομεν λόγους πολλοὺς καὶ ἀναγκαίους. εἴχομεν δὲ καὶ ἔτι εἰπεῖν πλείονας καὶ ἰσχυροτέρους. παρελίπομεν δὲ τούτους, διὰ τὴν ἀξίωσιν ὑμῶν. ἔστι δὲ ἐπ' ἐξουσίας ἡμῖν ὅταν θελήσωμεν εἰπεῖν περὶ τούτου. ἵνα εἰ συμβῇ ἐμπεσεῖν εἰς ἐκείνους ἡμᾶς τοὺς λόγους, μὴ δόξωμεν ἐπανέρχεσθαι εἰς ἃ παρῃτησάμεθα.

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὧν διηγήσω, σύμφημι καὶ αὐτὸς οὕτως ἔχειν. τρόπον δὲ ἑνώσεως

fas reſervandum eſt, inquit Imperator: Et cum nos in primâ fronte argutandi anſam arripuerimus, ut jam lli gaudeant, veniam demus: Et id autoritate ſanxit, clamans, hoc jure gentium conſtare, fiat unicuique juſtitia.

Itaque viceſimo ſexto Februarij indictionis ſecundæ, & feriâ quintâ, ſeu die Jovis ſecundæ ſeptimanæ carnisprivij prima ſeſſio eſt celebrata. Et Julianus cœpit hæc præfari: Se mandatum à Beatiſſimo Patre accepiſſe, nobis omnibus atteſtandi, quod ut primum transferre Synodum à Ferrarâ in Florentiam conſtituiſſet, ſe Imperatorem noſtrum Beatitudini ſuæ palam profitentem audiviſſe, quam flagranti deſiderio expetiſceret, hanc de unione negotiationem ad proſperum exitum perduci poſſe, & fœliciter conſummari: id nunc plenis ulnis, amplexus Papa, non arbitratur occaſionem opportuniorem, aut cum noſtris votis conjunctam magis, quam ſi crebræ diſſertationes exerceantur: Et in fine ſignificavit Papam velle, ut ter in ſeptimanâ coeamus, præciſâ omni ſpe impetrandi veniam abſentiæ, & ut ſingulæ diſſertationes ad tres horas extendantur. At Imperatori (inquit) tum via viſa eſt concinnior, ſi aliquot ex utrâque parte eligantur, qui privatim, & ſubducti explorent modum aliquem nos ad unionem perducendi: Et ſi quod tale myſterium eruere valuerint quod nos uniat, nacti ſumus fœlicitatem ad quam anhelamus: at ſi in nullum inciderint iſtiuſmodi modum conjunctivum, tum per concertationes ad concordiam progrediamur. Id cum primum Imperator propalaſſet, viſus eſt alicujus modi commentum in animo revolviſſe: Quare eum exorat Papa, ut illud arcanum revelare dignaretur: At Imperator reſpondit: Prius liceat mihi verba profari, quæ antea propoſueram in illud Argumentum, in quo me Cardinalis antevertit, & deinde ad capita orationis ſuæ reſponſa reddam. In exordio igitur affirmo, noſtros in Additamenti articulum, & plurimas rationes eventilaſſe & neceſſarias, & longe plura ac validiora Argumenta producere potuiſſe, quæ diſſimulata veſtram in gratiam prætermiſimus: Ita tamen ut nobis poteſtas relinquatur, ea reſumendi, quandocumque libuerit: & ſi in eadem inciderimus, non exiſtimabimur cramben proponere, aut in judicium revocare, quæ prius ablegavimus.

Ad alia à te commemorata pronus accedam, & ſic ſe habere fatebor: At conciliandæ unionis modum nullum excogitavimus, neque in mentem venit ejus inveſtigatio, vos ſi quid commenti eſtis, nobis impertite, precamur: Hæc cum audiviſſent, ſurgentes Latini Papæ thronum circumdedere, & cum clam conſultaſſent aliquantiſper

σεως, οὔτε εὕρομεν, οὔτε ἔχομεν, οὐδὲ γὰρ ἐσκεψάμεθα. εἰ δὲ ἔχετε ὑμεῖς, ἀξιοῦμεν ἵνα ἐμφανίσητε ἡμῖν τοῦτον. τούτων ἀκροασάμενοι τῶν λόγων ἀνάσταντες ἐπλησίασαν τῷ πάπᾳ, καὶ ἐβουλεύσαντο ἠρέμα. εἶτ᾽ ἐκάθισαν, καὶ εἶπεν ὁ Ἰουλιανός. Γαληνότατε κύριε βασιλεῦ, ἡ γαληνότης σου πέποιθεν ὡς ἔφης, ὅτι τὰ εἰρημένα παρὰ τῶν σῶν περὶ τῆς προσθήκης εἰσὶ γενναῖα καὶ ἰσχυρά, παρελείφθησαν δὲ καὶ ἕτερα πλείω, ἀξιωσάντων ἡμῶν μεταβῆναι εἰς τὰς περὶ τῆς δόξης διαλέξεις. καὶ ἡ γαληνότης σου χαριζομένη ἡμῖν ἐποίησας τοῦτο. οὕτω μέν τοι ὥστε ὅταν δόξῃ τῇ σῇ γαληνότητι τοὺς λόγους ἐκείνους ἐπαναλαβεῖν. πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον δοκεῖ τῷ ἁγιωτάτῳ πατρί, καὶ πᾶσιν ἡμῖν, ὅτι ἡ περὶ τῆς προσθήκης διαφορὰ ἀνεπτύχθη λαμπρῶς καὶ ἐσαφηνίσθη. καὶ τὰ δοκοῦντα ὑμῖν ἰσχυρὰ σαφῶς διελύθησαν. ἐζητήσαμεν δὲ μεταβῆναι. εἰς τὰ περὶ τῆς δόξης, ἵνα μὴ κατατρίβωμεν τὸν καιρόν. καὶ εἰπάτωσαν οἱ ὑμέτεροι νῦν εἴ τι ἔχουσι λέγειν, ἐσμὲν γὰρ ἕτοιμοι καὶ ἀκοῦσαι καὶ διαλῦσαι τὰ ἐπενεχθησόμενα, Θεοῦ χάριτι. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπεκρίνατο τὸ περὶ τῆς προσθήκης εἴπομεν ἵνα ἵσταται μετέωρον. ἐπεὶ οὐδὲ συνεπεράνθη, καὶ οὕτω δεῖ ἵστασθαι. περὶ δὲ τρόπου ἑνωτικοῦ οὐκ εἶπον ἵνα σκεψώμεθα μόνοι, ἵνα καὶ ὀφείλωμεν ἡμεῖς ἀπαραιτήτως εὑρεῖν τὸν τρόπον τῆς ἑνώσεως; ἀλλὰ κοινῶς. ἐλαλήθησαν οὖν καὶ ἐν ταύτῃ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ζ τῶν γενομέναις συνελεύσεσιν ἐν Φερραρίᾳ, ὅσα περιέχουσι τὰ ὑπομνήματα, ἃ ἐγράφοντο ἐκεῖσε κατὰ μέρος παρὰ τῶν ἀποταχθέντων γραφέων, καὶ εἴ τις ζητοίη μαθεῖν εὑρέσει αὐτὰ ἐκεῖσε. ἐν δὲ τῇ τελευταίᾳ εἶπεν ὁ Ἐφέσου λόγον προτρέψαντος τοῦ βασιλέως συνιστῶντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ εἰλικρινὲς τῆς ἡμετέρας πίστεως καὶ τῶν δογμάτων τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν.

Καὶ ἐπέθηκε τέλος. τοῦτο δ᾽ ἐποίησεν ὁρῶν τὸ σοφιστικὸν καὶ φίλερι καὶ ἀμετάπειστον τῶν λατίνων. καὶ μάλιστα τοῦ βασιλέως ὡς εἴρηται προτρέψαντος; γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι δύο συνελεύσεις, καθ᾽ ἃς προεκόμισαν οἱ λατῖνοι, ἀπό τινων χεδαρίων ῥητὰ τῶν δυτικῶν ἁγίων συνιστῶντα δῆθεν τὴν ἑαυτῶν δόξαν ἤγουν τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ἀπῄτουν ἀπολογίας. οὐκ ἔδωκε δέ τις τῶν ἡμετέρων. εἶπον δὲ μόνον ἀποκριθησόμεθα ὅταν ἴδωμεν τὰ αὐθεντικὰ καὶ ἐν τούτοις ἔπαυσαν αἱ διαλέξεις.

tiſper loca capeſſivere, ac Julianus denuo ſic orſus eſt: Sereniſſime Domine Imperator credit tua Serenitas, ut nobis infert, multa de Additamento à tuis jactata fuiſſe appoſita, & illuſtria argumenta, multaque alia tum ſuperfuiſſe dicenda, cum vos ab Additamento ad Dogma tranſire poſtularemus, quæ nobis gratificati amputaſtis: ſed ita tamen ut in veſtro adhuc reſideat arbitrio cum viſum erit Serenitati tuæ eadem denuo ad trutinam expendere: Ad primum, Beatiſſimo Patri, nobiſque omnibus id viſum eſt, ſatis actam eſſe & ventilatam hanc differentiam, & quæ vobis viſa ſunt fortia, à nobis ſoluta arbitramur: & in Dogma migrare popoſcimus, ne tempus infructuosè contereremus: At ſi quid veſtri habeant adhuc quod contra nos expromant, non deerimus & audire, & pro virili propulſare ſi Deus annuerit. Quibus Imperator hæc replicuit, de Additamento quidem antea inter nos decrevimus, illud ſuſpendi oportere, & merito ſiſti, quando non ſit ſancitum definitumq; Sed nec mentionē feci alicujus modi conciliativi ut nobis duntaxat totum onus expiſcandi incumberet, verum ut cōmuni utriuſq; gentis curæ ac ſollicitudini, & viribus ingeniorum conjunctis: Quin & multa alia ut in hac reciprocata ſunt ſeſſione, ita in poſtremis ſeptem Ferrariæ celebratis, quæ commentarij comprehendunt, ſcripti ab amanuenſibus conſtitutis, unde petant qui particularia curioſius indagari pruriunt. Ad ultimum vero, Epheſius inſtigante Imperatore, orationem explicuit longiuſculam, quâ ex ſacrarum literarum fontibus, & teſtimoniis ſanctorum patrum, noſtræ fidei veritatem, dogmatumque non minus puram, ab heterodoxiæ fuco, quam quodmaximè impermixtum ſolaribus radiis reſplendeſcit, luculentiſſime demonſtravit.

Atq; ita finem impoſuit: id vero præſtititEpheſius, ut retunderet Latinorum indolem perverſam & captioſam, ac impenetrabilem mentis duritiem, nec non ut Imperatoriæ adhortationi obtemperaret: Primam hanc ſeſſionem duæ aliæ ſunt ſubſecutæ, in quibus Latini chartulis è ſinu evolutis, aliquot occidentalium patrum ſententias exhibuerunt, ad ipſorum Dogma corroborandum de proceſſione Spiritus Sancti ex filio, quibus reſponſa flagitarunt: Noſtri vero reſponſa non dederunt, ſed diſtulerunt, aſſeverantes, ſe tum patribus ſatisfacturos, cum Autographa eorum oculis luſtraſſent: Et in his tribus omnes diſſertationes conſopitæ irraucuerunt.

Ὁ δὲ βασιλεὺς συνῆξε πάντας ἡμᾶς ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου. καὶ εἶπε τῷ Ἐφέσου ἵνα ἀπολογήσηται, εἰς ἃ προεκόμισαν οἱ λατῖνοι. ὁ δὲ ἔφη. ὁρῶ ὡς αἱ τοιαῦται διαλέξεις πέρας οὐχ ἕξουσι ποτὲ, οὔτε τι ἀγαθὸν προξενήσουσιν ἡμῖν. διὸ οὐ προαιροῦμαι λέγειν, εἰκῇ καὶ μάτην διαμάχεσθαι. ἐπεὶ καὶ τούτου χάριν ἔλαβον παρὰ τῆς ἁγίας βασιλείας σου ἔνδοσιν ἵνα εἴπω ὅσα ἐν τῇ τελευταίᾳ ὁμιλίᾳ εἴρηκα, καὶ παύσωμαι. εἰ οὖν ὁρίζεις, εἰπάτω καὶ ἕτερός τις καὶ δότω ἀπολογίαν. τοῦ δὲ βασιλέως ἐπικειμένου αὐτῷ ποιῆσαι τοῦτο εἶπεν αὖθις. ἐγὼ οὐκ οἶδα εἰ τῶν παρ' ἐκείνοις δηλωθέντων ἁγίων εἰσὶ τὰ προσκομισθέντα ῥητά. εἰ οὖν ἀπολογήσομαι ἐρῶ αὐτὰ νόθα. καὶ εὐθὺς εἶπον αὐτῷ τινὲς, ὅτι εἰ εἴποις αὐτὰ νόθα ὑβρίσεις τοὺς ἁγίους καὶ ἐγερεῖς διχόνοιαν καὶ διαμάχην μεταξὺ τῶν ἀνατολικῶν, καὶ τῶν δυτικῶν ἁγίων, καὶ γενήσεται σκάνδαλον μέγα. ὁ δὲ εἶπεν, οὐχ ὑβρίσω τοὺς ἁγίους. ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ ἔχομεν ἡμεῖς τοὺς λόγους ἐν οἷς εὑρίσκονται ταῦτα τὰ ῥητά, οὐδὲ ἡμῖν εἰσὶ γνώριμα. οὐδὲ γὰρ ἠκούσαμεν αὐτὰ μέχρι τοῦ νῦν, τὰ μὲν ῥητὰ παραγράψωμαι ὡς ἀμφιβάλλων. ἐπεὶ οὐκ ᾔδειν αὐτά. τοῖς δὲ ἁγίοις τὸ ὀφειλόμενον ἀποδώσω σέβας.

Ἀλλὰ τοῖς περὶ τὸν βασιλέα οὐκ ἤρεσαν οἱ τοιοῦτοι λόγοι. διὸ καὶ μετὰ παραδρομὴν ἡμερῶν δύο, ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν πατριάρχην. συνήλθομεν δὲ πάλιν καὶ ἡμεῖς ὁρμηθέντες ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς λόγοις τε καὶ βουλεύμασι. καὶ πολλῶν αὖθις περὶ τούτου κινηθέντων λόγων εἶπεν ὁ Ἐφέσου, ὅσα τῶν δυτικῶν ἁγίων ῥητὰ εἰσὶ σύμφωνα τῇ πρὸς μαρῖνον ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Μαξίμου, δεχόμεθα ὡς γνήσια. ὅσα δὲ διαφωνοῦσιν οὐ παραδεχόμεθα. ἤρεσε δὲ τοῦτο τῷ μεγάλῳ πρωτοσυγκέλλῳ, καὶ τοῖς πλείστοις πλὴν ὀλίγων τινῶν. διὸ καὶ ἀπεδοκιμάσθη.

Συνήλθομεν αὖθις ἐν τρίτῃ συνελεύσει οἱ αὐτοὶ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς εἰς τὸν πατριάρχην, παρόντος τοῦ βασιλέως. καὶ τὸν Ἐφέσου ἀπαιτοῦντος δοῦναι ἀπολογίας εἰς τὰ παρὰ λατίνων προκομισθέντα, καὶ λόγων πολλῶν περὶ τούτου κινηθέντων εἶπεν ὁ Ἐφέσου. δυνάμεθα ἀποδοῦναι λόγους, δι' ὧν κα-

τα-

At Imperator nos in præſentiam Patriarchæ adduxit, & Epheſio mandavit, ut reſponſum pararet, adverſum ea, quæ Latini ſeſſione nuperâ in medium provoluebant: Ille vero Imperatori reſpondit: Video ut hæc differendi faſtidia, nunquam aut ſibi exitum invenient, aut utilitatem nobis procurabunt: Quare haud libenter ambirem, verbis confligere inanibus & infructuoſis, & quoniam ea fandi, quæ in ultimâ ſeſſione effuderim, Majeſtatis tuæ conſpectus mihi libertatem indidit, ſic tamen ut in poſterum ſilerem, conticſcere decrevi, & ab injucundo opere ſuperſedere: Quare ſi de reſponſo Latinis referendo Majeſtatis tuæ animus ſollicitetur, quemcunque velit, ad illud munus ſuccenturiet: Verum cum Imperator Epheſium vehementius urgeret, iterum reſpondit: Ego penitus ignoro an autoritates patrum occidentalium quibus nos obruunt ſatis pertineant ad eos patres unde citantur, & ſi fas eſſet eloqui, ut adulterinas reſpuerem: Quod ut dictum durius cum à pluribus judicaretur, ſuaſere ut quantam contumeliam ſanctis patribus inureret, quantam offenſam & ſcandalum crearet utrique Eccleſiæ tam Orientali quam Occidentali, ſi Occidentales patres proſcriberet, animo gravi metiretur. Quibus ſic obviam ivit Epheſius: ipſos patres non violabo: ſed cum nobis non conſtet de iſtis ſpicilegijs quæ adverſarij nobis objiciunt, nec patrum opera unde ea decerpunt, ſunt nobis cognita, quando nec in hunc diem eorum ſententiæ noſtris auribus increpuere, ſubmovebo tantum, ea particularia, ut anceps animi haud perfectè callentis, quo ſenſu patres ſcripſerint: at ipſos patres debita veneratione in perpetuum colam.

Sed iſta Epheſij verba Imperatoriis haud multum allubuere: Quare infrà biduum Imperator revertitur ad Patriarcham, quo nos acciti convolavimus, ad idem negotium conſilijs ſtatuminandum: & cum multa hac illac ſermocinia variarentur, Epheſius aliter ſenſa mentis cepit aperire: Occidentalium patrum, inquit, quæcunque dicta cum Divi Maximi Epiſtolâ ad Marinum conſentient, ut genuina amplectar, at quæ ab eâdem diſſidere deprehendam, repudiabo: Dictum hoc Magno Primicerio placuit, & aliis etiam plurimis: ſed dum nonnulli refragarentur, totus ſimul conventus damnavit.

Tertiâ demum vice, nos iidem in eundem locum convenimus ad Patriarcham, præſente Imperatore, qui cum Epheſium rogaſſet, ne ulterius detrectaret reſponſa comminiſci, ad Occidentalium patrum loca, à Latinis in Synodo recitata: & alij inſuper multi ad idem propoſitum

κατασκευάσω καὶ ἀποδείξω, ὡς οὐ συνᾴδουσι ταῦτα τὰ ῥητὰ, τῇ δόξῃ ἣν εἶχε πᾶσα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἡνωμένη τότε τυγχάνουσα. ὄντων καὶ τῶν νῦν ἀκουσθέντων ἡμῖν ῥητῶν, εἴπερ ἦσαν καὶ τότε.

Ἠρώτησεν οὖν ὁ βασιλεύς. πόθεν ἔχουσιν αἱ προτάσεις τῶν συλλογισμῶν σου τὸ πιστὸν, καὶ τὸ ἔνδοξον; καὶ ἀπεκρίθη, ἀπὸ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων. ἤρεσεν οὖν τοῦτο τῷ βασιλεῖ καὶ τισὶν ἑτέροις. εἶθ᾽ ὡς ἐν βραχεῖ ἀπεδοκιμάσθη, καὶ οὕτως ἀπηλλάγημεν. ἐξερχόμενος δὲ ὁ Νικαίας εἶπεν, εἰς ἐπήκοον τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ πάντων. ὅτι ἐγὼ ἐρῶ ἀναφανδὸν τὴν γνώμην μου, καὶ τὴν δόξαν ἣν ἔχω περὶ τῶν τοιούτων. καὶ εἰ μὲν ἀρέσει, καὶ τοῖς ἄλλοις καλόν. εἰ δ᾽ οὐ ἐγὼ πάλιν ἀκολουθήσω τῇ ἐκκλησίᾳ μου.

τμήμ. η. κεφ. γ.

Ἐν τούτοις δὲ ὄντων ἡμῶν πρέσβεις ἐπεδήμησεν εἰς τὸν βασιλέα Καντακουζηνὸς ὁ Φακρασῆς μετὰ γραμμάτων τῶν τε δεσποινῶν καὶ τοῦ δεσπότου, καὶ τῶν μεσαζόντων. ἡ δὲ πρεσβεία ἦν, ὅπως ἔδοξε καλὸν τῇ βουλῇ, καὶ λυσιτελέστατον πᾶσι τρόποις, ἵνα περὶ τὰ τέλη τοῦ ἔαρος εὑρεθῶσιν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει κάτεργα τοῦ πάπα δύο τὸ ἔλαττον. οὕτω γὰρ ἐπισχεθήσεται ἡ κατὰ τῆς πόλεως ὁρμὴ τοῦ Ἀμουρᾶ. ἀνέφερεν οὖν εἰς πλάτος ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀπήτει ἐπιμέλειαν γίνεσθαι ταχίστην πρὸς τοῦτο. ἤδη γὰρ ἤρξατο ἡ τοῦ ἔαρος ὥρα. καὶ μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας εἶπε καυχώμενος ὁ αὐτὸς παῤῥησίᾳ, ὅπως ἐπανελεύσεται ταχέως μετὰ κατέργων. ἡμῶν δ᾽ ἠρέμα πως ὑπομειδιόντων, ὡς εἰδότων τὰς ὑπὲρ ἡμῶν προθυμίας τῶν Λατίνων, καὶ τὰς βοηθείας. αὖθις εἶπεν ὁ αὐτὸς θαῤῥῶ βεβαίως ὡς πεντεδεκαταῖος ἀποδημήσω ἐντεῦθεν μετὰ κατέργων. οὐκ εἰδὼς ὅτι ἑξαμηνιαῖος ἐξελεύσεται μεθ᾽ ἡμῶν πάντων. καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν ἔαρ, φθάσει καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει μετὰ τῶν τῆς πραγματείας κατέργων σὺν ἡμῖν. ὅμως ὁ βασιλεὺς ἄσμενος τὴν τοιαύτην πρεσβείαν δεξάμενος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἦν περὶ τὰ παραπλήσια προμελετῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀφορμὴν

ſitum loquerentur, Epheſius reſpondit: Poſſem quidem ſermones compingere,quibus comprobarem allata ab iis dicta conformia non eſſe opinioni totius Eccleſiæ Chriſti, quando maximè in unum coaleſceret: ſed plane contraria, ſi quæ nunc auribus noſtris inſonuere, in iis ſeculis fuiſſent excitata.

Tum Epheſium interrogavit Imperator: Quibus nixa fundamentis procedent tua Argumenta? Unde ſibi probabilitatem trahent aut lucem? Reſpondit Epheſius, à Conciliis Oecumenicis. Placuit ſententia Imperatori, & aliquibus alijs, ſtatim tamen omnium judicio condemnata rejiciebatur; atque ita diſceſſimus: Dum egredimur Nicænus elatâ voce locutus eſt, ut Imperator, Patriarcha, & quot aderant, audire poſſent: Ego clarè meam ſententiam manifeſtabo, & opinionem quam de iſtiuſmodi dubiis ſemper alvi, & ſi arriſerit quod promam, habeo votum, ſin minus, ſtatim intrà ſepta Eccleſiæ noſtræ memet recolligam.

SECT. VIII. CAP. III.

Dummodo in his verſamur, legatus appulit ad Imperatorem miſſus Cantacuzenus Phacraſa, ſeu tribunus, apportans literas ab utraque Regina, à Deſpota, & Sequeſtris. Summa mandatorum hæc erat: Viſum Concilio, hæc ſignificare: Quod modis omnibus expediat, & ſumme ſit neceſſarium, ut Papa mittat triremes noſtratas ad minimum duas, & ut Conſtantinopolin appellant ante veris exitum, ad Amurathis invaſionem propulſandam. Hæc Imperatori prolixè diſſeruit, & multis rationibus ad diligentiam extimulavit: nam hactenus Ver exoriens terras afflaverat. Atque infrà aliquot dieculas jactabundus liberrimè prædicabat idem ille Cantacuzenus, ſe breviſſimo in tempore cum triremibus Conſtantinopolin reverſurum: Nobis vero hominis confidentiam ſubridentibus, quaſi probè edoctis ab experientiâ, quantam ſpem in Latinorum erga nos caritate, & ſubſidio debeamus collocare, ille auctâ gloriandi libidine aſſeruit: Credo firmiter, quod ante quindecim dies hinc ſolvam, cum triremibus verſus Conſtantinopolin: Et hæc dixit voce quidem ſatis promptâ, ſed mente futurorum neſciâ: Qui vix poſt ſex menſes nobiſcum evaſit, & ſuccedenti Vere domum rediit, onerariis mercatorum navigiis Conſtantinopolin revectus: Imperator autem legationem propenſiſſime arripuit, quando eadem antea ipſe animo præſagienti præſumpſiſſet, & hinc nactus occaſionem ſuppetias implorandi, Papam his verbis aggreſſus eſt.

 Pacta,

μὴν περιστάμενος, ἐμήνυσε τῷ πάπᾳ περὶ βοηθείας οὕτωσίν.

Αἱ συμφωνίαι ἡμῶν, αἱ διὰ τοῦ παρ' ὑμῶν γεγονότος δεκρέτου ἐστέρχθησαν, καὶ ἐβεβαιώθησαν μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τοῦτο διεξίασιν ὅτι διατριβόντων ἡμῶν ἐν τοῖς δὲ τοῖς μέρεσιν, εἰ δεήσει στεῖλαι κάτεργα, ἐπὶ βοηθείᾳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἵνα στείλῃ ταῦτα ἡ μακαριότης σου ἐξ οἰκείων σου ἀναλωμάτων. νῦν οὖν ἔνι χρεία μεγάλη, καὶ ἀνάγκη ἵνα σταλῶσι κάτεργα ἐκεῖσε. ἔχομεν οὖν δίκαιον ἵνα ἀπαιτήσωμεν τὴν σὴν μακαριότητα, καὶ στείλῃς κάτεργα κατὰ τὴν ἐν τῷ δεκρέτῳ συμφωνίαν.

Ἐγὼ δὲ τοῦτο οὐκ ἀπαιτῶ νῦν. λέγω δὲ ὅτι εἰς τὰς ἐξόδους τῶν τζαγκατόρων, καὶ τῶν κατέργων τῶν φυλαττόντων τὴν Κωνσταντινούπολιν ὀφείλεις Χιλιάδας φλωρίων ια. τοσαῦτα γὰρ λείπονται τοῖς ἐκεῖσε. δοθήτωσαν οὖν τὰ φλωρία ταῦτα νῦν καὶ οἰκονομηθήτωσαν δι' αὐτῶν δύο κάτεργα, καὶ ἀπελθέτωσαν εἰς τὴν πόλιν. ἐγὼ δὲ γράψω, ἵνα δοθῶσι ταῦτα τὰ ὀφειλόμενα τοῖς ἐκεῖσε φύλαξι παρὰ τῆς σῆς μακαριότητος, κατὰ τὰς συμφωνίας ἡμῶν, ἀπὸ τῶν εἰσοδημάτων μου. ταῦτα πολλάκις καὶ ἐν πολλαῖς ἡμέραις μετὰ πολλῆς ἀξιώσεως, καὶ μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν λόγων διαμηνυσαμένου τοῦ βασιλέως τῷ πάπᾳ, ἤνυσεν οὐδέν. τοιαύτας βοηθείας ὑπὲρ τῆς πατρίδος εὗρεν ὁ βασιλεὺς παρὰ τῶν λατίνων ἐν κατεπειγούσαις ἀνάγκαις. καὶ ταῦτα αὐτὸς αὐτοπροσώπως ὢν ἐκεῖσε, μετὰ τῆς συγκλήτου, καὶ τῆς ἐκκλησίας πάσης, καὶ ἀμέσως καθικετεύων καὶ λέγων.

τμήμ. η. Κεφ. δ.

Οἱ δὲ λατῖνοι ἀπῄτουν ἀπολογίας, καὶ ἔλεγον, ἢ δεῖ πεισθῆναι σὺν ἡμετέρους ἐφ' οἷς εἶπον ἐκεῖνοι καὶ ἑνωθῆναι, ἢ εἰ ἀμφιβάλλουσιν ἔτι, διαλέγεσθαι. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰδὼς ὡς εἰ χωρήσει πρὸς διαλέξεις, ὁ Ἐφέσου διαλέξεται, ὃν τρόπον εἴρηται πρότερον ὅτι ἐλέγομεν, καὶ οὐ καθὼς αὐτὸς ὁ βασιλεὺς βούλεται, οὐκ ἔτι πρὸς διαλέξεις χωρῆσαι ἠθέλησεν, ἀπέβλεπε δὲ πρὸς ἑνωτικούς τινας τρόπους, καὶ μεσότητας. καὶ ἐβουλεύετο καθ' ἡμέραν ἢ

μετὰ

Pacta, in quæ consensimus, ante nostrum in Italiam adventum, in vestrum Decretum recepta ac confirmata inseruntur: Quorum inter capita, & hoc celebre continetur: quod si dum in his oris peregrinaremur, opus esset triremes submittere in adminiculum civitatis nostræ, à Beatitudine tuâ, & tuis sumptibus instructæ subministrarentur: Nunc autem eo triremes mittere in præsidium, summa discriminum ratio urget, & necessitas maxima postulat; unde nobis oblata est non perfunctiora opportunitas, Beatitudinem tuam supplicandi, ut triremes Constantinopolin amandes secundum articulos in Decreto comprehensos.

Sed nec illas nunc cum detrimento Beatitudinis Tuæ mihi fabrefieri exposco: Verum quandoquidem Beatitudo tua debet pro stipendiis sagittariorum, ac triremium, in custodiam civitatis nostræ excubantium, undecim millia Florenorum: totidem enim in nostris domi rationariis debitorum tuorum nondum expuncta perscribuntur; deponat ea jam Beatitudo tua in manus opificum, ut binas triremes adornent, Constantinopolin mittendas: Et ego Thesauri mei præfectis scribam, ut ea undecim millia, quæ tua Beatitudo debet secundum pacta ex meis reditibus, Constantinopoli persolvant: ita nihil expendet Beatitudo Tua, sed justo se debito exonerabit, & nos in maximam securitatem reponet: Hæc licet multoties, & per multos dies, assiduis precibus, sermonibusque blandissimis Imperator inculcaret, ne hilum quidem profecit: Talia nempe auxilia periclitanti Patriæ Imperator à Latinis impetravit in difficillimis temporibus, quando & ipse adesset coram facie ad faciem obversâ, ipse cum universo Senatu Ecclesiastico ac civili, ipse sine arbitro, aut parario, in propriâ personâ quotidie postularet ac deprecaretur.

SECT. VIII. CAP. IV.

Latini vero instanter objectis responsa deposcebant, affirmantes aut nos oportere eorum assertionibus submittere, & sic in unionem coalescere, aut si ulterius ambigamus, dissertationes continuare. At Imperator probe intelligens, si ad dissertationes redirent, Ephesius non alio modo cum Latinis confligeret, quam quo prædixerat, nempe ad ipsius ingenium, non ad Imperatoris arbitrium, dissertationes omnino abjudicavit Imperator, & in modis unitivis studium omne posuit: Quibus pervestigandis, consilij participes adhibuit Magnum Primicerium,

Ros-

μετὰ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου ἢ τοῦ Ῥωσίας, ἢ τοῦ Νικαίας ἰδίᾳ ἑκάστου παραγινομένου πρὸς αὐτόν. οἱ δὲ λοιποὶ ἐκάθηντο ἀργοί. εἰ δὲ καί ποτε ἐρωτηθέντες συνήρχοντο ὡς δῆθεν βουλευσόμενοι, μᾶλλον ἐβάλλοντο σκώμμασι παρὰ τοῦ βασιλέως, ὡς ἀπειθεῖς καὶ μὴ συνεργοῦντες τοῖς ἑνωτικοῖς τρόποις, μήδε προνοούμενοι τοῦ ἐπὶ τῇ συστάσει τῆς πατρίδος δοκοῦντος συμφέροντος. καὶ οἱ μὲν προειρημένοι τρεῖς ὡς τῷ βασιλεῖ ἀεὶ συνιόντες, καὶ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα συμβουλεύοντες καὶ συνεργοῦντες ἀναδοχῆς ἠξιοῦντο καὶ εὐμενείας, αὐτοί τε καὶ ὅσοι τούτοις παρείποντο. οἱ δὲ λοιποὶ θυμοῦ καὶ βάρους ἐπετύγχανον.

Ἔγραφον δὲ καί τινες ἔκ τε τοῦ Ἀγκῶνος καὶ τῆς Βενετίας τισὶ φίλοις αὐτῶν. ὅτι ὑμεῖς ἐστὲ περιωρισμένοι αὐτόθι καὶ οὐ νοεῖτε. ἠθέλησε δὲ καί ποτε ὁ Νικαίας ἐξελθεῖν ἔφιππος, χάριν μερικῆς ἀναπαύσεως. καὶ ὅτε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως ἐπέστη, ἐκώλυσαν αὐτὸν οἱ πυλωροὶ εἰπόντες ὅτι ὡρίσθημεν ἐκ τῆς αὐθεντίας, ἵνα μὴ ἐάσωμεν τινὰ γραικὸν ἐξελθεῖν ἔφιππον. εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ Νικαίας, καὶ τινὰ ἄδειαν ἔχει εἰς ἡμᾶς ἡ αὐθεντία ὑμῶν, καὶ ποιεῖ τοῦτον τὸν περιορισμόν; οἱ δὲ εἶπον, ὅτι οὐ ποιεῖ τοῦτο ἡ αὐθεντία ἡμῶν, ἀλλ' ἡ ὑμετέρα βασιλεία. ὁ βασιλεὺς γὰρ διεμηνύσατο τῇ αὐθεντίᾳ ποιῆσαι τοῦτο. καὶ ἡ αὐθεντία ὥρισεν ἡμᾶς, καὶ τηροῦμεν αὐτό. ὑπέστρεψεν οὖν καὶ ἄκων ὁ Νικαίας εἰς τὸν πατριάρχην. οἱ δὲ τούτῳ ἑπόμενοι ὑπηρέται εἶπον τὰ συμβάντα πρὸς ἡμᾶς. ἐφ' οἷς καὶ σφόδρα ἐλυπήθημεν καὶ ἐταράχθημεν, ἤδη τρίτον κατανοήσαντες τὸν περιορισμόν.

Roſſenſem & Nicænum, Quibus cum ſolis omnia agitabat, adventantibus aſſiduè, ſed non niſi ſingulis: Cæteris omnibus in otio relictis, ac contemptis: Aut ſi aliquando citati pro conſuetudine conveniſſent ad conſilium, mordacibus dictis, & ſale aulico perſperſi ab Imperatore, eliminabantur ut immorigeri, qui Media conciliandæ Unionis non promoverent, nec caritate permoti, commoda patriæ manifeſta procurarent, ut in priſtinum decus reſtitueretur: Tres Illi intereà Imperatori conjunctiſſimi, quæ ipſi placuere, ſanxerunt, & ſummâ cum contentione proſecuti ſunt: cunctoſque aulæ gratiâ & favore Imperiali prætervecti enituerunt, ipſi cum ſuis clientibus & aſſeclis, dum alii intimis iracundiæ procellis contacti diſcedere juberentur.

At circa eadem tempora nonnulli ex Ancona & Venetiis, quoſdam ſibi familiares è noſtrâ gente per litteras monuerunt, nos intrà mænia civitatis circumſcribi, nec id ſatis intelligere: Et cum ſemel Nicænus equo inſidens extra pomeria in campos, animi gratiâ, excurrere deſideraret, cum perveniſſet ad portam civitatis, à janitoribus eſt præpeditus, affirmantibus, ſe mandatum à Magiſtratu accepiſſe, ut neminem Græcorum equo vectum, portam egredi paterentur: At quid veſtro Magiſtratui in noſtram gentem eſt Imperij, ut nos cancellis coerceat? cum interrogaret Nicænus, cuſtodiæ præfecti reſponderunt, non à noſtro Magiſtratu, ſed à veſtro Imperatore omnis circumſcibendi ratio promanat; qui noſtrum Magiſtratum id præſtare inſtituit, quod à nobis Magiſtratus expoſcit, cui obtemperamus. Nicænus flexis in inſtanti habenis rediit ad Patriarcham, nonnihil invitus: Quæ cum ejus famuli nobis enarraſſent ut ſingula contigerunt, multum conturbati animis, ac mæſti, jam tertiam circumſcriptionem deflevimus.

τμήμ. η. Κεφ. ε.

Ἐν μιᾷ δὲ τῶν ἡμερῶν συνήλθομεν ὁρισθέντες πάντες εἰς τὸ πατριαρχικὸν οἴκημα καὶ ἐπροοιμιάσατο ὁ βασιλεὺς οὑτωσί. ἐγὼ μὲν εἰμὶ δεφένσωρ τῆς ἐκκλησίας. Τόδε τοῦ δεφένσωρος ἔργον, ὅσον μὲν ἐπί τινων ἄλλων διαιρεθείη ἂν καὶ εἰς πλείω, ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης ὕλης εἰς δύο ὡς μοι δοκεῖ. ἐν μὲν τὸ τηρεῖν καὶ δεφενδεύειν τὰ δόγματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ παρέχειν ἐλευθερίαν τοῖς βουλομένοις λέγειν ὑπὲρ αὐτῶν, ὥστε προφέρειν ἀνεμποδίστως, ὅπερ ἂν ὡς ὑγιὲς

SECT. VI. CAP. XV.

Non multum poſthæc, quodam die, in Patriarchale domicilium acciti convenimus, quando nobis Imperator ſic præfatus eſt: Ut ego memet Defenſorem Eccleſiæ profiteor, ita Defenſoris officium, etiamſi in plura forſan diſtribui poſſit munia, tamen ad hoc quod agitur inſtitutum, in duo particularia commode diſpertiri videatur: Primo ut Defenſor ſarta tecta tueatur, & muniat Eccleſiæ dogmata, ſic ut qui de eiſdem ratiocinari cupiant, libertatem adipiſcantur, ſine obſtaculo efferendi quæ ad ſanam doctrinam pertingere arbitrabuntur, &

ὑγιὲς δόγμα λέγειν προέλωνται, καὶ ἐπέχειν καὶ ἀποσκώπτειν τοὺς φιλονείκως καὶ ἐχθρωδῶς ἀντιλέγοντας. ἕτερον δὲ ἐστὶ τὸ συνέχειν καὶ συντηρεῖν πάντας τοὺς ἡμετέρους ἐν ὁμονοίᾳ ὡς ἂν ἅπαντες ὑφ' ἑνὶ βουλεύματι, καὶ μιᾷ συμφωνῶσι γνώμῃ. τοῦτο οὖν ἐστι κατὰ τὸ παρὸν τὸ ἐμὸν ὡς δεφένσωρος ἔργον. καὶ διὰ τοῦτο προεῖπον ὑμῖν, ἵνα εἰδῆτε ὡς ὁ ἀντιλέγων καὶ φιλονεικῶν, καὶ μὴ τῇ τῶν πλειόνων πειθόμενος ψήφῳ, καὶ βάρος καὶ σκώμματα, καὶ ἄλλα ὅσα ἀνήκουσι πρὸς συστολὴν αὐτοῦ καὶ ταπείνωσιν εὑρέσει παρὰ τῆς βασιλείας μου, ὡς ἂν μὴ ἔξῃ αὐτῷ ἀφηνιάζειν ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ τὰ ἴδια μέτρα γινώσκειν, καὶ τοῖς πλείοσιν ἕπεσθαι. μετὰ δὲ τὰ τοιαῦτα προοίμια κατεσκεύαζε τὸ δεῖν εὑρεῖν τινὰ μεσότητα, δι' ἧς παρακολουθήσει ἡ ἕνωσις. ἐλαλήθησαν οὖν διάφοροι λόγοι περὶ τούτου παρά τινων συνεργούντων τῷ βασιλεῖ. ὧν λεγομένων ὁ πατριάρχης τῇ συνήθει ὀδύνῃ νυγεὶς, εἰς τὸν ἴδιον ἀπῆλθε κοιτῶνα. ἔλεγον δὲ περὶ τοῦ ζητουμένου οἱ βουλόμενοι, καὶ μεταξὺ τῶν τοιούτων λόγων ἔφη ὁ βασιλεύς. εἰ εὕροιμεν τοὺς λατίνους στέργοντας ὅπερ διέξεισιν ὁ ἅγιος Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐ δόξει ὑμῖν καλὸν ἵνα δι' αὐτοῦ ἑνωθῶμεν;

Ἀντελάβοντο οὖν τοῦ λόγου ὁ Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας, πρὸς δὲ καὶ ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος, καὶ ἔσπευδον συστῆσαι τοῦτο ὡς καλόν. καὶ καταπεῖσαι πάντας ἵνα στέρξωσι τοῦτο. ὁ Ἐφέσου δὲ καὶ ὁ Ἡρακλείας, καὶ τινὲς ὀλίγοι ἀντέλεγον. ἔλεγε γὰρ ὁ Ἐφέσου. ὅτι οἱ λατῖνοι δοξάζουσι τὸ ἐναντίον, οὗπερ λέγει ὁ ἅγιος Μάξιμος. πῶς οὖν ἑνωθησόμεθα μετ' αὐτῶν λόγῳ μόνῳ εἰπόντων ἁπλῶς στέργειν τὸ ῥητὸν τοῦ ἁγίου Μαξίμου, καθ' ἑαυτοὺς δὲ τοὐναντίον δοξαζόντων, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπ' ἐκκλησίας κηρυττόντων; ἀλλὰ χρὴ πρῶτον αὐτοὺς τὴν ἡμετέραν ὁμολογῆσαι δόξαν σαφῶς καὶ ἀνενδοιάστως, καὶ οὕτως ἑνωθῆναι ἡμῖν.

Ἔφη δὲ πρὸς τοῦτο ὁ βασιλεὺς ὅτι τὴν διὰ γλώττης ὁμολογίαν ὀφείλομεν ἀπαιτεῖν ἐξ αὐτῶν, καὶ ἀρκεῖσθαι ταύτῃ, οὐ μὴν δὲ ἐξετάζειν, καὶ τὰς ἐν βάθει τῶν καρδιῶν αὐτῶν διανοίας. ὁ δὲ Ἐφέσου εἶπεν. εἰ κατὰ τὰς διανοίας διαφερόμεθα, περὶ

eos quam longissimè arceat, qui contentiose & hostiliter eidem doctrinæ insultabunt: Secundo ut nostros contineat in unanimitatis nexu indissolubili, sic ut omnes in unâ sententiâ & opinione consentiant ac concordent: Quas partes Magistratus mei perpetuo excercendas suscipere mecum decrevi: Quare nec vos jam præmonere piguit, ut præscientes caveatis: Nam quicunque rixas aut jurgia excitabit, nec sc plurium calculis pro consuetudine subjiciet, nil præter convitia ac contumelias à nostra Imperatoriâ Eminentiâ feret, aut si quæ tristiora supplicia excogitentur, quæ ejus pervicaciam corripiant redigantque in majorem mediocritatem, ut discat quam sibi non licebit autoritatis frænos pro libidine remordere, sed suis se metis comprehendere, & plurimorum suffragiis vota sua sacrificare: Post hæc Proæmij tonitrua, hoc tanquam futuri moliminis fundamentum substruxit: Oportere nos medium aliquod exquirere, cujus beneficio unionem consequamur: & dum varij sermones super hac re sererentur ab iis qui Imperatoris partibus inserviebant, Patriarcha veteri dolore cruciatus, in cubiculum revolvitur decubiturus: Tum singuli ut collibitum fuit de hoc loquebantur proposito, quorum confusum murmur Imperator hac novâ quæstione interrumpebat: si (inquit) Latini nobis omnia sancient, quæ Divus Maximus perscripsit in Epistola ad Marinum, nonne videbitur æquum unionem eo nomine cum Latinis pangere?

Imperatoris verba accipiebant Russorum Metropolita, Nicænus, & magnus Primicerius, & sine morâ decernunt, justum esse, eâ de causâ pacisci cum Latinis, & nobis omnibus persuadere ut hæc confirmentur: At Ephesius, Heracleensis, & pauci alij contrarium censuerunt, & præ omnibus Ephesius: Latini (inquit) scriptis Maximi pugnantia ex Diametro opinantur: Et quo pacto cum illis in unionem coalescamus, qui Maximi verba confirmant, dum in præcordiis contrariam foveant sententiam, & in Ecclesijs palam ebuccinant? Sed illud imprimis maxime est necessarium, ut Latini nostrum dogma clarè & amoto dissimulandi velo recipiant, & sic nobiscum unionem paciscantur: At inquit Imperator, solam oris professionem ab iis debemus postulare, & in eadem omnino acquiescere, nec in profunda mentis penetralia urinari: Verum si internó mentis sensu discrepabimus, respondit Ephesius, circà fidem in nullâ re concordes copulabimur. Post multos hinc illinc sermones fatos, ad ultimum terminavit Imperator: Agitata satis est hæc quæstio, veniamus ad suffragia. Ephesius igitur & Heracleensis primi tulerunt vota: Non suffi-

περὶ τὴν πίστιν, οὐδὲ ἑνωθῆναι δυνησόμεθα. μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὴν δοκοῦσαν ταύτην γυμνασίαν, εἶπεν ὁ βασιλεύς. ἀρκούντως ἐγυμνάσθη τὸ ζήτημα· δότωσαν γνώμας. ὁ μὲν οὖν Ἐφέσου καὶ ὁ Ἡρακλείας εἶπον, ὡς οὐκ ἐστὶν ἀρκετὸν, ἵνα δι' αὐτῆς μόνης τῆς ῥήσεως τοῦ ἁγίου Μαξίμου ἑνωθῶμεν. ὁ δὲ Ῥωσίας, ὁ Νικαίας, καὶ ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος εἶπον τὰ ἐναντία καὶ ὡς ἀρκετὸν πάνυ τοῦτ' ἀπεφήναντο. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰδὼς ὅπως τοὺς πλείους προκατεσκεύαζε τῇ αὐτοῦ ἀκολουθῆσαι γνώμῃ, ὀλίγοι δὲ τινὲς ἐνστήσονται. προσέταξε μὴ λέγειν καθ' ἕνα, ἀλλ' ὁμοῦ πάντας εἰπεῖν τὸ, ἀρέσκει αὐτοῖς, εἰ στέργουσιν ὅσα εἶπον ὁ Ῥωσίας καὶ ὁ Νικαίας. ἐβόησαν οὖν ὀλίγοι τινὲς, ἀρέσκει καὶ στέργομεν, καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη, εἰπάτωσαν τοῦτο πάντες, καὶ πάλιν εἶπον οἱ πλείους στέργομεν, καλόν ἐστι. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν καὶ προσέχων τοῖς λέγουσιν ἔφησεν αὖθις. κἀκεῖνοι οἱ κατωτέρω καθήμενοι οὐκ ἔχουσι λαλίαν; πῶς οὐκ ἀφιᾶσι φωνήν. εἶπεν οὖν ὁ διεγείρων ἐκείνους στέργειν τὰ δεδογμένα, ὁ Νικομηδείας δὲ οὗτος ἦν, οἱ πάντες λέγουσι καὶ στέργουσι τοῦτο.

Μετὰ τοιούτου τρόπου, καὶ τοιαύτης ἐλευθερίας ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τὰς γνώμας πάντων εἰς τὸ δηλωθὲν ζήτημα. εἰ γὰρ καί τινες προσέκειντο τῇ γνώμῃ τοῦ Ἐφέσου, καὶ τοῦ Ἡρακλείας, οὐχ εὗρον ἄδειαν εἰπεῖν ὅπερ ἐβούλοντο. εἶτ' αὖθις εἰς ἑτέρους ἑνωτικοὺς προεχώρησαν λόγους. οἷς καὶ ἀντέλεγεν ὁ Ἐφέσου καὶ φιλονεικία προέβαινεν. οἱ οὖν ἀντιλέγοντες, καὶ ἐν τῇ καθέδρᾳ ἐδείκνυον τὴν διαφοράν. ἐν ταύταις γὰρ ταῖς ἰδίᾳ γινομέναις συνελεύσεσιν ἀπέναντι τοῦ Ἐφέσου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐκάθηντο. ὁρῶν οὖν ὁ Ἡρακλείας τὸ ἐμπαθὲς καὶ φιλόνεικον τῶν ἀντιλεγόντων τῷ Ἐφέσου, εἶπε πρὸς αὐτούς. ὅτι μετ' ἀληθείας πρὸς πάθος λέγετε πάντες ὑμεῖς. ἀκούσαντες δὲ τοῦτο ὅτε Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας εἶπον. σκόπει ὡς ὑβρίζεις ἡμᾶς, καὶ τί κακὸν λέγομεν, καὶ ὑβριζόμεθα παρὰ σοῦ; καὶ ἐπεχείρησεν ὁ Ῥωσίας ὀχληρῶς φέρεσθαι κατὰ τοῦ Ἡρακλείας. καὶ ὁ βασιλεὺς σιωπὴν ἐπιτάξας τῷ Ῥωσίας, ὅλος αὐτὸς φέρεται κατὰ τοῦ Ἡρακλείας ἐν θυμῷ.

Καὶ ὦ δέσποτα ἔφη πόθεν ἔχεις τὸ λέγειν οὕτω, καὶ σκώπτειν καὶ ἀναισχυντεῖν; οὐ γι-

sufficere, ad unionem procurandam, si Latini nobiscum in dicta Maximi consentiant: At Roffensis, Nicænus, & Magnus Primicerius plane contraria, omnino sufficere, nec ultrà quid quæri, aut expectari posse pronuntiarunt. Imperator haud ignarus, suffragantium quotam partem ad mentem suam efformarat, & quam pauci essent in adversum luctaturi, mandavit sigillatim suffragia ne proferrent, sed unâ voce inclamarent, Placere sibi si in sententiam Roffensis ac Nicæni pedibus eunt: unde pauci statim vociferarunt, Placet,& confirmamus: At simul omnes pronuntient,inquit Imperator, tum pauci plures,præclarum est,conformamus: Tum Imperator conventum circumlustrans oculis, & animadvertens qui suffragarentur,rursus edixit: At illi qui inferiora scamna premunt, cur muti sedent? quid ni attollunt vocem? Ad hæc, ille cujus partibus incubuit negotium attemperandi hominum suffragia, sancire quæ Imperatori placuissent, & is erat Nicomediensis præsul, sublatâ pro omnibus voce,pronuntiavit: Universi assentiunt, stabiliunt,applaudunt.

In hunc modum, & hac indultâ libertate, Imperator suorum omnium suffragia ad hanc controversiam prolixit: Nam quamvis aliqui sententiæ Ephesij & Heracleensis firmiter adhærescerent, tamen præfocatis suffragijs linguas cohibere coacti sunt: At determinato semel hoc medio, ad alia sermocinia unionis conciliativa progressi sunt: Quibus Ephesius contradixit, & in magna jurgia cum æmulis erupit: qui dum in ipsum exæstuarunt, ab ipso sedilia capessendi ordine indicia odij patefecere. Etenim in his privatis conventibus, rectâ è regione Ephesio, suisque se collocarunt, adversis frontibus, ut arietes cum coniscant: Ita ut istos Ephesio Diametrales cum animadverteret Heracleensis, tantâ æmulatione & rixandi libidine abreptos, exclamaverit: Profecto vos omnes loquimini, à studio partium, & affectu occæcato: Quod ubi Roffensis & Nicænus audivissent excandescentes: Vide (inquiunt) quam gravi contumelia nos petulanter proteris: & quæ maledicta nostra hanc à te acerbitatem promeruere? & parum aberat Roffensis, quin ad pugnam spectaret, & turbulenter in Heracleensem debaccharetur: sed Imperator indicto Roffensi silentio, totus ira & furore percitus, in Heracleensem ad hunc modum fulminavit.

Et ô Domine mi, inquit! Unde nata tibi hæc dicendi intemperies, immodestia oris, perfrictæ frontis inverecundia? Ignoras, te sacros ordines contumeliis tuis turpiter incessere? & unde nactus es hanc garriendi licentiam? nostine quâ te metâ modereris? nostine agnitio tui ipsius, & bene morati hominis institutio, qui-

γινώσκεις ὅτι ὑβρίσας σὺ ἀρχιερεῖς; καὶ πόθεν ἔχεις σὺ τὴν ἐξουσίαν ταύτην; οὐκ οἶδας τὰ μέτρα σοῦ; οὐδὲ γινώσκεις μέχρι τινὸς φθάνει ἡ γνῶσις, καὶ ἡ παίδευσις σοῦ; ἀλλὰ ὅτι ὑπάρχεις ἀπαίδευτος καὶ χωρίτης διὰ τοῦτο περιμένεχθης λέγειν τοιαῦτα. ει γὰρ ἦσθα φρόνιμος καὶ πεπαιδευμένος οὐκ ἂν ἔλεγες οὕτως ἀναιδῆ. οὐδ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον ἀναισχυντεῖς ἐνώπιον βασιλέως. καὶ ἕως πότε ἀνέξομαι τῶν τοιούτων σοῦ ἀναισχυντιῶν; μέχρι τινὸς καθέξω τὰ σά; ἢ νομίζεις ὡς οὐκ οἶδα, ὅσα λέγεις καὶ κατασκευάζεις πρὸς ἐμποδισμὸν τοῦ θείου τούτου ἔργου τῆς ἑνώσεως; οἶδα ἀκριβῶς πῶς εἰς τοῦτο διάκεισαι, καὶ ὅσα κατὰ τῆς ἑνώσεως πράττεις. καὶ μετ᾽ ἀληθείας πληροφοροῦμαι, ὅτι προθύμως ἂν πωλήσαι καὶ τὸν μανδύαν ὃν φορεῖς πρὸς ἐμποδισμὸν τῆς ἑνώσεως. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἤλθομεν ἐνταῦθα, ἐπὶ τὸ λέγειν καὶ πράττειν ἕκαστον τὸ δοκοῦν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ συμπρᾶξαι πάντας τὸ κοινῇ συμφέρον. σὺ δὲ οὐκ αἰδῇ; οὐδὲ συστέλλῃ; οὐδὲ δειλιᾷς τἀναντία λέγων καὶ πράττων; ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐποίησας ὅτε συνήλθομεν εἰς τὴν παλατίαν καὶ εἶπες μοι ἐνώπιον τῆς κυρίας μου τῆς δεσποίνης, τῆς μητρός μου ὅπερ μοι εἶπες; ἐγὼ δὲ μακροθυμήσας ὑπέμεινα. αὐτὸς δὲ οὔτε ἐνόησας, οὔτ᾽ ᾐδέσθης εἰς ὃ εἶπες. οὕτω καὶ νῦν ἀναισχυντῶν λέγεις ἅπερ σοὶ οὐκ ἔξεστι. διότι ὑπάρχεις ἰδιώτης ἄνθρωπος, καὶ ἀπαίδευτος, καὶ βάναυσος καὶ χωρίτης, καὶ οὐ γινώσκεις, οὐδὲ αἰσθάνῃ ὁποῖοι εἰσὶν οἱ λόγοι σοῦ. αἴτιος δὲ πάντων καὶ ὧν λέγεις καὶ ὧν ποιεῖς εἰμὶ ἐγώ. ει γὰρ ἐποίουν σοὶ ὃ προσῆκεν εἰς ὅπερ μοὶ εἶπες ἐνώπιον τῆς κυρίας μου τῆς δεσποίνης, ἦσθα ἂν καὶ αὐτὸς, καὶ πᾶς τις ἄλλος ὁ κατά σε προσεκτικὸς καὶ προμελετῶν τί ἂν εἴποι. νῦν δὲ ἡμετέρα μακροθυμία τε καὶ πρᾳότης ἐπὶ πλέον σε κατέστησεν ἀπαίδευτον καὶ ἀναιδῆ. ταῦτα οὖν καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα ῥήματα θυμοῦ καὶ βάρους πλήρη κατὰ τοῦ Ἡρακλείας ἐρευξάμενος ὁ βασιλεὺς μετ᾽ ὀργῆς, καὶ ἐπαναλαμβάνων καὶ ἀνακυκλῶν δίς τε καὶ τρὶς τὰ αὐτὰ ἀσχέτῳ ῥύμῃ θυμοῦ, μίαν καὶ ἡμίσειαν ὥραν ἐν τοῖς τοιούτοις κατέτριψεν.

Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις παυσαμένῳ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἡρακλείας. εὐχαριστῶ σοὶ δέσποτα μου ἅγιε, ὅτι ἀντὶ τῶν δουλειῶν ὧν σοὶ ἐδού-

quibus terminis ſit complectanda? niſi expers omnis cultioris diſciplinæ, merus eſſes ruſticus ac paganus in tantam inurbanitatem nunquam prorupiſſes: Nemo enm civilibus moribus imbutus aut doctrinâ, tam impudentem ſe ferret, aut coram Imperatore ſuo, omni abrenuntiaret verecundiæ. Quouſque te perpetiar? quouſque feram hos mores deſpuendos? Tune me neſcire arbitraris, quibus ſuſurris clandeſtinis, quibuſque machinamentis te componis ut hoc divinum opus unionis præpedias? Ego te intus, & in cute novi, & quæ quotidie moliris contrà unionem & quæ muginaris: Et ex intimo pectore perſuadeor, velle te ipſum hoc quod humeris geſtas auctionari paludamentum, ut vel minimum poſſes ſufflamen huc negotio obtrudere: At huc non convenimus, ut cuique fas eſſet pro ſuâ libidine dicere, facere, quodcumque ſibi videretur, ſed ut communibus conſiliis publicam utilitatem patriæ inveſtigemus: An te igitur tui non diſpudeat? Nec demittis auriculas, nec te contrahis erubeſcentiâ & dolore, mentis ab aliorum ſtudiis alienatæ? Quod olim mihimetipſi feceras, cum ſemel in Palatianam occurreres, ubi mea mater habitabat, cujus conſpectu, nonnulla in meipſum contumelioſa ingeſſeras: At ego clementia uſus, memet à vindictâ cohibui, te vero deliræ mentis impotem, nullus delicti ſenſus perculit: Ita & nunc effrænis ac impudens effutire non verebaris, quæ te ſummopere dedecebant: Quare in poſterum te pronuntio idiotam & indoctum, ſordidum ac illiberalem Mechanicum, agreſtem Oenomaum: qui nec ſapit, nec intelligit, quibus alveis ſua verba decurrant: At in memetipſum convertendum eſt ferrum, in me unum enormitatis tuæ tota ratio recumbit: Nam ſi tunc ultum iviſſem inſulſam oris tui petulantiam, & convitia quibus me in præſentiâ matris lacerabas, opportunè forſan docuiſſem, & te, & qui ad tui imaginem mores ſuos effingunt, in poſterum prudenter ac ſobrie præcavere, quid effutirent: Nunc mea patientia & manſuetudo te ad hanc incultam, & incaſtigatam impudentiam ſola provexit. Hæc & alia multa hujuſmodi dicta, indignationis plena, in Heracleenſem Imperator evomuit, tantâ cum loquendi tempeſtate, ut ſæpe eadem verba repeteret, bis terve irarum implacabili torrente, & ſeſquihoram integram in his enuntiandis conſumeret.

Vix tandem deſæviente horribili increpandi procellâ conticuerat Imperator, cum ſic objurgationem diluit Præſul Heraclææ: Immenſas ago tuæ pientiſſimæ Majeſtati gratias, quod mea officioſa obſequia tibi ſemper prona, & labores quos tuam in gratiam exantlavi, & mi-

ſeriæ,

ἐδούλευσα, καὶ ἀντὶ τῶν κόπων ὧν ἐκοπίασα καὶ ἀντὶ τῶν ταλαιπωριῶν καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἄλλων περιστατικῶν ὧν ὑπέστην, ἐκπληρῶν καὶ ἐξυπηρετῶν τὰ καταθύμιά σοι τοιούτους ἐλεγμοὺς ἤκουσα παρὰ τῆς ἁγίας βασιλείας σου, καὶ τοιαύτας ἀπέλαβον εὐεργεσίας καὶ ἀμοιβάς. εἶτα ἐπαύσαντο πάντες καὶ ἐφ' ἱκανὸν ἐκάθηντο ἄφωνοι. μόλις δέ ποτε ἠξίωσαν τὸν δεσπότην ἐκ τῶν ἀρχιερέων οἱ πλησίον αὐτοῦ καθήμενοι, ἵνα μεσιτεύσῃ καὶ διαλλάξῃ τῷ Ἡρακλείας· ὃ καὶ γέγονεν. ἀξιώσαντος γὰρ τοῦ δεσπότου καί τινων ἀρχιερέων εἴρηκεν ὁ βασιλεύς. ἐγὼ ἤδη ἀφίημι τό γε νῦν ἔχον, καὶ συμπαθῶ τὸ περὶ τούτου. αὐτὸν δὲ χρὴ προσέχειν εἰς τὸ ἑξῆς. οὕτως ἠτίμησεν ὁ βασιλεὺς τὸν τοποτηρητὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ πρόεδρον τῶν ὑπερτίμων.

feriæ, ac pericula quæ pertuli, & reliqui casus adversi ac calamitosi, quos lubens subivi, ut tua jussa capesserem, & animo tuo semper grata præstarem, tales à tuâ Majestate redargutiones reppererint, & talem gratitudinis compensationem reportârint. Exinde tota corona conticuit, ac in longum silentium sine murmure ac susurro duravit. Tum præsules Despotæ in proximo assidentes, eum exorabant, ut mediator intercederet pro Heracleensi, quod factum fuit: Nam Despota, aliisque primarijs Episcopis ad Imperatorem intervenientibus, eum precibus sic inflexerunt, ut diceret: Remitto culpam, & misericorditer condono, eâ tamen sub conditione, ut in posterum sibi cautius prospiciat. Atqui ad hunc modum Imperator Patriarchæ Alexandrini primum vicarium, ac primarium Metropolitanorum totius Orientis Antesignanum increpationibus dedecoravit.

τμήμ. η. Κεφ. ϛ.

Ἐπὶ τούτοις ἡ ἀργία πάλιν διεδέξατο ἡμᾶς, καὶ ἐκαθήμεθα πάσχοντες καὶ ταλαιπωροῦντες. παρέδραμε γὰρ καὶ ἡ προθεσμία, δηλαδὴ ἡ μνήμη τοῦ ἁγίου Γεωργίου, καὶ οὔτε πρᾶξίς τις, οὔτε λόγος ἐτελέσθη. ἀλλ' οὐδὲ μνήμης τοῦ σιτηρεσίου ἐμνήσθησαν, οἱ ὑποσχόμενοι παρέχειν αὐτὸ δὶς τοῦ μηνὸς καὶ ὅτε ἂν ζητήσωμεν. ἤδη παρῳχηκότων τριῶν μηνῶν καὶ ἐπέκεινα. πάντες μὲν οὖν ἔπασχον ὑπὸ τῆς ἐνδείας. οἱ δὲ τοῦ βασιλέως γιανίτζαροι καὶ πλέον τῶν ἄλλων ὡς ἐνδεέστεροι καὶ πένητες. διὸ καὶ προσήρχοντο τῷ μεγάλῳ πρωτοσυγκέλλῳ ὡς μεγάλα παρὰ τῷ βασιλεῖ δυναμένῳ. καὶ ἠξίουν ἵνα παρακαλῇ τὸν βασιλέα καὶ παρέχῃ τι πρὸς διατροφὴν αὐτῶν. ὁ δὲ παρακαλέσας δὶς καὶ τρὶς, ἤνυσεν οὐδέν. τῶν δὲ ἐπικειμένων ἐπὶ πλέον αὐτῷ, ἔδωκεν αὐτοῖς οἴκοθεν φλωρίον ἕν, καὶ μεθ' ἡμέρας πάλιν ὡσαύτως πεποίηκεν. τῶν δὲ αὖθις ἐκ τῆς ἀνάγκης τῆς ἐνδείας προσερχομένων, καὶ αἰτούντων ἵνα ἢ ἀπὸ τοῦ βασιλέως, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ προνοήσηται αὐτῶν, αὐτὸς τὴν τοῦ βασιλέως εἰδὼς διάθεσιν. καὶ τὴν παράκλησιν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀποδοκιμάσας ἔδωκεν αὐτοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ ἱερατικὰ αὐτοῦ ἐπιμάνικα, καὶ εἶπεν ὅτι ἐγὼ οὐκ ἔχω ἄλλο τι δοῦναι ὑμῖν. διὸ λαβόντες ταῦτα πωλήσατε καὶ φάγετε τὸ τίμημα αὐτῶν. οἱ δὲ λαβόντες διήρχον-

SECT. VIII. CAP. VI.

Ex his, in otium prolabimur grave ac molestum, in quo languentes, omni miseriarum ac calamitatum genere conflictamur: siquidem dies præstituta Divi Georgij solennitas præterierat, nec ulla res agenda nobis est proposita, aut sponsio præstabatur: Quin & omnis recordatio annonæ eorum mentibus exciderat, qui bis in mense daturos, aut quoties peteremus, se obstrinxerant: & jam tres menses & ultra effluxerant, nostrique in rerum necessariarum indigentiam miserè ruebant: Præcipuè Imperatoris Janizarij pauperiores aliis, & nativâ indigentiâ oppressi: Itaque M. Primicerium, Imperatoris flagranti gratiâ pollenter adibant supplices, ut Imperatorem hortaretur eorum misereſcere, & nonnihil ad famem depellendam elargiri: Quod bis terve tentavit, successu irrito. Quare cum vehementius instarent, de proprio Florenum impertiit, & post aliquot dieculas tantundem: Verum cum premente miseros furiali inedia, adhuc ab ipso mendicare perseverarent, ut vel Imperatoris nomine, vel suo, eorum calamitati prospiceret, Primicerius satis gnarus, Imperatoris viscera à pietate quàm abhorrerent, animum despondit se quidquam impetrare posse: sed raptam à brachio sacerdotalem armillam iis porrexit: & quandoquidem, inquit, mihi nil aliud fortuna suppeditavit, quo vos sublevem, hem istam prehendite, venundate, pretiumque manducate: Prensantes brachiale oberrant læti, ut mercatorem investigent, ostendunt Episcopis, proponunt venale, Primicerij benignitatem extollunt: At cum emptorem non invenirent, cu-

χοντο καὶ ὑπεδείκνυον ταῦτα τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ ἠξίουν ἐξωνήσασθαι, διηγούμενοι καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου. μὴ ἔχοντος δέ τινος χρείαν ἐκεῖσε ἐξωνήσασθαι ἀντέστρεψαν ταῦτα τῷ δεδωκότι.

Καὶ αὖθις μεθ' ἡμέρας τινὰς τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενοι προσῆλθον αὐτῷ τῷ μεγάλῳ πρωτοσυγκέλλῳ, καὶ ἀπεκλαίοντο τὴν ἐσχάτην ἑαυτῶν ἔνδειαν, καὶ ὅπως ὁ μὲν διεπράσατο τὰ ὅπλα, ὁ μὲν ἐνεχύραζε τὰ ἐνδύματα, ὁ δ' ἄλλος ἄλλο τι. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἄπιτε εἰς τὸν Ἐφέσου καὶ εἰς τὸν μέγαν Σακελλάριον. ὅτι ἐκεῖνοι ἐμποδίζουσι τὴν ἕνωσιν, καὶ ποιήσατε ὡς οἴδατε μετ' αὐτῶν. δι' αὐτοὺς γὰρ πάσχετε, καὶ ὑμεῖς καὶ πάντες, καὶ οὐδὲ δυνησόμεθα ἀπελθεῖν οἴκαδε. οἱ δὲ ἀκούσαντες ἔδραμον εὐθὺς πρὸς τὸν Ἐφέσου. ὑπὲρ τοὺς εἴκοσι ὄντες, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν, ἐκεῖθεν ἦλθον εἰς τὸν μέγαν Σακελλάριον, ὡπλισμένοι τῷ θυμῷ, καὶ λέγουσι, τίνος χάριν οὐδὲν ἀφίετε γενέσθαι τὴν ἕνωσιν, ἀλλὰ θέλετε ἵνα ἀποθνήσκωμεν ἐνταῦθα; καλόν ἐστιν, ἵνα φθειρώμεθα ὑπὸ τοῦ λιμοῦ; ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι οὐκ ἀνεξόμεθα πάσχειν διά σε καὶ ἄλλον κατά σε; ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ μεγάλου Σακελλαρίου. καί τις εἶπεν ὅτι ἐκώλυσα ἢ κωλύω ἐγὼ τὴν ἕνωσιν; εἶπον, ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος λέγει, ὅτι σὺ καὶ ὁ Ἐφέσου κωλύετε γενέσθαι τὴν ἕνωσιν, καὶ ἔστειλεν ἡμᾶς πρὸς ὑμᾶς. ὁ δὲ περιδεὴς καὶ σύντρομος γεγονώς, οὐκ εἶχεν ὅτι καὶ δράσειε, μόλις δέ ποτε ἠδυνήθη δυσωπῆσαι καὶ καταστεῖλαι αὐτοὺς συνιέντας ἴσως καὶ αὐτοὺς καὶ καταγνόντας τὸν ἐπιβουλευτικὸν αὐτοῦ τρόπον· ὁ δὲ μέγας Σακελλάριος ἦλθεν εἰς τὸν πατριάρχην, ἵνα ἐγκλητεύσῃ καὶ κριθῇ συνοδικῶς μετὰ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου ὑπὲρ τῆς ἐπιβουλῆς ταύτης. λόγοις δέ τισιν ἡμεῖς καὶ ἀξιώσει ἐκωλύσαμεν αὐτόν, τὸ τίμιον περιποιούμενοι τῆς ἡμετέρας τάξεως. καὶ ἄλλοτε δὲ συγκαθημένων τοῦ τε Νικομηδείας, τοῦ μεγάλου Σακελλαρίου, καὶ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου, καὶ ἄλλων τινῶν, καὶ ἀνιωμένων ἐπὶ τῇ στερήσει τοῦ σιτηρεσίου, καὶ τῇ πολλῇ ἐνδείᾳ τῶν ἡμετέρων, ἔφη ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος, ὅτι ἐγὼ κατέστησα, καὶ ἐκράτησα τὸ σιτηρέσιον.

Ὅπερ ἀκούσας ὁ μέγας Σακελλάριος

καὶ

jus usui esset hoc promercale reversi in dantis manus restituunt.

Interjectis vero aliquot diebus iidem præ indigentiâ intolerabili ad Primicerium venerunt, & cum lacrymis deplorarũt suam infimam egestatẽ: quod incederent sine armis, sine indumentis, quorum hæc vendiderant, illa oppignorarant, & alij aliud: At Primicerius jussit ut non ad ipsum, sed ad Ephesi præsulem & Mag: Sacellium dolorum vim omnem effunderent: ab illis vindictam reposcerent: Illi sunt, qui dum unioni obstant, vobis has calamitates propagant, soli autores omnium discriminum, quæ vos, quæ nos omnes inundant, & à reditu in Patriam præpediunt. Quibus auditis, Janizarij ad Ephesij contubernium rectâ properant, viceni aut etiam plures, quem cum intus non deprehendunt, ad M: Sacellij ædes confestim provolant: & heus tu, ocyus inclamant, quæ te ratio movet ut unionem oppugnes? Hoccine tibi est volupe, ut in externo solo extinguamur? An tibi pulchrum videtur ut fame enecti in platæis expiremus transmarinis? volumus ut intelligatis, propter te tuique similes, nos talia diu non subituros: Quærenti autem M. Saccellio, à quo didicissent ipsum unquam præpediisse, aut nunc etiam præpedire unionem? Illi dixerunt, Magnus Primicerius nobis asseruit, te & Marcum Ephesium solos unionem remorari, & nos in utrumque vestrum instigavit: Quo audito Saccellius, præ metu insidiarum cœpit angi, ac contremiscere nescius quo se veteret: blandis tamen dictis homines permulcens, ægre ad silentium & pacem reduxit, qui & ipsi forsan anteà satis animadverterant Primicerij insidiosam, ac perfidam indolem: Saccellius vero Patriarcham illico adiens hæc detulit, litem Primicerio intentaturus coram Synodo, ut pœnas luat falsæ criminationis, & insidiarum: At nos Saccellij mentem precibus delinivimus, ordinis nostri dignitatem conservare cupientes: Itaque cum alia vice considerent Nicomediæ præsul, Mag: Saccellius, Mag: Primicerius, aliique insuper nonnulli, graviterque ingemiscerent, detentionem Annonæ, & erubescendam suorum inopiam: Primicerius infert, habeo ego stipendia, habeo Annonam justâ lance pensitatam.

Quod dictum ut auribus arripuit attonitus Saccellius, ad eum advertens vultum exclamavit, O he! te fælicem & saginatam in deliciis! simulque pugnum contraxit, exerto pollice quasi adstipularetur & collaudaret tam præclari facinoris autorem, nempe qui ita faverit suis civibus, ac concurrerit eorum necessitati: At quod flagitium (inquit Primicerius) commisi, si mihimet prospexerim? æquumne existimetis,

ut

καὶ ἐκπλαγεὶς ἔφη πρὸς αὐτὸν Σάβας. σχηματίσας ἅμα καὶ τὸν ἀντίχειρα αὐτοῦ δάκτυλον ἐπὶ βεβαιώσει καὶ ἐπαινῶ τῆς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων συνδρομῆς αὐτοῦ καὶ προνοίας. ὁ δὲ εἶπε, καὶ τί κακῶς ἐποίησα; θέλετε ἵνα κατεσθίητε τὰ φλωρία τοῦ πάπα ἀργοί, μηδὲν φροντίζοντες περὶ τῆς ἑνώσεως; ὁ δὲ μέγας Σακελλάριος ἐκπληττόμενος, οὐχ ἧττον ἢ εἰρωνευόμενος ἔφη, ὅτι καλῶς ἐποίησας, καὶ διὰ τοῦτο σοὶ λέγω σέβας, ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων σε, τῆς πρὸς τοὺς συμπατριώτας καὶ ὁμοφύλους συμπαθείας καὶ βοηθείας, καὶ τῆς πρὸς τοὺς πενομένους κηδεμονίας.

τμήμ. η. κεφ. ζ.

Τοιαύτας συμβουλὰς ὑπετίθουν οἱ ἡμέτεροι τοῖς διαφερομένοις ἡμῖν, καὶ πᾶσι τρόποις τὴν ἧτταν ἡμῶν πραγματευομένοις, καὶ περιγενέσθαι ἡμῶν ἀγωνιζομένοις. τούτων οὕτως ἐχόντων ἡμεῖς ἐπὶ πᾶσι δυσχεραίνοντες καὶ ἀναγκαζόμενοι, ἐπετέθημεν τῷ πατριάρχῃ, καὶ ἱκετεύσαμεν, ἵνα μηνύσῃ καὶ ἀξιώσῃ τὸν βασιλέα, ὅπως ἂν περὶ τῶν πρακτέων ἐπιμελήσηται. καὶ μάλιστα περὶ τῆς ὑποστροφῆς ἡμῶν, ἐπεὶ ἀλυσιτελὲς ἡμῖν ἑωρῶμεν γενήσεσθαι τὸ διὰ Λατίνων συμπέρασμα. μετ' οὖν β καὶ γ ἀξίωσιν, ἀπέστειλε τὸν Μολδοβλαχίας, τὸν μέγαν Σκευοφύλακα, καὶ ἐμὲ εἰς τὸν βασιλέα ἐροῦντας ταυτί. ἡμέραι παρῆλθον πολλαὶ καθημένων ἡμῶν ἀργῶν, καὶ ὁρῶ, ὡς οὐ γενήσεταί τι ἀγαθόν. πάσχουσιν οὖν καὶ οἱ ἡμέτεροι πάντες, καὶ ἐγὼ πλέον τῶν ἄλλων. εἰμὶ γὰρ καὶ ἀσθενής, καὶ οὐχ εὑρίσκω ἐνταῦθα τὴν προσήκουσαν ἀνάπαυσιν. καὶ διὰ τοῦτο ἐφίεμαι τῆς ὑποστροφῆς. οὐ γὰρ προαιροῦμαι ἵνα ταφῶ ἐν Ἰταλίᾳ, ὅθεν ἀξιῶ τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου ὅπως ἀποβλέψῃς πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἡμῶν. οὔτε γὰρ ἐγώ, οὔθ' οἱ ἡμέτεροι δύνανται ἐπὶ πλέον προσμένειν ἐνταῦθα καὶ ταλαιπωρεῖν. ἄλλως θ' ὅτι οὐδὲ συνορῶμεν γενήσεσθαι τινὰ διόρθωσιν τῆς περὶ τῆς δόξης διαφορᾶς. λοιπὸν δεῖ καταλιπεῖν τὰ τοιαῦτα, καὶ φροντίσαι περὶ ὑποστροφῆς.

Ὡς οὖν ἤκουσε ταῦτα ὁ βασιλεὺς εἶπεν, ἐγὼ οὐ κάθημαι ἀργός, ἀλλ' ἀεὶ λέγω, καὶ ἀγωνίζομαι περὶ ταύτης τῆς ὕλης. αἰεὶ γὰρ

ut otio obtorpescentes florenos Papæ deglutiatis, sine vel mentione unionis promovendæ. Cui Magnus Saccellius hominis impudentiâ non minus obstupefactus, quam locutus ironice dixit: Ego vero tibi applaudo, pulchrè operam collocasti: ideo nuper te celebravi, ô he hominem ter beatum! in admirationem virtutum tuarum raptus, de affectu singulari in totam gentem, affines ac populares, & piissimâ curâ in pauperibus sublevandis.

SECT. VIII. CAP. VII.

Talia consilia nostri homines docuerunt, & istiusmodi præceptis Latinos imbuerunt nostros adversarios, quibus nulla merx pretiosior quam nos in triumphum ducere: Atque his rebus ita se gerentibus, nos molestiis omnigenis afflictissimi, ac supremâ necessitate impulsi, Patriarcham adivimus & obsecravimus, ut Imperatorem adhortaretur, vellet tandem ad aliquam rerum administrandarum curam evigilare; & ante omnia meminisse reditus in Patriam, quando inutilem nobis omnem cum Latinis conclusionem fore jam diu perspeximus. Patriarcha post hanc supplicationem bis terve repetitam misit Moldoblachiæ antistitem, Magnum Ecclesiæ Thesaurarium, & meipsum ad Imperatorem, hæc annuntiaturos. Dies multi præteriere, ex quo ignavi substitimus ad anchoram, nec quicquam commodi in nos ex hoc negotio redundaturum jam videmus: omnes nostri mæroribus enecti contabescunt, & ego omnibus, qui cum adversissimâ valetudine colluctor, neque hic reperio solatia leniendis doloribus congrua: Quare revertere in patriam plurimum expetisco, nec mihi cupio in Italia funerato parentari: Obtestor itaque tuam Majestatem ut domum versus oculos flectat, quando nec ego, nec mei ulterius, in hac molestiarum ac difficultatum mole durare possint: præsertim cum nobis rerum fæliciorem progressum, aut determinationem differentiarum nequaquam spondeamus: quocirca juvat has controversias ut infausto sydere ortas deserere, & de remigando in patriam lætis animis meditari.

Hæc ut à nobis Imperator accepit, extemplo respondit: At ego nullo otio fruor: nam perpetuâ concertatione cum aliquo digladior de negotij nostri materiâ & fundamento: quotidie à Papa huc advolant, me quærunt, me la-

γὰρ ἔρχονται πρὸς ἐμὲ οἱ ἐκ τοῦ πάπα, καὶ λέγουσι καὶ ἀπολογοῦμαι καὶ ἄλλοι μὲν κοιμῶνται. ἐγὼ δὲ ἀγωνίζομαι. ὅτι δὲ ἀργοῦμεν, καὶ παρῆλθε καὶ ἡ προθεσμία, καθὼς λέγετε οὐκ ἔστιν ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο, ἀλλ' ἀφ' ὑμῶν. ὑμεῖς γὰρ ποιεῖτε τὴν πλημμέλειαν. λέγετε δὲ ὅτι οὐ γίνεται συμπέρασμα, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα φροντίσω περὶ ὑποστροφῆς. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἴδιον ἐμὸν ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας, εἰ οὖν ἐκκόψω τοῦτο, καὶ γίνεται τι ἀστόχημα ἀνενεχθήσεται ἡ μέμψις ὅλη εἰς ἐμὲ καὶ ὅσον μὲν εἰς τὰ ἴδια μου εἰς τὰ βασιλικά φημι, καὶ τὰ κοσμικὰ ὅσα πράττω μετὰ τῶν ἰδικῶν μου, εἰ συμβήσεται ἀστοχία τις καὶ μέμψις, οὐ λογισθήσεταί μοι τόσον δεινόν. αὐτὸ δέ ἐστιν ἐκκλησιαστικὸν, καὶ δεῖται μεγάλης σκέψεως καὶ βουλῆς ἐκκλησιαστικῆς. οὐ θέλω τοίνυν ἐγὼ μόνος ἐκκόψαι τοῦτο, καὶ λαβεῖν ὄνειδος, καὶ μέμψιν ὕστερον παρὰ πολλῶν ἴσως τῶν ἡγησομένων θάτερον μᾶλλον λυσιτελήσειν ἡμῖν. ῥάδιον γάρ ἐστιν εἰπεῖν, ἐκκόψωμεν τοῦτο. ἀλλὰ χρὴ σκέψασθαι ὁποίαν δεῖ τὴν τομὴν ἐπαγαγεῖν, καὶ μὴ ἀπότομον, καὶ οἷον μετὰ ἀξίνης, ἀλλ' ὅσον οἷόν τε κούφην καὶ πραεῖαν, εἰ καὶ δεήσει ταύτης. ὅμως ἐγὼ οὐ γνωρίζω τοὺς λόγους τούτους εἶναι τοῦ πατριάρχου λόγους. ἀλλ' ὡς ἐμοὶ δοκεῖ ἕτεροί τινες ἐπετέθησαν καὶ ἠνάγκασαν αὐτὸν, ἵνα μηνύσῃ μοι ταῦτα. ἐλεύσομαι δὲ ἐγὼ, καὶ ἀκούσω παρ' αὐτοῦ καὶ ἀποκριθήσομαι καὶ πλατύτερον.

Ὅμως ἐν τούτοις δέδοικα μήποτε διαφύγῃ ἡμᾶς ὅπερ ἔλεγεν ὁ κύριος Ἰωσὴφ ὁ διδάσκαλος. εἶπε γὰρ πολλάκις, ὡς εἴπερ εὐδοκήσοι ὁ Θεὸς συστῆναι σύνοδον, ἔχω τινὰ λόγον εἰπεῖν ἐκεῖσε ὅστις ἀναμφιβόλως καὶ ἀναντιῤῥήτως ἑνώσει ἡμᾶς. ἐστὶ δὲ ἄληπτος. οὐδὲ γὰρ ἔξεστι τις ἐπιλαβέσθαι πόθεν αὐτοῦ ὡς ἐναντίου, ἢ ὡς ἐπισφαλοῦς. ἀπῃώρητο δὲ εἰς τὸ κελλίον ἐν ᾧ ἐκαθήμεθα ἀπὸ τοῦ δοκοῦ σφαιροειδὲς κάτοπτρον. καὶ εἶπεν ὥσπερ ἐστὶ τὸ κάτοπτρον τοῦτο ἄληπτον, οὐ γὰρ δυνήσεταί τις ἁπλῶς διὰ τῆς ἁφῆς δράξασθαι, καὶ κατασχεῖν αὐτὸ, οὕτως ἐστὶν ἔφη καὶ ὁ λόγος ἐκεῖνος ἄληπτος καὶ ἑνωτικός. ἠρώτησα γοῦν, ἵνα μοι εἴπῃ τὸν λόγον καὶ οὐκ ἠθέλησεν. εἶπον δὲ αὐτῷ, ὅτι λέγεις μοι πρᾶγμα μέγα καὶ δυσεύρετον μᾶλλον δὲ μέχρι τοῦ νῦν ἀνεύρετον. καὶ εἴθε μὲν

δια-

ceſſunt verbis, quibus reſpondeo cum alij fortaſſe altum ſtertunt: Et ſi otio langueſcimus, dieſque præſtitutus è manibus effluxit, ut aſſeritis, id mihi vitio verti non debet, ſed veſtræ inertiæ: à vobis ipſis oriuntur temporum diſpendia, quæ lugetis: Et ſi de fine deſperabundi, me maturare reditum ſollicitatis, fruſtra eſtis: Nam exitum indagari, ad officij mei rationem non vergit, ſed ad Eccleſiam: Quare ſi hæc intempeſtive præſcinderem, unde aliquod infortunium ſubſequeretur, tota culpa in me recideret: In iis enim quæ meam ſpectant induſtriam in republicâ civili, Imperatoriâ, & mundanâ, quæ mihi cum meis ſubditis communia ſunt, ſi qua res male collimata à ſcopo aberraverit, non tam grave mihi incommodum imputabitur: At hoc totum eſt Eccleſiaſticum: Et Eccleſiaſtica multâ cum ſolertiâ, ac abundanti cautelâ deliberanda ſunt: Nolo igitur ſolus hujus telæ filum abrumpere, ne ſævior tempeſtas opprobriorum ac quæſtuum in me ingruat à quamplurimis, qui adhuc continuare negotia nobis magis profuturum arbitrabuntur: Nam dictu facillimum eſt, hoc reſecemus, ſed ſagaci animadverſione opus eſt, quæ inciſio ſit uſurpanda, non violenta, ut cum dolabrâ vulnus infligitur, ſed quam fieri poſſit lenis ac mollis, ſi ullâ opus ſit: At niſi mea mens male auguratur, hæc nuntia à Patriarcha non ſunt profecta, ſed ab iis qui Patriarcham cogunt indies, atque extimulant homines ad me mittere cum his mandatis: Quamobrem Patriarcham decrevi convenire, ut explorem an hæc profuderit, & tum forſan copioſius reſpondebo.

Utcumque per hæc omnia metuo, ne nos defugiat, illud arcanum quod Dominus Doctor Joſephus olim ſæpenumero edixit: ſi Deus benignè opportunitatem indulgeret coeundi, in Synodum Ceneralem, habere ſe unicam rationem illic expendendam, quæ ſine ulteriori morâ, nos in ſanctiſſimas fæderum leges conjungeret: Sed ea eſt incomprehenſibilis, vel ut aliorum ſenſui contraria, vel ut in ſe inſtabilis & incerta: Et tum forteſortuna, in conclavi quo colloquebamur ſpeculum vitreum in modum ſphæræ à ſummo laqueari pendebat: ut, inquit, iſtud vitrum apprehendi non poteſt, quia nemo id manibus contrectet aut retineat, ita hæc unionis ratio intellectum arguta ſubterfugit: Ego vero rogavi ut mihi ſecretum communicaret, ſed recuſavit: Et dixi, quando mihi proponis ponderis maximi myſterium, non modo difficulter erutum, ſed quod in hunc uſque diem nunquam prodiit in lucem, Deus te ſoſpitet in expetitum illud Synodi celebrandæ tempus, ut per te Chriſtianus orbis tam admirabili bono perfruatur: verum cum ut homo,

mor-

διαφυλάξαι σε ὁ Θεὸς μέχρι τοῦ καιροῦ ἐκείνου, ἵν' εἴπερ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ θέλημα, κατορθωθείη τὸ τοσοῦτον ἀγαθὸν διὰ σοῦ· εἰ δὲ τὸ χρεὼν ὡς ἄνθρωπος λειτουργήσεις καὶ οὐ μεταδώσεις ὃ λέγεις τινὶ, νομίζω ὅτι καὶ αὐτὸς ἁμαρτίαν ἕξεις καὶ ἡμῖν μεγίστην προξενήσεις ζημίαν. ζητῶ οὖν σε, ἀποκάλυψόν μοι τοῦτο, καὶ ἐγὼ φυλάξω ὡς μυστήριον.

Ἐκεῖνος δ' οὐκ ἠθέλησεν εἰπεῖν μοι τὸ πρᾶγμα, φήσας μὴ φρόντιζε περὶ τούτου, ἐγὼ γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ἀπελθεῖν με προνοήσομαι ὅπως ἔχητε ὃ λέγω ὅταν ἐν χρείᾳ τούτου γένησθε. εὑρεθήσεται γὰρ γεγραμμένον, καὶ φροντίσατε καὶ ὑμεῖς μήποτε τὸ τοσοῦτον ἀγαθὸν διαφύγῃ ὑμᾶς.

morti taſis obnoxius, ſi hæc apud te recõdita nulli imperties, credo & tu ſceleris reus habeberis, & nobis infandum detrimentum procurabis: idcirco te obteſtor, hoc mihi myſterium pandas ſub certiſſimæ ſponſionis vadimonio, quod nulli unquam id evulgabo.

At patefacere inexorabilis perſtitit, verum bono juſſit eſſe animo, & circa hoc negotium non admodum ſollicito: Ego enim (inquit) antequam hinc migrabo ad plures, dabo diligentiam, ut opportunè ſatis ad manum quod dixi habeatur: nam ſcriptum reperietis, & veſtrum erit curam impendere, ne veſtrâ ſocordiâ tanta vos ſubterfugiat fælicitas.

τμήμ. η. Κεφ. η.

Τῶν τοίνυν Λατίνων ὁσημέραι ἀπαιτούντων, καὶ σφοδρῶς ἐπικειμένων, ἢ στέρξαι ἡμᾶς ἅπερ εἰρήκασιν ἐν ταῖς τελευταίαις διαλέξεσιν, καὶ οὕτως ἑνωθῆναι, ἢ πρὸς διαλέξεις αὖθις χωρεῖν, ἀναγκασθεὶς ὁ βασιλεὺς ἦλθεν εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ τίνα μὲν ἐβουλεύσαντο μόνοι οὐκ ἔγνωμεν. τῇ δ' ἐπιούσῃ ὥρισε καὶ συνήλθομεν πρὸς αὐτὸν, ὁ Ἐφέσου, ὁ Ῥωσίας, ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ καὶ ἐγώ· καὶ διεμηνύσατο μεθ' ἡμῶν τῷ πάπᾳ. ὅτι ἡμεῖς ἤλθομεν ἐνταῦθα, καὶ περιεμένομεν μέχρι τοῦ νῦν ἐκδεχόμενοι γενέσθαι σὺν Θεῷ τὴν ἕνωσιν. ἐγένοντο καὶ διαλέξεις ὅσαι δῆλα καὶ γεγόνασι. καὶ εἶπον οἱ ἡμέτεροι, καὶ εἰς τὸ περὶ τῆς προσθήκης, καὶ εἰς τὸ περὶ τῆς δόξης, λόγους πολλοὺς καὶ καλοὺς καὶ ἀναγκαίους. ὁμοίως καὶ οἱ ὑμέτεροι εἶπον πολλά. συνορῶμεν δὲ ὅτι οὐ συνελευσόμεθα εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συμπέρασμα. οὔτε γὰρ ὑμεῖς συντίθεσθε εἰς τὰς παρ' ἡμῶν προφερομένας ἀποδείξεις. οὔθ' ἡμεῖς τοῖς τῶν ὑμετέρων πειθώμεθα λόγοις. καὶ ὡς ἔχω νοεῖν ἐκ τῶν διαλέξεων οὐ συμφωνήσομεν εἰς ἓν συμπέρασμα. ἐπεὶ οὖν ἐποιήσαμεν καθὼς περιεῖχον αἱ συμφωνίαι ἡμῶν. ἐκ δὲ τῶν διαλέξεων ἀνεφάνη ὡς οὐ παρακολουθήσει ἡ ἕνωσις, ζητοῦμεν λοιπὸν ἵνα ἐξοικονομήσητε ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς τὰ ἴδια.

Ὡς οὖν ἤκουσε ταῦτα ὁ πάπας δεινῶς διετέθη. ἀντεμήνυσε δὲ δι' ἡμῶν. ὅτι ἐγὼ νομίζω ὡς οἱ ἡμέτεροι ἀρκούντως ἀπέδειξαν

SECT. VIII. CAP. VIII.

Interea prementibus nos aſſiduè Latinis, ac vehementer inſtantibus, ut alterutrum ſtatueremus, vel iis acquieſcere, quæ in poſtremis diſſertationibus contrà nos potulerint, & unionem pangere, vel diſceptationes redintegrare, Imperator neceſſitate impulſus Patriarcham adiit: & quæ conſulta privatim inter ſe geſſerint haud liquet: ſed craſtino die acciti ad Imperatorem accurrimus, Epheſius, Ruthenus, Magnus Scriniarius, & ego? quos ad Papam inſtruxit, cũ his mandatis: Succeſſimus primũ in has oras, in quibus in hunc uſq; diẽ permanſimus præſtolati, ſi quâ Dei benignitate unio inter nos procuderetur: Eaq; fine diſputationes ſunt inſtitutæ, & peractæ, quibus noſtri homines tam in additamentum, quam dogma varia perpulchra, ac demonſtrativa concinnarunt argumenta: Et veſtri pariter ſuis partibus non defuere: At jam cum dolore percipimus, ad certam concludendi metam nunquam peveniemus: Neque enim vos noſtrorum hominum argumentis aſſentimini, neque noſtri veſtris rationibus perſuaſi ſubmittunt: Quare cum conditionibus cunctis quas noſtra pacta continebant, fideliter perfuncti ſimus, & ex iſtis diſceptatiunculis nulla ſpes ſuperſit unionis propagandæ: obſecramus Beatitudinem ſuam, ut in hoc animum flectat, quo nos noſtris penatibus jam demum ſoſpites reſtituat.

Quæ ut Papa audiit, graviter ſuccenſuit, & hæc per nos Imperatori juſſit nuntiari: Ego quidem arbitror, quæ noſtrates ſuſceperunt monſtranda, abunde comprobarunt: Et veſtrum erat tam perſpicuè & clarè ob oculos aſſertis ſubmiſiſſe: Et ſi vobis adhuc hæret ambiguitatis lacuna, noſtros conſulite, qui vobis omnem ſcru-

ξαν ὅσα προέθεντο. ἔδει οὖν καὶ ὑμᾶς πεισθῆναι οἷς ἠκούσατε λαμπρῶς καὶ ἀληθῶς ἀποδεδειγμένοις. εἰ δὲ καὶ ἔν τισιν ἔχετε ἀμφιβολίας, ζητήσατε ταύτας ἀφ' ἡμῶν. καὶ οἱ ἡμέτεροι ῥᾷστα ἀποδώσουσιν ἐφ' ἑκάστῃ τοὺς λόγους. καὶ διασαφήσουσι καὶ διαλύσουσι ταύτας. οὐδὲ γὰρ ἐνέλειψε ποτὲ τῇ Ῥωμαικῇ Ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἐλλείψει δύναμις λόγων ἀρκούντων εἰς σαφήνειαν, καὶ λύσιν πάσης ἀπορίας, παρ' οἵου δήποτε γινομένης ἢ γενησομένης. ὅμως ὡς ἐμοὶ δοκεῖ σαφῶς ἀπέδειξαν οἱ ἡμέτεροι. ὅτι ὅπερ λέγομεν καὶ δοξάζομεν ἀληθής ἐστι δόξα τῆς ἐκκλησίας, καὶ συστάσεις παρήγαγον ἀπὸ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων τῶν διδασκάλων αὐτῆς.

Καὶ λέγω ἵνα ταχθῇ ἡμέρα, καὶ συνέλθητε ἐνταῦθα ὅσοι τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου τυγχάνετε, μετὰ ἑνὸς μεταγλωττιστοῦ, καὶ προκειμένου τοῦ ἱεροῦ εὐαγγελίου ἀνεπτυγμένου προσέρχηται ἕκαστος. καὶ ἐπιτιθεὶς τὴν χεῖρα, καὶ ὀμνύων ἐπ' αὐτῷ λέγῃ τινὰ γνώμην ἔχει εἰς ὅσα ἤκουσε παρὰ τῶν ἡμετέρων. καὶ οὕτως νομίζω συνελθεῖν πάντας εὐκόλως πρὸς τὸ συμπέρασμα. ἄπιτε τοίνυν, εἴπατε ταῦτα τῷ βασιλεῖ καὶ τοῖς ὑμετέροις. ἐγὼ δὲ πάλιν μηνύσω καὶ ἄλλα τινὰ μετ' ὀλίγον.

Ἐλθόντων δὲ ἡμῶν, καὶ ἀπαγγειλάντων ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς λοιποῖς, οὐ προσεδέξαντο τοὺς τοιούτους λόγους. πῶς γὰρ ἔμελλον ποιεῖν, ἐπ' αὐτοῦ τοῦ εὐαγγελίου, ὑπ' αὐτοῦ κωλυόμενον ἔργον; ὁ δὲ Ῥωσίας ἐπέτρεπε λέγων, ὅτι εὑρίσκομεν ἐν τῇ γραφῇ ὅτι καὶ ὁ Θεὸς ὀμνύει. Τοῦτο δὲ τὸ περὶ τοῦ ὅρκου, ἐκινήθη πρότερον παρὰ τοῦ μιτυλήνης. ἐκεῖνος γὰρ πρὸ ἡμερῶν πολλῶν ἐφεῦρε, καὶ ἔλεγε δεῖν γενέσθαι ταύτην τὴν μέθοδον.

τμήμ. η. Κεφ. θ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἦλθεν εἰς τὸν πατριάρχην, συνήλθομεν καὶ ἡμεῖς ἐκεῖσε ὁρισμῷ αὐτοῦ. καὶ ἔστειλεν ὁ πάπας Καρδηνάλιους τρεῖς, τὸν Καμαρέριον, τὸν Ἰουλιανὸν, καὶ τὸν Φιρμάνον, καὶ Ἐπισκόπους δέκα. ἤρξατο οὖν ὁ Ἰουλιανός. καὶ εἶπε τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους πρὸς τὸν βασιλέα, μετὰ παρρησίας, καὶ δεινότητος, καὶ φιλοτιμίας ῥητορικῆς. ῥητέον δὲ ἐκ τῶν λό-

ſcrupulum adiment: Nunquam enim Romanæ Eccleſiæ defuit, nec defutura eſt larga rationum ſcaturigo, ab ipſo ſpiritus ſancti fonte promanans, & virtus manifeſtandæ veritatis, aut amoliendæ difficultatis, à quolibet in medium productæ vel producendæ: Utcunque mihi viſi ſunt noſtri, verum eſſe Eccleſiæ Catholicæ dogma, quod nos amplectimur ac profitemur, à Sanctorum in Eccleſiâ Doctorum ſcriptis & autoritate ſatis dilucidaſſe.

Quare id unicum cenſeo, ut ad præſtitutum diem huc confluatis, quotquot è vobis Eccleſiaſticorum inſcribuntur Catalogo, cum unico interprete: Et prolato in medium ſacroſancto Evangelio, reſerato & aperto unuſquiſque imponens Codici dextram ſanctè juret, quam ſententiam concepit, de ſingulis dogmatibus quæ noſtri explicuere: atque ita forſan, ad unicum & certum finem congrediemur: Ergo ite ocyus, hæc Imperatori veſtriſque patefacite: Ego poſt breve alia mandata ipſis ſignificari curabo.

Hæc à nobis revertentibus nuntiata Imperatori, Patriarchæ, reliquiſque, noſtrates Papæ ſermones non approbabant: Quo modo enim ſe facturos jurarent ſuper Euangelium, quod Evangelium maximè fieri prohibebat: At Ruthenus admiſit, cum Deus ipſe in ſacris literis promiſſa jurejurando firmaret: Sed hujus de juramento commenti Mitylenes Epiſcopus primus autor extitit: qui excogitatam hanc formulam, à multis antea diebus Papæ inſinuaverat, ut neceſſariam accelerandæ unioni methodum. Et quâ ſuam Papa autoritatem ampliaret, & noſtrorum hominum levitatem ac averſationem aliquo retinaculo compeſceret ac cohiberet.

Sect. VIII. Cap. IX.

At Imperator Patriarcham inviſit, cujus ad nutum nos eo vocati ſubſequebamur: quo miſit etiam Papa tres Cardinales, Camerarium, Julianum & Firmanum, quibus decem inſuper adjunxit Epiſcopos: Cœpit autem Imperatori Julianus totum negotium à primordio ad finem confidenter percurrere, cum gravi eloquentiâ & ambitiosâ Rhetoricandi ſuavitate: cujus orationis ſumma capita, ut memoriæ occurrunt, perſtringere, & ipſe mihi operæ pretium faciam,

λόγων ἐκείνου, ὅσα εἰς μνήμην ἡμῶν ἐστὶν, εἰ καὶ μὴ οἷόν τε κατὰ λέξιν αὐτὸν ἐκθεῖναι. εἴρηκε τοίνυν ὡς ἀπὸ τοῦ πάπα. ὅτι ὁ Μακαριώτατος πάπας ἔστειλε κάτεργα κατὰ τὰς συμφωνίας, ἃ καὶ ἔφθασαν ἐκεῖσε εἰς ὑμᾶς κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα, καὶ ἐνὸν ἐλθεῖν ὑμᾶς ἐνταῦθα δι' ἐκείνων δι' ὅλου τοῦ Νοεμβρίου, ἤλθετε κατὰ τὸν Φεβρουάριον. κἀντεῦθεν ἐγένετο ἀναλώματα πλεῖστα διὰ τὴν τοιαύτην βραδυτῆτα. εἶτα ἐλθόντων ὑμῶν ἐν τῇ Φερραρίᾳ εἴπομεν, ἵνα γένηται ἡ ἀνακήρυξις τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ κατελείψατε πλέον μηνὸς εἰς τοῦτο. ἐζητήσαμεν ἵνα χωρήσωμεν εἰς διαλέξεις, καὶ οὐκ ἠθελήσατε, ἀλλ' ἐζητήσατε διορίαν μηνῶν τεσσάρων. καὶ μετ' αὐτὸν ἵνα διαλέγησθε, καὶ ἀντὶ τῶν τεσσάρων παρῆλθον ἑπτὰ, καὶ οὐκ ἠθελήσατε ἐλθεῖν εἰς διαλέξεις. ἀλλὰ καὶ ἐντὸς τῶν τεσσάρων μηνῶν συνεφωνήσατε, ἵνα συνέρχησθε μεθ' ἡμῶν δὶς τῆς ἑβδομάδος, καὶ λέγωμεν περὶ τῶν μεταξὺ ἡμῶν διαφορῶν, καὶ ἐποιήσατε ἡμῖν καὶ γράμμα εἰς τοῦτο. συνήλθετε δὲ ὅμως ὀκτάκις εἶτα ἐπαύσασθε. ἐτάχθη ἵνα διαλεγώμεθα εἰς τὴν σύνοδον τρὶς τῆς ἑβδομάδος ἀπαραιτήτως, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἐτηρήσατε, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων συνήρχεσθε εἶτα παρῃτήσασθε καὶ αὐτό. ἔδοξε καλὸν ἵνα ἔλθωμεν εἰς τὴν Φλωρεντίαν, καὶ εἰδότες ἡμεῖς τὰς ἀναβολὰς καὶ ὑπερθέσεις ὑμῶν ἐζητήσαμεν ἔτι ὄντες ἐν τῇ Φερραρίᾳ, καὶ ὑπεσχέθητε ἐγγράφως ἵνα ἀπαραιτήτως διαλεγώμεθα τρὶς τῆς ἑβδομάδος. καὶ μηδεμία αἰτία ἢ ἀσθένεια τοῦ βασιλέως, ἢ τοῦ πατριάρχου, ἢ τοῦ προσδιαλεγομένου ἐμποδίσῃ τὴν ἀποτεταγμένην καὶ ὡρισμένην συνέλευσιν καὶ διάλεξιν. εἰ δὲ καὶ ὁ προσδιαλεγόμενος ὑπ' ἀσθενείας ἐμποδισθῇ, ἵνα ἀναπληροῖ ἕτερος τὴν διάλεξιν αὐτοῦ. κἂν ἐπισήμου ἁγίου ἑορτὴ τύχῃ ἐν τῇ ἀποταχθείσῃ ἡμέρᾳ, ἵνα τῇ ἐπιούσῃ γένηται ἡ διάλεξις, ἵνα ταχέως ἔλθωμεν εἰς συμπέρασμα. ὑμεῖς δὲ οὐδὲ αὐτὴν τὸ ἔγγραφον ὑμῶν ἐτηρήσατε συμφωνίαν. ἀλλ' ἐν ὀλίγαις συνελεύσεσιν ἐπαύσασθε μὴ συμπεράναντες.

Ὁ μὲν οὖν Μακαριώτατος πατὴρ ἐπλήρωσε καὶ πληροῖ ὅσα συνεφώνησε μᾶλλον δὲ πολλαπλάσια. ὑμεῖς δὲ οὔτε

τ

am, quamvis ipſius verbis ſingula recenſere non valeo: ſic ergo Papæ nomine fari orſus eſt. Beatiſſimus Papa, ſecundum aſtipulationem, in imitam pacta miſit Conſtantinopolin triremes, quæ in Menſe Septembri veſtra navalia appulerunt: quibus illinc ad nos revecti, ante exitum Novēbris, ſatis commode potuiſtis huc enavigaſſe: Sed vos ante Februarium iter non confeciſtis: unde magna Papæ damna tergiverſatione veſtrâ ſuccreverunt: Cum Ferrariam perventum eſſet, decrevimus illico Generalem Synodum, voce præconis, publicare, quod veſtris procraſtinationibus eſt retardatum, dum alter menſis effluxiſſet: Indictâ Synodo, vos ad concertationes ſtatim provocavimus, quas refugiſtis niſi prius quatuor menſium intercapedine indultâ, quibus peractis rem gnaviter polliciti eſtis vos aggreſſuros: Et cum pro quatuor conceſſis, ſeptem menſes conſumpti evanuiſſent, ne tum quidem in arenam deſcendere voluiſtis: etiamſi durātibus iis quatuor, fide datâ ſpoſpondiſtis, bis in ſeptimanâ congredi, ut primaria inter nos diſcrimina ventilarentur: quod ſcriptum veſtroq; firmatū autographo nobis obtuliſtis: & in toto cum tantum octies in cōventus erepſiſſetis, penitus ceſſaſtis in poſterum. In Synodo conſtitutum fuit, ter ſingulis hebdomadibus diſputationes effervefacere ſine ullâ ſpe abſentiæ excuſandæ: Vos nec illud obſervaſtis, ſed per incerta quædā interſtitia cōveniſtis tandem, & his etiam renuntiaſtis, ceſſiſtis omni pollicitationi, fidei ac foro: Placuit huc Florentiam migrare: Et cum ſatis intelligeremus veſtram tarditatem, & moras quas cunctando nectitis, dum adhuc Ferrariæ hæſimus, antequam Synodum tranſtulimus vobiſcum pepigimus, ſub ſtrictis legibus, quibus & vos ſubſcripſiſtis, ut ſingulis ſeptimanis ter coiretis in publicas diſceptationes, ſine conſuto tergiverſandi prætextu, ita ut nihil diſſertandi ordinem interverteret: Non Imperatoris morbus, nec Patriarchæ, nec ejus qui primarias diſputandi partes ſuſtineret: ſed ſemper procurreret diſceptationum rota, & in dies ſolenniter revertentes revolveret: Et ſi decumberet primarius diſceptator, ut alter in ejus ſuggeſtum ſuccenturiaretur: ſi dies etiam diſputatorius in celebrem alicujus Martyris feſtum incideret, tum in craſtinum ut protelaretur, agitanda diſputatio: Et ſic repente, ad controverſiarum periodum convolaremus: At vos nullum pacti articulum cuſtodiiſtis, ne illam quidem in ſcripta à vobis relatam conditionem: ſed cum in paucas admodum ſeſſiones prodiiſſetis, ad umbram otij, ſine operâ aut ſucceſſu confugiſtis.

Interea Beatiſſimus Pater omnia implevit quæ ex pacto ſubiit, & ad modium effluentem, multi-

τὴν πρώτην ἐστερήσατε συμφωνίαν ἣν ἐγγράφως ἐν τῇ ἀποκαταστάσει τῆς ἀνακηρύξεως ὑπεσχέθητε, οὔτε τὴν δευτέραν ὅτε εἰς τὰς διαλέξεις κατέστητε. οὔτε τὴν τρίτην ἣν ἐγγράφως ἐδώκατε τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένης μεταβάσεως. καὶ νῦν μετὰ τὰς ἐνταῦθα διαλέξεις τί ἄλλο ἢ τὴν ἀργίαν ἀσπάζεσθε; ἴσως ὡς λυσιτελούσης ὑμῖν ταύτης ἀντεχόμενοι. λέγομεν τοίνυν ὅτι οἱ ἡμέτεροι ἀπέδειξαν λαμπρῶς καὶ σαφέστατα, ὅπως ὃ λέγομεν ἡμεῖς ἐστὶν ἀληθὴς δόξα τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῶν αὐτῆς ἁγίων διδασκάλων. καὶ εἰ μὲν ἐπείσθητε ἐξ ὧν ἠκούσατε, ἔλθετε πρὸς τὸ συμπέρασμα, εἰ δὲ καὶ ἔτι ἀμφιβάλλετε, χωρήσατε αὖθις πρὸς τὰς διαλέξεις.

tiplicavit : Vos vero ne primo quidem pacti punctulo ſtetiſtis, in quod conſenſum fuit per ſyngraphas à vobis exaratas, poſt promulgatam Synodum : nec ſecundæ conditioni, ad diſputationes jam progreſſi, nec tertiæ quam nobis etiam ſcriptam tradidiſtis, migraturi in Florentiam, de diligentiâ hic præſtandâ: Et nunc poſt pauxillulas digladiationes hic habitas, quid amplectimini præter ſolitam deſidiam, & inutilem rerum agendarum ſterilitatem? gloriamini in extremâ negligentiâ, eamque ut beneficum ſydus adoratis : Igitur conſtanter affirmamus, noſtros homines in Synodo perſpicuè ac clarè demonſtraſſe, quod nos profitemur, receptiſſimum haberi ac maximè Orthodoxum Dogma Eccleſiæ Catholicæ ; omniumque ipſius antiquiſſimorum Doctorum : Quorum argumentis ſi victi ſuccumbitis, ad ultimam Definitionem properate: ſi adhuc ambigitis, ad ſolitas nobiſcum diſceptationes recurrite.

τμήμ. η. κεφ. ι.

Οὗτος μὲν οὖν ἦν ὁ σκοπὸς, καὶ ὁ καρπὸς τῶν λόγων τοῦ Ἰουλιανοῦ περιλαλησμένως ἄγαν εἰρηκότος αὐτοῦ καὶ ῥητορικῶς, πλέον λέγων τῶν δύο ὡρῶν ὑπερεκδικῶν τὸν πάπαν, καὶ ἐξαίρων, ἡμᾶς δὲ ὀνειδίζων καὶ διελέγχων ὡς μηδὲν ποιοῦντας ὧν συνεφωνήσαμεν. ἐφιλοτιμήθη οὖν ὁ βασιλεὺς ἀπολογήσασθαι καὶ αὐτὸς ῥητορικῶς πρὸς τοὺς λόγους· καὶ ἦν, Θέων πεζὸς παρὰ λύδιον ἅρμα. ὅμως κατέληξε τὸν λόγον εἰς τὴν παραίτησιν τῶν διαλέξεων, προσθεὶς ὡς ἐπεὶ κατέλαβον ὅτι ἐκ τῶν διαλέξεων οὐ συνελευσόμεθα εἰς συμπέρασμα, διὰ τοῦτο παρῃτησάμην αὐτάς. ἀνεσκεύαζε δὲ ὁ Ἰουλιανὸς τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως εἰρημένα, καὶ συνέστησεν αὖθις ὅτι διὰ τῶν διαλέξεων ἐλευσόμεθα εἰς συμπέρασμα. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε πάλιν, ὅτι ἐκ τῶν διαλέξεων συμπέρασμα οὐχ ἕξομεν, καὶ οἶδα τοῦτο ἀκριβῶς καὶ πληροφορῶ ὑμᾶς. ἴσως δὲ ἑτέρου τινὸς τρόπου δυνατόν ἐστι συνελθεῖν ἡμᾶς εἰς συμπέρασμα.

Εἶτ' αὖθις ἀντεῖπε καὶ ταῦτα ὁ Ἰουλιανὸς, προσθεὶς καὶ μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι ὃ λέγει ἡ γαληνότης σου, ὡς διὰ τῶν διαλέξεων οὐ καταλήξομεν εἰς συμπέρασμα τοῦτο δέεται προφήτου. ἡμεῖς δὲ οὐκ οἴδαμεν τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου προφήτην. εἶτα καὶ ἑτέροις πλείοσι λόγοις ἀπέδειξε καὶ ἀπεφήνατο ἀναγκαίας καὶ ἀπα-

Sect. VIII. Cap. X.

Hic ſcopus erat ad quem collimabat Julianus, hæc edecumata meſſis ſermonis ſui, prolixi admodum, utpote qui ultrà clepſydram duarum horarum declamavit, cum inſigni facultate muneris Oratorij, quo eximiè præfulgebat: Papæ integritatem ab omni culpâ immunem vendicans, & omnem violati fœderis pactique rupti labem cum opprobriis in noſtros homines rejiciens: Ita ut Imperator pari ambitione flagrans, cum eadē Rhetoricandi arte Juliano reſpondere ſuſceperit: quanquam longe impar congreſſus, non alium ſe probabat, quam qui in Olympicis certaminibus ad ſtadij curſum pedibus provocat Lydium currum velocitate perniciſſimum: ſed eo præcipuam vim dicendorum direxit, ut ab ulteriori diſceptandi moleſtiâ cunctos liberari deprecaretur : rationem adjiciens, in vicem coronidis, cum ſpem foveret, nullam à contentionibus concordiæ finem extundi poſſe, ideo ſe diſſertationibus abrenuntiare. Julianus vero dicta Imperatoris refellere, & contrarium aſtruere nitebatur, quod à diſputationibus concluſio non ſit deſperanda. At Imperator replicuit, verbis idem ingeminans: Ab his concertationibus nullus unquam ad votum finis emanabit: idque ut ipſe mihi ſat ſcientificus perſuadeor, ita in eam fidem permittite vos à me reponi: nec tamen animum deſpondeo, quin controverſiarum exitum aliunde derivatum conſequemur.

Julianus iterum animoſè invectus obſtitit: Et quod tua Serenitas, inquit, pro ſtabili fundamento obtrudit, ab his digladiationibus noſtras diſcrepantias nunquam poſſe in expetitam con-

παραιτήτους τὰς διαλέξεις. καὶ τὸν βασιλέα ὀφείλοντα πράττειν τὰ πρὸς αὐτὰς συντείνοντα. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθη ὁ σύλλογος. μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν πατριάρχην καὶ ὡμίλησεν αὐτῷ ἐφ' ἱκανὸν μόνος. εἶτ' ἀπῆλθε καὶ εἰς τὸν πάπαν. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἦλθε εἰς τὸν πατριάρχην. καὶ συνελθόντων καὶ ἡμῶν ὁρμισμῷ αὐτοῦ ὧδέ πως ἐδημηγόρησεν.

conclusionem terminare, nemo potest statuere, nisi afflatus spiritu fatidico Propheta: Nos autem tuam Serenitatem futurorum præscientiâ inclaruisse hactenus nunquam didicimus: Atque ut altius orationem pertexeret Julianus, plurimis demonstrationbus luculentissimè comprobavit, has ratiocinationes, omnino necessarias esse, & manibus nunquam dimittendas: & Imperatorem debere omni ope, & consilio easdem promovere: Atque ità conventum interrumpunt. Post hæc Imperator Patriarcham adiit, & cum eo conversatus est aliquamdiu, remotis arbitris: A quo ad Papam rectà tetendit, & ab illo reversus est ad Patriarcham: Cujus ad Imperium cum nos quoque convenissemus, sic propemodum locutus est Imperator.

τμήμ. ζ. Κεφ. ια.

Ἡμεῖς ἤλθομεν ἐνταῦθα, διὰ τὸ θεῖον ἔργον τῆς ἑνώσεως. ὡς ἂν τούτου γινομένου συναιρομένου Θεοῦ ἐπακολουθήσῃ τῇ πατρίδι τι ἀγαθόν. ἐθαρροῦμεν οὖν ὅτι διὰ τῶν διαλέξεων ἐλευσόμεθα εἰς συμπέρασμα ἑνωτικόν. εἰς τοὐναντίον δ' ἐξέβη, διὸ καὶ παρῃτησάμεθα αὐτάς. εἰ καὶ οἱ λατῖνοι ἐπίκεινται καὶ ἀπαιτοῦσιν ἡμᾶς διαλέγεσθαι. ἔδοξε δέ μοι καλὸν ἄλλους τινὰς τρόπους ἐπιζητῆσαι δι' ὧν ἐνδέχεται, εὑρεθῆναι τινα μεσότητα, καὶ ἑνωθῆναι δι' αὐτῆς, καὶ ἐκοινωσάμην τοῦτο τῷ πάπᾳ, καὶ συνεστησάμεθα, ἵνα ἐκλέξηται ἐκεῖνος δέκα ἐκ τῶν ἰδίων οὓς θέλει, καὶ ἐγὼ δέκα ἐκ τῶν ἀρχιερέων. καὶ καθ' ἡμέραν ἀπέρχομαι κἀγὼ μετ' αὐτῶν καὶ τοῦ μεταγλωττιστοῦ, καὶ καθήμεθα ἰδίᾳ εἰς κελλίον τοῦ πάπα. καὶ εἰς μίαν μὲν συνέλευσιν, εἴπῃ εἷς ἐξ ἐκείνων τυχὸν, ἢ ἐκ τῶν ἡμετέρων λόγους καὶ τρόπους ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ, δι' ὧν ἂν νομίσῃ προχωρῆσαι τὴν ἕνωσιν. καὶ τῇ μετ' ἐκείνην ἄλλος, τῇ δ' ἐφεξῆς ἕτερος, εἶτ' ἄλλος. καὶ μεταξὺ τῶν τοιούτων λόγων καὶ τρόπων, ἐνδέχεται εὑρεθῆναι τινα τρόπον καλὸν δι' οὗ ἑνωθησόμεθα. ἕκαστος δὲ τῶν λεγόντων ἵνα προαναφωνῇ καὶ διαμαρτύρηται καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ ἐν τῷ τέλει τῶν λόγων αὐτοῦ, ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ ἐστὶν ἃ λέγει. καὶ δεῖ πάντας τοὺς ἀκούοντας, ὡς ἴδια αὐτοῦ ταῦτα λογίζεσθαι. ἕως ἂν ἀκουστὰ γίνωνται καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μὴ παροῦσι, καὶ ἀρεστὰ φανῶσιν, ἢ μή. καὶ εἰ ἀρεστὰ φανῶσι τοῖς σύμπασι, τότε δι' αὐτοῦ ἑνωθῆναι. ὀφείλουσι

SECT. VIII. CAP. XI.

Nos huc primum in Italiam commigravimus, ut cæleste opus Unionis assequeremur, utque exinde per dei benignitatem nonnihil emolumenti in patriam redundaret: Speravimus autem publicis disceptationibus Conclusionem extrahi posse unitivam: sed contrarium varia experimenta docuere: quare easdem ablegavimus, quamvis Latini ut continuentur acrius institere: Mihi vero præclarius visum est, modos excogitare, qui nos in Mediam quandam conciliandi Formulam introducant, qua duæ gentes diversa sentientes consocientur: Atque ubi id cum Papâ communicassem, in hanc descendimus determinationem, ut ille denos quoscunque vellet, ex suis eligeret, & ego totidem ex meis præsulibus: quibuscum, & unico tantum Interprete stipatus, ipse quotidie adessem: Ac privatim in Papæ conclavi sedentes negotium ita gereremus, ut in unoquoque singulari conventu, unus aliquis Papalium forte, aut nostrorum hominum modum depromat ex suo genio, per quem credat, unionem posse fæliciter procedere: In primo congressu primus, in secundo alter, atque ita deinceps in succedaneis, dum ex omnium commentis ac rationibus illa Medietas effulserit, per quam uniamur: Oportet autem unumquemque istorum indagantium, prædicere ac attestari, & in principio Orationis suæ, & in fine, à proprio ingenio proficisci quæ proponit: Et unumquemque auditorum, seorsim, ab eo dicta perpendere & examinare, usque dum ad alios omnes res gestæ deferantur, quæ comitio non interfuere: & quousque placuerint, vel non, intelligatur: quæ si omnibus arriserint, tum progediendum ad Unionem: Quare in singulis comitiis quid singuli protulerint, necessum est absentibus declarari. Hæc cum nobis

λοῦσι δὲ ἀναγγέλλεσθαι καθ' ἑκάστην τοῖς μὴ παροῦσιν ἐκεῖσε, τὰ καθ' ἑκάστην λαλούμενα. ταῦτα εἰπὼν ἀπῆλθεν ὁ βασιλεύς.

τμήμ. η. κεφ. ιβ.

Ἐξελέξατο δὲ τὸν Ἡρακλείας, τὸν Ἐφέσου, τὸν Ῥωσίας, τὸν Μονεμβασίας, τὸν Τραπεζοῦντος, τὸν Κυζίκου, τὸν Νικαίας, καὶ ἑτέρους μέχρι τῶν δέκα. καὶ ἀπῆλθε μετ' αὐτῶν εἰς τὸν πάπαν τέσσαρας ἢ πέντε συνελεύσεις. καὶ οὕτως ἐπαύσαντο, τοῦ βασιλέως ἰδόντος καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἄκαρπον. ἡμῖν δὲ οὐδὲ τὸ τυχὸν ἀπηγγέλθη ἐκ τῶν εἰρημένων ἐκεῖσε κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν. ἡμεῖς δὲ ἐξετάσαντες, ἐμάθομεν, ὅπως ἐν μὲν τῇ πρώτῃ συνελεύσει κατεσκεύασεν ὁ Νικαίας πολλοῖς λόγοις ὅτι χρὴ δέξασθαι ἑκάτερα τὰ μέρη. ἅπερ φησὶν ὁ ἅγιος Μάξιμος περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ, καὶ ἑνωθῆναι κατὰ τὸν νοῦν, τοῦ ῥητοῦ ἐκείνου. οἱ δὲ λατῖνοι οὐδ' ὅλως κατεδέξαντο τοῦτο. ἐν δὲ ἑτέρᾳ συνελεύσει εἶπεν ὁ Ἐφέσου, ὅτι εἰ ἐκβληθῇ ἡ προσθήκη ἀπὸ τοῦ ἁγίου συμβόλου δυνατόν ἐστιν ἑνωθῆναι ἡμᾶς. ὅπερ οὐδ' ἄκροις ὠσὶ παρεδέξαντο. περισσότερόν τι τούτων οὐδὲν ἐμάθομεν. οὐδ' εἰ οἱ λατῖνοι εἶπον τινὰς τρόπους, περὶ τῶν τοιούτων ἠκούσαμεν.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ τοιαῦτα τὰ ἐπράττετο, συνηθροισμένων ποτὲ ἡμῶν εἰς τὸν πατριάρχην κατὰ τὸ εἰωθός, καὶ ἁπλῶς ὁμιλούντων, ἔφη πατριάρχης, ὅτι ἡ ἕνωσις καὶ ἡ εἰρήνη τῶν ἐκκλησιῶν λίαν ἐστὶν ἀναγκαία, καὶ ὠφέλιμος ἡμῖν. δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς χρήσασθαι οἰκονομίᾳ τινὶ ὡς ἂν εὕρωμεν αὐτήν. εἰ γὰρ ποιήσοιμεν μερικήν τινα συγκατάβασιν, καὶ δι' αὐτῆς εὕροιμεν πρᾶγμα ἐσόμενον εἰς μεγάλην βοήθειαν ἡμῶν, καὶ εἰς σύστασιν καὶ αὔξησιν τῆς πατρίδος. ὃ καὶ ἀκούσαντες καὶ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν δειλιάσουσι καὶ συσταλήσονται, καὶ φρίξουσι, καὶ πρὸς τὸ θεραπεύειν ἡμᾶς, καὶ τὴν φιλίαν ἡμῶν πραγματεύεσθαι τραπήσονται, οὐδὲν ἀδικήσει ἡμᾶς, εἰ καὶ μέρος τι ποιήσαιμεν συγκαταβάσεως.

Εἰρηκότων δὲ ἡμῶν ὅτι εἰς τὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐγχωρεῖ συγκατάβασις. ἡ γὰρ συγκατάβασις ἐλάττωσιν ἐργάζεται

τῆς

nobis evulgasset Imperator, in palatium recessit.

SECT. VIII. CAP. XII,

Elegerat autem Imperator Heracleensem, Ephesium, Rossensem, Monembasianum, Trapezuntinum, Cyzicenum, Nicænumque, cum tribus aliis ad complendum numerum denarium: quibuscum quater aut quinquies ad Papam proficiscens tandem à consilio destitit, tanquam ab inani ac infrugifero: Nobis vero ne minima quidem significata erant eorum quæ in istis conventibus tractarentur, contrà quàm Imperator promiserat: Sed ex aliorum mussitationibus exploravimus, Nicænum in primo, multis rationibus conatum persuadere Græcis, Latinisque, quantum interesset, approbare quæ D. Maximus præceperat in Epistolâ ad Marinum de processione Spiritus Sancti, & ab iisdem secundum simplicem verborum sensum intellectis, ad sanciendam unionis pactionem descendere, quod Latini penitus respuerunt. In secundo congressu aliud Ephesius obtulit: Si è Sacro symbolo, Additamentum expungeretur, subsecuturam mox unionem: quod Latini ne in extimos auricularum anfractus intrare patiebantur: Nihil ultrà de his Mediorum investigationibus intelleximus, nec si quid Latini dixerint qui, ingeniis in causâ unionis promovenda non carebant.

Dum hæc in hunc modum gererentur, Nobis pro consuetudine officij familiari Patriarcham compellantibus Patriarcha dixit: Unionem Ecclesiarum ac concordiam, nobis esse pernecessariam, & præ omnibus expetendam: Qua propter nos oportere, omni viæ, Methodoque insistere, quâ eandem acquiramus: Nam si in aliquot particularibus, Latinorum placitis cesserimus, infinitam exinde nostra patria opem, stabilimentum, rerumque omnium accretionem perciperet: Quibus cognitis hostes nostri consternati expavescerent, demitterentque se præ formidine ac metu: Et redire in gratiam nobiscum expetiscerent, nostramque amicitiam omnibus officiosis obsequiis ambirent: Nemo nos vel exerto digito lacessere auderet: si in articulo vel minimo, ipsorum votis nostra subjiceremus.

Nobis autem asserentibus, istiusmodi demissiones negotiis fidei parum convenire, quia fidei sublimitatem imminuunt, & castigant: Et hoc verum esse respondet Patriarcha: concessiones fidem aliquo modo in deteriorem sortem

pro-

τῆς πίστεως. ἔφη ὁ πατριάρχης, ὅτι μὲν ἐλάττωσίν τινα ποιεῖ ἡ συγκατάβασις, οὕτως ἔχει. ἂν δὲ πρὸς τὸ κέρδος ὃ κερδανοῦμεν διὰ τῆς συγκαταβάσεως ἀποβλέψωμεν, οὐδεμίαν εὑρήσομεν ἐλάττωσιν. εἰ γὰρ συγκαταβῶμεν ἓν ἐκ τῶν κδ κεφαλαίων, πάλιν τὰ κγ ἀναπληροῦσι τὸ ὑστέρημα τοῦ ἑνός. καὶ διὰ τῆς συγκαταβάσεως τοῦ ἑνὸς τούτου εὑρήσομεν τὸ μέγα κέρδος, ἐκεῖνο ὅπερ ἔσται εἰς μεγάλην βοήθειαν καὶ ὠφέλειαν τοῦ γένους ἡμῶν. καὶ ἄλλοτε δὲ δίς τε καὶ τρὶς εἴρηκε τοιαῦτα τινὰ ὁ πατριάρχης προσβιβάζων τοὺς πειθομένους αὐτῷ πρὸς συγκατάθεσιν τοῦ λατινισμοῦ.

propellunt: Verum si cum damni sensu, ingens lucrum, quod exinde redundabit, in æquilibrio pensitaretur, non imminutos nos, sed auctos gloriaremur: Nam exempli gratiâ, si ex viginti quatuor relligionis capitibus, unum tantum eorum libidini contribueremus, viginti tria quæ supersunt, satis valerent unius defectum supplere: & per illud unicum quod nobis adimitur, tantum emolumentum lucraremur, ut insigni ope, & immensâ utilitate, totam gentem nostram inauraremus: Hæc & hujus commatis multa alia bis terve Patriarcha nobis inculcavit, palpum obtrudens eorum sensibus, qui sic ludificari vellent, ut suâ abjuratâ, relligionem Latinorum amplecterentur.

τμήμ. η. Κεφ. ιγ.

Παυσαμένων δὲ καὶ τῶν εἰρημένων συνελεύσεων, ἔγραψαν ἔκθεσιν οἱ λατῖνοι ἀνακηρύττουσαν λαμπρῶς τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ στείλαντες αὐτὴν τῷ βασιλεῖ διεμήνυσαντο, ὡς εἰ δέξοισθε καὶ στέρξοιτε τὰ ἐν αὐτῇ, ἤδη ἑνωθησόμεθα. παρῆλθον ἡμέραι τινὲς νοσηλευομένου τοῦ βασιλέως. ἤρξαντο δὲ λαβεῖσθαι τὰ ἐν τῇ ἐκθέσει παρά τινων, καὶ ἐξέπληττον καὶ ἐτάραττον πάντας. ἐλαλεῖτο δ' αὖ ὡς καὶ ὁ βασιλεὺς βούλεται συναθροῖσαι πάντας, καὶ ἀποπειράσασθαι, καὶ λαβεῖν ἐγγράφως γνώμην ἑκάστου πρὸς τὸ τίνα ἂν συγκατάβασιν ποιήσοι ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τῆς πατρίδος. εἶτα συγκαλεσαμένου τοῦ βασιλέως τὸν πατριάρχην καὶ ἡμᾶς, συνήλθομεν. ὁ δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἠγανάκτει, ὡς μηδὲ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ δύνασθαι ἀποκινῆσαι ἐκ τοῦ προσκεφαλαίου. καὶ ὁ ἀεὶ μὲν ἀρρωστῶν, ἀεὶ δὲ φάσκων, ὡς καλῶς ἔχει, τότε μόνον εἶπεν, ὡς ἀγανακτῶ. καὶ οὐκ οἶδεν εἰ δυνήσεται εἰπεῖν ὃ θέλει μετ' ἐλευθερίας. ἔφη δὲ ὅμως ὅτι οἱ λατῖνοι ἔστειλαν ἡμῖν ἔκθεσιν, ἵνα εἴπερ ἀρέσει ἑνωθῶμεν δι' αὐτῆς. διότι δὲ ἠγανάκτουν ἐπλημμέλησαν ἡμέραι. ἐκεῖνοι δὲ ἐπείγονται ζητοῦντες ἀπόκρισιν, ὅθεν καὶ ἐφάνη μοι καλὸν, ἵνα συνέλθητε ἐνταῦθα, καὶ ἴδητε τὴν ἔκθεσιν. καὶ εἰ μὲν ἀρέσει ὑμῖν, ἵνα ἑνωθῶμεν δι' αὐτῆς εἴπητε. εἰ δὲ φανῇ ὑμῖν καλὸν ἵνα μεταποιήσητε τινὰς λέξεις, καὶ οὕτω στέρξαι αὐτὴν καὶ ἑνωθῆναι, εἰ στέρξουσι τοῦτο, καὶ

Sect. VIII. Cap. XIII.

Cessantibus demum istis conventibus, Latini scripserunt quandam Fidei expositionem, ipsorum Dogma luculenter enuntiantem, quâ ad Imperatorem missâ, declararunt, si eam amplecteremur, & confirmaremns, illico ad unionem paciscendam progrederemur: Verum dies aliquot præterierunt antequam ventilanda proponitur, ægrotante Imperatore: Interea nonnulli nostrum aliquibus in eadem comprehensis, illaqueari cœperunt, quod cæteros omnes turbavit, & attonitos confudit: Tandem vero rumor increbuit, Imperatorem velle nos convocare, ac experiri, sententiis cunctorum exploratis per scripta suffragia, qui Latinis articuli sint concedendi, ut patriæ utilitati inserviretur: & brevi postea Imperatore Patriarcham & nos una accersente nos advolavimus: At Patriarcha adeo læthifero premebatur morbo ut ne caput pulvillo posset attollere: & ille qui semper ægrotus, semper tamen consuevit, de valetudine interrogatus respondere, Bene rem gero, tum tantum valuit dicere, ægritudine langueo, & haud scio, an mei dolores me loqui patientur, & verba faucibus non intercipient: verba nihilominus ad hunc sensum eluctatus est: Misisse nobis explicationem quandam fidei Latinos, in quam si arrideat uniamur: Sed & aliquot dieculas effluxisse, per meam invaletudinem, licet illi magnopere institissent, responsum quotidiè efflagitantes: Quare mihi visum fuit imprimis necessarium, vos simul huc conciere, ut expositionis formam examinetis: & si placuerit, coeamus in unionem: Si aliqua mutanda veniunt vocabula, priusquam suffragia contribuatis, & Latini in eadem consenserint, interpolentur: si totam reficere variatione dictionum vobis molestum videbitur, instaurate novam, quæ tam Lati-

καὶ οἱ λατῖνοι μεταποιηθήτωσαν. εἰ δὲ δοκεῖ ὑμῖν μὴ θεραπευθῆναι δι' ὀλίγης ἐναλλαγῆς, ποιήσατε ὑμεῖς ἔκθεσιν ἀρέσκουσαν ἡμῖν τε κἀκείνοις. ἵνα ἑνωθῶμεν εἰ ἐνδέχεται διὰ τοιαύτης ἐκθέσεως. ὥρισεν οὖν καὶ δεδώκασιν ἡμῖν τὴν ἔκθεσιν ἐπὶ λέξεως ἔχουσαν οὕτως.

Latinis quam nobis arridebit, & res in idem recidet ſi per veſtram illam continget Unionem procudi. Mandavit itaque Patriarcha, & nobis in manus tradiderunt Fidei expoſitionem, quæ ad verbum tranſlata hæc continebat.

τμήμ. η. κεφ. ιδ.

Ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ χάριτι ἡμεῖς λατῖνοι, καὶ οἱ γραικοὶ συνήλθομεν, ὑπὲρ τοῦ μεταξὺ ἡμῶν τὴν ἁγίαν ἕνωσιν τελεσθῆναι, σπουδὴν ἀλλήλοις ἐθέμεθα ὥστε τὸ ἄρθρον ἐκεῖνο τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετὰ μεγάλης ἀκριβείας καὶ συνεχοῦς διασκέψεως ἐξετασθῆναι· προκομισθέντων δὲ λόγων ἀπὸ τῶν Θείων γραφῶν, καὶ πολλῶν χρήσεων ἁγίων διδασκάλων ἀνατολικῶν τε καὶ δυτικῶν, ἡμεῖς οἱ γραικοὶ ἀποφαινόμεθα, ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ φαμὲν, ὥστε ἡμᾶς ἀποκλείειν τὸν υἱὸν, ἐξ οὗ οὐκ ἀρνούμεθα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀϊδίως ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν καθάπερ ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ διότι ὑπελάβομεν τοὺς λατίνους λέγειν, Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν καὶ δύο πνεύσεων, ἀπὸ τοῦ δὲ τοῦ τρόπου τῆς ὁμιλίας, τοῦτ' ἐστιν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται ἐφυλάχθημεν. ἡμεῖς δὲ οἱ λατῖνοι διϊσχυριζόμεθα, ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ φαμὲν τῇ διανοίᾳ ὥστε ἡμᾶς ἀποκλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἶναι πηγὴν καὶ ἀρχὴν ὅλης τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ δηλονότι, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἢ τοῦθ' ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, τὸν υἱὸν μὴ ἔχειν παρὰ τοῦ πατρὸς ἢ ὅτι δύο ἀποφαινόμεθα εἶναι ἀρχὰς ἢ δύο προβολὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ μίαν μόνην ἀρχὴν, καὶ μοναδικὴν προβολήν. Ἐν τῷ ὀνόματι τοίνυν τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν ταύτῃ τελευταῖον τῇ ἁγίᾳ καὶ θεοφιλεῖ ἑνώσει τῷ αὐτῷ νοῒ τῇ αὐ-

SECT. VIII. CAP. XIV.

Quandoquidem in hanc ſacram & Oecumenicam Synodum, Omnipotentis Dei ſingulari nutu ac gratiâ, Nos Latini, & Græci convenimus, ut inter nos unio ſancta perficeretur: utrique invicem ſummam exercuimus diligentiam, ut articulus ille de Spiritus Sancti proceſſione, acerrimâ indagine, & perveſtigatione continuâ diſcuteretur: Nam poſt varias è ſacrâ ſcripturâ rationes in medium allatas, multaque ſanctorum utriuſque Eccleſiæ tam Orientalis quam Occidentalis patrum teſtimonia: Nos Græci declaramus, illud quod nos aſſerimus Spiritum Sanctum à patre procedere, non eâ mente à nobis proferri ut Filius excluderetur, à quo non negamus Spiritum Sanctum æternum proceſſiſſe, ſuamque eſſentiam derivaſſe æque ac à Patre: ſed quia ſuſpicabamur Latinos affirmaſſe, à Patre & Filio Spritum Sanctum promanaſſe, tanquam à duobus fontibus, aut duobus Sacroſanctæ Trinitatis ſpiramentis: Ideo ab hoc loquendi modo, & in eo ſenſu, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedentem dicere, cavimus: Conſimili ratione, & nos Latini: illud quod nos contendimus Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere, non in eo mentis ſenſu à nobis aſſeri, quaſi Patrem excludere niteremur, quo minus fons eſſet, ac principium totius Deitatis, tam Filij quam Spiritus Sancti, aut quaſi illud quod dicimus, Spiritum Sanctum à Filio procedere, crederemus Filium à Patre non derivaſſe, aut quaſi duo principia, aut duas proſeminationes Spiritus Sancti introduceremus, & non unicum tantum principium, unicam proſeminationem: In nomine igitur Sacroſanctæ Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus Sancti, tandem in hanc piam in divino numine afflatam Unionem, nos Latini Græcique, uno eodemque mentis, animæ ac rationis nodo revincti coaleſcimus & conſpiramus, ut ab omnibus Chriſtianis hæc fides credatur & ſanciatur, quam in hæc verba explicatam profitemur. Spiritus Sanctus à Patre & Filio æternis, æternus profluxit, & ab utroque traxit eſſentiam ſimul, & perſonæ ſubſiſtentiam individuam: atque ita ab utroque æternè tanquam ab uno eodemque principio & origine promanans: Et ſiquidem

αὐτῇ ψυχῇ καὶ τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, ἡμεῖς οἵ τε λατῖνοι καὶ οἱ γραικοὶ ἀλλήλοις συντιθέμεθα καὶ ὁμονοοῦμεν, ὡς ἂν παρὰ πάντων τῶν χριστιανῶν αὕτη ἡ τῆς πίστεως ἀλήθεια πιστεύηται τε καὶ στέργηται. καὶ οὕτως ὁμολογοῦμεν δηλονότι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ αἰδίως ἐστὶ, καὶ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, καὶ τὸ ὑπαρκτικὸν εἶναι ἔχει ἐκ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων αἰδίως, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκπορεύεται. καὶ ἐπεὶ πάντα ὅσα ἐστὶ τοῦ πατρὸς αὐτὸς ὁ πατὴρ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ ἐν τῷ γεννᾶν δέδωκε πλὴν τοῦ εἶναι πατέρα. τοῦτ' αὐτὸ, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται, αὐτὸς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς αἰδίως ἔχει, ἀφ' οὗ αἰδίως καὶ γεγέννηται.

Ἀναγνωσθείσης οὖν ταύτης ἀκούσαντες πάντες ἀπεδυσπέτησαν, πλὴν γὰρ τοῦ Ῥωσίας, τοῦ Νικαίας, τοῦ Μιτυλήνης, καὶ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου ἀκουσάντων καὶ σιωπησάντων, οἱ ἄλλοι πάντες ἀπηγόρευσαν εἰπόντες πῶς δεξόμεθα ταύτην, ἐπεὶ διαλαμβάνει τὸ ἐναντίον οὗ δοξάζει ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία. εἶπον δὲ οἱ δηλωθέντες, καὶ ἐὰν ἐναλλάξωμεν τι τῶν ἐγκειμένων αὐτῇ οὐ δεξώμεθα αὐτήν; οἱ δὲ ἡμέτεροι εἶπον, καὶ ποία τις ἐναλλαγὴ διορθώσειε ταύτην; ἀδιόρθωτός ἐστι. καὶ ἐπεχείρησαν λέγειν ὁ Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας ὅτι οἱ ἀνατολικοὶ ἅγιοι λέγουσι τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ. οἱ δὲ δυτικοὶ λέγουσι τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ καὶ συμφωνοῦσιν. ἐπὶ γὰρ τῆς αὐτῆς ἐννοίας λέγουσιν οἱ μὲν διὰ τοῦ υἱοῦ, οἱ δ' ἐκ τοῦ υἱοῦ. ὁ δὲ Ἐφέσου εἶπεν ὡς οὐ λέγουσι τοῦτο ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας. ἄλλην γὰρ ἔννοιαν δηλοῖ ἡ ἐκ, καὶ ἄλλην ἡ διά.

Ἐνέπεσον δὲ εἰς αὐτὴν τὴν διαφοράν. καὶ πολὺς λόγος καὶ ἀγὼν ἐγένετο περὶ ταύτης. τοῦ μὲν Ῥωσίας, τοῦ Νικαίας, καὶ τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου τὴν αὐτὴν ἔννοιαν δηλοῦν τὰς προθέσεις ταύτας λεγόντων. τοῦ δ' Ἐφέσου ἑτέραν δηλοῦν ἀποδεικνύοντος. ὁ μὲν οὖν πατριάρχης μικρὸν ἐν τοῖς λόγοις προσμείνας ἀπῆλθεν ὡς ἀγανακτῶν εἰς τὴν κατοίκησιν τοῦ Φιλανθρωπινοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς κείμενος ἐθεώρει, καὶ ἀκριβῶς προσεῖχε τοῖς λέγουσιν, καὶ ἐστοχάζετο τὰς διαθέσεις τῶν ἀκουόντων φθεγγόμενός τινα, καὶ αὐτὸς ἀμυδρῶς. ἐν οἷς προσέταξεν, ὅτι ὁ βούλεται εἰπεῖν ἕκαστος μὴ

quidem omnia quæ Patris sunt, Pater ipse Filio unigenito impertiit præterquam ut Pater sit, in primâ sui generatione, etiam & illud ut Spiritus Sanctus à Filio, una cum Patre procederet, Filius à Patre, in ipsâ generatione æternâ acceptum refert, à quâ æternus ipse extitit.

His igitur perlectis, qui intererant universi occœperunt infremere ac stomachari: Præter enim Rossensem, Nicænum, Mitylenæum, magnumque Primicerium, qui ut ut audierunt, silentio tamen cogitata repressere: alij omnes publicatà abdicarunt abjuraruntque: Et quo pacto (inquiunt) hanc unionem amplexabimur, quæ nostræ Ecclesiæ dogmati pugnantia ex diametro comprehendit? Verum si nonnulla permutabimus in eâ formulâ, (suggerebant prædicti) numquid non eam sine præjudicio poterimus admittere? At quæ permutatio, nostri responderunt, conciliabit in unum duo dogmata obversis frontibus arietantia? Tum Rossensis & Nicænus aliam ingrediuntut viam à duarum præpositionum differentiâ ductam, nempe: Orientales dicunt à Patre per Filium, Occidentales à Patre & à Filio Spiritum Sanctum procedere, & utrique in unius sensus eundem alveum decurrunt: Nam eâdem mentis conceptione, & illi per Filium, & isti à Filio pronuntiant: Quod Ephesius negavit, non eadem dicere, eodem mentis conceptu: Nam alium sensum *Ex*, alium *Per* exhibere.

Et in hanc differentiam altius invecti, multum pulveris excitarunt, hinc Rossensis, Nicænus & Magnus Primicerius, asseverantes eandem significationem ab utraque præpositione enasci, & illinc Ephesius longè diversam demonstrans: Patriarcha interea in his rixosis disceptationibus aliquantisper commoratus, ut infirmus ad Philanthropini contubernium se recepit: At Imperator supinus recumbebat, hac illac speculabundus, & nunc altercantium argumenta observabat, nuuc affectus auditorum: subinde inter dentes nonnulla verba immurmurans sed compressa: in quibus & illud satis clarè velle se, ut qui suffragium laturus esset, non simpliciter animi sententiam eloqueretur, sed & rationem adjungeret, quæ eum in hanc sententiam impulerit, sibi visam proposito tam convenientem: Et ut quisque in posterum meminerit, utramque tam sententiam, quam sententiæ rationem, scriptam exhibere: Hæracleensis autem ad hæc sciscitabatur: quorsum sententiam scriptam dabo? Oecumenica Synodus à nobis nunc celebratur, & si qua hujusmodi consuetudo in aliis Oecumenicis amabat fieri, eandem & nos præstabimus: Sed si prioribus inaudita seculis nunc primum irrepsit,

 neque

μὴ λεγέτω ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς ἀποδώσων καὶ τὸν λόγον δι' ὃν λέγει, ὅπερ δοκεῖ αὐτῷ ἁρμόδιον καὶ προσῆκον. καὶ ἔτι ὥρισεν γινωσκέτω ἕκαστος ὅτι δώσει τὴν γνώμην αὐτοῦ γεγραμμένην μετὰ καὶ τοῦ λόγου αὐτῆς. πρὸς τοῦτο οὖν εἶπεν ὁ Ἡρακλείας, καὶ τίνος χάριν δώσω τὴν γνώμην μου γεγραμμένην; σύνοδός ἐστιν οἰκουμενικὴ ἡ παροῦσα. εἰ οὖν γέγονε τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις οἰκουμενικαῖς συνόδοις ποιήσομεν τοῦτο καὶ ἡμεῖς. εἰ δ' οὐκ ἐγένετο, οὐδ' ἡμεῖς ποιήσομεν. ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπεν, ἀλλ' ἐγὼ οὕτω γενέσθαι θέλω. θέλω γὰρ ἵνα κατέχω γεγραμμένην τὴν γνώμην ἑκάστου, ἵνα μὴ ἐξῇ τινὶ μετὰ καιρὸν διαβάλλειν αὐτήν.

Ὁ δὲ λόγος ὁ περὶ τῶν προθέσεων ἐπλατύνετο, καὶ εἰς ἀγῶνα μέγαν κατέστη. ὁρῶν οὖν ὁ Λακεδαιμονίας ὡς οὐδὲν ἰσχύουσιν οἱ ἀντιλέγοντες, τῷ Ἐφέσου εἶπεν ὑπ' ὀδόντα. καλὸν ἂν ἦν, εἴπερ εἰσήγοντο ἐνταῦθα, καὶ οἱ λοιποὶ γραμματικοὶ εἰς συμμαχίαν τῶν κατὰ τοῦ Ἐφέσου, αὐτοῦ προσκαλουμένου. καὶ μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ πάλιν εἶπε. τοῦ δὲ πρωτεκδίκου καθημένου ἐγγὺς τούτου, καὶ ἀλγοῦντος ἐπὶ τῷ κατὰ τοῦ Ἐφέσου, μᾶλλον δ' ἐπὶ τῷ κατὰ τῆς ἀληθείας ἀγῶνι, καὶ τῷ Λακεδαιμονίας ψιθυρίσαντος, εἶπε σὺ τοῦτο ἐκδηλότερον καὶ γενήσεται. εὐθὺς στοχασάμενος τοῦτον ὁ βασιλεύς, καὶ βλοσυρὸν ἀτενίσας, ἐμβριθῶς εἴρηκε, τί λέγει οὗτος; τοῦ δ' ἐκπλαγέντος σὺν τοῖς παρακαθημένοις αὐτῷ, καὶ μηδὲν ἀποκριναμένου, πάλιν ἠρώτησε τί ἐστιν ὅπερ ἔφη, καὶ ἀνέφερον ἐγὼ ὃ πρὸς τὸν λακεδαιμονίας εἴρηκεν.

neque nos consentiemus: At ità fieri præcipio, respondet Imperator: Volo uniuscujusque suffragium, manu meâ prehensum retinere, ne quod prius concessit, posteà refigat ac recalcitret:

Verum in immensum aucta crevere de præpositionibus certamina: adeo ut cum Lacedemoniæ Episcopus animadverteret, adversarios Ephesij nihil valere contrà rationes Ephesij, submissa voce insusurraverit: utinam Grammaticorum reliqui introducerentur in scenam, Antagonistis Ephesij subsidia laturi, etiamsi eos invitandi molestia meis partibus nunc accederet: Et post aliquantillum spatij eadem sub dentibus ingeminavit: Unde Protecdicus, sibilanti Lacedæmonio proximus, multumque ingemiscens, perversam hominum impudentiam, quod contrà unum Ephesium, vel ut rectius dicam, contra ipsam veritatem, totus cætus rixaretur, hæc in aurem Lacedæmonij immurmuravit: attolle tantum vocem, & voto fruêris: At Imperator id statim est suspicatus, quod auribus vix perceperat: Et quid est, quod iste clam secum mussat, truculento aspectu, oculisque defixis, quæsivit: alter attonitus, & qui illi assidebant in subselliis stupore perculsi conticuere: tum rursum Imperator, quid est, inquam? quid non loquitur? Ego vero sine morâ, ut succensenti Imperatori satisfieret, quæ Protecdicus Lacedæmonio clam immugiit, palam recitavi.

τμήμ. η. Κεφ. ιε.

Οὕτω κείμενος, καὶ ὀδυνώμενος ὁ βασιλεὺς ἐστοχάζετο καὶ προσεῖχεν ἑκάστῳ, καὶ οὐδεὶς εἶχεν ἄδειαν εἰπεῖν ἢ ἀκοῦσαι παρ' ἄλλου ἢ ἐρωτῆσαι, ἢ σκέψασθαι τὸ τυχόν. τῶν δὲ λόγων ἐπ' ἄπειρον προχωρούντων, καὶ τῆς ὥρας ἐπὶ πλεῖστον παραταθείσης εἶπεν ὁ βασιλεύς, ἄπιτε ἀναπαύσασθε καὶ ἀριστήσαντες πάλιν ἔλθετε ἐνταῦθα, ὃ καὶ ἐποιήσαμεν. καὶ ἐλθόντων ἡμῶν, συνεισήχθησαν ἡμῖν καὶ ὁ γεμιστὸς, καὶ ὁ σχολάριος, καὶ ὁ Ἀμηρούτζης, καὶ οἱ τοῦ πατριάρχου γραμματικοὶ, ὁ δὲ πατριάρ-

χης

Sect. VIII. Cap. XV.

Ad hunc modum Imperator compositus dolore mœstum animum torquebat, collimans in unumquemque, ut nemini vel auscultandi, vel sciscitandi ab alio, vel intrà proprium pectus versandi quodlibet, facultatem permitteret: At cum sermocinationes jam in infinitum excurrerant, & hora ultrà meridiem processerat, ite, dixit Imperator, vos reficite, & pransi statim redite, cui obtemperatum fuit: Reversis igitur nobis ad cætum accessisse animadvertimus Gemistium, Scholarium, & Ameruntzam, cum totâ tribu Patriarchicorum interpretum, at ipse Patriarcha adhuc apud Philanthropinum hære-

bat:

χης ηὑρίσκετο εἰς τὴν κατοῦναν τοῦ φιλανθρωπίνου. ἐκινήθησαν δ᾽ αὖθις οἱ περὶ τῶν προθέσεων λόγοι. τοῦ μὲν Ῥωσίας, τοῦ Νικαίας, καὶ τοῦ Πνευματικοῦ ἀντιλεγόντων τῷ Ἐφέσου, συνεργούντων αὐτοῖς καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ τοῦ Ἀμηρούτζη. τοῦ δὲ Ἐφέσου μόνου αὐτοῖς ἀντιπαραταττομένου. καὶ πλείστας μαρτυρίας ἐκ τῶν ἁγίων εἰς σύστασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων προφέροντος, μεθ᾽ ὧν καὶ τὸ τοῦ ἁγίου Μαξίμου ῥητὸν προεκόμιζεν. πρὸς ὅπερ ὁ Νικαίας ἔφη, οὐ δεχόμεθα αὐτὸ ἐπεὶ οὐχ εὑρίσκεται τελεία ἡ ἐπιστολή. εἶτα προήγαγε τὸ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ τὸ οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ ἀλλ᾽ ὡς δι᾽ αὐτοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον. μόνος γὰρ αἴτιος ὁ πατήρ. καὶ μετ᾽ ἐπεξεργασίας διορίσεως τὴν διαφορὰν τῆς ἐκ, καὶ τῆς διά, ἀπεδείκνυεν. ὁ δὲ Νικαίας ἔφη καὶ εἰς τοῦτο, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ λέγων αὐτὸ καὶ οὐχὶ καινοποιούμεθα ἀπὸ μαρτυρίας ἑνός, προκόμισον καὶ ἑτέρων εἰ ἔχεις.

Ἔλεγον δ᾽ ἐκ μέρους τινά, καὶ οἱ τῷ Ἐφέσου προσκείμενοι, ἔφη δὲ καὶ ὁ Ἡρακλείας πρὸς τὸν βασιλέα. ὅτι ἡμεῖς ἀκούομεν καὶ τὰ λεγόμενα, καὶ καταλαμβάνομεν καὶ τὰς διαθέσεις τῶν λεγόντων, καὶ γνωμοδοτήσομεν ὅταν δεήσῃ, πλὴν εἰ καὶ φθάσας εἶπον, ὡς οὐ γράψω τὴν γνώμην μου, ἀλλ᾽ ἤδη λέγω, ὅτι εἰ καὶ ἰδιώτης εἰμί, ἀλλὰ οὖν κατὰ τὸν ὁρισμόν σου γράψω, ὅσον ἂν ἡ γνῶσις μου καὶ ἡ συνείδησις χορηγήσῃ μοι. οὐδὲ γὰρ ὀφείλω πλέον τῷ Θεῷ, καὶ οὐ νομίζω δεινὸν εἴπερ σολοικίσω ἢ βαρβαρίσω. ἀλλ᾽ ἐκθήσομαι ἰδιωτικῶς ὅσον εἰς τὸ πρᾶγμα νοῶ. καὶ οὕτω μοι δοκεῖ δεῖν ποιῆσαι καὶ τοὺς λοιπούς. ἐγένετο δὲ ἀγὼν πολὺς μέχρι τῆς ἑσπέρας. αὐτὴ γὰρ διέλυσε μόλις τὸν σύλλογον. καὶ ἐπέταξεν ὁ βασιλεύς, ἵν᾽ ἐκ πρωΐας συνέλθωμεν. οὗ γεγονότος οἱ αὐτοὶ πάλιν ἐκινήθησαν λόγοι, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐποιοῦντο οἱ προειρημένοι, ἵν᾽ ἢ καταπείσωσιν, ἢ κατασιγάσωσι τὸν Ἐφέσου. ὁ δ᾽ ἐνίστατο ῥήσεις προκομίζων τῶν ἁγίων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων. καὶ δι᾽ αὐτῶν συνιστῶν τὰ παρ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα, εἰ καὶ οὐκ ἐπείθοντο οἱ ἀντιλέγοντες. ὅτε δὴ μετὰ τῶν ἄλλων τῶν πρὸς σύστασιν τῶν ἑαυτοῦ λόγων, ἵνα δείξῃ ὁ Ἐφέσου, ὅπως χρῶνται οἱ ἅγιοι τῇ τε διά, καὶ τῇ μετά, προσήνεγκε τὸ τοῦ Νύσσης θείου Γρηγορίου ῥητὸν τὸ φάσκον.

Πατὴρ μὲν ἄναρχος καὶ ἀγέννητος, καὶ

bat: Cœpit autem noviſſima illa de Præpoſitionibus controverſia commoveri, Epheſium Roſſenſe, Nicæno, Primicerio oppugnantibus, quorum partibus adjunxerant ſe tum plurimi, ac præcipuè Ameruntza: At contra omnium molimina Epheſius aciem obverſam inſtruxit, & teſtimonia quamplurima ſtrinxit, ex Sanctiſſimorum Patrum armamentario ad cauſam ſuam communiendam: Inter quæ & unum ex D. Maximi Epiſtola ad Marinum: quod Nicænus ut caſſum declinavit, cum nullibi integra reperiretur Epiſtola: Deinde D. Joannis Damaſceni produxit autoritatem Epheſius, in hæc verba: Non ab illo, ſed per illum Spiritus Sanctus procedit: Nam cauſa omnium Pater perhibetur: Et acutiſſimâ commentatione inter Ab & Per differentiam determinavit: Nicænus reſpondit, Damaſcenum ut unum è multis haberi, nec tanti momenti nomen, ut propter illud in Eccleſia debeat quid innovari, promat alium, ſi poſſit, Epheſius ex cenſu antiquorum.

Quin & aliquatenus prout poterant, Epheſio ſubſidia ferebant, qui Epheſij partibus ſe addixerant: Et Heracleenſis his verbis Imperatorem allocutus eſt: Nos quæ proferuntur hic à ſingulis audimus, & intelligimus dicentium affectus, cum opus erit ſuffragia exhibituri: Et quamvis nuperrimè profiterer me nulla ſcripturum ſuffragia, nunc cano palinodiam, & licet à tua Majeſtate olim pronuntiatus Idiota, ſi juſſeris ſcribam, ſed quæ mihi rerum peritia, & mea conſcientia dictabunt: & haud ſcio, an ad ulteriorem pietatis legem ipſi Deo obſtringor. Nec mihi grave erit, nec moleſtum, quam barbarè, aut invenuſtè loquar, dum ut ſimplex Idiota quantum percipio, ſyncerè exprimam: & quod mihi, idem omnibus elaborandum arbitror. Duravit hæc acris contentio uſque ad veſperam, quæ ægrè tandem conventum dimiſit. Egredientibus mandavit Imperator, ut cras mane iterum congrederemur: Cui imperio nos obſecuti, in eandem digladiandi materiem incidimus, & omnem operam navarunt prædicti, ut Epheſio perſuaderent, vel os obſtruerent: At ille ſemper vibrabat argumenta, è ditiſſimis antiquiſſimorum Patrum monumentis, quibus à ſe aſſerta comprobaret, quamvis adverſarij nulla veritatis luce inflecterentur: Quando & inter cætera, ſententiam ſuam confirmantia, ut monſtret, quo ſenſu Patres has præpoſitiones Per & Cum uſurpaverint, Gregorij Nyſſeni dictum in hæc verba promulgatum propoſuit.

Pater ingenitus principio caret, ac Pater ſemper mente concipitur: ab illo autem in eadem continuâ ſerie ſublatâ omni intercapedine, Filius Unigenitus eodem mentis conceptu cum Patre cointelligitur: Per illum autem atque una aut

καὶ ἀεὶ πατὴρ νοεῖται. ἐξ αὐτοῦ δὲ κατὰ τὸ προσεχὲς ἀδιαστάτως ὁμογενὴς υἱὸς τῷ πατρὶ συνεπινοεῖται. δι' αὐτοῦ δὲ καὶ μετ' αὐτοῦ, πρὶν τι κενὸν καὶ ἀνυπόστατον διαμέσου παρεμπεσεῖν νόημα, εὐθὺς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνημμένως καταλαμβάνεται. οὐχ ὑστερίζον κατὰ τὴν ὕπαρξιν μετὰ τὸν υἱὸν, ὥστε ποτὲ τὸν μονογενῆ δίχα τοῦ Πνεύματος νοηθῆναι, ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὸ τὴν αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι. ὅθεν καὶ τὸ μονογενές ἐστι φῶς. διὰ δὲ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐκλάμψαν, οὔτε διαστήματι, οὔτε φύσεως ἑτερότητι τοῦ πατρὸς ἢ τοῦ Μονογενοῦς ἀποτέμνεται.

Cum illo, priuſquam intermediæ vacuitatis, aut perſonâ deſtituti intervalli cogitatio obrepat menti, conjunctus utrique Spititus Sanctus apprehenditur: neque ſecundum exiſtentiam inferior Filio aut poſterior, ſic ut aliquando unigenitus ſine Spiritu Sancto poſſit concipi: Sed ab ipſo Univerſi conditore, ac parente omnium Deo, Unigenitus ſic eſſentiæ ſuæ originem trahit, ut ſit Deus à Deo, Lux à Luce: Per illam autem veram lucem Spiritus Sanctus effulgens, nullâ temporis locive intercapedine, nullâ naturæ diverſitate, à Patre ac Filio abſcinditur aut ſeparatur.

τμήμ. η. Κεφ. ις.

Sect. VIII. Cap. XVI.

Καὶ εὐθὺς ἔφη ὁ Νικαίας προκόμισον καὶ ἄλλα ῥητὰ σύμφωνα τούτῳ εἴπερ ἔχεις. καὶ τότε στέρξομεν καὶ ὃ νῦν προήνεγκας. καὶ στραφεὶς πρὸς ἡμᾶς ἔφη, περιττὸν ἐστὶν ὃ ποιοῦμεν νῦν, καὶ φιλονεικοῦμεν μετὰ τοῦ Ἐφέσου. αὐτὸς γὰρ συνεχώρησε τοῖς λατίνοις τὴν δόξαν. πρὸς ὃν ἐγώ. καὶ πότ' ἔφην τοῦτ' ἐγένετο; ὁ δ' εἴρηκεν, ὅτε μετὰ τοῦ βασιλέως εἰς τὸν πάπαν ἰδίᾳ συνηρχόμεθα. ἐγὼ δ' ἔφην, ἀλλ' ἡμεῖς οὔτε ἠκούσαμεν, οὔτε στέρξαμεν τοῦτο. οὐδὲ γὰρ ἀνάγκην ἔχομεν στέργειν ὅτι ἂν εἴποι ὁ Ἐφέσου. καὶ ὁ Νικαίας, ἀλλ' οὕτως ἐξελέγημεν, ἵνα πᾶν ὅπερ ἂν εἴπωμεν στέργηται παρὰ πάντων.

Ἐγὼ δ' ἐξελέγητε μὲν, ἔφην, ἵν' εἴ τι ἐνθυμηθῇ καλὸν ἕκαστος λέγῃ τοῦτο, ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ τοῖς λατίνοις, καὶ εἰ προσδεχθῇ παρ' ἐκείνοις, τότε ἵνα κοινοποιῆται καὶ πρὸς ἡμᾶς τοῦτο, καὶ εἰ ἀρέσει πᾶσιν, οὕτως ἵνα στέργηται. τοῦ δ' ἐπὶ τούτοις δυσχεράναντος, καὶ εἰπόντος, περιττὸν ἦν λοιπὸν ἵνα συνερχώμεθα καὶ κοπιῶμεν καὶ λέγομεν μάτην, μὴ στεργόντων ὑμῶν ἃ λέγωμεν, ἔφην ὡς ὅπερ λέγω ἀναντίρρητόν ἐστιν, ἐπεὶ οὕτως ἐτάχθη παρὰ τοῦ αὐθέντου ἡμῶν τοῦ βασιλέως ἐνώπιον πάντων ἡμῶν, καὶ οὕτως ὡρίσθητε, ἵνα καὶ ἐν προοιμίοις καὶ ἐν ἐπιλόγοις λέγῃ καὶ διαμαρτύρηται ἕκαστος τῶν λεγόντων, ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ λέγει, εἴ τι ἂν εἴποι, καὶ οὐκ οἶδεν, εἰ καὶ πᾶσιν ἀρεστὸν φανῇ. ὅμως ὁ Ἐφέσου πρὸς ταῦτ' ἀπελογήσατο ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ πάντων ἡμῶν, ἀνυποστόλως. ὡς ἐζή-

τησα

Nicænus illico reſpondit, profer ſi habeas alia teſtimonia huic conformia, & hoc, quod nuper citaveras, confirmatum dare non abnuemus: Simulque ab Epheſio ad nos converſus Nicænus, fruſtra hic labor (inquit) ſuſcipitur, & cum Epheſio contentionis ſerram reciprocamus inutilem: Ipſe enim Latinis prodidit Dogma quod tam vehementer nunc propugnat: Et quando hoc præſtitit Epheſius, rogavi Ego; Nicænus reſpondit: Quando cum Imperatore admiſſi in privatum cum Papa colloqueremur: Tum ego, noſtra parum refert, quid illic rerum geſſerit Epheſius, dum nec audivimus quæ dixerit, aut quibus dixerit conſenſimus: nec nobis incumbit neceſſitas, quæcumque Epheſius conceſſerit, rata faciendi: At, inquit Nicænus, in hanc prærogativam fuimus electi à vobis, ut quicquid à nobis aſſereretur, confirmaretur ab omnibus.

Negavi ego delegatos iis privilegiis donari, ſed ſi quid præclari concepiſſent, id tanquam à ſe Latinis monſtrarent: & poſtquam illis placuiſſet, nobis ut idem communicaretur, quibus etiam aſſentientibus, ut ſancitum in Canonem demum tranſiret: In quæ verba Nicænus cum indignatione deſpuit: Et ſuperfluum foret (inquit) tot labores ac faſtidia pro vobis decoquere, ſi in veſtrâ ſitum eſſet poteſtate, non confirmare, quæ diximus. At quod aſſero (inquam ego) extra omnem controverſiæ aleam evidentiſſimè apparet: ſiquidem noſter Dominus Imperator ita conſtituit, noſtrorum omnium in conſpectu, ut quilibet publicè dicturus, tam in proæmio Orationis, quam perorandi fine, atteſtetur ſe propriæ mentis ratiocinia proferre, & quod neſciat, an cuncti ſuis dictis adſtipulabuntur: Verum quod Epheſio Nicænus objecerat, de dogmate prodito, Epheſius ipſe coram

ram

τῆσαι ἐκβληθῆναι τὴν προσθήκην ἐκ τοῦ ἁγίου συμβόλου, εἰδὼς ὡς ἀδύνατον τοῦτο γενέσθαι παρὰ τῶν λατίνων. εἰ δὲ καὶ ἐγένετο, οὐκ ἄλλως ἐγένετο ἂν εἰ μὴ πρότερον καταγνόντων τῶν λατίνων τὴν ἑαυτῶν δόξαν. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κηρυττομένη διὰ τῆς προσθήκης ἐν τῷ συμβόλῳ. ἧς ἐκβληθείσης συναπώλλυτο ἂν καὶ ἡ δόξα. καὶ οὕτως καλὸν ἂν ἦν εἰ ἡνούμεθα μετὰ τούτου τοῦ τρόπου. εἰ δὲ καὶ ὑπελείποντο τινὲς δοξάζοντες ταύτην τὴν δόξαν, τοῦτο οὐδὲν ἂν ἦν πρὸς τὸ καθόλου πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας. μὴ κηρυττούσης γὰρ αὐτῆς αὐτὴν διὰ τοῦ συμβόλου ἐσβέννυτο ἂν κατὰ μικρὸν καὶ ἀπὸ τῆς πάντων διανοίας. ἢ καὶ μετ' ὀλίγου κόπου ἡ ἐκκλησία κατήργει ἂν αὐτήν. ταῦτα εἶπεν ὁ Ἐφέσου παῤῥησίᾳ πλατύτερον μετὰ κατασκευῶν, καὶ ἀναγκαίων ἐπιχειρημάτων, καὶ οὔτε παρὰ τοῦ βασιλέως, οὔτε παρὰ τοῦ Νικαίας ἠλέγχθη ὡς ἑτέρως εἰρηκὼς ταῦτα πρὸς τοὺς λατίνους. ἢ ὡς ἁπλῶς συγχωρήσας τὴν δόξαν ὡς καλήν.

Οἱ δὲ καὶ αὖθις ἐπὶ τοὺς προτέρους ἐπανῆλθον λόγους. ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς δυσχεράνας ἔφη. ὁρῶ προβαίνοντας τοὺς λόγους εἰς ἄπειρον, καὶ ἀποδέχομαι τοῦτο. καλὸν γὰρ ἂν ἦν, εἰ καὶ πρότερον οὕτως ἐγίνετο. νῦν δὲ ἐπεὶ ἀνάγκην ἔχομεν στῆσαι τι ἂν εἴποιμεν πρὸς λατίνους, στήσατε τὴν πρὸς λατίνους ἀπολογίαν, τοὺς δὲ τοιούτους λόγους εἰς τὸ ἑξῆς ταμιεύσατε. καὶ εὐθὺς ἔφη ὁ Ῥωσίας, εἰ εὑρεθῶσιν τῶν ἀνατολικῶν ἁγίων ῥητὰ συμβιβάσοντα ἡμᾶς, οὐκ ἔσται καλὸν εἰ οἱ ἡμέτεροι ἅγιοι λέγωσι περὶ τούτου οὐ μὴ στέρξομεν αὐτούς; εἰπόντων δὲ πολλῶν λίαν ἐστὶ καλὸν προτραπεὶς παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐξέβαλεν ἐκ τῶν ἰδίων κόλπων σχεδοβιβλίον τι πάσης παραφθορᾶς ἀνάμεστον, ὃ ἦν συντεθειμένον παρὰ τοῦ Βέκκου. καὶ ἀνέγνω ῥητά τινα μὲν παρεφθαρμένα, ἕτερα δὲ κεκολοβωμένα, καὶ οἷον ἡμίτομα. καὶ ἐνηβρύνετο ὡς ὅλον τὸ βιβλίον τοιούτων ῥητῶν ἐστὶ μεστόν. ἤρεσε τοῦτο τῷ βασιλεῖ, καὶ ὥρισεν. ἄφετε τὰ πολλὰ καὶ ἐκλέξασθε ἓν ἢ δύο, ἵνα δι' αὐτῶν ποιήσητε ἔκθεσιν. ἐξελέξαντο τοίνυν τὸ ῥητὸν τῆς πρώτης συνόδου τό, φάσκον ὡς ὁ Βέκκος δολίως αὐτὸ περιέκοψε, καὶ ὁ Ῥωσίας προεκόμισε.

Κἀκεῖνο δὲ νοητέον ὦ φίλε λοιπὸν τῆς ἀληθείας φιλόσοφε, ἔυρηται τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς, ἴδιον δὲ

τοῦ

ram Imperatore nobiſque omnibus reſpondit, ſine prævaricatione, aut abjecti animi ſenſu: In hoc ſemper fundo conſtiti, ut Additamentum Symbolo eraderetur, ſatis gnarus id à Latinis haud poſſe concedi: nec enim Additamentum elidere potuerunt, niſi ipſâ prius opinione damnatâ, quæ ſola per orbem decantatur, & vitam trahit ab Additamento ad ſymbolum: quo ſemel amputato, neceſſum eſt opinionem emarceſcere: Et glorioſum eſſet ſub his conditionibus Unionem pepigiſſe. Quamvis enim nonnulli forſan obliterato additamento opinionem retinerent, tamen illi pro nullis haberentur comparati ad immenſa Catholicæ Eccleſiæ latifundia: Nam ſi Eccleſia ut comprehenſam Symbolo orbi non ebuccinaret, Opinio paulatim ſpreta ſordeſceret, & ex hominum mentibus extingueretur: vel levi negotio Eccleſia ipſa poſſit ut rancidam & obſoletam ejicere. Hæc Epheſinus conſtanti vultu profeſſus eſt, Orationem diffundens Rhetorico artificio & demonſtrativis rationibus, ut nec Imperator, nec Nicænus eum redarguere valuerint, quaſi aut aliter Latinos fuiſſet allocutus, aut unquam Latinorum opinioni, ut laudabili, applauſiſſet.

Cum Epheſius peroraſſet, cæteri omiſſa jurgia redintegravere: quibus moleſtè affectus Imperator: Video inquit in infinitum excurrere rixandi libidinem: nec aliud à vobis expecto: Et fortaſſe à principio nobis non minus conveniſſet, ſi in his privatis altercationibus, noſtra omnis iracundia expiraſſet, Nunc quando Latinorum voto honeſta reſponſio attribuenda ſit, perpendite, quid Latinis referemus: Et diſputandi æſtum in aliam opportunitatem diſpenſate: Talia conſulentem Imperatorem Roſſenſis hac quæſtione interrupit: Si è ſcriptis noſtrorum Orientalium ſententiæ elucebunt, quæ Unioni ſarciendæ conferent, licetne eaſdem uſurpare, ut plenæ autoritatis dictamina? Et ſi noſtri Sancti eadem approbaverint, nunquid eorum placitis non ſuffragabimur? Multis acclamantibus æquum eſſe quod proponeret Imperatore inſtigante, Roſſenſis evolvit è ſinu codicem chartaceum tumultuarie compaginatū, omnigenis corruptelis refertiſſimum, cujus autor Beccus: Et cum aliquot mucida ſententiarum præſegmina, hæc vitioſè ſcripta, illa tineis ſemeſa, perlegiſſet, cæpit inſoleſcere, quaſi omnis pagina his mercimoniis abundaret: Liber Imperatori medullitus complacuit: Et ſuis injunxit, ut omiſſa tam prolixi voluminis farragine, unum aut alterum præcipuum articulum enotarent, unde novam Fidei Formulam compingerent: Elegerunt igitur è primâ Synodo ſcitum his verbis expreſſum, prout illud

Bec-

τοῦ υἱοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζον. ὅπερ ἑτέρως ἡ ἁγία ἐκείνη ἐκδέδωκε σύνοδος. ὡσαύτως ἐξελέξαντο καὶ τὸ ῥητὸν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τὸ λέγον. οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον Πνεῦμα. καὶ εἶπον ὅτι στέργετε ταῦτα τὰ ῥητὰ, ἢ οὐ στέργετε; ἰδοὺ τῶν ἡμετέρων ἁγίων εἰσὶ ταῦτα, καὶ οὐκ ἐστὶ καλὸν εἴπερ ὁμοφωνήσομεν, καὶ ἑνωθῶμεν δι' αὐτῶν; εἰπόντων δέ τινων ὅτι λίαν ἐστὶ καλὸν, τῶν πλείστων δὲ σιωπώντων, εἶπεν ὁ βασιλεὺς, δότωσαν γνώμας, καὶ ἕκαστος λεγέτω ὡς θέλει, εἴτε στέργει τὰ ῥητὰ ταῦτα, εἴτε οὐ στέργει. ὥρισε δὲ καὶ τὸν ὑπομνηματογράφον, ἵνα γράφῃ τὰς γνώμας, καὶ γράφῃ μόνον ὁ δεῖνα στέργει, ὁ δεῖνα οὐ στέργει. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν τοὺς πρώτους δ' ἢ ε' ὅπερ αὐτοσχεδίως ἔδωκεν, ἡ ὥρα ἐπέταξε τοῖς λοιποῖς καταλιπεῖν τὰ περισσὰ καὶ λέγειν μόνον στέργει ἢ οὐ στέργει. εἶπον οὖν οἱ πολλοὶ ἁπλῶς ὅτι στέργουσι ταῦτα.

Ἔφην δὲ καὶ αὐτὸς ὅτι στέργω μὲν τὰ ῥητὰ ταῦτα. πῶς γὰρ ἂν ἔχω μὴ στέργειν ῥητὸν τῆς πρώτης συνόδου, ἢ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τῶν τῆς εὐσεβείας ἡμῶν διδασκάλων εὐσεβεῖν εὐχόμενος; ἀλλ' ἐπεὶ διπλῆν τινὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν ἀποδιδόασι τινὲς καὶ εἰ δοθῶσι πρὸς λατίνους, ἀπαιτήσουσι πάντως ἐκεῖνοι κατά τινα τρόπον ἐξηγοῦνται αὐτὰ οἱ ἡμέτεροι, καὶ ἐξηγήσονται ταῦτα ἀπαραιτήτως, παρακαλῶ, ἵνα ὁρισθῶσιν οἱ μέλλοντες ἐξηγήσασθαι ταῦτα, καὶ εἴπωσι νῦν τὴν ἐξήγησιν. καὶ εἰ μὲν συμφωνήσομεν εἰς αὐτὴν πάντες, τότε λέγω, ἵνα δοθῶσι καὶ τὰ ῥητά. εἰ δὲ μή, οὐ λέγω ἵνα δοθῶσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη τί εἰσὶν οὗτοι οἱ λόγοι, εἰπὲ δι' ὀλίγου ἵνα γραφῇ τὸ στέργεις ἢ οὐ στέργεις; ἐγὼ δὲ παρακαλῶ, ἔφην, ἵνα γραφῶσι ὅσα εἶπον. ἐπεὶ καὶ πρότερον ὥρισας, ἵνα εἴπῃ ἕκαστος ὃ βούλεται, καὶ τὸν λόγον δι' ὃν λέγει ὡδίπως. διὸ καὶ μᾶλλον παρακαλῶ γραφῆναι ἅπαντα εἶπον. ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεύς, οὐ δυνήσεται ὁ γραμματικὸς ἀναμνησθῆναι καὶ γράψαι ταῦτα, εἰπὲ κατὰ τοὺς ἄλλους στέργεις ἢ οὔ. εἶπον λοιπὸν οὐ στέργω δοθῆναι. ὡς οὖν προσέσχον τοῖς ἐμοῖς λόγοις ὁ Ἀγχιάλου, καὶ ὁ Μολδοβλαχίας εὐθὺς εἶπον, καί τι βούλονται κειμένης τῆς προσθήκης; οὐδὲ ἡμεῖς στέργομεν ταῦτα. ἠκολούθησε τῇ ἐμῇ γνώμῃ καὶ ὁ πρωτέκδι-

κος

cas fraudulenter infregerat, & pari fide Roffensis in publicum apportaverat.

Præterea ſciendum, ô amantiſſime veritatis Pbiloſophe, quod nunc reperitur Spiritus Sanctus à Patre quidem procedens, ſed & peculiare Filij donarium, à quo ſcaturit ac promanat: licet aliter ſacra Synodus hunc articulum prius determinaverit: Similiter ex D. Cyrillo, cum aliam ſententiam collegiſſent, affirmantem ex utriuſq; ſubſtantiâ, nempe exPatre per Filium, Spiritum Sanctum profluxiſſe, ſtatim clamarunt: Hæc dicta confirmatis, an rejicitis? En dicta noſtrorum hominum: æquumne exiſtimatis in his unionem paciſci? Cum nonnulli dicerent, & plurimi ſilerent, Imperator ad ſuffragia vociferavit: proferat unuſquiſque ſententiam ut vult, an hæc dicta confirmet, necne: Et tum mandavit conventuum Amanuenſi, ut dum inſerit in tabellam omnium ſuffragia, ſuccinctè tantum ſcribat, hic confirmat, ille negat: Nam poſtea quam primorum quatuor vel quinque ſuffragia pronuntiaſſent, reliquis imperavit, ut quando temporis anguſtia non aliud pateretur, nunc tantum dicerent, Placet, vel non placet: & quamplurimi ſimpliciter dixerunt, Placet, confirmo.

Quin & ipſe inter cæteros affirmavi citata dicta perplacere: qua enim fronte ſuſtinerem, Synodi primæ, aut Sanctiſſimi Cyrilli ſcita non confirmare, qui olim primarij ſanctitatis noſtræ Doctores extitere? Cum ipſe nihil adeo, quam colere ſanctitatem, votis comprecarer: Sed quandoquidem ea loca nonnulli diverſis interpretamentis illuſtrant, ſi Latinis traderentur quærerent illi quo ſenſu noſtri tradita intelligunt: & noſtros oportebit omnino interpretari: Humillime rogo, ut tradituri prius ad unam certam Interpretationem determinentur, ne à ſcopo noſtri ſenſus aberrent: Et quis tandem iſte ſenſus futurus ſit, ut hic coram omnibus propaletur, & ſi in eundem concurremus, juberem iſta patrum ſcita Latinis tradi: ſin minus, cuperem ut non tradantur: At quid ſibi volunt hæ ambages? inquit Imperator, Dic verbo, ut notarius ſcribat, Placet, aut non placet: At ſingula ſcribat, reſpondi, ſiquidem Majeſtas tua antehac conſtituit,ut quæ quiſque velit liberè dicat, & rationem dictorum ſuperaddat: Itaque non in uno hærere verbulo, ſed cuncta quæ dixi ſcribi poſtularem: At memoriâ Notarius ſingula non retinebit, intulit Imperator: utere verbulo quemadmodum cæteri, nobiſcum ſuffragaris, an non? Tum inquam ego, Non placet tranſmitti. Cumque ſerio meis dictis animum advortiſſent Anchiali Epiſcopus & Moldoblachiæ: Et quid ſibi volunt aut petunt Latini interrogarunt,quando prior de Additamen-

to

κος καὶ οἱ κρείττους τῶν ἡγουμένων. ὅμως ἐκυρώθη τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος. καὶ ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ἐκλεχθήτωσαν οἱ ποιήσοντες ἔκθεσιν διὰ τῶν τοιούτων ῥητῶν, καὶ ἔστωσαν ὁ Ῥωσίας, ὁ Νικαίας, ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, ὁ Γεμιστὸς, καὶ ὁ Σχολάριος. Μὴ οὔσης δὲ τῆς ὥρας ἐγκαίρου ἀπῆλθον εἰς τὸ ἀριστῆσαι. καὶ μετ' αὐτὸ συναχθέντες ἐκάθισαν ἰδίᾳ γράψαι τὴν ἔκθεσιν. προτιμώντων δὲ ἄλλου ἄλλον εἰς τὸ ἄρξασθαι, ἔφη ὁ Σχολάριος. συνέθηκά τι ἐγὼ πρὸ ὀλίγου σκεψάμενος, καὶ εἰ δοκεῖ ὑμῖν ἀκούσατε τοῦτο, καὶ εἰ μὲν ἀρέσει ἐμφανισθήτω καὶ εἰς τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὴν σύναξιν, εἰ δὲ μὴ γραφήτω ἕτερον. ἀνεγνώσθη οὖν παρὰ τοῦ Σχολαρίου, καὶ ἀπεδέξαντο αὐτὸ ὁ Ῥωσίας καὶ ὁ Νικαίας, καὶ ἐπήνεσαν καὶ ἔστερξαν. ὁ δὲ Γεμιστὸς, καὶ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ οὐκ ἔστερξαν αὐτό. ὅμως ἔφερον αὐτὸ, καὶ ἀνεγνώσθη ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ πάντων ἡμῶν. εἶχε δὲ ἐπὶ λέξεως οὕτως.

to controversia indecisa pendeat? Igitur neque nos hæc confirmamus: Atque unà cum illis meam sententiam secuti sunt magnus Protecdicus & pars melior Cænobiarcharum: Vicit tamen prævalens multitudo suffragiorum, & sancitum est quod voluit Imperator: qui statim edixit ut eligerentur aliquot ad Formulam fidei procudendam, secundum istiusmodi scita: & sine morâ eliguntur Roffensis, Nicænus, magnus Scriniarius, Gemistius & Scholarius, sed cùm hora meridiana opportunitatem inchoandi pensum pernegaret, pransum abiere: Quo finito, in privatam cellam abditi ad formam fidei extruendam se composuere: Verum cum alter alterum honore anteponeret, & larga esset contentio, cui primatus operam aggrediendi deferretur: Scholarius ut dubium dirimeret, ego, inquit, de eâ re nonnulla privatim chartis commendavi, quæ lecta si vobis arridebunt, Imperatori proponantur & conventui; si displicebunt, forma accuratior concipiatur: Perlecta igitur à Scholario Scholarij lucubratio placuit Roffensi & Nicæno, qui eam laudarunt & confirmarunt: Gemistio & magno Scriniario minus placuit: Nihilominus delata ad conventum coram Imperatore, nobisque omnibus, denuo publicata, in hunc ferme modum personabat.

τμήμ. η. κεφ. ιζ.

Ἐπειδὴ ὑπελαμβάνομεν πρότερον ἡμεῖς οἱ Γραικοὶ τοὺς λατίνους λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν καὶ δύο πνεύσεων, ἔτι μὴ λέγειν τὸν πατέρα ἀρχὴν καὶ πηγὴν ὅλης τῆς θεότητος τοῦ υἱοῦ δηλονότι, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκης ἢ ἀναπτύξεως αὐτῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς κοινωνίας αὐτῶν ἐφυλάχθημεν. νῦν ἐν ταύτῃ τῇ ἱερᾷ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ συνελθόντες Θεοῦ χάριτι ὑπὲρ τῆς ἁγίας ἑνώσεως. πολλῶν γενομένων συζητήσεων, καὶ διαλέξεων καὶ προκομιδῆς ῥητῶν ἀπό τε τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας. ἡμεῖς μὲν οἱ λατῖνοι διϊσχυριζόμεθα, ὅτι τοῦθ' ὅπερ λέγομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, οὐ ταύτῃ φαμὲν τῇ διανοίᾳ ὥστε ἡμᾶς ἀποκλείειν τὸν πατέρα τοῦ εἶναι ἀρχὴν καὶ πηγὴν ὅλης τῆς θεότητος, τοῦ υἱοῦ δηλονότι, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἢ τοῦθ' ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκ-

SECT. VIII. CAP. XVII.

Quoniam nos Græci, antehac arbitrabamur Latinos affirmasse, Spiritum Sanctum à Patre & à Filio procedere, tanquam à duobus principiis aut duobus spiramentis, & præterea non affirmasse Patrem esse principium & fontem totius Deitatis Filij, nempe & Spiritus Sancti; propterea nos & ab Additamento, seu à vocula quam Latini symbolo explicando adjiciunt, pariter, & ab eorum communione aversati declinavimus: Nunc autem in hanc sacram & Oecumenicam Synodum congregati, singulari Dei gratiâ, ut sancta inter nos unio procuretur, post multas hac illac ventilatas quæstiones, acerrimas disceptationes, & producta in medium quamplurima testimonia, è sacris litteris simul, & è sanctis Ecclesiæ doctoribus: Nos Latini asserimus & profitemur, id quod nos affirmamus, Spiritum Sanctum à Patre & à Filio procedere, non eo sensu dicere, quasi aut Patrem excluderemus, quo minus esset fons ac principium totius Deitatis Filij, scilicet & Spiritus Sancti, aut quasi crederemus illud, Spiritum Sanctum à Filio procedere, Filium à Patre non accepisse: aut quasi duo principia, aut duas productiones Spiritus Sancti exhiberemus: sed firmiter credimus & profitemur, Spiritum Sanctum à Patre & à Filio tanquam ab uno principio, & una singu-

ἐκπορεύεται τὸν υἱὸν μὴ ἔχειν παρὰ τοῦ πατρός. ἢ ὅτι δύο ἀποφαινόμεθα εἶναι ἀρχὰς, εἴτε δύο προβολὰς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἀλλ' ὁμολογοῦμεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀϊδίως ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ μοναδικῆς προβολῆς ἐκπορεύεσθαι. ἡμεῖς δὲ οἱ γραικοὶ ὁμολογοῦμεν μὲν καὶ πιστεύομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἴδιον δὲ τοῦ υἱοῦ εἶναι, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζειν, καὶ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν ἤγουν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεῖσθαι διϊσχυριζόμεθά τε καὶ ἐπιστεύομεν. καὶ ἤδη ἑνούμεθα ἀλλήλοις καὶ θεοφιλῶς συναπτόμεθα. πεῖραν δεδωκότες ἀλλήλοις τῆς ἰδίας πίστεως καὶ ὁμολογίας, καὶ οὐδέτεροι ἀπὸ τῆς ἑτέρων ἑνώσεως ἢ κοινωνίας φυλάττεσθαι λοιπὸν διακρινόμεθα. ἀλλὰ πάλιν συντιθέμεθα ἀλλήλοις καὶ ὁμονοοῦμεν καὶ εἰς μίαν ἐκκλησίαν Θεοῦ χάριτι πάντες ἀποκαθιστάμεθα.

gulari productione, ab æterno profluxiſſe; Similiter & nos Græci aſſerimus & profitemur Spiritum Sanctum à patre procedere, proprium autem eſſe Filij & ab illo promanare, & ab utroque, ſcilicet à Patre per Filium, ſecundum ſubſtantiam profundi credimus & affirmamus: Et nunc ſub hac unanimi profeſſione in mutuam Unionem coaleſcimus, dextraſq; conjungimus: Quin & hoc ut ſpecimen damus invicem, peculiaris fidei, ac profeſſionis teſſeram, & ut nemo ab alterutrius Communione abſtinere in poſterum debeat dijudicamus, ſed rurſum invicem in unum integrum coimus, & concordamus, ac in unam denuo Eccleſiam Dei Opt: Max: benignitate reſtituti redintegramur,

τμήμ. ζ. Κεφ. ιη.

Ἀναγνωσθέντος οὖν τούτου οἱ πλείονες ἐπήνεσαν τοῦτο ὡς καλόν. τινὲς δ' ἀντέλεγον, καὶ λόγοι πολλοὶ ἐκινήθησαν παρὰ τῶν ἀγωνιζομένων συστῆσαι τοῦτο, καὶ ἐσπούδαζον πεῖσαι πάντας. τότε εἶπεν ὁ Ἡρακλείας. ὅπερ ὥρισεν ἡ ἁγία βασιλεία σου, ἵνα ἵσταται τὸ περὶ τῆς προσθήκης, καὶ ἔχωμεν αὐτὸ εἰς μεγάλην βοήθειαν. νῦν πῶς μέλλομεν ἔχειν εἰ στέρξομεν ταύτην τὴν ἔκθεσιν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη, καὶ πάλιν ἔχομεν αὐτό. καὶ ὁ Ἡρακλείας, καὶ πῶς ἂν ἔχοιμεν αὐτὸ δέσποτα μου ἅγιε, ἐπεὶ προδιδόαμεν πάντα δι' αὐτῆς τῆς ἐκθέσεως. καὶ ὁ βασιλεὺς εἶπε, καὶ ἔχε αὐτὸ σύ. καὶ ὁ Ἡρακλείας, καὶ πῶς ἂν ἔχοιμι ἐγὼ τὸ παρὰ πάντων προδιδόμενον; ἔφη δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔχε αὐτὸ εἰς τὸ εἰκονοστάσιον σου. τότε καταλαβὼν καὶ ὁ Μονεμβασίας τὸν σκοπὸν τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς λόγους τῶν συνεργούντων αὐτῷ, εἶπε, παρακαλῶ δέσποτα μου ἅγιε πρόσεχε ἵνα μὴ ποιήσης καὶ νῦν, ὥσπερ ἐποίησε ὁ βασιλεὺς ὁ κύριος Μιχαὴλ ὁ . . . λατινόφρων. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἀπεκρίθη. μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους, καὶ τὰς κατασκευὰς τῶν ἀγωνιζομένων συστῆσαι τὴν ἔκθεσιν, εἶπεν ὁ βασιλεὺς δότωσαν γνώμας.

Εἰ-

Sect. VIII. Cap. XVIII.

Hanc publicè perlectam formulam plurimi ut inſignem collaudabant: nonnulli tamen contradicebant, & magnum verborum ſtrepitum ciebant illi qui eam ſtabiliendam commendabant, omneſque ad ſe pertrahere conabantur: Tum Heracleenſis Imperatorem allocutus eſt: Majeſtas tua ſancta controverſiam de Additamento reſervandam dixit, ut ab illâ commodum uſurpatâ ingentes fructus decerperemus: at unde nobis nunc illa meſſis, ſi hanc formulam tradimus? Recipiemus formulam nobis in manus denuo redditam, reſpondit Imperator: Sed quid recipiemus, Mi Sancte Domine, ſi hæc Formula omnia bona è noſtris manibus in alienas profuderit? Heracleenſis ſubintulit: Tu igitur tibi habeas cum redditâ formulâ, quæcunque poſſis bona, retulit Imperator: At quæ bona, inquit Heracleenſis, habeam ego, quæ noſtrorum univerſi à nobis alienarunt? Si nulla exinde bona prenſes, inquit Imperator, Formulam cum redierit duc in pergulam, & inter ſimulacra adorandam repone: Tum Monembaſianus Heracleenſi ſuccedens in vicem loquendi, cum ſatis percepiſſet, & quo tenderet Imperator, & quid ſibi vellent ſermones Imperatori obſecundantium: Precor tuam Majeſtatem, dixit, ut ſibi maximè proſpiciat, ne rem ità nunc gerat, quemadmodum olim Dominus Imperator Michael, dictus Latiniſſans, & cum pari ſucceſſu: Imperator dicti mordacitatem diſſimu-

Εἶπον οὖν οἱ μὲν τὸ στέργω, οἱ δὲ τὸ οὐ στέργω, ἐν οἷς ἦν καὶ αὐτὸς, καὶ ἐγράφοντο αἱ γνῶμαι. εἶτα εἶπεν ὁ Λακεδαιμονίας πρὸς τὸν βασιλέα. δέσποτά μου ὅρισον ἵνα εἴπωσι καὶ οἱ γραμματικοὶ γνώμας. ἔφη δὲ ὁ βασιλεὺς εἰπάτωσαν, καὶ ὁ Λακεδαιμονίας εὐθὺς ἔφη, εὐεργετεῖ τοῦτο, καὶ εἴπατε. καὶ εὐθὺς ἕκαστος αὐτῶν ἔκραξε τὸ στέργω. ἦσαν δὲ ιβ οἱ μὴ στέρξαντες, καὶ κδ μετὰ τῶν γραμματικῶν οἱ στέρξαντες, εἶτα ἔστειλεν ὁ βασιλεὺς τὸν Νικομηδείας. καὶ τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, εἰς τὸ κατοῦναν τοῦ Φιλανθρωπινοῦ, ἵνα διαμηνύσῃ μετ' αὐτῶν, καὶ ὁ πατριάρχης τὴν γνώμην αὐτοῦ. οἱ καὶ ὑποστρέψαντες διεκόμισαν ὅπως στέργει ὁ πατριάρχης ταύτην τὴν ἔκθεσιν. λέγει δὲ καὶ τοῦτο, θαυμάζω ὅπως οὐκ ἔστερξαν αὐτὴν πάντες. ἐγὼ γὰρ οὐ νοῶ τι ἐναντίον ἐν αὐτῇ, καὶ ἀπορῶ διὰ τί οὐ στέργουσι ταύτην τινές. ἐκυρώθη οὖν ἵνα σταλῇ αὐτὴ πρὸς τὸν πάπαν, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς διακομισάτωσαν αὐτὴν δύο ἀρχιερεῖς, μετὰ τοῦ μεγάλου Χαρτοφύλακος, καὶ τοῦ μεγάλου ἐκκλησιάρχου. καὶ πρὶν τελεσθῆναι τὸν λόγον καὶ ἡμᾶς ἀπολογήσασθαι. εἶπεν ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος. καὶ πῶς διακομίσουσιν οἱ μὴ στέργοντες; ὅρισον ἑτέρους, καὶ ἐδεφένδευσεν ἡμᾶς εἰς ὅπερ ἐβουλόμεθα. ὥρισεν οὖν τὸν μέγαν Σακελλάριον, καὶ τὸν μέγαν Σκευοφύλακα, οἱ οὐδὲ ἐστάλησάν ποτε εἰς τὸν πάπαν ἰδίως ἕως τότε, καὶ δύο ἀρχιερεῖς, καὶ διεκόμισαν τὴν ἔκθεσιν. οἱ δὲ λατῖνοι ταύτην ἰδόντες, καὶ διασκεψάμενοι οὐ προσδεκτέαν ἐνόμισαν. ἀλλ' ἐζήτησαν ἢ στερχθῆναι τὴν παρ' ἐκείνων πεμφθεῖσαν, ἢ ἐξήγησιν λαβεῖν ταύτης τῆς συντεθείσης παρὰ τῶν ἡμετέρων, ὡς προεῖπον καὶ αὐτός. καὶ γράψαντες ἐζήτησαν ἀπορίας ιβ, αἳ καὶ ἔχουσιν οὕτως.

τμῆμ. η. κεφ. ιθ.

α. Ἐπεὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ γραμματίου ὑμῶν, περιέχεται ὅτι, ἐπειδὴ ὑπελαμβάνετε τοὺς λατίνους λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ὡς ἀπὸ δύο ἀρχῶν, καὶ τ' ἄλλα, διὰ τοῦτο ἐφυλάχθητε ἀπὸ τῆς προσθήκης ἢ ἀναπτύξεως τῆς γενομένης ἐν τῷ συμβόλῳ, καὶ ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἡμῶν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπλη-

mulans nihil respondit, sed post varias aliorum altercationes, præcipue contendentium hanc Formulam stabilire, vociferavit, Proferantur suffragia.

Et hi clamarunt, Approbo, illi, non Approbo: in quod agmen ultimum ego me conjeci: Notarius interim singula seorsim suffragia descripsit. Tum Lacedæmoniæ Episcopus, Imperatorem admonuit: Mi Domine, jube etiam ut Grammatici suffragia dicant: Immo dicant, respondet Imperator. Lacedæmonius ergo ad Grammaticos conversus, dixit, Imperator hoc privilegium vobis indulget, proferte ergo vota. Statimque singuli vociferarunt, acquiescimus, approbamus: Itaque duodecim viri negarunt, & viginti quatuor cum Grammaticis affirmarunt. Tum misit Imperator Nicomediensem, & Mag. Scriniarium, ad Philanthropini contubernium, ut Patriarchæ suffragium reportent: Qui reversi Patriarcham affirmasse pro Formulâ retulerunt, & hæc verba insuper addidisse: Miror quorsum in hanc Formulam universi non consentiant, & cum nihil contineat Fidei nostræ contrarium, cur à nonnullis repudietur obstupesco: utcunque ad Papam mittendam decreverunt: Et Imperator æquum censuit ut duobus Archiepiscopis, Magno Scriniario, magnoque Ecclesiarchę tradenda committeretur: Sed priusquam Imperator loqui desineret, aut nos pro nobis Apologiam texeremus, Mag. Primicerius antevertens, & quo modo, inquit, Formulam illi tradent qui suffragiis eam non cohonestarunt? jube alios in hoc munus succedere: ita à nobis propulit, quod nos ipsi lubentissime amoveri desideravimus: & Imperator duobus Archiepiscopis, alios duos adjunxit, Mag. Saccellium, & Mag. Ecclesiæ Sceuophylacē, qui antea nullâ legatione perfuncti Papæ limina infestaverant: & hi Formulā deportarunt. Latini autem prehensam manibus cum perlustrassent, non recipiendam judicarunt, sed vel ab ipsis missam confirmari efflagitârunt, vel hanc interpretationibus illustratam exhiberi: prout ipse prius hariolabar: & duodecim dubia nobis extricanda proposuere in hæc verba.

Sect. VIII. Cap. XVI.

Quandoquidem in ipso limine vestræ schedulæ hæc continentur: Quoniam arbitrabamini Latinos affirmasse Spiritum Sanctum à Patre ac Filio procedere, tanquam à duobus principiis &c. Propterea & ab Additamento, seu explicatione ad Symbolum interjectâ, & à Communione nostrorum refugistis: At jam cum pro compertissimo habeatis, Latinos contrarium profiteri, an ulterius ab Additamento seu Explicatione refugere debetis? cessante causâ cessat effe-

ἐπληροφορήθητε σὺν λατίνους κρατεῖν τοὐναντίον, οὐκ ἔτι ὀφείλετε ἤδη φυλάττεσθαι τὴν προειρημένην προσθήκην καὶ ἀνάπτυξιν, καὶ γὰρ τῆς αἰτίας ἀργούσης ἀργεῖν ὀφείλει καὶ τὸ ἀποτέλεσμα. ἐπὶ τόδε οὖν ζητοῦμεν ἀπολογίαν.

β. Ἐκτίθεσθε τὴν τῶν λατίνων πίστιν. αἰτοῦμεν ἵνα ἀποκριθῆτε ἂν ταύτην νομίζητε ἀληθῆ; καὶ τῇδε θέλητε συνθέσθαι.

γ. Ἐκτίθετε τὴν πίστιν ὑμῶν. λέγοντες πιστεύειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ζητοῦμεν ἵνα ἀποκριθῆτε, ἂν πιστεύητε αἰδίως ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου, οὐχὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ;

δ. Λέγετε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἴδιον εἶναι τοῦ υἱοῦ. ζητοῦμεν ἵνα διευκρινήσητε πότερον ἴδιον νοεῖτε τοῦτ' ἐστὶν ὁμοούσιον μόνον, ἢ ἴδιον τοῦτ' ἐστὶν ἔχον αἰδίως τὸ εἶναι ἐξ ἑαυτοῦ τοῦ υἱοῦ, καθάπερ ἐκ τοῦ πατρός.

ε. Λέγετε ἐξ αὐτοῦ ἀναβλύζειν. ζητοῦμεν σαφήνειαν, πότερον ἡ λέξις ἥδε τὸ ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα ἀναφέρεται, ἢ πρὸς τὸν υἱόν.

ς. Εἰ πρὸς τὸν υἱὸν ἀναφέρεται, πότερον ἀναβλύζειν αἰδίως νοεῖτε καὶ οὐσιωδῶς καὶ προσωπικῶς ἐκ τοῦ υἱοῦ ἢ οὔ;

ζ. Ζητοῦμεν διασάφησιν τί ἂν σημαίνοι παρ' ὑμῖν τὸ ῥῆμα τὸ ἀναβλύζειν; εἰ τὴν οὐσίαν δηλονότι καὶ τὸ ὑποστατικὸν εἶναι ἔχει τε καὶ λαμβάνει ἐξ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ; καὶ εἰ ταυτὸν σημαίνοι τῷ ἐκπορεύεσθαι, καὶ εἰ ἔν τινι διαφέρει, καὶ ἔν τινι.

η. Λέγετε οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν ἤγουν ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ προχεῖσθαι. ζητοῦμεν διασάφησιν, ἂν οὐσιωδῶς νοῆτε καὶ αἰδίως.

θ. Τί ἂν σημαίνοι τὸ οὐσιωδῶς καὶ αἰδίως προχεῖσθαι ἐξ ἀμφοῖν; εἰ δηλονότι τὴν οὐσίαν ἔχειν, καὶ λαμβάνειν ἐξ ἀμφοῖν. καὶ εἰ ἐν τῷδε τῷ πράγματι ταυτόν ἐστι τὸ προχεῖσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι; καὶ εἰ ἔν τινι διαφέρουσι, καὶ ἔν τινι.

ι. Ἂν ἡ πρότασις αὐτὴ ᾖ ἀληθὴς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προχεῖται καὶ ἐκπορεύεται αἰδίως ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἄνευ ταύτης τῆς ἐξηγήσεως ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ, ἢ ἑτέρας ἐξηγήσεως.

ια. Ἡνίκα λέγετε δι' υἱοῦ. ἂν ἡ λέξις αὐτή γε ἡ διὰ, κατά γε τὴν ὑμετέραν ἔννοιαν λέγῃ καὶ τὸν υἱὸν αἰτίαν εἶναι καὶ ἀρχὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος;

ιβ. Λέγετε ἤδη ἑνούμεθα, καὶ θεοφιλῶς

effectus: reſponſumque huic ſcrupulo imprimis poſtulamus.

2. Dicitis vos etiam Latinorum fidem expoſuiſſe in veſtrâ Formulâ: quærimus ut reſpondeatis, an eam veram creditis? & in eam deſideratis unionem pangere?

3. In veſtrâ Fide exponendâ, affirmatis vos credere Spiritum Sanctum à Patre procedere: at nos quærimus ut reſpondeatis, ſi ab æterno creditis eum à Patre ſolo procedere, & non pari modo à Filio?

4. Dicitis Spiritum Sanctum proprium eſſe Filij: quærimus ut illa vox nobis accuratius explicetur utrum per illud proprium intelligitis Spiritum Sanctum Filio tantum Conſubſtantialem? an proprium i. e. trahentem æternum eſſe ſuum à Filio, æquè ac à Patre?

5. Dicitis ab eo ſcaturire: Petimus & hujus vocis explicationem: utrum illud ab eo, ad Patrem an ad Filium referatur?

6. Si ad Filium, utrum ſcaturire ab æterno intelligitis, & ſecundum ſubſtantiam, & perſonaliter nec ne?

7. Quantum valet iſtud verſum apud vos ſcaturire? & quid propriè ſignificat? an ſubſtantiam nempe ac perſonalem ſubſiſtentiam Spiritum Sanctum, habere ac trahere ab ipſo Filio: & an idem ſignificat quod verbum procedere, vel in aliquo ſenſu differat? & in quo ſenſu differt?

8. Affirmatis ſubſtantialiter ab utroque profundi, nempe à Patre per Filium: Scire cupimus an ſubſtantialiter etiam & æternè intelligatis?

9. Et quid ſibi vult illud ſubſtantialiter & ab utroque profundi? an ſcilicet habere ac ſumere ſubſtantiam ab utroque: Et ſi in hoc negotio idem ſonet profundi ac procedere? & ſi differunt in aliquo ſenſu? & in quo ſenſu differunt?

10. An ipſa hæc propoſitio in ſeipſâ, Spiritus Sanctus profunditur ac procedit æternum à Patre & Filio, ſine hac illuſtratione à Patre per Filium, aut quavis alia illuſtratione aut Commentario ſit vera, nec ne?

11. Ubi affirmatis Per Filium, quærimus an dictio Per, in veſtro ſenſu dicat Filium Spiritus Sancti cauſam eſſe vel principium?

12. Dicitis jam unimur, & faventi divino numine conjungimur: At nos quærimus clare ac perſpicuè doceri, in quam rem? aut in quod vinculum unimur ac conjungimur? utrum in ea dogmata, quæ nos profitemur? an in ea quæ vos profitemini? An quum nos propugnamus quod retinemus? aut quum vos defenditis quæ defenditis? Sed quod ut ultimum omnem controverſiam dirimit, nunquam in unum coaleſcere poterimus, ſi invicem diſcriminamur:

Unum

λῶς συναπτόμεθα. ἐρωτῶμεν οὖν λαβεῖν σαφήνειαν ἐν τίνι ἑνούμεθα, καὶ συναπτόμεθα. πότερον ἐν ᾧ λέγομεν ἡμεῖς, ἢ ἐν ᾧ ὑμεῖς λέγετε; καὶ ἡνίκα κατέχωμεν ὡς ἐγκρατοῦμεν, καὶ ὑμεῖς κρατεῖτε, ὅπερ κρατεῖτε. ἀλλὰ μὴν τὸ τελευταῖον οὐ δυνατὸν συνίστασθαι εἴπερ ἀπ' ἀλλήλων διαφερόμεθα. ἐν γὰρ καὶ ταυτὸν δεῖ ὑπάρχειν, ἐν ᾧ ἂν γένοιτο δύο διχονοούντων ἕνωσις. ἢ ἵνα ἡμεῖς μὲν κρατοῦμεν τὴν ἡμετέραν ἅμα καὶ ὑμετέραν ὁμολογίαν, ὑμεῖς δὲ τήν τε ὑμετέραν καὶ ἡμετέραν. οὐδὲ τοῦτο δυνατὸν συνίστασθαι. καὶ γὰρ εἰ διανοίᾳ καὶ τῷ σκοπῷ αὐταὶ αἱ ὁμολογίαι διαφωνοῦσι τίνι τρόπῳ ἅμα τἀναντία κρατήσομεν. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐναντίων θάτερον δεῖ ψευδὲς εἶναι, πῶς τὸ κρατεῖν τὸ ψεῦδος ὁμοῦ μετὰ τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς τῆς πίστεως πράγμασι γένοιτ' ἂν θεοφιλὴς σύνδεσμος. ἀλλ' ἴσως τὴν ἕνωσιν ἐν τῇ κοινωνίᾳ μόνῃ νοεῖτε, ὡς τὰ ἑπόμενα τοῦ γραμματίου ὑμῶν ὑπεμφαίνει. ἀλλά τις ποτ' ἂν εἴη ἥδε ἡ ἕνωσις συναναστρέφεσθαι μὲν ἅμα τῷ σώματι, διαφωνεῖν δὲ τῇ διανοίᾳ, καὶ τοῖς ῥήμασιν ἐν τοῖς τῆς πίστεως, καὶ πρὸς σωτηρίαν ἀναγκαίοις; προσῆκον οὖν δοκεῖ καὶ ἀναγκαῖον τὸ τῶν λατίνων γραμμάτιον, ἐν ᾧ πρότερον ἐκτίθεται ἡ τῶν ἀμφοτέρων μερῶν διάνοια, κἀντεῦθεν τίθεται ἡ ἀληθὴς καὶ κοινὴ τῆς αὐτῆς πίστεως ὁμολογία ἐν τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, καὶ τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι. παρακαλοῦμεν οὖν καὶ αἰτοῦμεν, ἵνα κατὰ μέρος ἐφ' ἕκαστον τῶν προειρημένων κεφαλαίων, ἄνευ τῆς τῶν ῥημάτων ἀμφισβητήσεως, δόσητε τὴν ἀπολογίαν καὶ διευκρινήσητε τὴν διάνοιαν ὑμῶν ὡς τάχιον δυνατὸν γενέσθαι, ἤγουν ἁπλῶς τὸ γραμμάτιον ἐκεῖνο ὅπερ ὑμῖν ἐδεδώκειμεν δέξησθε.

& idem oportet id esse, in quod unio conflabitur animorum anteà dissidentium: Enimvero aut necessum erit, ut nos nostram adhuc retineamus, & vestram simul amplectamur Confessionem: aut vos vestram pariter & nostram: Sed ne sic quidem possibile erit copulari: Nam si Confessiones ambæ & mentis operatione, & fine & scopo discrepabunt, quomodo aut ipsæ res contrariæ invicem sociabuntur, aut nos easdem profitebimur? Unum contrariorum oportet esse falsum, quomodo igitur in rebus fidei mixtum cum veritate falsum sic tuebimur, ut exeat in laudabilem, Deoque caram conjunctionem? Sed fortasse unionem, in solâ communionis participatione consistere intelligitis, ut quæ sequuntur in vestrâ scedulâ nobis subinnuunt: Atque aut qualis hæc futura est Unio? Corporibus invicem conversari, animâ vero & communi intelligendi sensu, in rebus fidei, salutem æternam spectantibus, toto Cælo disterminari? Conducet igitur multum ut res omnino pernecessaria schedulam Latinorum, in quâ utriusque partis & sensus & ratio exprimitur, & vera, genuina, ac communis unius ejusdemque fidei perhibetur Confessio, in eodem sensu, iisdem verbis quibus par est, excutere atque examinare. Quare vos obnixè hortamur atque obsecramus, ut sigillatim ad singula hic à nobis objecta capita, sine æquivocatione verborum aut ambiguitate, responsa paretis: & sensa mentium vestrarum illustretis, quam diligenter ac expeditè poteritis: Aut (quod nos mallemus) schedulam fidei quam vobis nuper transmisimus, simpliciter & sine ulteriori tergiversatione aut morâ amplexi profiteamini.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO IX.

Ἐν ᾧ περιέχονται κελλικαὶ συνελεύσεις συχναί, καὶ λόγοι δι' ὧν τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ στερχθῆναι κατεσκεύαζον. καὶ ὅπως ἐγνωμοδότησαν πρῶτον οἱ ἡμέτεροι, καὶ οὐ συνεφώνησαν, καὶ πῶς κατέπεισαν τινάς, καὶ ἐγνωμοδότησαν αὖθις. καὶ ἔστερξαν οἱ πλείους τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἐν οἷς καὶ ἡ γνώμη τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ Βασιλέως, καὶ ὅπως ἠνάγκαζε καὶ ἡμᾶς ὁ πατριάρχης στέρξαι τὴν ἕνωσιν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐτελεύτησεν. ἀπομνημονευμάτων θ.

In quâ hæc habentur: Cubicularij noſtrorum conventus crebri, & colloquia, quibus proceſsionem ex Filio ſtabilire nitebantur: ut noſtri in ſuffragiis ferendis primum diſſentientes, aliorum ſuaſu ſententias retrectarunt, & proceſſionem à Filio admiſerunt: in quibus Patriarchæ ſuffragium celebre, & Imperatoris: Et ut Patriarcha nos omnes unionem confirmare impulit, ac dein expiravit. Commentar. 9.

τμήμ. θ. Κεφ. α.

Τὸ μὲν οὖν τῶν λατίνων γραμμάτιον ὃ ἔστειλαν ὕστερον πρὸς τὸν Βασιλέα περιεῖχε τὰ δηλωθέντα. ὁ δ' οὐδ' ὅλως ἐνεφάνισεν αὐτὸ εἰς τὴν σύναξιν. ἀλλ' ἁπλῶς μόνον ἐλάλει, ὅτι ζητοῦσιν ἐξήγησιν οἱ λατῖνοι, εἰς ὃ δεδώκασιν οἱ γραικοί, καὶ ὅτι ιβ ἀπορίας ἀποροῦσι εἰς αὐτό. ἡμεῖς δὲ μετὰ τὸ δοῦναι τὰς δηλωθείσας γνώμας ἐξεβλήθημεν τῶν συλλόγων. καὶ ὡς ἀπεσχισμένοι, καὶ παρεωραμένοι καθήμενοι. καὶ οἱ τρεῖς, μεθ' ἡμέρας ιε προσήλθομεν τῷ πατριάρχῃ ἰδίᾳ ἕκαστος καὶ παρεκαλέσαμεν, ἵνα ἐνδώσῃ ἡμῖν πρὸς τὸ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα. οὐδὲ γὰρ παρακολουθήσομεν εἰς τὰ κατασκευαζόμενα. ὁ δὲ πατριάρχης πρᾳέως ἡμᾶς δεξάμενος τὸ δοκεῖν, εἰς σκέψιν τὸ ζήτημα ὑπερέθετο. παρεκίνησε δ' ἡμᾶς πρὸς τοῦτο ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ ἀπατηθείς, αὐτὸς γὰρ ἐζήτησε πρῶτος, καὶ ἐνέδωκαν αὐτῷ ὡς ἐθάρρει τὴν ὑποστροφήν. τῇ δ' ἐφεξῆς ἅμα πρωῒ ἄγουσιν ἡμᾶς εἰς τὰ βασίλεια κελεύσματι καὶ ῥαβδούχοις βασιλικοῖς τόν τε μέγαν Χαρτοφύλακα, ἐμέ, καὶ τὸν πρωτέκδικον. καὶ ἐξελθὼν πρὸς

SECT. IX. CAP. I.

Latinorum ſchedula, quam Imperatori poſtmodum miſerunt, continebat, quæ capite ultimo ſuperioris libri memoravimus: quam tamen conventui ſuo Imperator nunquam propalavit, ſed nobis id tantum ſignificavit, Latinos quarundam vocum à Græcis exhibitarum interpretationem poſtulare: & de duodecim obſcuris præcipuè ambigere: Nos vero poſt lata ſuffragia ſuffragandi poteſtate privati conventibus ejicimur: Et quaſi avulſi à cæterorum cætu, permanſimus contemptiſſimi: Quare poſt dies quindecim, nos trini Patriarcham compellavimus, ſinguli ſeorſim, & exoravimus ut nobis libertatem revertendi in patriam indulgeret: nunquam enim propoſitis, quæ alij ſtruunt, noſmet accommodabimus: Patriarcha nos perhumaniter recipere viſus eſt, ſed in deliberandi ſpatium deſideria noſtra diſtulit: In eum vero errorem nos impulerat magnus Scriniarius, & ipſe in errorem inductus, qui veniam petens, acceperat diſcedere ſi auderet, veniam verbis indultam, re denegatam: Mane craſtino ſub Aurorâ inducunt nos in aulam Imperatoris, ipſius juſſu, ſubmiſſis etiam lictoribus, magnum Scriniarium, meipſum & Protecdicum: Ubi Philanthropinus ad nos erumpens his verbis uſus eſt. Dominus noſter Imperator vos rogat: Quorſum Patriarcham pro reditu obtunditis, alioſ-

πρὸς ἡμᾶς ὁ Φιλανθρωπινὸς εἶπεν, ὡς ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς ὀργίζει, τίνος χάριν ἐνοχλεῖτε τῷ πατριάρχῃ καὶ ζητεῖτε ἀπελθεῖν οἴκαδε καὶ παρακινεῖτε καὶ τοὺς ἄλλους διενοχλεῖν αὐτῷ καὶ ζητεῖν τὴν ὑποστροφήν; καὶ δι' αὐτῆς κατάλυσιν τοῦ ἔργου οὗ ἤρξαμεθα μηχανᾶσθε; ἐῶ γὰρ τ' ἄλλα ὅσα ποιεῖτε κατὰ τούτου τοῦ πράγματος. τί πταίει ὁ πατριάρχης, καὶ διὰ τί πειράζετε αὐτὸν ἢ ἁπλῶς οὕτω νομίζετε, ὅτι ἤλθομεν εἰπεῖν μόνον, καὶ ὑποστρέψαι ἄπρακτοι; οὕτω με παρακινεῖτε ἵνα εἴπω ὅτι ὑπάγετε. εἶτα ἵνα γράψω εἰς τὴν πόλιν, ἵνα μὴ ἐάσωσιν ὑμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὰ οἰκήματα ὑμῶν; ὅταν δὲ ἐπανέλθω καὶ αὐτὸς ἵνα ποιήσω ὡς αὐθέντης ὡς ἂν μοι φανῇ εἰς ὑμᾶς. οὐκ οἴδατε ὅτι αὐθέντης ὑμῶν εἰμὶ, καὶ δύναμαι εἰς ὑμᾶς; προσέχητε ἵνα μηδὲν με παρακινήσητε καὶ ποιήσω ὅπερ οὐ φανεῖται καλὸν εἰς ὑμᾶς, πολλὰ γὰρ ἔχω καθ' ὑμῶν.

Ταῦτα καὶ ἕτερα φοβερὰ, καὶ θυμοῦ καὶ βάρους ῥήματα πρὸς ἡμᾶς εἰρηκότος ἀπεκρίθημεν, ὅτι ἡμεῖς παρεγενόμεθα ἐνταῦθα ἐλπίζοντες ὑποστρέψαι εἰς ἕνα χρόνον, ἢ τὸ πλέον εἰς δύο. νῦν δὲ ὁρῶντες τὴν τοσαύτην πλημμέλειαν, καὶ δειλιῶντες μήποτε παρέλθῃ καὶ τρίτος καθημένων ἡμῶν ἐνταῦθα, τί θαυμαστὸν εἰ ἐζητήσαμεν ἀπελθεῖν εἰς τὰ ἴδια, ἀήθεις ὄντες τῆς ἐπὶ ξένης κακοπαθείας, καὶ μήδε λυσιτέλειάν τινα ἐνθάδε ποιοῦντες; ἡμεῖς φανερῶς λέγομεν ὡς οὐ δυνάμεθα ἐπιπλέον ἐνταῦθα ταλαιπωρεῖν. κατάλυσιν δὲ τοῦ ἔργου οὐ ποιοῦμεν ἡμεῖς, οὐδὲ κωλύομεν τοὺς βουλομένους συνεργεῖν, οὐδὲ τοὺς ἄλλους διεγείρομεν πρὸς ὑποστροφήν. διεγείρει γὰρ αὐτοὺς ἡ κακοπάθεια καὶ ἡ ταλαιπωρία ἣν καὶ αὐτοὶ ταλαιπωροῦσι, καὶ ἡ στέρησις καὶ ἡ πενία τῶν φαμιλιῶν αὐτῶν, καὶ οὐ δέονται ἄλλης παρακινήσεως. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλη ἰσχυροτέρα. ἀποδεχόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ δοκοῦν τῆς πατρίδος συμφέρον. ἀλλὰ καὶ τὸν ψυχικὸν δειλιῶμεν κίνδυνον. ἐπεὶ οὐκ ἀντάξιος ὁ κόσμος μιᾶς ψυχῆς. οἴδαμεν δὲ τὸν ἅγιον τὸν βασιλέα ὅτι αὐθέντης ἡμῶν ἐστὶ, καὶ δύναται μεγάλα. οὐ διὰ τοῦτο δὲ προδώσομεν τὰς ψυχάς. οὐδὲ πράξομεν παρ' ὃ νομίζομεν συμφέρειν κατὰ ψυχὴν δι' οὐδὲν πρᾶγμα τοῦ κόσμου.

Τοῦ-

aliosque instruitis, Patriarcham precibus fatigare, & remeandi libertatem petere? quo negotium illud, cujus gratiâ in Italiam penetravimus, convellere machinamini: Nam ut alia dissimulem, quibus vos meis conatibus obluctari video, quid in vos deliquit Patriarcha, ut eum ad tam grave flagitium sollicitetis? An arbitramini huc pervenisse nos ut hostes in arenam provocemus, & mox infectâ re in Græciam velificemur? ita me in bilem commovetis, ut parum absit, quin vos jubeam redire, dein ut scribam civitati, ne vos ad vestros penates admittant, & cum ipse revertam, ut vos castigem pro vestris meritis, & meo libitu ut Imperatori, nisi forsan illud nomen oblivioni tradidistis, ignari quantum in vos juris habeam: Quare vobis prospicite, ne meam patientiam ulterius provocetis, ne id in vos patrare cogar, quod vobis videbitur injucundum, nam varia mihi adsunt corripiendi vos justa argumenta.

Cum hæc & alia multa hujus generis verba terribilia indignationis & excandescentiæ plenissima Philanthropinus evomuisset, respondimus: Nos ut huc primum appulimus, spem aluisse, ut intra unius anni, vel ad summum intrà duorum terminum in patriam reverteremur: Sed cum tanta temporum damna hactenus pertulerimus inutiliter labentium: Et nunc ne tertius annus decorticari periclitetur, nobis peregrinas oras occupantibus, quid mirum, si ad sua quique repedare festinarint? inexperti anteà malorum in alienâ gente, simul & nunc inscij, cui bono, in hac diutius commoraremur? Quare aperto ore attestamur, Nos ulterius non posse in his regionibus vitam miseram traducere: Interim nec vestri negotij molem destruimus, neminem ab ope vobis afferenda præpedimus, neminem ut in patriam suspiret, extimulamus. Nec enim opus est, quos satis extimulat vita ærumnosa, malorum omnium perpessio, suarum familiarum absentia, privatio carissimorum pignorum: Hæc sunt illa calcaria, quibus ad reditum accenduntur: & his aculeos acerbiores nulla unquam ratio suggessit: Quin & nos approbamus, quodcunque vel umbram fert utilitatis in patriam redundaturæ: sed hoc unum pertimescimus, ne incidamus in amittendæ vitæ æternæ periculum: Nec enim totus orbis unius animæ pretio est æquiparandus: Quocirca etiamsi nostrum Dominum Imperatorem revereamur, & plurima posse agnoscamus, nolumus tamen animas nostras prodere, aut feris criminibus conscientias vulnerare, pro ulla re mundanâ.

His nostris responsis ad Imperatorem perlatis, actutum ad nos rediit Philanthropinus, & cum pauca ab Imperatore, sed prioribus mitiora libas-

Τούτων τῶν ἀποκρίσεων ἀνενεχθεισῶν τῷ βασιλεῖ διὰ τοῦ Φιλανθρωπινοῦ, ἐλθὼν πάλιν ὁ αὐτὸς εἶπεν ἀπὸ τοῦ βασιλέως μετριώτερα τινὰ, τάχα καὶ παραινετικὰ, καὶ ἀπέλυσεν ἡμᾶς. μεθ' ἡμέρας δὲ ὀλίγας καθημένων ἡμῶν πάντων οὗ ἦν καὶ ὁ πατριάρχης ἐκινήθη ὁ περὶ τοῦ σιτηρεσίου λόγος. ἔπασχον γὰρ πάντες τετραμηνιαίου καιροῦ παρελθόντος καὶ μηδὲν λαβόντες. εἶπε δὲ ὁ Μιτυλήνης πρὸς τὸν πατριάρχην. ὅτι ἐγὼ εἶπον περὶ τούτου πρὸς τὸν Καμαρέριον, καὶ ἀπεκρίθη ὅτι ἕτοιμός ἐστι προστάξαι ἵνα δώσωσιν αὐτό. ἡ δὲ βραδύτης γίνεται ἀπὸ ἀμελείας τῶν ὁρισθέντων ζητῆσαι καὶ παραλαβεῖν αὐτό. ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς ὅτι ἀφ' οὗ ἔταξεν ὁ Χριστοφόρος τὴν ἡμέραν καθ' ἣν εἶπε παραγίνεσθαι ἡμᾶς πρὸς αὐτὸν, ἵνα λάβωμεν τὰ φλωρία, ἑπτάκις προσήλθομεν αὐτῷ, καὶ αἰεὶ εἰς τὴν αὔριον ἀναβάλλεται. ἡμεῖς δὲ οὐδ' ὅλως ἠμελήσαμεν ἀπέρχεσθαι, καὶ ἀπαιτεῖν αὐτά.

Ὁ δὲ Μιτυλήνης εἶπε τῷ πατριάρχῃ. ὁρισμὸν οὖν ἔχεις θέλημα, καὶ ἐλθέτω νῦν μετ' ἐμοῦ εἰς τὸν καμαρέριον, καὶ διορθώσομεν τοῦτο. ὥρισεν οὖν πάλιν ἡμᾶς ὁ πατριάρχης, ἡμεῖς δὲ παρῃτούμεθα. τοῦδε προστάξαντος ἀπήλθομεν σχεδὸν ἄκοντες. εἶπεν οὖν ὁ Μιτυλήνης πολλὰ περὶ τῆς δόσεως μετὰ μεγάλης ἱκεσίας καὶ κολακείας, καὶ ἤνυσεν οὐδέν. μήδε ψιλῷ λόγῳ εἰπόντος τοῦ Καμαρερίου ὅτι δοθήσεται. ἐγένετο ταῦτα περὶ δείλην ὀψίαν. γενομένης δὲ πρωΐας πάλιν ἐλθόντες οἱ ῥαβδοῦχοι μετὰ ὁρισμοῦ βασιλικοῦ ἄγουσιν ἐμὲ, καὶ τὸν πρωτέκδικον εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ὥρισεν ἡμῖν διὰ τοῦ Βουλλώτου ὁ βασιλεύς. εἴπατε τίνος χάριν ἤλθετε εἰς τὸν Καμαρέριον; εἰπόντων δὲ ἡμῶν τὴν αἰτίαν, ὅτι διὰ τὸ σιτηρέσιον, καὶ ἀνενεχθείσης τῷ βασιλεῖ, ὥρισε πάλιν διὰ τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἐγὼ ἄλλως ἤκουσα περὶ ὑμῶν. καὶ ἐβουλόμην ποιῆσαι ὅπερ ἦν ἁρμόδιον εἰς ὑμᾶς πρὸς τὸ πρᾶγμα ὃ ἤκουσα. δέχομαι δὲ τοῦτο καθὼς λέγετε, καὶ παραιτοῦμαι ὃ ἐβουλόμην ποιῆσαι. ἄπιτε οὖν πλὴν προσέχετε.

libaſſet, & ad meliorem ſpem erexiſſet, nos dimiſit. Intercalatis autem aliquot dieculis, cum in conſpectu Patriarchæ conſideremus, cœpit vetus interſeri querimonia de Annonâ non ſolutâ: noſtri enim jam quatuor menſium defectui graviter ingemuere, quibus ne teruncium acceπiſſent. Forte aderat Epiſcopus Mitylenes, qui Patriarchæ aſſeverabat, ſe cum Camerario hæc communicaſſe, quem paratum ajebat quæſtoribus ſuis injungere, ut ſtatim debita omnia exonerentur; & ſolutionis tarditatem à noſtrorum hominum negligentiâ proficiſci, quibus demandandi ac recipiendi munus incumbit. Nos vero reſpondimus: Ex quo Chriſtoforus diem præſtituiſſet, ſolvendis pro more Florenis in ſtipendia ſepties ipſi adfuiſſe, & præter Corniculæ vocem, Cras, Cras, nihil accepiſſe: Adeo ut in noſtrum caput non debeat hæc faba cudi, quaſi nec adeundo, nec poſtulando, noſtram neceſſitatem lenire detrectaremus.

At Mitylenæus à Patriarcha petiit, aliquos ſecum mitti ad Camerarium, ut ſententiæ veritas conſtet. Nobis igitur mandavit Patriarcha, qui lubentiſſimè officium defugeremus: ſed cum vehementius inſtaret Pattiarcha, adeundi Camerarium onus ſuſcepimus propemodum inviti. Eo cum perventum, eſſet Mitylenæus cæpit Oratione multifariâ, & paraſiticâ annonam emulgere, ſed fruſtrâ: Camerarius ne ſyllabâ aut ſono ſe daturum innuere dignatus eſt. Hæc ad ſera veſpertinæ lucis crepuſcula contigerunt: Et cras mane ut illuxit, Lictores Imperatorij ipſius mandato Me & Protecdicum ad aulam trahunt: Ubi per Dominum Bullotam Imperator nos juſſit dicere: quid nobis Heri cum Camerario commercij interceſſit? Nos rem ut erat pandimus ab origine: Miſſos à Patriarchâ ad poſtulandam Annonam: Quod ubi intus delatum Imperatori, per eundem Bullotam nobis denuo reſpondit: At alia de vobis accepi, & decrevi in vos ſeverè animadvertere pro magnitudine flagitij quod de vobis audivi: At nunc in veſtris acquieſco reſponſis, & cogitatæ pœnæ veniam deprecor; Ite, ſed à malâ ſorte cavete, ſuadeo.

τμήμ. θ. κεφ. β.

Ἡμέραι παρεῤῥύησαν συχναὶ, καὶ οὐ διέλιπον ὅ τε Ῥωσίας, ὅ τε Νικαίας, ὅ τε Πρωτοσύγκελλος, παραγινόμενοι καθ'

μέρας

Sect. IX. Cap. II.

Crebri exinde dies præterfluebant, in quibus Roſſenſis, Nicenus & Primicerius indies ſatagere clandeſtinis conſultationibus nunquam deſti-

καθ' ἑκάστην ἐπὶ τῷ βουλεύεσθαι καὶ κατασκευάζειν λαθραίως. μόλις δέ ποτε ἐδόθη καὶ τὸ σιτηρέσιον, εἰπόντος τοῦ Καμαρερίου ὡς ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ πατριάρχου ὅτι δοθήτω, καὶ τοῦτο τὸ ψωμικὸν τοῦ πάπα, ὥσπερ ἂν εἰ ἐρρίπτετο εἰς τὸ πέλαγος. ἐδόθη οὖν ἡμῖν κατὰ τὴν κδ΄ τοῦ Μαΐου ὑπὲρ δύο μηνῶν φλωρία ασή. εἰρηκότος ἐπὶ τούτοις τοῦ Χριστοφόρου, μὴ δοθῆναί τι τῷ Ἐφέσου, ὡς ἐσθίοντι κατὰ τὸν Ἰούδαν τὸν ἄρτον τοῦ πάπα, καὶ ἐναντιουμένῳ, καὶ ἐχθραίνοντι αὐτῷ, οὕτως ἐλήρησε κατὰ τοῦ δικαίου ὁ φαῦλος ἐκεῖνος, καὶ σάκλαν, ἤτοι ἀγχόνην δεῖν εἶπε δοθῆναι αὐτῷ. μετὰ δέ τινας ἡμέρας, συνήχθησαν οἱ ἡμέτεροι ὁρισμῷ βασιλικῷ εἰς τὸ πατριαρχεῖον. ὡρίσθημεν δὲ συνελθεῖν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἤρξαντο λέγειν περὶ τῆς ἑνώσεως.

Ἔφη οὖν ὁ βασιλεὺς ὅτι οἱ λατῖνοι ζητοῦσιν ἐξηγήσεις εἰς τὸ γραμμάτιον ὅπερ ἐστείλαμεν αὐτοῖς, πλὴν οὐκ ἔδειξεν, οὐδὲ εἶπε τὰς ἀπορίας, ἃς ζητοῦσιν εἰς αὐτό. εἶπεν οὖν ἐμοὶ δοκεῖ βέλτιον, ἵνα βλέψωμεν πρός τι ἑνωτικόν. εἰ γὰρ ἐμπέσοιμεν εἰς τὰς ἐξηγήσεις, εἰς ἄπειρον πέλαγος περιπεσούμεθα. σκέψασθε οὖν εἰ ἐνδέχεται στέρξαι καὶ ἡμᾶς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἤρξατο ἐξετάζειν τὸ περὶ τούτου, καὶ ἡ περὶ τῆς ἐκ, καὶ τῆς διὰ σκέψις τὸ δοκεῖν ἐκινήθη, καὶ φιλονεικία μᾶλλον ἀντὶ σκέψεως γέγονε. παρῆσαν δὲ τότε καὶ οἱ ἄρχοντες. ὥρισε γὰρ ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἀπὸ τοῦ νῦν θέλω, ἵνα συνέρχονται οἱ ἄρχοντες, ἵνα εἰδῶσι καὶ αὐτοί τινες σπουδάζουσι ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος τῆς πατρίδος, καί τινες ἐναντιοῦνται. ἰδὼν οὖν ὁ Ἰάγαρις τρεῖς ἀντιλέγοντας τῷ Ἐφέσου ἐκεῖνον δὲ μόνον ἀπολογούμενον καὶ ὑπερισχύοντα ἔφη πρὸς τὸν πλησίον. οὗτος ἐστὶν ὃν ἔλεγον ὅτι ἐγίνετο ἔκφρων; ἐγὼ ἀπορῶ εἴπερ ἠδύνατο ἀπολογεῖσθαι τὸν ἕνα, αὐτὸς δὲ ἀπολογεῖται πρὸς πάντας. διεφήμισαν γὰρ πρότερον ὅτι ὁ Ἐφέσου παρεφρόνησε, καὶ οὐκ οἶδε τί λέγει. μετὰ δὲ τοὺς πολλοὺς λόγους ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ὅτι φιλονεικία μόνον ἄκαρπος γίνεται, σιωπὴν ἐπιτάξας εἶπε νομίζω μὴ ἂν ἄλλως ἐλθεῖν ἡμᾶς εἰς συμπέρασμα, εἰ μὴ πρότερον περιστῇ εἰ γνήσια εἰσὶ τὰ ῥητὰ τῶν δυτικῶν ἁγίων, ἃ προεκόμισαν οἱ λατῖνοι εἰς τὴν σύνοδον, ἢ νόθα.

Διὸ σκέψασθε περὶ τούτου κατὰ τὸ παρὸν,

μεμ-

destiterunt: Tandem vero difficulter prodiit stipendiorum solutio, non sine acerbissimo Camerarij dicterio ut accepimus à Patriarchâ: Quem dixisse ferunt, Habeant sibi Græcorum mendicabula, hanc Papæ Elemosynam, non melius collocatam, quam si in mare præcipitaretur: Utcunque vicesimo quarto Maij in duorum mensium stipendia nobis sunt numerati Floreni mille, ducenti & octo, suum etiam sarcasmum non omittente Christoforo, qui dum aliis stipendia penderentur, jussit Ephesio nullam partem destinari, quem satis norat ad instar Judæ proditoris, Papæ panes comedere, & Papæ quam maxime adversari: Ita in hominem seipso justiorem deliravit impius Christoforus, & Græcorum cæteris stipendia, Ephesio malam crucem retribuendam censuit, qua se suspendat Ephesius, At infrâ dies aliquot, nostri jussu Imperatorio ad Patriarcham accersiti convenerunt, nosque simul eadem autoritate citati paruimus: & tum occæperunt de Unione sermocinari.

Ac Imperator ipse sic præfatus est. Latini à nobis postulât explicationes, in schedulam quam transmisimus: Sed nec quod scriptum erat à Latinis, aut quæ ambigua scriptum continebat, palam in conspectum dabat Imperator, verum ut occæperat, sic dicere perrexit: Mihi vero visum est multo consultius ad aliquem modum propagandæ Unionis respicere: Nam si cum illis in hunc enarrationum gurgitem incidemus, in immenso Oceano inextricabilium argutiarum sine fine circumvolvemur: Quapropter vobiscum considerate, si quo Marte poterimus illud, A Filio, ad definitionem perducere: Et statim nonnulla cœpit investigare, illamque inter A Filio, & Per Filium, differentiam in medium denuo obtrudere: Quæ sic omnes ad jurgia concitavit, ut potius garrulitati laxata occasio, quam justæ quæstionis ventilatio videretur. Aderant tum etiam principes Imperatorij admissi in conventus, ut ipsi observarent, quinam è nostris utilitati patriæ studerent, & qui obversarentur: Cumque igitur notasset Jagaris, tres contra unum Ephesium acriter debacchari, Ephesiumque solum cunctorum impetus eludere, palmamque reportare, proximis dixisse fertur: Hiccine est ille quem demotum mente ajebant: vix credideram uni posse respondere, respondet omnibus: Nam invidiosum rumorem sparserant, insanire Ephesium, nec intelligere quæ proferat. Post varia autem sermocinia, cum videret Imperator inutiles rixas in tumultum tendere, silentio imperato hæc paucâ subjunxit. Percipio nos ad exitum pervenire non posse, nisi prius conveniat de autoritate Patrum Occiduorum, & an eorum dicta à Latinis

in

μεμνημένοι ὅτι ὁ θέλων εἰπεῖν ταῦτα νόθα ἀναγκασθήσεται ἀποδεῖξαι πῶς εἰσὶ νόθα. καὶ δεῖ αὐτὸν ἔχειν βιβλία πλείω καὶ κρείττω, ὧν ἔχουσιν οἱ λατῖνοι. αὐτοὶ οὖν δυνήσονται προκομίσαι β, ὑμεῖς δὲ οὐδὲ ἓν ἔχετε, καὶ οὐκ οἶδα πῶς ἄν τις ἀποδείξειεν αὐτὰ νόθα. ὅμως ὁ βουλόμενος ἀποδειξάτω. εὐθὺς οὖν ἀντιλαβόμενοι τοῦ λόγου οἱ τοῦ λατινισμοῦ ἐφιέμενοι, καὶ πλατύναντες δι᾽ ὧν εἶχον τοῦτο κατασκευάσαι καὶ τῶν ἀμαθεστέρων τὰς ἀκοὰς κατακλύσαντες, γνώμας ἀπῄτουν ἐξαίφνης. μήτε εἰς διάσκεψιν τὸ περὶ τούτου θέμενοι, μήτ᾽ τὰ αὐθεντικὰ ἀπαιτήσαντες ὡς οἱ λατῖνοι προανεφώνησαν, καὶ ὑπέσχοντο δοῦναι. ὅταν ἀπαιτηθῶσιν αὐτά. ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐβιάζοντο γνωμοδοτεῖν. εἰπόντων οὖν τῶν πρώτων πέντε ἢ ἓξ τὰς ἑαυτῶν γνώμας ἐπέταξαν τοῖς λοιποῖς, δι᾽ ὀλίγων λέγειν μόνον, εἰ γνήσια ἡγεῖται ἕκαστος τὰ ῥητὰ τῶν δυτικῶν ἢ νόθα.

in ultimâ Synodo citata habenda ſint pro Legittimis, an adulterinis?

Et ſit illud vobis in hodiernæ ſpeculationis argumentum, ſed & meminiſſe oportet quicunque eorum ſcripta dixerit adulterata, ei incumbere neceſſitatem, quæ aſſeruerit comprobandi, & tum opus habere ſupellectile librariâ, ut inſtructiori, ita præſtantiori, quam ipſi Latini habent: Qui depromeṅt è nidis quandocunque volent ultra duo millia librorum, quorum ne unum vos poſſidetis: Qua igitur confidentiâ eorum monumenta quis ut ſpuria comprobare valuerit, non video: Si tamen noſtratium aliquis ſe poſſe putaverit, per me licebit, non refragabor. Vix finierat Imperator, cum aliqui in Latiniſmum propenſi, anſam arripiunt dilatandi ſe verbis, illamque promovendi ut anteà præſtruxerant: Et cum imperitorum aures aliquot offuciis permulſiſſent, ſine mora, Ad ſuffragia inclamarunt: Nec indultâ deliberandi copiâ, nec efflagitatis authenticis codicibus, prout Latini prædixerant, ſeque exhibituros promiſerant, quandocunque à nobis poſtularentur, ſed abſque ulteriori ambage univerſi ſuffragia proferre cogebantur: Et cum primorum quatuor vel quinque ſententias dixiſſent diſtinctè ut fieri aſſuevit, reliquis præcipiunt, quam breviter poſſent, unicâ tantum voce dicere, an exiſtiment ſcita Patrum occidentalium genuina eſſe an ſpuria?

τμήμ. θ. κεφ. γ.

Ἔφθασεν οὖν καὶ εἰς ἐμὲ ἡ ἐρώτησις. καὶ ἀπεκρίθην ὡς λίαν θαυμάζω, ἰδὼν τοὺς ἁγίους, τοὺς ἀρχιερεῖς δραμόντας εὐκόλως εἰς τὸ παρὸν ζήτημα. ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι τοῦτο μεῖζον σχεδὸν πάντων τῶν ζητημάτων εἰς τὴν παροῦσαν ὕλην προκειμένων. τὸ γὰρ διακρῖναι τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ γνησίου πολλὴν ἔχει δυσχέρειαν, καὶ μεγάλης δεῖται σκέψεως ἐπιστημονικῆς. νοθεύονται γὰρ τὰ βιβλία. καὶ γράφεται εἰς τὰ προλεγόμενα τῆς λογικῆς, κατὰ πόσους τρόπους νοθεύονται. μέμνηνται δὲ τούτου πολλῷ βέλτιον οἱ δεσπόται μου οὗτοι οἱ τοῦ λόγου προβεβλημένοι, καὶ τῇ λογικῇ ἐμφιλοσοφοῦντες. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη· καί τις ἡ χρεία τῶν λόγων τούτων; εἰπέ τι πρὸς τὸ πρᾶγμα. τότε εἶπεν ὁ Ἐφέσου λίαν καλῶς λέγει. ἐμοῦ δ᾽ εἰρηκότος, εἰ οὐκ ἔχω ἄδειαν εἰπεῖν ὡς θέλω τὴν γνώμην μου, σιωπῶ. εἰπέ μοι. λέγε λοιπόν. καίτοιγε (εἶπον) εἰς τοὺς ἀπηριθμημένους ἐκεῖσε τῆς νοθεύσεως τρόπους ὁ νῦν ὑποπτευόμενος τρόπος οὐκ ἐπενοήθη. εἰ οὖν κατὰ πολλοὺς τρόπους νοθεύονται τὰ βιβλία, καὶ ἐπί τινων λό-

γων

SECT. IX. CAP. III.

Tandem etiam ad me quæſtio devoluta pervenit: Et reſpondi: Mirari me plurimum quod noſtros ſanctos præſules videam tam proclivi voluntate, ad hanc cauſam determinandam protrahi, quam ego ſemper ſum arbitratus, omnibus ferme aliis ambiguis noſtras controverſias ſpectantibus, majori difficultate circumſitam: Nam ſpurium à legittimo in ſcriptoribus diſcriminare, res eſt imprimis operoſa, & ſcientificâ experientiâ quam maximè indiget: volumina enim corrumpuntur, & quot modis corrumpi poſſint, nobis ratiocinandi ars Logicalis, in primis paginis indigitat: Nec dubito quiu Domini mei qui adſunt, hæc omnia accuratius quam ego mentibus retineant, qui Dialectices fundamenta jecerint, & præceptis Philoſophiæ præclara ingenia imbuerint. At quorſum hæc diverticula? interpellat Imperator. Loquere ad Rhombum. Immo ſubinfert Epheſius. Optimè locutus rectà ad ſcopum collimat: At ſi mihi non liceat (inquam ego) ſenſa mentis meæ cum libertate profari, conticeſcam: Progredere igitur, ait Imperator: Proinde (dixi) etiamſi in illis proœmiis infiniti modi libros adulterandi recenſentur, tamen ille modus qui jam à nobis in ſuſpitionem trahitur, nondum excogitatus prodierat: Verum cum innumeris modis

dis

γων τοῦ θείου Χρυσοστόμου τὸ νόθον εὑρίσκεται· ἔνθα οὐδὲ τοιαύτη ἀνάγκη τοῦτο γίνεσθαι ἐβιάσατο. πλὴν δὲ οὐκ ἔχομεν διακρῖναι τοῦτο ὁμολογουμένως· οὐχ ἡμεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ διδάσκαλοι οὓς ἐφθάσαμεν. ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ πολὺς τήν τε θείαν σοφίαν καὶ τὴν ἐκτὸς ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης κῦρος Εὐθύμιος, ἀμφιβάλλων καὶ αὐτὸς ἔν τισι τῶν λόγων, καὶ ποτὲ μὲν ὡς νόθους, ποτὲ δὲ ὡς γνησίους ἀποφαινόμενος τοὺς αὐτούς. εἰ οὖν ἐπὶ τῶν χρυσοστομικῶν λόγων, οὓς ἐκ νεότητος, καὶ μέχρι γήρως ἡμῶν ἀναγινώσκοντες καὶ εἰδότες τὴν φράσιν καὶ τὴν ἰδέαν αὐτῶν, οὐκ ἔχομεν ὁμολογουμένως διακρῖναι τὸ νόθον τε καὶ τὸ γνήσιον.

Πῶς ἂν ἐπὶ τῶν δυτικῶν ἁγίων, ὧν τὰ συγγράμματα οὔτε οἴδαμεν οὔτ᾽ ἀνέγνωμεν ποτέ; οὐδὲ γὰρ εἴχομεν αὐτὰ οὔτε ἀρχῆθεν μετεγλωττίσθησαν, κἀντεῦθεν οὐδ᾽ ὅλως εἰσὶν ἡμῖν γνώριμα, θαρροῦντες εἴποιμεν γνήσια ταῦτ᾽ εἶναι ἢ νόθα; ἐν οἷς οὔτε φράσιν, οὔτε ἰδέαν οὔτε ὑφὴν ἢ ῥυθμόν τινα τοῦ λόγου γνωρίσαι πόθεν ἔχομεν. καὶ ταῦθ᾽ ὁρῶντες ὅτι προκομίζονται παρὰ τῶν προενεγκόντων τὸ ἅγιον σύμβολον ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ζ´ συνόδου νενοθευμένον καὶ διϊσχυριζομένων ὡς οὕτως ἀνεγνώσθη ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκείνῃ μετὰ τῆς προσθήκης, πρᾶγμα εὐεξέλεγκτον ποιούντων, καὶ μηδεμίαν ἀπολογίαν καταλιμπάνον αὐτοῖς. μᾶλλον δὲ καὶ τὰ ὁμολογούμενα μὴ δέχεσθαι πάντας καταπεῖθον, εἰ παρ᾽ αὐτῶν προφέροιντο. διὰ ταῦτα τοίνυν πάντα, οὐκ ἔχω οἴκοθεν ὡς γνήσια διακρῖναι ταῦτα ἢ νόθα. ἐπεὶ δ᾽ ἔχω, καὶ αὐτὸς ἀνάγκην εἰπεῖν, ὅσον ἔρχεται εἰς τὴν ἐμὴν εἴδησιν καὶ διάνοιαν λέγω, ὅτι ὅσα τῶν τοιούτων ῥητῶν εἰσὶ σύμφωνα τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Μαξίμου, καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ὡς γνήσια δέχομαι ταῦτα. ὅσα δ᾽ ἐναντιοῦνται τούτοις, οὐ παραδέχομαι, ὡς νόθα. ἠκολούθησαν τῇ ἐμῇ γνώμῃ καὶ οἱ μετ᾽ ἐμέ. ὅμως ἡ τῶν πλειόνων ἔστη ψῆφος, καὶ ὡς γνήσια ταῦτ᾽ ἐδέχθησαν.

dis codices vitia contrahant de plerifque libris jufta dubitandi ratio præbetur: Siquidem in noftri D. Joannis Chryfoftomi fcriptis, falfariorum veftigia deprehenduntur, quando nulla neceffitas homines, ad hanc vitiandi impietatem impulerat: in illis tamen operibus, genuinum à vitiato difcernere haud liquido conceditur: Non modo non nobis hujus ævi citerioris hominibus, fed ne Ecclefiæ doctoribus, qui nos feculis anteverterunt: Quos inter peritiffimus omnium divinarum, humanarumque rerum fcientiâ, fanctiffimus Patriarcha nofter Euthymius fæpè in concionibus Sancti Chryfoftomi, adeo dubius hæfit & anceps animi, ut eafdem nunc fpurias, nunc legittimas pronuntiaverit: Quare fi nec in Chryfoftomi concionibus, quas ab incunabulis, ad canos manibus tractamus, quarum affiduæ lectioni immorimur, facti familiares ftilo, & egregiis loquendi formis ab Adulterino legittimum fegregare neutiquam valemus.

Quid de nobis fieret, fi ad hoc penfum in occidentalibus Sanctis detruderemur, verum, falfum, fpurium, genuinum ex eorum fcriptis eruere ac expifcari? quæ in hunc ufque diem, nec vidimus, nec legimus, nec intelleximus, quæ nec à prima origine in noftram linguam traducta funt: Qua igitur fiduciâ, affeverare poterimus hæc fyncera, hæc fucata? Quorum nec genus, nec Idæam, nec Orationis vel telam, vel tramam, vel fubtemen unquam percurrendi conceffa nobis fuit facultas aut copia: Præfertim cum nobis ij homines obtrudant, qui facrum fymbolum in Septimæ Synodi Actis corruptum affirmare non erubuerunt, & in illa Synodo fymbolum cum Additamento legi: quod ut à nobis facillime potuit refelli, ità fidem omnem illis in pofterum fic adimere oportuit, ut fi afferent receptiffima ab omnibus, in dubium tamen vocari deberent, quia illi afferent. Ob prædictas igitur quas cumulavi rationes, fi meum exigitur judicium, Latinorum fcripta, à meipfo nec ut genuina nec ut fpuria difcernere valeo: Sed quando me hujus temporis occafio premit, pro rationis meæ captu fententiam promere: Si qua fint Latinorum fcita D. Maximi Epiftolæ, aut Sancti Cyrilli dogmatibus conformia ut recta admittenda cenfeo, fi qua illis contrariantur, ableganda ut fpuria: Meæ fententiæ accefferunt, quotquot ordine funt me infecuti: Plurimorum tamen fuffragia prævaluere, & fanxerunt, Latinorum teftimonia recipienda ut genuina.

τμήμ. θ. κεφ. δ.

SECT. IX. CAP. IV.

Ὁ βασιλεὺς τοίνυν εἰδὼς ὅπως πλὴν δ ἢ ε ἀρχιερέων, οἱ λοιποὶ τῇ γνώμαις ἐπον-

At Imperator cum animadverteret, quot adeffent, quatuor vel quinque Epifcopis excep-

ἕπονται τοῦ Ῥωσίας, καὶ τοῦ Νικαίας, καὶ χρῶνται τούτοις ὡς ὁδηγοῖς. οἱ δὲ μεθ᾽ ἡμᾶς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖς ἡμετέροις προσέχουσι λόγοις, καὶ ἀφ᾽ ἡμῶν ἔχουσιν ὁδηγίαν τινὰ καὶ ἡμῖν ἑπόμενοι διαφωνοῦσιν ἐκείνοις. δεῖν ἔγνω κωλῦσαι ἡμᾶς τοῦ γνωμοδοτεῖν. νομίσας ὡς οὕτω ποιήσει τοὺς μεθ᾽ ἡμᾶς συμφώνους τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχιερέων. καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας πάλιν συνέλευσις πάντων ἡμῶν ἐκ κελεύσματος ἐγένετο βασιλικοῦ. καὶ ὁ βασιλεὺς τοιά δέ τινα ἐδημηγόρησεν,

Ἐγὼ τὴν παροῦσαν σύνοδον οἰκουμενικὴν κατ᾽ οὐδένα τρόπον ἡφοῦμαι ἐλάττω τῶν προλαβουσῶν ζ΄ οἰκουμενικῶν συνόδων. διὰ τοῦτο θέλω καὶ ταύτην ἀκολουθεῖν ἐκείναις κατὰ πάντα, καὶ μηδὲν ἄλλο γίνεσθαι παρὰ τὰ ἐν ἐκείναις γεγενημένα. προσκομισθήτωσαν οὖν τὰ πρακτικὰ, καὶ οἵτινες εἰσὶν οἱ γνωμοδοτοῦντες ἐν ἐκείναις, καὶ ὑπογράφοντες, οἱ τοιοῦτοι λεγέτωσαν καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ γενησομένῳ ὅρῳ ὑπογραψάτωσαν. ἐγὼ γὰρ οὐ θέλω γίνεσθαί τι ἐνταῦθα ὀρεκτικὸν, ἀλλὰ τὴν τάξιν κατὰ πάντα τηρεῖσθαι τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων. ἐλθέτωσαν οὖν τὰ πρακτικὰ ἵνα ἴδωμεν ἐκ ποίων τάξεων εἰσὶν οἱ ἐκεῖσε λέγοντές τε καὶ ὑπογράφοντες. ἐμοῦ δ᾽ εἰρηκότος καὶ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τὰ πρακτικὰ, ἡμεῖς οἴδαμεν τίνες λέγουσιν ἐκεῖσε. ἐμβριθέστερον ὥρισεν, ἐλθέτωσαν πρῶτον αὐτά. ἐκάθηντο οὖν πάντες σιωπῇ ἐφ᾽ ἱκανὸν μέχρις ἂν διακομίσωσι ταῦτα ἐκ τοῦ Νικαίας, καὶ διακομισθέντα λαβὼν ταῦτα ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, καὶ καθίσας εἰς τὸ μέσον ἀνέγνω, μέρη τινὰ ἐκ τῶν ὑπογραφῶν, καὶ ἐπεὶ εὑρέθησαν ἐπίσκοποι καὶ ἀρχιμανδρῖται μόνον ὑπογράφοντες, προσέταξεν αὐτοὺς λέγειν μόνους, καὶ κατὰ τὸ παρὸν, καὶ καιροῦ καλοῦντος ὑπογράψαι, τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας σιωπᾶν. καὶ οὕτω σιγᾶν ἐποίησεν ἡμᾶς, ἢ μᾶλλον ἐλευθέρωσε τοῦ λέγειν.

Καὶ εἰς μέσον εὐθὺς τίθεται τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ σπεύδουσι δεῖξαι ταυτὸν εἶναι τῷ διὰ τοῦ υἱοῦ. καὶ τὴν διὰ ἰσοδυναμεῖν τῇ ἐκ, καὶ τῷ Ἐφέσου μετὰ πολλῆς ἀντιλέγουσι ῥύμης. ἐπὶ τούτοις ὁ Ἡρακλείας βιβλίον ἐξενεγκὼν, καὶ τῷ βασιλεῖ ὑποδείξας, ἀνέφερεν ὅτι περιέχεταί τι ἐν τούτῳ ὅπερ ἔνι χρεία, ἵνα ἀναγνωσθῇ ἐνταῦθα ὡς ἂν

εἰδῇ

tis, ad Roffenfis fententiam & Nicæni fua fuffragia accommodare, eorumque ductum omnimodo fequi: Et qui fecundum nos fuffragarentur, à noftris pendere verbis, nobis obfecundare, tanquam antefignanis, noftrifque incedentes veftigiis, prioribus illis ad omnia obverfari: conducibile exiftimavit, fi nobis omnem in pofterum fuffragandi poteftatem adimeret, ut qui nobis adhærefcerent, fua vota majori numero Epifcoporum adjungere cogerentur. Ita poft triduum, ex mandato Imperatoris conventus noftrorum omnium Generalis eft indictus, & Imperator cœpit in hæc verba præfari.

Ego quidem arbitror hanc Synodum Generalem, nullatenus infrà dignitatem aliarum feptem Generalium fubfidere, quæ eandem antevertunt: Quare volo ut hæc illis par in omnibus fuccedat, nec aliud quidpiam ab illis diverfum in hac geftum prodeat: Afferantur igitur imprimis præcedentium Conciliorum practica, ut fciamus, qui in illis fuffragia contribuere, & qui nomina fubfcripferint: ut in hac tales fuffragia proferant, & in futurâ definitione etiam fubfcribant: Nolo enim quidquam in hac Synodo committi præ affectu, fed in omnibus eundem ordinem methodumque cum illis Generalibus illibatam confervari: Apportetur igitur ocyus gefta conciliorum complectens Codex, ut cujus fint conditionis ac ordinis, qui illic fuffragantur & fubfcribunt fedulo inveftigemus: Ego vero priufquam libri apportarentur cum id tantum inferuiffem: Non opus effe voluminum infpectu: Nos intelligere confuetudines Synodorum, & qui in illis fuffragantur aut fubfcribunt: Imperator ferocius excandefcens: At ego volo, inquit, ut ipfæ prius tabulæ accedant: Ita conventus obmutuit fatis diu dum ex ædibus Nicæni codices adveherentur: Quibus prolatis, Mag. Primicerius fe medium infinuans, nonnullas hic illic fparfim particulas è fub fcriptionibus lectitabat? Et cum deprehenfum effet folos Epifcopos ac Cœnobiarchas fubfcripfiffe, mandavit Imperator, ut in hac Synodo foli Epifcopi ac Cœnobiarchæ fuffragia ferrent, & cum opportunitas poftularet, fubfcriberent; reliqui omnes filentio uterentur: Atque ita nobis filentium impofuit Imperator, vel ut rectius dicam, à neceffitate loquendi contra dictata confcientiæ exolvit.

Statimque pofteà in medium producunt illud, A Filio, & idem valere, ac Per Filium, acriter contendunt, feu præpofitiones Ab & Per omnino non difcriminari, & adverfus Ephefium contraria ftatuentem, magno tumultu invehuntur: Dumque in hoc æftu digladiantur, evolutum è finu codicem quendam Heracleenfis

Im-

εἰδῇ τοῦτο καὶ ἡ ἁγία βασιλεία σου. καὶ εὐθὺς σκώπτει αὐτὸν ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, μετὰ μεγάλου θυμοῦ λέγων· καὶ νῦν ἔφερες αὐτὸ ἀναγνωσθῆναι ἐπὶ συνόδου; πρῶτον ἀναθεμάτισον τὸν Καβάσιλαν, εἶθ' οὕτως ἀναγίνωσκε αὐτό. νῦν εὗρες αὐτό; ὅτε ἦσθα ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἔδει σε δεικνύειν αὐτὸ, οὐ μὴν δὲ ἐνταῦθα. εἶα, ἴδετε τί ἔφερεν ἀναγνῶναι ἐν τῇ συνόδῳ. εἰ βούλει ἀναθεμάτισον τὸν Καβάσιλαν, καὶ οὕτως ἀνάγνωθι αὐτό. ἰδὼν δὲ ὁ Ἡρακλείας τὴν ἰταμότητα καὶ τὸ θράσος αὐτοῦ, καὶ τὰς διαθέσεις τῶν περὶ αὐτὸν δεινῶς κυμαινούσας, κἀκεῖνον τῷ θυμῷ ζέοντα, πρὸς δὲ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποστροφὴν ἐσιώπησε, καὶ συνέστειλε τὸ βιβλίον. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἔγνωμεν τί ἦν ἐκεῖνο. ὕστερον δ' ἐξετάσαντες ἐμάθομεν, ὅπως ἦν ὁ συνοδικὸς τόμος ὁ γεγονὼς κατὰ τοῦ Βέκκου, καὶ κατὰ τῆς ἐν τῷ λουγδούνῳ συστάσης ἑνώσεως, ὃν οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ ἐν τῇ συνόδῳ πλὴν τριῶν ἢ τεσσάρων εἴδομεν ποτε ἢ ἠκούσαμέν τι περὶ αὐτοῦ· διὸ ἐσπούδασεν ὁ κακεργάτης καὶ πολέμιος ἡμῶν ἵνα καί ποτε κωλύσῃ ἡμᾶς τῆς τούτου εἰδήσεως.

Imperatori commonstravit, in quo nonnulla contineri asseruit, quæ Majestatem suam scire conveniebat, & quæ publicè legi nostrum intererat: Quem ubi conspexit Primicerius, sublato cachinno, Heracleensem fortiter subsannavit, cum iracundiâ ajens: quid, an hæc jam profers legenda in conventu? Primo Cabasilam maledicto subjice, tum quod prodis perlege: Hæccine nunc è tenebris? Debuisti hæc Constantinopoli, non in his regionibus propalasse: Eja! conspicite qualia conventui examinanda commendavit! Cabasilam prius aquâ & igni interdicas, tum hæc ad nos perlegas: Heracleensis autem cum animadverteret audaciam hominis & effrænem impudentiam, simul & clientium suorum affectus concitatos, & ad instar commoti maris undabundos, ipsum Primicerium ira intumentem, Imperatorem odio abreptum & implacabilem, conticuit, libellumque condidit: Cujas autem esset iste autor, qnem Heracleensis venditârat, hariolari nequivimus, donec posteà inquirendo didicimus, Tomum fuisse è Synodalibus nostris depromptum, scriptumque contrà Beccum, & unionem Lugduni conflatam: Cujus tomi nihil nos, nihil ulli in conventu nostro aut viderant aut audierant, præter tres aut quatuor sublimioris notæ scientificos: adeo malignus ille cacodæmon Primicerius nobis ejusdem & usum & notitiam invidit.

τμήμ. θ. Κεφ. ε.

Ἐν ἑτέρᾳ δὲ πάλιν ἡμέρᾳ συνήλθομεν εἰς τὸ πατριαρχεῖον κατὰ τὸ ἔθος, καὶ περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκινήθη λόγος, καὶ ἐπῄνουν τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν εἰρήνην ἁπλῶς οἱ ἐφιέμενοι τοῦ λατινισμοῦ. εἶπεν οὖν ὁ Ἡρακλείας ὅτι καλὸν ἂν ἦν εἰ παρείχετε ἡμῖν τὴν ἔκθεσιν ἣν ἐστείλατε τοῖς λατίνοις. ἅπαξ γὰρ μόνον ἠκούσαμεν αὐτήν. ἔδει δὲ πλεονάκις ἰδεῖν καὶ σκέψασθαι περὶ αὐτῆς. καὶ εὐθὺς ἔφη ὁ Νικαίας, ὅτι αἰσχύνη ἐστὶ τοῦτο ὑμετέρα, τὸ δόξαι, ὡς ἠκούσατε μὲν, ἐπελάθεσθε δὲ ταύτης. οὐ γὰρ δεῖ ὑμᾶς οὕτως ἐπιλανθάνεσθαι τῶν λεγομένων καὶ ἀκουομένων ἐνθάδε. καὶ οὕτως ἀπεῤῥάπισε καὶ παρεκρούσατο τὸν λόγον τοῦ Ἡρακλείας. τοιαύτας διασκέψεις, καὶ μελέτας ἠξίουν γίνεσθαι εἰς τὰς περὶ τῆς πίστεως ἐκθέσεις τε καὶ συγκαταθέσεις. ἕτεροι δέ τινες εἶπον, ὀλίγη ἐστὶν ἡ μεταξὺ ἡμῶν καὶ τῶν λατίνων διαφορὰ, καὶ εἰ θελήσουσιν οἱ ἡμέτεροι εὐκόλως διορ-

SECT. IX. CAP. V.

Cum autem, quodam die ad Patriarcham congrederemur, pro nostrâ consuetudine, cœpit sermo de Unione agitari: virtutemque pacis ac concordiæ simpliciter ad cælos evehebant, qui inter nos Latinismum clam affectabant: Tum Heracleensis dixit, sane laude dignum fuisset si Confessionis formulam quam Latinis transmisistis, nobis usurpandam indulsisse voluissetis: semel duntaxat audivimus publice perlectam: at lectione & contemplatione opus erat multiplici, de fidei veritate periclitantibus: cui statim Nicænus: Id tibi vitio verti debet, & pudori maximo, si audita sic auribus imbiberis ut confestim oblivioni traderes: Nec enim ita vos oportet sensibus adeo obtusis uti, ut quæ palam hic prædicantur, statim in id manticæ quod à tergo est rejiciantur: Et in hunc modum Nicænus submovit, quicquid Heracleensis dicere cogitârat. Tales ratiocinationes, tam leves curas in Fidei formulas procudendas, & componenda inter gentes dissidia, exhiberi voluerunt: Cumque alij palam efferrent, exiguum esse discrimen quod nos inter & Latinos intercedit; & si nostri consentirent, in

διορθωθήσεται, καὶ ἀποκριναμένου τοῦ Ἐφέσου ὅτι μεγάλη διαφορά ἐστιν, εἶπον αὐτῷ· οὐκ ἔστιν αἵρεσις, οὐδὲ δύνασαι εἰπεῖν αὐτὴν αἵρεσιν. οὐδὲ γάρ τινες τῶν πρὸ σοῦ ἐλλογίμων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν, ἐκάλεσαν αὐτὴν αἵρεσιν.

Ἔφη οὖν ὁ Ἐφέσου, ὅτι αἵρεσίς ἐστι, καὶ οὕτως εἶχον αὐτὴν καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, πλὴν οὐκ ἠθέλησαν θριαμβεύειν τοὺς λατίνους ὡς αἱρετικοὺς, τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῶν ἐκδεχόμενοι, καὶ τὴν φιλίαν πραγματευόμενοι. εἰ δὲ βούλεσθε δείξω ὑμῖν ἐγὼ ὅπως εἶχον τούτους αἱρετικούς. εὐθὺς γίνονται οὖν θυμοῦ πλήρεις ἐγένοντο ὅ τε Μιτυλήνης καὶ ὁ Λακεδαιμονίας, καὶ λέγουσι, καὶ τίς ἄνθρωπος εἶ σύ; καὶ λέγεις τοὺς λατίνους αἱρετικούς, καὶ ἀνέστησαν ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐγγύτερον γενόμενοι τοῦ Ἐφέσου ἀδεῶς ὁμοῦ τε καὶ ἀναιδῶς ἔβαλλον αὐτὸν λόγοις καὶ σκώμμασιν. καὶ ἕως πότε ἀνεξόμεθα σιωπῶντες τοιαῦτα σοῦ λέγοντος ἔφασκον, καὶ μόνον οὐκ ὀδοῦσι καὶ χερσὶν ὥρμων διασπαράξαι αὐτὸν, καὶ τέλος ἐπέθηκαν, ἐροῦμεν ἡμεῖς τῷ πάπᾳ ὅπως λέγεις αὐτὸν αἱρετικόν. καὶ ἢ ἀποδείξεις αὐτὸ, ἢ πείσῃ καθὼς εἶ ἄξιος. καὶ ἐξῆλθον μετὰ τοιαύτης ὀχλήσεως. ἐξερχόμενος δὲ καὶ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος ἔτι ὢν πλησίον τοῦ πατριάρχου εἶπεν. ἐγὼ οἶδα ὡς εἰ ποιήσομεν τὴν ἕνωσιν μέχρις ἂν ἀπέλθωμεν εἰς τὴν Βενετίαν ἀναθεματίσουσιν ἡμᾶς. εἰ δ' οὐ ποιήσομεν αὐτὴν καὶ οὕτως ἀναθεματίσουσιν ἡμᾶς. κάλλιον οὖν ἐστὶν ἵνα ποιήσωμεν αὐτὴν, καὶ οὕτως ἵνα ἀναθεματίζωσιν ἡμᾶς. ἐρωτηθεὶς δὲ παρὰ τοῦ πρωτεκδίκου πάλιν ἐκδηλότερον διεσάφησε τοῦτο. καὶ ἠπόρησαν οἱ ἀκούσαντες.

in nictu oculi possit auferri. Immo ingens discrimen est, inquit Ephesius: At nemo hæresin dixerit, regerebant illi: nec tu ipse hæresin appelles, nec ulli sanctissimorum patrum, hominumve illustrium, eo provecti sunt intemperantiæ, ut eam hæresin nuncuparent.

At (inquit Ephesius) & ipse ego hæresin esse proclamo, & idem sentiebant, qui me seculis antecesserunt: Sed id modestius intra sinum reprimebant, ne de Latinis insolentius triumphare viderentur, aut aperta discordiarum semina projicere: Et si desideratis ostendam, quibus in Articulis antiqui eos hæreticos judicarunt: Hæc elocuto turgentes irâ Mitylenes ac Lacedæmonis Episcopi vehementer infremuere: Et quis tu inter mortales, vociferantur, qui Latinos hæreticos pronuntias? Statimque in conspectu Patriarchæ consurgunt in pedes, & se prope Ephesium admovent: eumq; totis convitiorum plaustris, & acerbissimorum scommatum contumeliosè obruunt, & quamdiu te tolerabimus tam inepta effutientem, dixerunt. Parumq; aberat, quin dentibus unguibusq; discerptum in frusta hominem delaniarent: Ac in fine addidere: nos te ad Papam deferemus, ut sciat quanta væcordiâ ipsum Pontificem maximum hæreticum dicere non verecunderis, & vel asserta à te probare cogaris, vel ea subire supplicia, quæ tua dementia promeruit: Et cum hac animorum perturbatione se foras actutum proripuere: Quos magnus Primicerius è vestigio secuturus, cum adhuc staret juxta Patriarcham dixit: Pro certo novi, si unionem sanxerimus, priusquam appulerimus Venetias, illi nos Anathemate prosternent: quod si non sanxerimus, multo magis prosternent: Consultius tamen erit sanciendo fædus, istius fulminis terrorem experiri, quam perfidiæ infamiâ contactos domum recedere: Sciscitanti autem Protecdico, quid sibi vellet tam ambigui dilemmatis ænigma? nonnulla adjecit adeo obscura, ut cæteri qui aderant, haud clare capessferent.

τμήμ. θ. Κεφ. ϛ.

Πάλιν μετὰ παραδρομὴν ἡμερῶν δύο, συνελθόντων ἡμῶν εἰς τὸν πατριάρχην ὡς ἔθος, λόγοι πολλοὶ περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκινήθησαν, καὶ παρεκίνουν καὶ ἠξίουν τὸν Ἐφέσου χρήσασθαι οἰκονομίᾳ τινὶ καὶ συγκαταβάσει. ὁ δὲ ἔλεγεν οὐ συγχωρεῖ συγκατάβασις εἰς τὰ περὶ τῆς πίστεως. μετὰ γοῦν τὰς πολλὰς ἀπαιτήσεις τὰς περὶ συγκαταβάσεως, καὶ τὰς ἀπολογίας τοῦ Ἐφέσου καὶ ἀπαγορεύσεις. λεγόντων τῶν τὴν

ἕνω-

Sect. IX. Cap. VI.

Post elapsum bidui spatium, ut nos consueti muneris exhibendi gratiâ ad Patriarcham concessimus, ita ad solita sermocinia de Unione prolapsi sumus: plurimique Ephesium obnixè rogaverunt, ut se ad majus temperamentum & moderationem inflecti pateretur: quibus respondit ille, in propugnandâ fide, nullam remissionem vitio carere: Verum cum instantius efflagitarent, ut in mitiorem animum relentesceret, & ille paria prioribus constanter responderet, unionis patroni, exilem differentiam

nos

ἕνωσιν σπουδαζόντων ὅτι ὀλίγη ἐστὶν ἡ διαφορὰ, καὶ ὀλίγη τις συγκατάβασις ἑνῶσαι ἡμᾶς εἰ θελήσεις καὶ αὐτὸς χρήσασθαι ταύτῃ, εἶπεν ὁ Ἐφέσου, παρόμοιόν ἐστι τοῦτο τῷ ῥηθέντι παρὰ τοῦ ἐπάρχου πρὸς τὸν ἅγιον Θεόδωρον τὸν στουδίτην. εἶπε γὰρ αὐτῷ. ὅτι μίαν μόνην κοινωνήσατε καὶ ἕτερον οὐκ ἀπαιτοῦμεν, προσθέσθε δὲ ὅποι φίλον ὑμῖν. καὶ ὁ ἅγιος ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅμοιόν τι λέγεις ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀξιῶν ἕτερον λέγοι οὐδὲν αἰτοῦμαί σε, ἀλλ' ἢ τὴν σὴν ἅπαξ ἀποτεμεῖν κεφαλὴν, καὶ μετὰ ταῦτα πορεύου ὅπου θέλεις. οὐ γάρ ἐστι μικρὸν ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ τὸ δοκοῦν μικρόν.

Ἀπὸ τῆς εἰρηνικῆς οὖν δῆθεν αἰτήσεως καὶ ἀξιώσεως ἀνεφύη φιλονεικία. καὶ ὁ Νικαίας ἀναιδῶς ἔσκωπτε τὸν Ἐφέσου, καὶ μετὰ τὴν πολλὴν φιλονεικίαν ἀναστὰς ὁ Νικαίας ἔφη, περιττὸν ποιῶ καὶ φιλονεικῶ μετὰ ἀνθρώπου δαιμονιαρίου αὐτὸς γὰρ ἔνι μαινόμενος, καὶ οὐ θέλω, ἵνα φιλονεικῶ μετ' αὐτοῦ. καὶ ἐξῆλθε μετὰ θυμοῦ. εἶπε δὲ καὶ ὁ Ἐφέσου, ὅτι σὺ ὑπάρχεις κοπέλιν. καὶ ἐποίησας ὡς κοπέλιν. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξήλθομεν. ὁ δὲ πατριάρχης ὁρῶν ταῦτα οὐκ ἔσκωψεν, οὐδὲ ἐκώλυσε τὴν ὄχλησιν, οὔτε αὐτὴν, οὔτε τὴν πρὸ αὐτῆς. ἐκάθητο δὲ μόνον ὁρῶν, καὶ μηδέν τι φθεγγόμενος.

Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν πατριαρχὴν, καὶ ὁρισμῷ αὐτοῦ συνήλθομεν πάντες. ἐκινήθησαν οὖν καὶ αὖθις οἱ περὶ τῆς ἑνώσεως λόγοι, καὶ ἀντέλεγεν ὁ Ἐφέσου, ἐφιλονείκουν δὲ αὐτῷ ὁ Ῥωσίας, ὁ Νικαίας, ὁ μέγας πρωτοσύγκελλος καὶ ὁ Ἀμηρούτζης, καὶ ἰταμώτατα διεμάχοντο. ἤρξατο δὲ ὁ Γεμιστὸς εἰπεῖν τι καὶ συνηγορῆσαι τῷ Ἐφέσου, καὶ σκωφθεὶς αὐτὸν ἀναιδῶς τοῦ Ἀμηρούτζη ἐσιώπησεν. ἐθαύμασαν οὖν πάντες, πῶς οὐκ ἔσκωψε τὴν ἀναίδειαν τοῦ Ἀμηρούτζη ὁ βασιλεὺς οὐδὲ εἶπέ τι πρὸς θεράπειαν τοῦ πάντ' ἀρίστου Γεμιστοῦ.

Δεξαμένου δὲ καὶ τοῦ Ἐφέσου ἀναγνῶναι τι ἐκ τοῦ τοῦ Καβάσιλα περὶ τοῦ προτεθέντος ζητήματος, εὐθὺς εἶπεν ὁ Ῥωσίας. ἡμεῖς διὰ ἕνωσιν καὶ εἰρήνην ἤλθομεν ἐνταῦθα, οὐχὶ διὰ σχίσμα καὶ διάστασιν. θέλω μὲν οὖν ἵνα ἀναγινώσκωμεν καὶ τοὺς ἑνωτικοὺς, οὐ τοὺς σχισματικοὺς καὶ διιστῶντας. ὁ οὖν Κα-

nos à Latinis difterminare afferuere, quam ipfe facillime poffet fi vellet auferre: At Ephefius in refponfum ufus eft hoc exemplo: Quod mihi obtruditis, fimile arbitror ifti dicto, quod præfectus Provinciæ in præclarum fanctitate virum Theodorum Studitam ufurpavit, quem propter eximias dotes confcriptum, peculiari cognomine nuncupavimus: Cum enim fanctus vir relegatus in carcere detineretur, præfectus dixit nihil amplius ab ipfo poftulari, quam ut femel tantum ad facram menfam accumbens, cum iftis hominibus communionem fumeret: tum priftinâ libertate donatus, migraret quocunque vellet: Refpondit vir fanctus præfecto, quod poftulabat idem fonare, ac fi quis alteri diceret, nihil ultra à te peto, quam ut ictu prius caput de cervice tuâ amputem, deinde, quo lubeat proficifcere: in iftiufmodi negotiis religionis ac fidei nulla funt parva, & quæ videntur effe parva, non funt parva.

Verum ab iftis de procudendâ pace quæftionibus ac poftulatis, immenfa rixandi libido prorupit: Ac imprimis Nicænus Ephefium falfiffimis dicteriis ac fannis deridendum propinavit, quem cum Nicænus aliquamdiu intemperanter increpaffet, fubito erectus in veftigia, & quorfum, inquit, tam futiliter cum Cacodæmone contendo, quem impurus fpiritus exagitat, & qui jam diu cœpit folenniter infanire? Nolo cum eo mihi ipfi moleftiam ulteriorem rixando creare: Atque ita æftuans irâ dum exibat, fubjunxit Ephefius: Et ego te non minus defpicor Nicæne, prognatum femine meretricio, fpurium, qui natale folum ut nothus perfidiâ dehoneftare non cohorruifti. Et cum his confurreximus, & in diverforia properavimus. Interea Patriarcha nemini convitiis illufit, fed nec aliorum præpedivit furores, aut tumultus compefcuit, vel illum, vel priorem ante triduum: fed elinguis obmutuit, quæ gererentur fingula oculis tantum contemplatus.

Poftridie Imperator Patriarcham invifens, mandato nos omnes eo juffit acciri, quando eadem quæftio de unione fermonibus accenfa cœpit redardefcere: Et omnibus contradixit unus Ephefius: cum illo tamen Roffenfis, Nicænus, Mag. Primicerius & Ameruntza, implacabili jurgio rixabantur: Et cum Gemiftius aliquid verbis commentari in patrocinium Ephefij conaretur, contumeliis ab Ameruntza acerbiffime impetitus conticuit: unde plurimi mirarentur cur Imperator pervicaciam Ameruntzæ non retuderit, aut aliquid faltem pronuntiaverit ad tuendam innocentiam eruditiffimi ac præftantiffimi Gemiftij.

Ephefius vero cum affumpto in manum libro nonnulla de hoc argumento lectitare è Cabafila in-

Καβάσιλας σχισματικός ἐστι, καὶ οὐ θέλομεν ἀναγινώσκεσθαι. διεδέξατο τοῦτον ὁ Λακεδαιμονίας εἰπών· καὶ τί ἔχομεν τὸν Καβάσιλαν; ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν αὐτὸν ἅγιον; ἀρχιερεὺς ἦν, καὶ ἔχομεν κἀκεῖνον ὡς ἕνα τῶν νῦν ὄντων ἀρχιερέων, ὡς τὸν Μονεμβασίας τυχὸν, ἢ ἄλλον τινά, οὐδὲ ἀνάγκην ἔχομεν στέργειν τὰ ἐκείνου συγγράμματα. τότε εἶπεν ὁ Ἐφέσου, λοιπὸν ὡς ἀναγινώσκωμεν τὸν Βέκκον. καὶ ἀγανακτήσας τὴν ἰταμότητα καὶ τὸ θράσος αὐτῶν, καὶ καταλαβὼν ὅτι πάντες σχεδὸν προδεδομένοι καὶ ἕτοιμοι εἰσὶ πρὸς τὴν τοῦ λατινισμοῦ συγκατάθεσιν ἐσιώπησε.

inchoasset, Roffensis interrupit; Et huc, inquit, venimus, ad concordiam & unionem, non ad dissidia & schismata commolienda: vellem aliquid audire ex autoribus, fæderum conciliativis, non ex schismaticis qui nos ab invicem longius divellunt: Quorum è numero cum Cabasilam unum esse noverimus, Cabasilam nolumus legi. Roffensem excepit Lacedæmonius, & quis fuit ille Cabasilas? rogat: Nunquam fuit relatus in patrum sanctorum, martyrumve catalogum: Episcopus erat, quales multi inter nos hodie florent: qualis exempli gratia vel Monembasianus iste, vel alter quilibet, nec ulla cogit necessitas, quicquid scripserit Cabasilas ab omnibus confirmari: Ergo, inquit, Ephesius, legamus Beccum: Et intimo doloris sensu ingemuit, hominum præruptam væcordiam & audaciam conspicatus: cumq; jam plane animo percepisset suorum civium singulos ferme ac universos ruere in Latinismum & unionem stabiliendam, obstupescens conticuit.

τμήμ. θ. κεφ. ζ.

Πάλιν συνήλθομεν μετὰ μίαν ἡμέραν, καὶ οἱ περὶ τῆς ἑνώσεως ἐκινήθησαν λόγοι. ὁ δὲ Ἐφέσου ἐσιώπα, καὶ παρεκίνουν τινὲς, ἵνα ἀπαιτηθῶσι γνῶμαι. ἐκάθητο οὖν τότε καὶ ὁ πατριάρχης παρ' ὅλην τὴν ὥραν τῆς συνελεύσεως καὶ τῆς συζητήσεως ταύτης. ἐν γὰρ ταῖς ἄλλαις συνελεύσεσι πρὸς ὀλίγον μόνον φαινόμενος, εἶθ' ὡς ἀγανακτῶν, μηδέν τι πρὸς τοὺς λόγους φθεγγόμενος εἰς τὸν κοιτῶνα ἀπήρχετο, καὶ ὡς ὕφαλος ὑπεκρύπτετο. τότε τοίνυν καθήμενος, περὶ μὲν τῶν γνωμῶν ὑπέρθεσιν ἐποιήσατο. ἔφη δὲ ὅτι θέλω ἵνα ἀναγνωσθῶσιν ἐνταῦθα τὰ ῥητά. ὡς ἂν ἀκούσω καὶ καταλάβω καὶ αὐτὸς ὅπως λέγουσι ταῦτα οἱ ἅγιοι. καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν συνήλθομεν, καὶ προκομίσας ὁ Νικαίας βιβλίον ἀνέγνω ῥητά τινα τοῦ ἁγίου Κυρίλλου. τῶν μὲν τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀφαιρῶν καὶ παρασιωπῶν, τῶν δὲ περικόπτων τὰ τέλη καὶ κολοβῶν. εἶτ' ἀνέγνω τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου παρεφθαρμένα τινὰ καὶ ἀσύμφωνα. καὶ μεστὰς ἐποίησε τὰς ἀκοὰς τῶν γνωμοδοτησόντων. καὶ πολλαχοῦ λέγουσι ταῦτα οἱ ἅγιοι ἔφασκεν.

Ἐδημηγόρησε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς, ὅτι τὸ θεῖον ἔργον τοῦτο τῆς ἑνώσεως οὐκ ἤρξατο γίνεσθαι ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἤρξατο κατασκευάζειν τοῦτο ὁ αὐθέντης μου ὁ βασιλεὺς ὁ πατήρ μου. ὁποῖος δὲ ἦν ἐκεῖνος καὶ τὴν γνῶσιν, καὶ τὸν λόγον, καὶ τὴν πρᾶξιν καὶ τὴν ἀρετὴν,

Sect. IX. Cap. VII.

Rursus unicâ tantum interjectâ dieculâ simul convenimus, & sermones de Unione iterum excitantur: At Ephesius silentio litavit taciturnus, nonnulli vero ad suffragia clamitarunt: Patriarcha per totum conveniendi spatium, moramque hujus quæstionis discutiendæ, patientissime perduravit, qui in aliis aliquantisper se exerens in conspectum, & nec voce nec consilio rem agitatam promovens, sed ægritudine languens ad interiora dormitorij properavit, ubi ut petra maris fluctibus cooperta, se totum occuluit: At tum toto tempore inter suos degens, quod petebatur de suffragiis, dilatione sufflaminavit, & antiqnorum patrum scita sibi perlegi poposcit, ut auribus ipse suis perciperet, quo sensu moti, quibus inducti rationibus, in hæc aut illa definienda consensissent: quod ultro concessum fuit: Nam ad perendinum conventum Nicænus librum adduxit, è quo nonnulla S. Cyrilli legenda recitavit: sed fraudulenter & malâ fide: Nam ab his initia sententiarum præscidit, ab illis extremas voces decurtavit, multa subticuit, multa dissimulavit: Mox & è S. Epiphanio quædam, sed pessimè vitiata, & in se implicantia: Atque istiusmodi sententiarum offis suffragantium aures implevit, & plurima alia illius generis, ubique proferre patres palam asseveravit.

Quin & ipse Imperator ad conventum populariter sic concionatus est. Divinum hoc opus unionis ipse primus non attentavi, sed ante me negotij fundamenta jecit Dominus meus Imperator qui me genuit, & cujus ego nunc vestigiis tantum insisto: Qualis autem, quantusque fuerit meus pater, in eruditione & eloquentiâ,

ταύτην, καὶ τὴν συνείδησιν, εἰς τε τὰ Θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ πάντα τὰ προτερήματα αὐτοῦ οἴδατε καλῶς ὑμεῖς, ὥσπερ οἶδα κἀγώ.

Ἐκεῖνος οὖν ὁ τοιοῦτος ἤρξατο πραγματεύεσθαι τὰ περὶ τῆς ἑνώσεως, καὶ ἐφίετο τοῦ τελειῶσαι αὐτὴν, ὡς καλὴν, ὡς θεάρεστον, καὶ πολλαχόθεν λυσιτελοῦσαν ἡμῖν· οὐκ ἔφθασε δὲ ἰδεῖν ταύτην τετελεσμένην, διὸ καὶ ἐπαφῆκε μοι ἵνα τελειώσω αὐτήν. καὶ ἐστὶ τὸ ἔργον ἐκείνου, καὶ ὡς ἀπ' ἐκείνου πράττω τοῦτο καὶ αὐτός. οὐ μόνον δ' ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ λόγιοι, καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν. ἐξ ὧν ἔφθασα καὶ ἐγὼ τὸν πατριάρχην κῦρον Εὐθύμιον, τὸν διδάσκαλον κῦρον Ἰωσὴφ, ὅστις ἔλεγεν ἔχειν καὶ τὸ ἑνωτικὸν ἐκεῖνο τὸ ἄληπτον: πάντες τοίνυν οἱ λόγιοι καὶ οἱ σοφοὶ ἐπῄνουν, καὶ ἐπεθύμουν ἰδεῖν τὸ τῆς ἑνώσεως ἔργον, ὡς ἀγαθὸν καὶ ὡς ἄριστον. διόπερ καὶ ἐγὼ ἐσπούδασα, μέχρι τοῦ παρόντος καὶ λέγω ἵνα προσέξητε, ἵνα μὴ ζημιωθῶμεν, ἐκεῖνο ὅπερ ἔλεγεν ὁ κῦρος Ἰωσὴφ ἄληπτον. εἶτα συνεῖρε καὶ ὁ Νικαίας, ὅτι ἐγὼ εἰμὶ νέος, καὶ οὐκ ἔφθασα τοὺς γηραιοτέρους. ἤκουον δὲ ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι καλὴν ἡγοῦντο τὴν ἕνωσιν, εἶδον δὲ καὶ τὸν Σηλυβρίας τὸν Χορτασμένον, ὃς ἦν τῶν λογίων καὶ τῶν μεγάλων διδασκάλων εἷς, καὶ οἶδα καλῶς, ὅτι λίαν ἐπῄνει κἀκεῖνος τὴν ἕνωσιν. ὕστερον δὲ εἶπεν ὁ πατριάρχης, ἠκούσαμεν νῦν τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων. ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει ἐροῦμεν ὅπερ ἂν φανῇ προσῆκον. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθημεν.

tiâ, in rerum gerundarum peritiâ, in ſingulari virtutum laude, in omni divinarum, humanarumque ſcientiarum cognitione & gloriâ, neminem veſtrum ignorare arbitror, ſed cunctas ejus eximias dotes, nos fideli memoriâ recolere, non minus quam ipſe ego, multa mihi perſuadent ut credam.

Ille igitur, cum ſedulo ſe huic unionis negotiationi immiſcens, prima fundamina poſuiſſet, nihil majus in votis habuit, quam eam ad umbilicum perducere, ut opus non modo in ſe pulcherrimum, ſed acceptiſſimum Deo, & nobis omnibus, quam maxime commodum futurum: Verum quod maxime præoptabat, eam abſolvere ac perfinire morte præventus non poterat: quare mihi munus hoc quaſi teſtamentarium legavit, ut ad id exequendum ſuccederem: Eſt itaque hoc ejus primarium ſuſceptum, & tanquam inchoatum ab eo, ipſe molior: Nec quod is ſolummodo, ſed quod omnes viri memorabiles, ac in patriæ inſtitutis ſapienter enutriti, omneſque Eccleſiæ noſtræ doctores, conſummatum cernere deſiderarunt: è quorum numero ſub mei ipſius temporibus deprehendi Dom: Euthymium Patriarcham, Dominumque Joſephum, nempe illum Doctorem, qui aliquod conciliativum unionis commentum ſe habere prædicabat, ſed incomprehenſibile: Quotquot igitur apud nos, fama celebres viguere, diſerti unionem & verbis laudarunt, eamque ſemel iniri percupierunt: ut opus non modo bonum, ſed præſtantiſſimum, & omni Encomio majus: Quamobrem & ipſe in eadem procurandâ, magnam induſtriam collocavi: & vos etiam ad parem ſedulitatem provocare liceat, ne deſidia fruſtremur adeptione iſtius Incomprehenſibilis, quod tantis præconiis Joſephus ille nobis olim commendauit. Tum Nicænus Imperatoris Orationi laciniam adtexuit in hunc modum: His noviſſimis natus temporibus, ſecula antiquorum non æquavi: Illud tantum ab aliis audiviſſe memini, unionem antiqui mirifice celebrarunt: Sed & novi etiam, illum Selymbriæ, multa corporis arvinâ pinguem, qui ſcientiſſimis, ac ſummis doctoribus promeruit adnumerari, & probe conſcius ſum quantum ille unionem approbaverit. Poſt Patriarcha interpellavit: Audivimus patrum teſtimonia in medium prolata: Inſequenti conventu nos ipſi dicemus, quæ noſtris rationibus conſentanea videbuntur: atque ita ſoluto conventu diſceſſimus.

τμήμ. θ. Κεφ. η.

Μετὰ δὲ παρέλευσιν ἡμερῶν δύο συνήλθομεν, καὶ εἶπον εὐθὺς ὅπως λέγουσιν οἱ ἅγιοι τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ δεῖ στερχθῆναι τοῦτο καὶ παρ' ἡμῶν, καὶ αὐτίκα ἀπῄτησαν γνώμας. ἐζήτησαν δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα πρῶτον εἴπῃ γνώμην ὁ πατριάρχης. ὁ δ' ἀνεβάλλετο ὕστερον εἰπεῖν. ὡς δ' ἐπετέθησαν αὐτῷ εἰπόντες, ὅτι περὶ τῆς πίστεως

καὶ

SECT. IX. CAP. VIII.

Interpoſito autem bidui ſpatio convenimus, atque illico dixerunt, antiquos patres ſtatuere Spiritum Sanctum à Filio procedere: quorum ſententiis nos noſtros calculos adjicere oportet, & ſine morâ ad ſuffragia provolarunt. Tum præſules Patriarcham rogavere, ut primus ſententiam diceret: quod in vicem ſuccedaneam cum differret, illi vehementius inſtiterunt, & in negotiis Fidei, ſuffragandi primatum ad ipſum

καὶ τῶν δογμάτων ἐστὶν ὁ λόγος, καὶ πρῶτος ὀφείλεις λέγειν εἶπεν τὴν γνώμην αὐτοῦ πάλιν συνεσκιασμένην καὶ ὕφαλον. καὶ ἔδοξε τοῖς πλείοσι μὴ στέργειν τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ.

Εἶτα εἶπον οἱ ἀρχιερεῖς γνώμας, καὶ μετ᾽ ἐκείνους οἱ ἡγούμενοι. καὶ δέκα μὲν ἦσαν οἱ στέρξαντες τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἑπτακαίδεκα δὲ οἱ μὴ στέρξαντες. ὡς οὖν εἶδον τοῦτο ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, εἰς πολλοὺς ἐνέπεσον λογισμούς. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἔλεγεν ἵνα γνωμοδοτήσουσι καὶ οἱ ἄρχοντες. ὁ δὲ πατριάρχης ἐκώλυε τοῦτο. ἐβουλεύοντο γὰρ οἱ δύο μυστικῶς ἐκεῖσε καθήμενοι ἐφ᾽ ἱκανόν. καὶ ἐν τούτοις διελύθη ὁ σύλλογος.

Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ῥωσίας εἰς τὸν πατριάρχην καὶ εἶπεν, ὅτι ἰδοὺ ἐμερίσθημεν καὶ εἰσὶ πλείονες οἱ χωρισθέντες ἀφ᾽ ἡμῶν. Φαίνεταί μοι οὖν καλὸν, ἵνα ὁρίσῃς καὶ ποιήσωμεν σύνοδον, καὶ καθήρωμεν αὐτοὺς, ἐπεὶ ἔχομεν καὶ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου μεθ᾽ ἡμῶν αὐτῶν, μήποτε ὑπερισχύσωσιν ἐκεῖνοι, καὶ καθήρωσιν ἡμᾶς. εἰρωνεύσατο οὖν αὐτὸν ὁ πατριάρχης εἰπὼν, χαρὰ εἰς τὸν Ῥωσίας. καὶ οὕτω συμβουλεύεις; καὶ οὕτως ἂν ἔπραττες εἰ ἦν παρά σοι; ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως λέγω ἐγὼ, οὐδὲ θέλω, ἵνα λαληθῇ ὅτι ἐμερίσθημεν. τοῦτο γὰρ ἔσται καὶ ἀτιμία εἰς ἡμᾶς, καὶ κατάλυσις τῆς ἑνώσεως. ἀλλ᾽ οἰκονομικῶς μεταχειριστέον τοὺς διαφερομένους. καὶ ἤρξαντο ὅτε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης μεταχειρίζεσθαι τοὺς μὲν δι᾽ ἑαυτῶν τοὺς δὲ διὰ μέσων τινῶν. ὅθεν καὶ ὁ πατριάρχης προσκαλεσάμενος τὸν Τορνόβου, τὸν Ἀμασείας, καὶ τὸν Μολδοβλαχίας ὠνείδισε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. καλῶς ἐποιήσατε. οὐκ ἐστὲ ἰδικοί μου; οὐκ ἐγὼ προέκοψα καὶ προεβίβασα ὑμᾶς; οὐκ ἔχετε ἀπ᾽ ἐμοῦ ἅπερ ἔχετε; οὐκ ἐστὲ τοῦ κελλίου μου, καὶ τῆς φαμιλίας μου; πῶς οὖν οὐκ ἠκολουθήσατε τῇ ἐμῇ γνώμῃ; ἀλλ᾽ ἀφήκατε ἵνα με καθήρωσιν εἰ θελήσουσι; καὶ ἐγὼ ἐθάρρουν ὅτι εἰ ἐβλέπετε με ῥίπτοντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πέλαγος, πρὸ ἐμοῦ ῥίψειν ἑαυτοὺς εἰς τὸν βυθὸν, οὕτως οὖν ἤλπιζον, ἵνα ποιήσητε εἰς ἐμέ. καὶ τίνος χάριν ἔλαβον, καὶ ἔχω ὑμᾶς πλησίον μου; ἵνα ἔχω καὶ ἀκολούθους εἰς τοὺς λόγους μου, καὶ συνεργοὺς εἰς τὴν γνώμην μου,

ſum pertinere ajebant: quare ſententiam quidem enuntiavit, ſed ita ſuſpenſam, libratamque in vocibus ambiguis, incertis ac cautis, ut plurimi exiſtimarent, eum proceſſionem Spiritus Sancti à Filio non confirmaſſe.

Exinde Epiſcopi ſuo ordine ſunt ſuffragati, poſt Epiſcopos Cænobiarchæ: Et omnino decem proceſſionem à Filio ſanciebant, ſeptemdecim non ſanciebant: Quod Imperator & Patriarcha animadvertentes, in varias cogitationes diſtrahebantur: Et Imperator quidem juſſit principes habere etiam poteſtatem ſuffragandi, ſed obſtitit Patriarcha: & cum ambo junctis in conſultationem ſecretam capitibus, diu muſſantes hærerent, conventus diſſolvitur.

Poſthac Roſſenſis Patriarcham adiit: Et ecce, inquit, diviſa ſunt noſtrorum hominum capita, majorque pars à nobis ſegregantur: Quare ſi mihi auſcultas, novum conſeſſum indicemus, & conventum luſtrabimus: & quandoquidem tuam eximiam Sanctitatem à noſtris partibus habeamus, nonnullos è numero ſuffragantium expurgabimus, ne ſi illi ſuffragiis prævaluerint, nos expurgent. Patriarcha reſpondit blandè ſed ſimulatè: Immenſas gratias ago Roſſenſi, ob ſuum hoc conſilium: Tune eadem præſtares, ſi meas partes ageres, & gubernandi clavum obtineres? Ego penes te non ſentio: Nec facile patior vel mentionem diviſionis inter noſtros cætus commemorari: Id enim nobis metipſis ignominiam acquireret, noſtramque Unionem in nihilum reſolveret: res aliter aggredienda eſt, & diffidentes cum manſuetudine ſunt revocandi: Et ſtatim Imperator ac Patriarcha negotium aggreſſi ſunt: Hos per ſeipſos palpantes, illos per Mediatores, ut neminem intentatum reliquerint: Adeo ut Patriarcha ad ſe vocatis Tornobi, Amaſææ, ac Moldoblachiæ Epiſcopis, mordaciter exprobraverit: Egregiam vero laudem ex veſtris ſuffragationibus reportaſtis: Vos ne eſtis peculiares mei & intimi? nonne ego vos promovi ad ea faſtigia? & autor ſum omnium bonorum quibus jam fruimini? Numquid non eſtis intimæ admiſſionis Cubicularij mei? & inſcripti in familiam domeſtici? Cur igitur mihi non obſecundaſtis? Cur ſuſtinuiſtis, ut alij qua velint me ſuffragiis peſſundent, expurgentque. Crediſiſſem ſane ſi me conſpexiſſetis de ſublimi rupe memet in mare projicientem, voſmet prius in abyſſum præcipitaturos, eam ſpem ac fiduciam repoſui in veſtra fidelitate & obſequio: & quorſum (putatis) vos in gremio alui: An ut vos nanciſcerer in meam ſententiam aſtipulatores & clientes, an ut hoſtes & adverſarios? Cur igitur recalcitratis, cur refragamini?

μου, ἢ ἐναντίους; ἢ ἠθελήσατε, ἵνα φανῆτε ὅτι ἔχετε ὑμεῖς κρείττονα εἴδησιν εἰς τὰ δόγματα τῆς ἐκκλησίας· καλῶς οἶδα πῶς λέγουσι τοῦτο οἱ ἅγιοι, καὶ διὰ τοῦτο εἶπον ὅπερ ἠκούσατε, καὶ ὀφείλετε ἵνα μοι ἀκολουθήσητε.

Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὅσα εἰκός. περὶ δὲ τῆς γνώμης εἶπον. ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠναντιώθημεν τῇ γνώμῃ τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου. ἀλλὰ μᾶλλον ἠκολουθήσαμεν αὐτῇ, καὶ ἐσμὲν ὁμογνώμονες. οὐδὲ γὰρ ἔστερξας τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἡμεῖς εἴπομεν τὸ ἐναντίον. ἀλλ' ἐξ ὧν οἴδαμεν καὶ ἡμεῖς καὶ κατελάβομεν εἴχομεν γνώμην ὁποίαν εἴπομεν, καὶ οὐκ ἐστέρξαμεν τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἐνομίσαμεν δὲ καὶ ἐξ ὧν ὥρισας, ὅτι πρὸς αὐτὸ ῥέπει καὶ ἡ γνώμη τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου. ἔφη οὖν ὁ πατριάρχης, καί τι εἰ οὐκ εἶπον τοῦτο ῥητῶς; ἔδει σκοπῆσαι ὅτι οἱ λόγοι οὓς εἶπον πρὸς τοιοῦτον σκοπὸν συνεβάλλοντο. ἀλλ' ὅμως ἐγὼ καὶ ἔτι ἐρῶ πλείονα καὶ σαφέστερα ἐν ἑτέρᾳ συνελεύσει, καὶ δώσω καὶ γεγραμμένην τὴν γνώμην μου. πρέπει οὖν ἵνα ἀκολουθήσητε καὶ ὑμεῖς τῇ ἐμῇ γνώμῃ. οὕτω παρῄνεσε, καὶ εἰσηγήσατο καὶ εἵλκυσεν αὐτοὺς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. εἶτα εἶδε καὶ τὸν Ἐφέσου καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν μετ' εὐχῶν καὶ δεήσεων. τὰς εὐχὰς τῶν ἁγίων, καὶ τοῦ ἰδίου πατρὸς αὐτοῦ προβαλλόμενος, καὶ εἰς αὐτὰς ἐξορκίζων καὶ ἱκετεύων, ἵνα κατανεύσῃ καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἕνωσιν. καὶ τὸ τοῦ λόγου πάντα λίθον ἐκίνησε, καὶ πᾶσαν μηχανὴν, ἵνα ἔχῃ καὶ τὸν ἀδάμαντα ἐκεῖνον καταπειθῆ. ἤνυσε δὲ οὐδέν.

Ὁ δὲ Ῥωσίας τὸν Μελενίκου τὸν Δράμας, τὸν Δρίστρας, καὶ ἑτέρους ἀρχιερεῖς προσκαλεσάμενος, καὶ παραθεὶς τούτοις ἁβρὰν τράπεζαν καὶ ἑστιάσας, εἶτα εἰσηγήσατο καὶ ἐδίδαξε, καὶ κατέπεισεν αὐτοὺς εἰπεῖν ἅπερ ἐδόκει αὐτῷ. ὅθεν καὶ εἶπεν ὁ Μελενίκου ἐν τῇ αὐτοῦ γνώμῃ ὅτι στέργει τὸ ἐκπορεύεσθαι ἐξ ἀμφοῖν. ὁ δὲ Δράμας ὅτι στέργει, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ σωζομένης ἀβλαβοῦς τῆς ἁγίας τριάδος. οἱ καὶ ὀνειδισθέντες ὕστερον παρὰ τῶν φίλων αὐτῶν, ἀραῖς ἔβαλλον τὸν διδάξαντα αὐτοὺς ταῦτα. καὶ ὁ βασιλεὺς δ' αὖ παραπλήσια ἄττα πεποίηκεν εἰς τινὰς τῶν ἀρχιερέων, καὶ εἰς τοὺς πρέσβεις τῶν Τραπεζουντίων, καὶ τῶν

ni? Nempe an ut mortalium generi comprobetis vos ſubtiliorem aliis & ſanctiorem intellectum, in dogmatibus Eccleſiæ determinandis poſſidere? Novi & ego non minus accurate, ſancti patres quæ definiverint: quapropter meam ſententiam eorum rationibus accommodavi, ut audiviſtis: & vos æquè mihi veſtra ſuffragia attemperare debuiſtis.

Epiſcopi ad cætera quod viſum fuit Patriarchæ reſponderunt: ſed ad ſuffragia, ſe quicquam perpetraſſe, contrà obſequij rationem pernegarunt: Nos Eximiæ ſanctitati tuæ non contra ivimus, ſed potius fideliter obſecuti in tuam ſententiam deſcendimus: Nec enim ſanctitas tua proceſſionem à Filio confirmavit, & nos iſti ſententiæ contrariam, tuæque conſonam ſancivimus: Enimvero quantum de naturâ controverſiæ percepimus, & propriam ſententiam diximus, Spiritum à Filio non procedere: & ex tuis verbis credidimus eximiæ ſanctitatis tuæ ſententiam eo prorepere ac inclinare: Et quid ſi nec ego (inquit Patriarcha) Spiritũ à Filio apertis verbis dixerim, oportuit vos altius in meam mentem urinantes, ſenſum quem non dixerim, ex verbis eruere ac expiſcari: Nihilominus in ſequenti conventu ſuffragium explicabo, & verbis pluribus, & magis perſpicuis, immo & ſcriptum, ut omnes legant: Et tum ſi meis partibus acceditis, veſtras gravitates facti ſpero non diſpudebit: Ita partim vi, partim blandimentis homines avulſit ab opinionibus, & in ſuam ſententiam pertraxit: Poſtea & Epheſium vidit Patriarcha, eumque omnifariis ſupplicationibus fatigavit per preces Sanctorum in cælis, per Manes parentis Eugenici, implorabat adjurabatque, ut ad Unionem ſe pateretur inflecti: Et ut proverbio loquimur, nullum non movit lapidem, nullam non ſtruxit ſolertem fraudulentiam, qua Adamantinum Epheſium perſuaſibilem redderet: ſed incaſſum omnia: Epheſium nec movit minis, nec precibus infregit.

Roſſenſis vero, Epiſcopos Melenici, Dramæ, Driſtræ, cum aliis aliquot præſulibus ad lucul˜tas dapes invitavit, & cum cænam ſumptuoſam appoſuiſſet, homines permulſit cupediis, docuitque ſuffragia menti ſuæ conformia modulari: Adeo ut Melenicius in conventu cum de ſententiâ rogaretur, dixerit, ſe profiteri Spiritũ Sanctum ab utroq; promanare, & Dramæus ſe Spiritũ Sanctum à Filio procedere, modo id affirmari poſſit, Sacroſanctâ Trinitate illæſâ ſemper atque indemni conſervatâ: Unde cum poſtea ab amicis de ſententiarum fatuitate deriderentur, maledictis devoverunt illud caput, quod eos primum his præceptis ac vocibus inſtituit: Nec defuit ſuis pariter artibus Imperator, quas in aliquot Prœſules, in Legatos Trapezuntiæ ac Mol-

τῶν Μολδοβλάχων. καὶ ταῦτα διεπράχθησαν ἐν ἡμέραις δυσί.

τμήμ. θ. κεφ. θ.

Εἶτα ὥρισεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐγένετο σύνελευσις εἰς τὸν πατριάρχην· ἦν δὲ καὶ β' τοῦ Ἰουνίου τῆς β' νεμήσεως. πρῶτον μὲν οὖν ἐκάθισαν ἰδίᾳ, ὅτε βασιλεὺς, καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἐβουλεύσαντο ὀλίγον. εἶτα προσεκαλέσαντο τὸν Κυζίκου, ἦν γὰρ λυπούμενος πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι ἐζήτει τόπον ἐκ τῶν ὁρίων τοῦ Σωσθενίου, καὶ οὐχ εὕρισκεν αὐτόν. τότε οὖν ἐθεράπευσεν αὐτὸν ὁ βασιλεύς. καὶ συγκατέθετο καὶ εἶπε γνώμην ὅτε ἠρωτήθη· ὅτι ἂς ἐκβάλωσι τὸ ἐκ καὶ ἂς θήσωσι τὸ διὰ ἵνα ἤμεθα εἰρηνικοί. μετὰ οὖν τὸ κερδῆσαι τὸν Κυζίκου προσεκαλέσαντο πάντας καὶ εὐθὺς ἀπῄτησαν γνώμας. εἶπε οὖν πρῶτον ὀλίγα τινὰ ὁ πατριάρχης, καὶ εἰς τὸ συγκαταβάσεως κατέληξεν, ὅμοιον εἰπὼν εἶναι καὶ νῦν τῷ πάλαι εἰρημένῳ, ὅτι συγκατάβασις γὰρ θεϊκὴ οὐ μετάβασις δὲ τοπικὴ γέγονεν. εἶτ' ἔδωκε γεγραμμένην τὴν δὲ τὴν γνώμην. ἐπειδὴ ἠκούσαμεν τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἀνατολικῶν καὶ τῶν δυτικῶν, τὰ μὲν λέγοντα ὡς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, τὰ δὲ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ. εἰ καὶ ἐστὶ τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ταυτὸν τῷ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ταυτὸν τῷ διὰ τοῦ υἱοῦ. ὅμως ἡμεῖς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἀφέντες λέγομεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ ἀϊδίως καὶ οὐσιωδῶς ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς καὶ αἰτίας. τῆς διὰ ἐνταῦθα σημαινούσης αἰτίαν ἐπὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. εἶτα ἠρωτῶντο, καὶ ἔλεγον οἱ ἀρχιερεῖς γνώμας καὶ ἐγράφοντο παρὰ τοῦ ὑπομνηματογράφου. εἶπεν οὖν πρῶτος ὁ Ἡρακλείας, ὡς τοποτηρητὴς τοῦ Ἀλεξανδρείας. καὶ οὐκ ἔστερξε τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. καὶ δεύτερος ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος ὡς τοποτηρητὴς τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἔστερξε τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν μετὰ τῶν λατίνων ἕνωσιν. καὶ ἐθαύμασαν πάντες πῶς αὐτὸς πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἐποιήσατο πολὺν λόγον περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος μετὰ Πέτρου τοῦ καλαβροῦ, καὶ ἀπέδειξεν ὅτι εἰσὶν ἀβάπτιστοι οἱ λατῖνοι, καὶ ἔδειξε τοῦτο. πρῶτον μὲν

ἀπὸ

Moldoblachiæ exercuit: & omnia hæc stratagemata & machinamenta quæ Unionis patroni architectabantur, unius bidui intercapedo produxit.

SECT. IX. CAP. IX.

Nec distulit Imperator Synodum indicere, cujus mandato accersiti ad Patriarchã convenimus secundo Junij Indictionis secundæ: Ac primo quidem Imperator & Patriarcha segregati ab aliis aliquantisper consultarunt: Tum ad se vocarunt Cyzici Episcopum, nonnihil contristatum, quod cum ab Imperatore locum in finibus agri Sosthenij sibi donari postularet, voti impos discederet: At tunc ut hominis dolorem permulceret, vel quod petierat, vel quod æquaret benignissime impertiit: Adeo ut de sententiâ interrogatus promptissime responderet: Modo expungant A, illudque in Per commutent, sibi perplacere ut unio pangatur: Cyzicenum itaque lucrati, ad perhibenda suffragia simul cunctos acclamitarunt: Tum Patriarcha prælibans pauca, orationem in moderationis laudibus terminavit, affirmans quod nunc ageretur, jactato à veteribus proverbio non abludere: Hæc divina animi moderatio, non est humana corporis de loco in locum migratio: & statim scriptum tradidit suffragium in hæc verba, & sensum. Quandoquidem recitata audivimus sanctorum patrum testimonia, Ecclesiæ tam Orientalis quam Occidentalis: Quorum hi Spiritum Sanctum A Patre & Filio promanare asseverant, illi à Patre Per Filium: Et quanquam idem sit à Filio quod per Filium, & per Filium quod à Filio, nos tamen dimissa hac voce à Filio, profitemur Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium, ab omni æternitate, & secundum substantiam, tanquam, ab uno eodemque principio & causâ productivâ, Per illic causam Efficientem significante, in Spiritus Sancti promanatione: Post Patriarcham reliqui sententias protulerunt, quas Commentariis inseruit Notarius publicus, ac primus Heracleensis, ut vicarius Alexandrini Negativam promens, à Filio renuit sancire: Secundus ordine Primicerius, ejusdem Patriarchæ cum Heracleensi convicarius, & A Filio confirmavit, & unionem cum Latinis: Unde quamplurimi obstupuere, quâ animi levitate nunc ad unionem cum Latinis paciscendam descenderit, qui ante triduum cum Petro quodam Calabrico in disputationem incidens de Baptismi Sacramento, Latinos Christianæ religioni per lavacrum Regenerationis non rite initiatos arguebat: quod multis Sanctorum patrum testimoniis comprobavit, qui Baptismum delinea-

ἀπὸ ῥήσεων τῶν ἁγίων τῶν ὑποτυπούντων πῶς χρὴ γίνεσθαι τοῦτο, καὶ κατά τινα λόγον γίνεται ἕκαστον. εἶτα ἔφη πρὸς τὸν Πέτρον, ὅτι σὺ καλῶς τὴν ἑλληνικὴν ἐπαιδεύθης παιδείαν τε καὶ φωνὴν, εἰπέ μοι οὖν, τί δηλοῖ ἡ φωνὴ αὐτὴ τοῦ βαπτίσματος; ἆρα τὸ δι᾽ ἐκπώματος τινὸς ἐπιχέειν ὕδωρ κατὰ κεφαλῆς, ἢ τὸ καταβιβάσαι τι εἰς τὸ ὕδωρ καὶ πάλιν ἀναβιβάσαι αὐτό; τοῦ δὲ Πέτρου εἰπόντος, οὐχὶ πάτερ, τοῦτο ὃ λέγεις καταβάπτισμά ἐστι. εἶπεν ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος καταβάπτισμά ἐστι τὸ καταβιβάσαι εἰς τὸ ὕδωρ καὶ μὴ ἀνελκύσαι. βάπτισμα δὲ τὸ καταβιβάσαι εἰς ὕδωρ, καὶ ἀναβιβάσαι. κατ᾽ ἐκείνην οὖν τὴν ἡμέραν ἐδόθησαν καὶ αἱ πρῶται γνῶμαι, καὶ οὐκ ἔστερξεν αὐτὸς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ. διὸ καὶ ἠπόρησαν πάντες πῶς μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἔστερξε τὴν μετὰ τῶν ἀβαπτίστων ἕνωσιν,

Εἶτα εἶπον γνώμας καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχιερεῖς. ὁ Τραπεζοῦντος δὲ ἐνόσει καὶ διεμηνύσατο αὐτῷ πολλάκις καὶ συχνάκις ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ἵνα δώσῃ γνώμην; καὶ οὐκ ἔδωκε. πλὴν οὖν τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ Ἐφέσου, τοῦ Μονεμβασίας, τοῦ Τραπεζοῦντος, καὶ τοῦ Ἀγχιάλου οἱ λοιποὶ ἀρχιερεῖς ἐγνωμοδότησαν στέργειν τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν μετὰ τῶν λατίνων ἕνωσιν. ἦσαν οὖν οἱ στέρξαντες ιγ καὶ παρῃτήσαντο τοῦ ς. ἔπειτα ἠρώτησεν ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ τὸν βασιλέα εἰ ἔχοι θέλημα, ἵνα γνωμοδοτήσωσι καὶ οἱ ἡγούμενοι, ἐπεὶ οὖν ἐν ταῖς προτέραις αὐτῶν γνώμαις οὐκ ἔστερξαν τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἀκούω ὡς ὁ πατριάρχης οὐδὲν ἀποδέχεται, ἵνα γνωμοδοτῶσιν αὐτοί. λέγει γὰρ ὅτι εἰσὶν ἀχειροτόνητοι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ θέλει, ἵνα ὀνομάζωσιν αὐτοὺς ἡγουμένους. ἐγὼ δὲ οὐκ ᾔδειν τὸ τοιοῦτον. οἶδα γὰρ ὅτι ἡμεῖς παρείχομεν τῷ ἡγουμένῳ τὸ δεκανίκιον, καὶ εὐθὺς ἦν πανταχοῦ ἡγούμενος. νῦν δὲ ἤκουσα ὅπερ εἶπον. ἀνέφερε δὲ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, ὅτι οὕτως ἔχει καθὼς ἤκουσεν ἡ ἁγία βασιλεία σου. μετὰ γὰρ τὸ λαβεῖν τὸ δεκανίκιον ἀπὸ τῆς ἁγίας βασιλείας σου ἀπήρχετο εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐχειροτονεῖτο. νῦν δὲ πῶς ὁρίζεις περὶ αὐτῶν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη ἐρωτήσατε τὸν πατριάρχην καὶ γινέσθω ὡς ἂν εἴποι ἐκεῖνος. ὁ πατριάρχης γὰρ ἅμα τῷ δοῦναι τὴν γνώμην ἀπῆλθεν εἰς τὸν κοιτῶνα.

Καὶ

nearunt, & quibus nempe ritibus in eodem ſingula adminiſtrentur: Et ſatis exiſtimo, (dixit Primicerius Petro) te Græcarum literarum cognitione & linguæ uſu excultum: Reſponde mihi igitur quid ſibi vult iſta vox Baptiſma? An ut aqua in alicujus caput affatim effundatur? An potius, ut in fluentem deſcendat & aſcendat immerſus undis? Inficianti autem Petro, talem nunc baptizandi ritum uſurpari, & Catabaptiſmatis nomen mereri, quod Primicerius poſtulet: Minimè reſpondit Primicerius, erras in Etymo, nam Catabaptiſma proprie accipitur quando deſcendunt in vndas & non aſcendunt: At baptiſmus vult, ut in undis baptiſati proluantur & ab undis in ripam redeant: Hæc ille nuper: unde omnes attoniti diriguere, cum animadverterent Primicerium, qui nudius tertius in conventu, quo prima ſuffragia in hanc cauſam colligerentur, in Proceſſionem à Filio non conſenſerit, nunc non modo proceſſionem à Filio ſanciendam decernere, ſed & unionem cum Latinis ſacro fonte baptiſmi non rite ablutis.

At cæteri dehinc Epiſcopi ſententias in medium contulerunt, ægrotante Trapezuntio, qui quanquam ab Imperatore & Patriarchâ, ad tranſmittendum ſuffragium ſæpe ſæpius ſollicitaretur, omnino recuſavit: Exceptis igitur, Heracleenſi, Epheſio, Monembaſiano, Trapezuntino, Anchialio, reliqui omnes concedunt in partes Imperatoris, Proceſſionem à Filio ſtabilire, & fœdus cum Latinis: Erantque omnino tredecim numero affirmantes, qui & ſex aliorum ſuffragia interverterunt, invalida obteſtati. Interrogante autem magno Scriniario Imperatorem, ſi permitteret Cænobiarchas cum cæteris ſuffragari, hæſitavit Imperator: Et quandoquidem in ſuperioribus Proceſſum à Filio non confirmaſſent, Reſpondit Imperator, Patriarcham ab iis omne jus ſuffragandi abjudicare, tanquam à non legittime ordinatis: vel potius ab eandem rationem & præfectorum nominibus indignos arbitrari, quod eorum infortunium huc uſque non intellexi: Nam ſatis memini me eorum ſingulis pedum paſtorale in manum porrexiſſe, unde qui acceperat ubique pro præfecto habebatur: at nunc de iis audivi quæ nuper retuli: Et verum eſt inquit Primicerius, quod tua Majeſtas audivit: Nam id ab antiquo in more poſitum eſt, ut poſt traditum à tua Majeſtate baculum, Patriarcham adeant, & inaugurentur: Quod ſi facere poſtverterint, criminis in ſe commiſſi pœnas luunt: At quid jam de iis mandas? Sciſcitare Patriarcham, refert Imperator, & factum fiet quod ille decreverit: Nam Patriarcha ut ſuffragium in urnam conjeciſſet, in cubile ſe confeſtim receperat.

In-

Καὶ ἐλθόντι τῷ μεγάλῳ Χαρτοφύλακι καὶ ἐρωτήσαντι ἀπεκρίνατο. ἐγὼ δυσχεραίνω πῶς ὅλως λέγουσιν αὐτοὺς ἡγουμένους, καὶ νῦν ἐρῶ ἵνα εἴπωσι γνώμας, ὡς ἡγούμενοι, οὔτ᾽ ἐρωτήσεως δεῖν τούτου, οὔτ᾽ ἀποκρίσεως. καὶ παρῃτήσαντο αὐτοὺς ὡς ἀχειροτονήτους, καὶ οἱ χθὲς καὶ πρότερα προσκαλούμενοι ὡς ἡγούμενοι. μᾶλλον δὲ οἱ ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἕως Φλωρεντίας συνεκδημήσαντες τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῷ πατριάρχῃ, καὶ τῇ Ἐκλησίᾳ πάσῃ ὡς ἡγούμενοι, καὶ διὰ τὸ δίκαιον τῆς ἡγουμενείας συνεδριάζοντες ἐπὶ τῶν συνελεύσεων καὶ συμπράττοντες, τότε εὐθὺς εὑρήθησαν μὴ ὄντες ἡγούμενοι, καὶ ὡς ἀχειροτόνητοι μὴ ἀξιούμενοι γνωμοδοτεῖν.

Intranti igitur Magno Scriniario, rogantique quod juſſum fuit, Patriarcha cum ſtomacho regeſſit: Ego indignor quod iſti vel Cœnobiarchæ nominentur, & nunc jus habere in conventibus ſuffragandi pronuntiarem. Neque hæc cauſa à vobis quæſtionem, nec veſtra quæſtio à me reſponſum meretur: Ita eos omni vota ferendi privilegio denudarunt, tanquam ſacratum infularum exortes, qui heri ac nudius tertius ſuis titulis gavi ſi ſunt, habitique ab omnibus cœnobiarchæ: vel potius illi, qui Conſtantinopoli primo Florentiam, dein penitiſſimam Italiæ regionem peregrinati, Imperatorem ipſum, Patriarcham, totamque Orientis Eccleſiam comitabantur præfecti, & à juſtiſſimis dignitatum prærogativis Curiarum aſſeſſores, ordinum primariorum Conſilia agitabant: nunc ſubito exautorati, nec præfecti, nec Cœnobiarchæ deprehenduntur, ſed quaſi nullis conſecrati ordinibus, omni jure ſuffragandi ſpoliantur.

τμήμ. θ. Κεφ. ι.

Εἶτα ἐζήτησεν ὁ βασιλεὺς τὸν δεσπότην ἵνα εἴπῃ γνώμην, καὶ οὐκ ἠθέλησε. ὥρισε δὲ καὶ ἠρώτησαν τοὺς ἄρχοντας, καὶ εἶπον μέχρι καὶ τῶν ῥουχαρίων, καὶ τῶν ἰατρῶν, καὶ κριτικοῦ τοῦ κουβουκλισίου. καὶ πάντες ἔστερξαν ὡς καλὴν τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἕνωσιν. παρεκαθήμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς σιωπῶντες ὡς μόνοι διὰ τῶν πρακτικῶν καὶ τὸ φθέγγεσθαι ἀφαιρούμενοι. μήτε διὰ τὸ σχῆμα, μήτε διὰ τὴν τάξιν, μήτε διὰ τὴν μερικὴν ἣν ἔχομεν εἴδησιν ἐν τοῖς δόγμασι, μήτε διὰ τὸν ἱερατικὸν βαθμὸν ὃν χάριτι τοῦ παναγίου Πνεύματος ἔχομεν ἀξιωθέντες ἐξισωθῆναι τοῖς λαϊκοῖς ἐν τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς ζητήμασι. ἔπειτ᾽ ἀνέστημεν πάντες ὡς ἔθος ἵνα καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐξείπῃ. καὶ εἶπεν οὕτως.

Ἐγὼ τὴν παροῦσαν ταύτην ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον κατ᾽ οὐδὲν ἐλάττω ἡγοῦμαι τῶν προλαβουσῶν ἁπασῶν. εἰ γὰρ καὶ τῷ ποσῷ τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων πατέρων ταύτην ἐκεῖναι ὑπερέβησαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῷ ποιῷ μέγα προέφερον. κύριλλον πλουτοῦσαι καὶ τὸν θεολόγον Γρηγόριον, καὶ ἄλλαι ἄλλους τῶν διδασκάλων. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ταύτην οὐδὲν ἧττον ἁγίαν ἡγοῦμαι καὶ σεβασμίαν, καὶ οὐδὲν ἔλαττον τὸ αὐτὸ σέβας ἐκείναις ἀπονέμω καὶ ταύτῃ. τότε γὰρ προκείμενον αὐτῇ ζήτημα μέγιστόν τε καὶ θεῖον,

Sect. IX. Cap. X.

Poſthac voluit Imperator, ut frater Deſpota ſuffragium ferret: qui pernegavit: Ac ut proceres Laici ad teſſeram Eccleſiaſticorum vocarentur: qui poſtulatis ſuffragia dixerunt, à ſupremis Magiſtratuum ad infimos ordines, ad præfectum recondendis Imperatorum tunicis in cellâ veſtiariâ, ad Medicos aulæ, ad creticum Cubicularium, omneſque unioni cum Latinis tanquam rei pulcherrimæ applauſerunt: Nos interea adſedimus elingues, adempto omni ſuffragia in publicum ferendi privilegio, quod nobis Eccleſiæ perennis conſuetudo, & Acta Synodalia indulſerant: Et neque perſonarum ratio, aut dignitatum, nec ordinum, nec qualiſcunque ingenij ſolertia, peritiaq; in dogmatibus enucleandis, nec Sacerdotalis gradus, quem Spiritus Sancti gratiæ acceptum referimus, vel tantillum pro nobis meruere, ut in cauſis Eccleſiæ ſtabiliendis, prærogativâ laicis æquâ frueremur. Poſt omnia vero peracta, propter reverentiam Imperatori ſolitam exhiberi quoties loquebatur, erecti in veſtigia conſtitimus, dum ille controverſiam ſuffragio ſuo abſolveret, quod in hæc verba conceptum palam ad nos diſſeruit.

Hanc ego ſacram & Oecumenicam Synodum, in nullo eminentiæ flore concedere arbitror quibuſcunque aliis Generalibus, quæ eandem anticiparunt: quamvis enim quantitate patrum, in illas coeuntium, hæc inferior aliquanto ſubſidat, quin etiam qualitate perſonarum forſan, quando Cyrillus tertiam, Gregorius Nazianzæ ſecundam, aliaſque alij Doctores

θεῖον, καὶ οἱ περὶ τούτου πραγματευσάμενοι ἄνδρες εἰσὶν ἱεροὶ καὶ σεβάσμιοι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἁγιωτάτου πατριάρχου ἀρξάμενοι. ἐπεὶ οὖν τοιαύτη μὲν ἡ σύνοδος αὕτη ὡς εἴρηται, ἐγὼ δὲ βασιλεὺς ὢν τῇ χάριτι τοῦ χρίσαντός με Θεοῦ ὀφείλω ἀκολουθεῖν τῇ τῆς συνόδου ἀποφάσει, καὶ τῶν πλειόνων τῶν ἐν αὐτῇ· ἔτι τε καὶ δεφενδεύειν τὰ παρὰ τῶν πλειόνων ἀποπεφασμένα κατὰ τὴν ἐν ταῖς ἀρχαίαις συνόδοις παρακολουθήσασαν τάξιν. διὰ τοῦτο λέγω καὶ ἀποφαίνομαι τῇ ἰσχύι καὶ τῷ κράτει τῆς ἱερᾶς βασιλείας, ὅτι καὶ ἕπομαι τῇ τῆς ἱερᾶς ταύτης συνόδου καὶ τῶν πλειόνων τῶν ἐν αὐτῇ ἀποφάσει ἀπαραιτήτως ὥστε καὶ κατὰ πάντα τρόπον δεφενδεύειν αὐτὴν μέχρι παντὸς, διά τε τὰ προειρημένα, καὶ ὅτι ἐγὼ νομίζω κατ' οὐδένα τρόπον δύνασθαι πλανηθῆναι τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐν τοῖς ἱεροῖς δόγμασι, κοινῇ καὶ συνοδικῶς σκεπτομένην. ἕνα μὲν γὰρ ἢ δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ πλείονας τῶν νῦν ὄντων ἀνθρώπων, καθ' ἑαυτοὺς σκεπτομένους πλανηθῆναι ἐνδέχεται. πᾶσαν δὲ τὴν ἐκκλησίαν κοινῶς, ὑπὲρ ἧς ὁ κύριος εἶπε πρὸς Πέτρον σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ Πέτρᾳ οἰκοδομήσω τὴν ἐκκλησίαν μου, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, πλανηθῆναι ὅλως ἀδύνατον. εἰ δὲ μὴ ὅτε σωτῆρος διέπεσε λόγος, καὶ ἡ πίστις ἡμῶν ἐπ' ἀδρανοῦς βέβηκεν, ἀλλ' ἐπεὶ ταῦτα καὶ ἀμφότερα ἄτοπα, διὰ τοῦτο καὶ ἀπλανῆ εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ἀνάγκη, καὶ ἡμᾶς ἀναγκαῖον αὐτῇ, καὶ τῇ ἀποφάσει αὐτῆς ἕπεσθαι. καὶ πρὸ πάντων ἐμὲ τὸ βασιλικὸν περικείμενον σχῆμα Θεοῦ χάριτι, καὶ ἀκολουθεῖν καὶ δεφενδεύειν αὐτήν. ὑποκειμένου τοῦ μήτε ἀναγκάσαι ἡμᾶς τοὺς Λατίνους προσθεῖναι ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ ἡμῶν τὴν προσθήκην αὐτῶν, μήτε μεταβαλεῖν τι τῶν ἐθίμων τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν. καὶ αὕτη μὲν ἐστιν ἡ βασιλέως γνώμη καὶ ἡ ἀπόφασις. ἐν ὅσῳ δὲ ἐλέγετο παρὰ τοῦ βασιλέως συμβέβηκέ τι οἷον ἄξιον καὶ διηγήσασθαι. κύων εἷς τῶν θηρευτικῶν ἐξ ἔθους εἵπετο τῷ βασιλεῖ, ὁσάκις εἰς τὸ πατριαρχεῖον ὁ βασιλεὺς ἐπεδήμει καὶ καθεύδειν ἐπὶ τοῦ χρυσοπάστου προσκεφαλαίου τοῦ ἔμπροσθεν τοῦ βασιλικοῦ τιθεμένου θρόνου, καὶ ὑποποδίου χρείαν παρέχοντος. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀεὶ ἐπὶ τοῦ θρό-

νου

res opulentiſſimis ingeniorum mercibus ditaverint: Hanc tamen non minori ſanctitate ac veneratione præcinctam judico, nec minorem ipſe adorationem huic quam illis attribuerem: Nam & in hac propoſita perveſtigatione quæſtiones momenti maximi cernuntur: Et qui eaſdem diſcutiendas ſuſceperunt, viri ſacroſancti, & immortali obſervantiâ digni effulgent, ab ipſo Patriarchâ venerando Antiſtite ad poſtremum qui hodie ſententiam eſt elocutus: cum igitur Synodus hæc talis ſit æſtimanda, ut dixi, & ego Imperator ſceptra geram, Dei benignitate, qui me ſacro oleo inunxit, debère me cenſeo, non modo affirmatis in Synodo, & majori parte calculorum, definitis adhæreſcere, ſed & omni Marte protegere, quæ à pluribus determinantur, ſecundum morem, in præcedentibus Synodis receptum maximè, & ad noſtra hæc tempora procurrentem: Quare hæc ſyncero corde enuntio, & in publicum effero, me omni Imperij mei autoritate ac robore, hujus ſacræ Synodi decretis obſequi, & quicquid plurium ſuffragia præſcripſerint, conſtantia indeprecabili amplexari, & ad ultimum vitæ ſpiritum defendere ac tueri: idque tam propter prædictas à me rationes, quam quod fide indubitatâ perſuadeor, Sanctam Dei Eccleſiam, in Concilium publicum congregatam, & de Dogmatibus fidei deliberantem, errare nullo pacto poſſe: Enimvero, unum, duos, treſve, aut plures, virorum, qui nunc vitali aurâ perfruuntur, in privatis conſultationibus, à veritate exorbitare contingit: At Catholicam Eccleſiam, in communi ſibi proſpicientem, de qua Dominus noſter Chriſtus pronuntiavit ad Petrum: Tibi dico quod tu Petrus es, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, cui portæ inferorum non prævalebunt, poſſe erroribus circumfundi, contradictionem implicat, fidei ex diametro repugnantem: Non ſolum quia tum Salvatoris noſtri promiſſa intercidere oporteret, ſed & noſtram fidem principiis niti inſtabilibus ac incertis: quæ cum utraque abſurda ſint, Eccleſiam Univerſalem omnino infallibilem eſſe neceſſum eſt, nobiſque hoc incumbit onus pietatis, ut ab Eccleſiæ placitis æternum pendeamus: Et mihimetipſi præcipuè, qui diademate, & verendâ Majeſtate omnibus præfulgeo, ut libertatem Eccleſiæ, jura ac privilegia ſartatecta defenderem, modo ne nos Latini cogant additamentum illud è ſuo ſymbolo in noſtrum infercire, aut ulla permutare ceremoniarum momenta, quæ in noſtrâ Eccleſiâ à multis retro ſeculis uſurpari conſuevérunt: Et talis erat Imperatoriæ ſententiæ prolatio: quam dum verbis explicaret, accidit fortuitum quid, memoratu non indignum. Canis venaticus ex ſpecie vertraharum Imperato-

rem

νου συνεσπειραμένος εἰλεῖτο ὑπὸ πόδας, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἐκάθητο.

Ἤρχετο μὲν οὖν ὁ κύων ἐν ταῖς εἰς τὸ πατριαρχεῖον συνόδοις ἀεί, καὶ σιωπῶντος τοῦ βασιλέως καὶ λέγοντος, αὐτὸς ἔκειτο διηνεκῶς σιωπῶν. ἀρξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως ταύτην λέγειν τὴν γνώμην, ἤρξατο καὶ ὁ κύων εὐθὺς τραγῳδεῖν καὶ ὑποκλαυθμυρίζειν καὶ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ἐμποδίσαι καὶ κατασιγάσαι αὐτόν, καὶ μάλιστα τῶν κεφαλάδων, καὶ φωναῖς καὶ ῥάβδοις ἐκφοβούντων, οὐδ' ὅλως ἐσιώπησε, ἀλλὰ διακόπως τὸ κυνεῖον ἐμελῴδει μέλος, καὶ λιγυρὸν ἐκλαυθμύριζε, καὶ κυνικὴν τραγῳδίαν ἐξύφαινε, καὶ γοερῶς συνῇδε τοῖς βασιλικοῖς θεσπίσμασι, καὶ ἐδόκει τὴν ἰσότητα τῆς φωνῆς ὑπανέχειν τῷ λέγοντι, καὶ διὰ κυνείας μουσικῆς τὸν ῥυθμὸν αὐτοῦ συνιστᾶν. καὶ ὥσπερ οἱ τῶν ἀοιδῶν μαθηταί, διὰ παιδοφωνιῶν καὶ ἐμμελῶν ἀπηχημάτων, τὰς τῶν διδασκάλων αὐτῶν καλλιφωνίας λαμπρύνουσι, καὶ ἐμμελεστέρας καὶ καλλιφωνοτέρας ἀποτελοῦσι. οὕτω καὶ ὁ κύων ἀμυδρῶς ᾖδε, καὶ λιγυρῶς ὑλάκτει καὶ κυνικῶς ἐτραγῴδει καὶ ἐμελούργει τῷ λέγοντι ἢ μᾶλλον ἐκλαυθμύριζε ὠλοφύρετο καὶ ὠλόλυζε. καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσατο εἰ μὴ ὅτε ἐσιώπησε καὶ ὁ ἀποφηνάμενος. ἐσημειώσαντο οὖν εὐθὺς καὶ τοῦτο τινὲς ὡς ἀπαίσιον οἰωνόν.

rem, quoties in Patriarchæ palatium immigrabat, è vestigio semper comitabatur: & compositus in pulvinum, intertextum auro, substratumque infra thronum Imperatorium, ad suppedanei vicem supplendam, quotidie dormitabat: Imperator enim sedere solitus est collectis intra thronum pedibus, & decussatim innexis, ad modum spiræ voluminosæ, & rarissimè crura demittebat in pulvinum, ut canem somno indulgentem proculcationibus inquietaret.

Canis igitur singulis conventibus interesse suetus, & pulvino convolutus recumbere, Imperator seu loqueretur seu taceret, se adeo quietum gessit, ut nullum strepitum ederet, aut latratum: At nunc ut cepit Imperator hanc sententiam articulatim emodulari, cepit & canis tragice efferatum guttur attollere, & miserabilem in modum flebiliter ululare: Et quamvis plurimi canem compescere & tranquillare conarentur, ac præsertim Capitanei Imperatoriis venationibus præpositi & vocibus & flagellis increparent, tamen ille nequicquam clamoribus pepercit, sed in Musicâ horribili perseverans, stridulo ac sonoro cantu, totum quam inchoârat tragædiam pertexuit: Et lamentabile nescio quid redantruans Imperatoriis Oraculis humanæ vocis modulamina sequi & exprimere videbatur: sonique æqualitatem sustinere dicenti, & canimis notis Imperatorij Rhythmi variationem affingere. Ac quemadmodum Musicorum discipuli vocibus adolescentũ tenuioribus sed apprime ad Harmoniam attemperatis, robustiores Magistrorum tonos & resonantias clarificant, & auribus accommodatiores reddunt, ita & generosus catellus exili, sed elato & arguto sonitu accinuit Imperatori, & allatravit, vocemque gessit, in scenâ versatilem ac histrionicam: Nec prius lamentari flere, ingemiscere, ululare destitit, quam Imperator desierat loqui: at multi hoc ut augurium infaustum, inauspicatumque interpretabantur.

τμήμ. θ. κεφ. ια.

Εἶτα ἐζήτησεν ὁ βασιλεὺς πάλιν ἐπιμελῶς τὴν γνώμην τοῦ δεσπότου, εἰρηκὼς αὐτῷ μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν λόγων. εἰπὲ καὶ σὺ ἀδελφούτζικε. ὁ δεσπότης γὰρ γνοὺς ὅπως ἀγωνίζονται καὶ κατασκευάζουσι ποιῆσαι τὴν τοιαύτην ἕνωσιν, οὐδ' ὅλως ἤθελε προσμένειν ἐν Φλωρεντίᾳ, ἀλλ' ὑποστρέψαι εἰς Βενετίαν. ἐκωλύετο δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως. διὸ καὶ ἐδυσχέραινε καὶ ἐλυπεῖτο, καὶ πάντα ἐποίει μὴ εὑρεθῆναι ἐκεῖσε ἐν τῇ ἑνώσει καὶ συχνῶς τῷ πατριάρχῃ προσερχόμενος ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὁρκωμοτικὸν ὃ ἐποίησε πρός με ὁ βασιλεὺς γράφει ἵνα ὑποστρέψω εἰς τὴν Βενετίαν

ἴτα

Sect. IX. Cap. XI.

Deinde Imperator suffragium denuo Despotæ ardenter petiit, eumque perhumaniter compellando, multis verbis hoc palam insinuavit: Te etiam atque etiam fratercule postulamus sententiam proferre: Nam Despota subodoratus, quantâ animorum contentione, hanc unionem procudere machinarentur, constituit diutius Florentiæ non commorari, sed Venetias se conferre: quod consilium fuisset consecutus, nisi Imperatoris auroritas intervenisset quare ipse sibi infensus animum indies in varias cogitationes spargebat, omnemque versabat molem, Florentiâ abesse cum unio definiretur: quocirca Patriarcham sæpenumero adiens, inquit, Imperator cum me Epistolâ fraternæ caritatis conciliativâ ad reditum sollicitaret, jurejurando

rando

ἴζαν θελήσω, ἀνεμποδίστως μετὰ πάσης ἐλευθερίας. οὕτως οὖν τηρεῖς ὁ βασιλεὺς τὸ ὁρκωμοτικὸν αὐτοῦ; καὶ τούτου χάριν μοι ἔγραψεν ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ἵνα ἔλθω εἰς τὸν βασιλέα ὅπως ἀφαιρεθῶ τὴν ἐλευθερίαν μου; ὡς οὖν εἶδεν ὁ πατριάρχης τὸν δεσπότην ἐπιμόνως ζητήσαντα τὴν ἀποδημίαν, πολλάκις ἠξίωσε καὶ αὐτὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἐνέδωκεν αὐτῷ τὴν ἀποδημίαν. ἑτοιμαζομένου δὲ τοῦ δεσπότου ἀπελθεῖν, ἔτυχε παραγενέσθαι εἰς τὸν βασιλέα καρδηναλίους, καὶ λέγειν περὶ τῆς ἑνώσεως. ἦσαν δὲ ὅτε Ἰουλιανὸς, καὶ ὁ Καμαρέριος, παρῆν δὲ καὶ ὁ δεσπότης. καὶ μεταξὺ τῆς ὁμιλίας αὐτῶν εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τοὺς Καρδηναλίους ὁ ἀδελφός μου ὁ δεσπότης ἤδη ἀπέρχεται εἰς τὴν Βενετίαν. καὶ εὐθὺς ἐπετέθησαν αὐτῷ οἱ Καρδηνάλιοι καὶ ἠξίουν ἵνα προσμείνῃ διὰ τὸ συμπέρασμα τῆς συνόδου. ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. ὡς δὲ πολλάκις, καὶ μετὰ πολλῆς ἀξιώσεως ἐζήτησαν τοῦτο, ἔφη καὶ ὁ βασιλεὺς ὡς ἐπεὶ μετὰ τοσαύτης ἀξιώσεως ζητοῦσιν ἵνα προσμείνῃς, πρέπον ἐστὶν ἵνα ποιήσῃς τὸ ζήτημα αὐτῶν. ὅθεν καὶ αἰδεσθεὶς προσέμεινε. τοῦτο δὲ ἦν οἰκονομία βασιλική. μετ' ὀλίγον γὰρ ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν πατριάρχην, πρὸ τῶν τελευταίων δύο συνοδικῶν συνελεύσεων παρόντων ἡμῶν καὶ πάντων, διηγήσατο ὅπως ἀξιωσάντων πλεῖστα τῶν Καρδηναλίων, καὶ προστεθεικότος καὶ αὐτοῦ ὅτι πρέπει γενέσθαι ὅπερ ἀξιοῦσιν οἱ Καρδηνάλιοι ἐπείσθη ὁ δεσπότης καὶ προσέμεινε. καὶ εὐθὺς ἀπεκρίθη ὁ δεσπότης, ὅτι διὰ τὸν ὁρισμὸν τῆς ἁγίας βασιλείας σου ἔμεινα, οὐ μὴν διὰ τοὺς λόγους τῶν Καρδηναλίων. οὐ γὰρ ἔχω αὐτοὺς περὶ πολλοῦ. ὁ δὲ βασιλεὺς μετά τινας λόγους αὖθις προσέθηκεν. ἐπείσθη οὖν ὁ δεσπότης διὰ τοὺς λόγους τῶν Καρδηναλίων. καὶ ὁ δεσπότης εὐθὺς, οὐκ ἐπείσθην τοῖς λόγοις τῶν Καρδηναλίων καθὼς ἀνέφερον, ἀλλ' ἔμεινα, ἵνα μὴ δόξω παρήκοος τοῦ ὁρισμοῦ τῆς ἁγίας βασιλείας σου. διὰ ταῦτα οὖν καὶ ἀπὼν παρῆν ἐν ταῖς τελευταίαις συνόδοις ὁ δεσπότης, καὶ οὐδὲ ἤθελεν εἰπεῖν γνώμην.

Ὅμως διὰ τὸ ζήτημα τοῦ βασιλέως εἶπεν ὅτι ἐγὼ οὔτε εἴδησιν ἔχω οὔτε πεῖραν εἰς τὰ δόγματα τῆς ἐκκλησίας, οὔτε οἶδά τι περὶ τούτων, διὸ οὐδὲ δύναμαι διακρῖναι, ὅτι τόδε

rando se obstrinxit passurum, ut quandocunque allubesceret, remoto omni obstaculo, omnique facultate concessâ Venetias repeterem: Siccine juramenti leges præstat Imperator? Siccine tua Sanctitas eximia mihi literas una transmisit, ut Ferraram reversus libertate ademptâ circumvenirer? Patriarcha cum multoties animadverteret Despotam in discessus efflagitatione obstinatissimè perseverare, apud Imperatorem intercessit, veniamque discedendi Despotæ impetravit: Verum dum ille lentius sarcinas colligebat, forte fortuna accidit, ut ad Imperatorem venirent Cardinales de unione tractaturi: Erant autem omnino duo, Julianus & Camerarius, quibus tum Despota interfuit: & in mediâ sermocinatione Cardinalibus subinnuit, fratrem Despotam ad Venetias discessum meditari: Quo permoti Cardinales, Despotam vehementissime rogavere, ut mentem inflecteret, & aliquantisper duraret, dum Synodus clauderetur. At Despota Cardinalium precibus renitebatur: Verum cum illi vota multiplicata ingeminarent, Imperator dixit: Quando tam obnixè tui hic permansuri copiam efflagitant, eorum precibus non annuere esset indecorum. Despota igitur pudore castigatus permansit: sed tota techna ex officina Imperatoris prodiit fabricata: Siquidem post breve interstitium cum Imperator ad Patriarcham reverteretur, nempe ante duos ultimos comitiales nostrorum concursus, nobis omnibus una adstantibus, Imperator cœpit enarrare, ut Cardinalibus plurimum obtestantibus, ipsoque adjiciente, urgeri fratrem necessitate, postulatis Cardinalium succumbendi, Despota morosam propositi constantiam deposuit: At respondit Despota, me nullis Cardinalium supplicationibus victum attestor quos non multifacio, sed obedientiæ legibus, ne non viderer tuis mandatis obtemperare: Verum cum Imperator post pauca ad idem argumentum sermonem circumferret, ac Cardinalium precibus delinitum Despotam prædicaret, in eodem responso Despota perstitit: Non Cardinalium votis inductus, ut ante dixi, in diuturniorem moram descendi; sed ne Majestatis tuæ præceptis contumax viderer: propter hæc ultimis nostrorum Synodis abfuit dum interfuit, nec enim sententiam ullam protulit.

Veruntamen cum Imperator instantius urgeret, ad hunc modum se explicuit: Non sum in his usque adeo bene versatus, aut magnam traxi experientiam, ut in Ecclesiæ disceptationibus me scientificum profiterer: Ea dirimant qui sacris præsunt; hæc ad instituti mei rationem neutiquam spectant: sed si vocibus aliis me interrogaret quispiam, si ad secularia & mundana

τόδε ἐστὶ κρεῖττον ἢ τόδε. ἄλλοι οἴδασι περὶ τῶν τοιούτων, καὶ λεγέτωσαν ἐκεῖνοι. ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα, ἐπεὶ οὐδὲ ἔργον μου ἐστὶ τὸ ἐξετάζειν περὶ τοιαύτης ὕλης. κατ' ἄλλον δὲ τρόπον ἴσως εἴπερ ἠρώτησέ μέ τις ἐὰν συμφέρῃ ἡμῖν ἡ ἕνωσις ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς τε καὶ κοσμικοῖς πράγμασι, εἶπον ἂν ὅτι λυσιτελεῖ ὅσον εἰς τὰ πραγματικά. ἔμεινε δὲ ὁ δεσπότης μέχρι τῆς τελευτῆς τοῦ πατριάρχου. παρῆν γὰρ καὶ ἐν τῇ ἐκφορᾷ αὐτοῦ, καὶ προηγεῖτο, καὶ μετὰ τέσσαρας ἀπῆλθεν ἡμέρας εἰς τὴν Βενετίαν παραιτησάμενος καὶ τὸ σιτηρέσιον, ἐπεὶ οὐκ ἀπεδέχετο παρεῖναι ἐν τῇ ὑπογραφῇ τοῦ ὅρου, ἢ ἐν τῇ ἑνώσει. ἀπῆλθον δὲ μετ' αὐτοῦ καὶ οἱ σοφώτατοι διδάσκαλοι ὅτε Γεμιστὸς καὶ ὁ Σχολάριος μηδὲ αὐτοὶ παρεῖναι βουλόμενοι. εἶτα ἠρωτήθησαν οἱ πρέσβεις καὶ ἔδωκαν γνώμας στέργειν τὴν ἕνωσιν.

Πρῶτος μὲν ὁ Μενόνος ὡς ἀπὸ τοῦ δεσπότου Κύρου Θεοδώρου, καὶ ὕστερος ὁ Νεάγωγις, ὡς ἀπὸ τοῦ Βοεβόδα τῆς Μολδοβλαχίας, ὁ δὲ μέσος ὁ ἀπὸ τοῦ Βασιλέως Τραπεζοῦντος ὁ Μακροδούκας, εἶπεν ὅτι ἡμεῖς ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἔχομεν ἀεὶ τὸν μητροπολίτην, καὶ ἡ ἐκκλησία ἡμῶν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐξακολουθεῖ καὶ εἴ τι δοξάζει αὕτη καὶ σέβεται τὸ αὐτὸ δοξάζει καὶ ἐκείνη. νομίζω οὖν ὅτι καὶ ὁ αὐθέντης μου ὁ βασιλεὺς μέλλει στέρξειν τοῦτο ὅπερ ἐστέρξατε νῦν καὶ ὑμεῖς, ὡς δοκεῖ ἐμοί. οὐκ οἶδα δὲ ἀκριβῶς εἴ τι ὁρίσει ἕτερον.

dana nobis conduceret. fœdus cum Latinis pacisci, protinus unionem utilitati nostræ multum expedire pronuntiarem: Permansit vero Florentiæ Despota ad obitum Patriarchæ: Adfuit enim cum efferretur funus, & deduxit ad Sepulchrum: At post quatriduum à morte Venetias se contulit, annonæ stipendio posthabito ac spreto, ne unioni, aut ultimæ definitioni interesse cogeretur: eumque comitati sunt senum optimi & præstantissimi, Gemistius & Scholarius Doctores: nec ipsi tum adesse cupientes.

Deinde Legati postulantur de suffragiis, qui unionem constabiliunt: In primo loco Menonis Episcopus, à Despota Theodoro mandatarius: Et ultimo Neagogis missus à Vaivoda, supremo Magistratu Moldoblachiæ: duorum vero intermedius nomine Macroducas ab Imperatore Trapezuntiæ dixit: Nos in Metropolitanum in nostram Ecclesiam semper Constantinopole inauguratum recipimus, & nostra Ecclesia à primariâ sede Patriarchali semper pependit: Quicquid illa profitebatur nos retinuimus: Quare existimo meum herum ac Dominum quæ vos hodie confirmatis, confirmaturum: nec enim compertum habeo si quid in contrarium statuet.

τμήμ. θ. Κεφ. ιβ.

Οἱ δὲ τῶν Ἰβήρων πρέσβεις, ἦλθον γὰρ δύο σὺν ἡμῖν ἐκεῖσε, ἄτερος μὲν ἐπίσκοπος, ὁ δὲ λοιπὸς κοσμικὸς ἄρχων. ὁ μὲν Ἐπίσκοπος μετὰ τὸ παύσασθαι τὰς διαλέξεις ἐπεὶ ὅπως δήποτε συνῆκε κακῶς κατασκευαζομένην τὴν ἕνωσιν, πρῶτον μὲν διῆλθεν ἰδίως τοὺς ἀρχιερεῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐνεφάνισε πᾶσι πιττάκιον τοῦ πατριάρχου Ἀντιοχείας ἐντελλόμενον αὐτοῖς μηδόλως συνθέσθαι εἰς προσθήκην ἢ ἀφαίρεσιν μέχρι καὶ ἰῶτα ἑνὸς ἢ μιᾶς κεραίας. εἶτα τὰ μὲν φλωρία ὅσα εἶχε, δέδωκε κρυφίως εἰς παρακαταθήκην, τὰ δὲ ἐνδύματα αὐτοῦ καὶ τὰ χρειώδη τοῖς ἐνδεέσι διένειμεν, ἑαυτὸν δὲ ἐποίησεν ἔξηχον, καὶ μονοχίτων περιήρχετο μέχρι τινὸς ὡς παράφρων καὶ πλανώμενος, εἶτ' ἀπεδήμησε λαθραίως, καὶ οὐδὲ ἀκούειν εἴχομεν ὅπου ἐστίν. διὸ καὶ ἐνομίζομεν πάντες ὅτι

SECT. IX. CAP. XII.

At Legati à gente Iberorum, duo à Constantinopole, nostro venerant in comitatu, Episcopus unus, alter Princeps secularis: Episcopus Synodicis sessionibus haberi desinentibus, cum satis intellexisset Unionem malis artibus propagari, primo clam Episcoporum singulis, nostrorumque hominum oberratis, monstrabat è sinu depromptum diploma Antiocheni Patriarchæ, ipsis vetans, ne conveniant cum Latinis, ut de Orientalium fide vel Jota, vel apicem demant, seu addant: Deinde quos habuit florenos Depositarij in manus secreto tradidit reservandos: Ac demum vestimenta cunctaque alia in quotidianum usum comparata egenis distribuit, ipsumque è conspectu hominum subduxit in latebras, unde nec compellari potuit, nec voluit comparere: Cumque aliquantisper simplici tunicâ amictus, tanquam fatuus, aut erro è latibulis circumreperet, sese clanculum in alias oras extulit: adeo ut quid homo fieret, nec aliorum famâ, nec nostrâ conjecturâ assequi possemus: sed immaturâ morte ademptum, ali-

ὅτι ἐτελεύτησέ που κακῶς. ὁ δὲ διήρχετο τόπους καὶ πόλεις τῆς Ἰταλίας, καὶ ἦν ἀφανὴς ἡμῖν καὶ ἀνήκουστος ὡσεὶ μῆνας τρεῖς. ὅτε δ' εἰς τὴν Βενετίαν ὑπεστρέφομεν, ἠκούσαμεν ὅτι εὑρέθη εἰς πόλιν καλουμένην Μόδεναν νοσῶν.

Ὁ δὲ Τορνόβου οἴκτῳ καὶ φιλίᾳ κινηθεὶς, ἀπελθὼν ἐκεῖσε ἀνελάβετο καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν Βενετίαν. ἐπανῆλθε δὲ καὶ αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ὅσον ἠθέλησεν. ἔλαβε δὲ καὶ τὴν παρακαταθήκην, καὶ ὑπέστρεψε μεθ' ἡμῶν. ὁ δὲ κοσμικὸς ἄρχων κατ' αὐτὰς τὰς ἡμέρας ἐν αἷς ἔγνω συμπερανθήσεσθαι τὴν ἕνωσιν ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην. οὐδέτερος οὖν τῶν ἰβήρων συνέθετο εἰς τὴν ἕνωσιν. ἐξέφυγον γάρ.

Τὸν δὲ ἄρχοντα τοῦτον τὸν ἴβηρα προσεκαλέσατο ὁ πάπας ἰδίᾳ πρὸ τοῦ συντελεσθῆναι τὰ πράγματα, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι ἀκούω πῶς ἐστὲ χριστιανοὶ, καὶ καλοὶ ἄνθρωποι, καὶ στέργετε καὶ τὴν Ἐκκλησίαν καλῶς. ἡ δὲ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία ἔνι μήτηρ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ὁ ταύτης προεστηκὼς ἐστὶ διάδοχος τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ τοποτηρητὴς τοῦ Χριστοῦ, καὶ ποιμὴν καὶ διδάσκαλος καθολικὸς πάντων τῶν Χριστιανῶν. δεῖ οὖν καὶ ὑμᾶς ἀκολουθῆσαι τῇ μητρὶ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ στέρξαι ἅπερ στέργει καὶ αὐτὴ, καὶ ὑποταγῆναι τῷ ταύτης ἀρχιερεῖ, ὥστε διδάσκεσθαι καὶ ποιμαίνεσθαι ὑφ' αὐτοῦ, ἵνα εὕρητε σωτηρίαν ψυχικήν. καὶ ἕτερα δὲ παραπλήσια δημηγορήσας εἶπε. πρὸς ἃ ὁ ἴβηρ ἀπεκρίνατο. ὅτι ἡμεῖς χάριτι Θεοῦ ἐσμὲν Χριστιανοὶ, καὶ στέργομεν καὶ ἑπόμεθα τῇ ἐκκλησίᾳ ἡμῶν. ἡ ἡμετέρα οὖν ἐκκλησία κατέχει καλῶς ὅσα παρέλαβεν ἀπό τε τῆς διδασκαλίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων τῶν ἀνακεκηρυγμένων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, καὶ οὐδ' ὅλως παρεξῆλθεν ἀπὸ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν, καὶ οὔτε προσέθηκέ τι, οὔτε ἀφεῖλετο τὸ τυχόν. ἡ δ' ἐκκλησία τῆς Ῥώμης προσέθηκε καὶ παρέβη τὰ ὅρια τῶν ἁγίων πατέρων. διὸ καὶ ἀπεκόψαμεν αὐτὴν, ἢ καὶ ἀπέστημεν ἀπ' αὐτῆς, ὅσοι τηροῦμεν τὰ τῶν πατέρων καθαρά. κἀντεῦθεν ἐστέρηται αὐτὴ τῶν πολλῶν καὶ καλῶν τέκνων αὐτῆς, καὶ ἐζημιώθη αὐτά. δέον οὖν ἐστὶν ἵνα ἐπιμεληθῇ ἡ μακαριότης σου καὶ σπουδάσῃς ἐπανακαλέσασθαι οὓς ἐστερήθης καὶ εἰρηνεῦσαι καὶ ἑνω-

alicubi interiiſſe crederemus: Ille vero Italiæ loca, & urbes ignotas pervagabatur, & trimeſtri integro, noſtris ſenſibus diſpalans evanuit: Tandemque cum in reditu ad patriam Venetias appuliſſemus, rumor percrebuit in civitate, quæ Mutina appellatur, morbo decumbere.

Quare Tornobi Epiſcopus commiſeratione extimulatus, & veteri neceſſitudinis memoriâ, hominem perquiſivit, repertumque Venetias perduxit: Rediit autem & ipſe ad ſeſe, ſenſuſque ſanos quantum optaret, adeo ut receptis nummis fiduciariis, in Græciam nobiſcum renavigaret: Alter vero ab Iberia princeps ſecularis, in ipſiſſimis diebus quos audierat unioni obſignandæ conſtitui, Romam migravit: Adeo ut Ibericorum neuter legatorum unioni fœderandæ ſuffragium præbuerit, uterque enim ſubterfugerat.

Sed hunc principem Papa aliquando ad ſe in aulam accerſivit, antequam negotia ad determinationem ultimam vergerent, eumque ſic allocutus fertur: Audio vos eſſe Chriſtianos, viros etiam præclarâ indole præditos, Eccleſiamque Chriſti, quo decet cultu proſequi: Eccleſia autem Romana, eſt omnium Eccleſiarum mater, & qui eidem præſidet, ſucceſſor Petri, Vicarius Chriſti in Terris, omnium Chriſtianorum Paſtor, & Doctor Univerſalis: Vos igitur oportet matri obſecundare, quæcumque illa confirmaverit, ſtabilire, ejuſdemque Archipræſuli colla ſubmittere, ab illo doceri ac paſci, ut ſalutem æternam animabus veſtris nanciſcamini: Hæc & alia multa ſermone expatiatus Papa dixit. Iber vero ſigillatim in hunc modum reſpondit: Nos equidem quod Dei Gratiæ deberi æternum profitemur, Chriſtiani ſumus, placitiſque Eccleſiæ noſtræ ac dogmatibus obſequimur: Noſtra vero Eccleſia conſtantiſſimè retinet, quæcumque de præceptis Domini noſtri Jeſu Chriſti, aut de traditionibus Sanctorum Apoſtolorum, & Oecumenicarum Synodorum, aut ab ipſis Eccleſiæ celeberrimis doctoribus in nos derivata arripuit: Ab iiſdem nunquam deflexit, nihil addidit, nihil ſubtraxit, ne minimum quidem cogitabile: At Romana Eccleſia addidit, & definitos à ſanctis patribus limites tranſiliit: unde veſtram Eccleſiam nos amputavimus, & ab eadem ivimus in divortium, quotquot ad Patrum fluenta intemerata anhelamus: Et veſtra tot liberis deſpoliata quam diuturnam ſenſit orbitatem: Quare id unicum incumbit Tuæ Beatitudinis curæ paſtorali, agnos de tuo egreſſos in proprium ovile, quibus nunc juſtè privaris recolligere, & in ſuave pacis gremium conſopitos tranquillare: quod facillimè procurabitur, ſi additamentum è ſymbolo expun-

ἑνωθῆναι μετ' αὐτῶν. τοῦτο δὲ εὐκόλως γενήσεται, εἰ τὴν προσθήκην ἐκβάλοις ἐκ τοῦ ἁγίου συμβόλου. δύνασαι δὲ τοῦτο ῥᾷστα ποιῆσαι εἰ θέλεις. στέρξουσι γὰρ πάντα τὰ τῶν λατίνων γένη τὴν σὴν πρόσταξιν καὶ διάκρισιν, ἐπεὶ ὡς διάδοχόν σε ἡγοῦνται τοῦ ἁγίου Πέτρου, καὶ σέβονται τὴν διδασκαλίαν σου. εἰ οὖν τὴν προσθήκην ἐκβάλοις οὐκ ἴβηρες μόνον, ἀλλὰ πάντα τὰ γένη τῶν Χριστιανῶν ὑποταγήσονται τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀληθῶς ἑνωθήσονται, καὶ δοξάσουσι. καί σε ὡς ἀληθῆ μαθητὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ κυρίως διάδοχον τοῦ ἁγίου Πέτρου. καὶ πάντες σοι μετ' εἰλικρινοῦς ἀγάπης ἀκολουθήσουσι. καὶ τότε γενήσῃ κυρίως πάππας, καὶ πατὴρ πάντων τῶν Χριστιανῶν καὶ ποιμὴν εἷς, καὶ πάντες ἔσονται μία ποίμνη ὑπό σε.

Ὁ μὲν οὖν πάππας οὕτως ἐθάρρησεν ὑποσυλῆσαι καὶ κερδᾶναι τὸν ἴβηρα, ὡς ἀλλόγλωσσον ὡς ἰδιώτην, ὡς ἀμαθῆ, καὶ ὡς βάρβαρον. ἀκούσας δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ ἄφωνος ἔμεινεν. ὁ αὐτὸς δὲ ἴβηρ, καὶ ἄλλοτε ἐν συνοδικῇ συνελεύσει ἑορτασίμου λειτουργίας γινομένης ἐνώπιον τοῦ πάπα. καὶ μεταξὺ διδασκαλίαν μεγάλην λατινικῶς εἰρηκότος τοῦ εὐγλώττου ἀνδρὸς Ἰωάννου τοῦ πρωτονοταρίου, παρακαθημένων καὶ ἡμῶν ἐκεῖσε, ἐπεὶ πολλάκις παρήγαγεν ἐκεῖνος τὸν Ἀριστοτέλην εἰς παράστασιν ὡς ἔλεγε καὶ ἐδίδασκε, ἤκουσε δὲ τοῦτο δίς τε καὶ τρὶς ὁ ἴβηρ, νύττει με τῇ χειρὶ, καὶ στραφέντι μοι πρὸς ἐκεῖνον καὶ διαπορουμένῳ νεύμασι τί ἄρα καὶ βούλεται, εἶπε, τὶ Ἀριστότελε, Ἀριστότελε, νὲ καλὸ Ἀριστότελε. ἐμοῦ δὲ εἰρηκότος καὶ λόγῳ καὶ νεύματι τί δε ἐστι τὸ καλόν; εἶπεν ὁ ἴβηρ, ἅγιο Πέτρο, ἅγιο Παῦλο, ἅγιο Βασίλιο, Θεολόγο Γρηγόριο, Χρυσόστομο, νὲ Ἀριστότελε, Ἀριστότελε. εἰρωνεύετο οὖν καὶ ἐταλάνιζε καὶ σχήματι, καὶ χειρὶ, καὶ νεύματι τὸν λέγοντα, μᾶλλον δὲ ἡμᾶς τοὺς εἰς τοιούτους διδασκάλους αὐτομολήσαντας. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν ἐκδρομῇ διεξῆλθεν ὁ λόγος, ἵνα δείξῃ ὡς οὐ μόνον παρὰ τῶν ἐλλογίμων καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἀλλογλώσσων, καὶ ἀγροίκων καταγνώσθησαν οἱ λατῖνοι, καὶ ὁ ἀμαθὴς καὶ βάρβαρος τοῦ πάπα διδάσκαλος ἀνεφάνη. χωρείτω δ' αὖθις ὁ λόγος ἐπὶ τὰ ἐφεξῆς.

pungas, quod nullo negotio consequaris siquidem omne genus Latinorum, à tuo pendet arbitrio ac dominatu: quicquid jusseris illico applaudent & astipulabuntur: quandoquidem te omnes Petri successorem reverentur, tuamque disciplinam proni adorant: Si igitur illud unicum vocabulum, obelisco configas, non modo omnem gentem Iberiæ lucraberis, sed omnes Christiani populi tibi succedent in obsequium, Romanæ Ecclesiæ fasces submittent, & se in synceram Unionem conjungent: omnes in universum tuæ jurisdictioni purâ caritate subjecti obtemperabunt, ut ab omnibus proprio nomine Papa adoreris, id est Christianorum omnium Pater: & in te sacrum illud vaticinium impleri intelligatur: omnes gentes Christianæ in unum ovile sub pastore uno congregabuntur.

Hunc Iberem Papa securus confidebat ut rudem linguæ, idiotam, indoctum & barbarum, à suis dogmatibus quo vellet abripere, ac supplantare: Verum cum responsum audiisset Papa, conditum tantâ gravitate, stupefactus obmutuit: idem vero Iber in quadam feriâ conventuum synodalium cum preces solennes coram Papâ celebrabantur: Et dum obibant sacerdotes Officij Ministeria, conscendens rostra vir nobilis Joannes Protonotarius, luculentam & bene prolixam concionem Latinam explicuit, nobis etiam tum temporis juxta legatos assidentibus: cumque Joannes sæpenumero inter concionandum Aristotelem citaret, ad illustranda quæ publice docebat, bis aut ter id Iber auscultans, manum meam prehendens levi punctiunculâ distrinxit: Ego oculum advertens, nutu significavi me vix concipere quid vellet: Tum ille, Aristotelem, Aristotelem, ô præclarum Aristotelem! Cumque adhuc me magis ambigere attestarer, cur præclarum diceret Aristotelem: Respondit Iber, Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Sanctus Basilius, Gregorius Theologus, Chrysostomus, at quid nobis cum Aristotele, Aristotele? Hæc toto habitu vultus specieque, voce, nutibus, ac manu simulatè fingebat, ut ostendat indignari se ac miserescere Oratoris qui tum concionandi munere fungebatur: vel potius nostrum dispudere, qui in istiusmodi Doctorum disciplinam, ultrò nos dedamus: Hæc à me quasi per transennam recitata sunt, ut demonstrem, non solum ab illustribus inter nos viris, doctis ac literatis, sed ab alienigenis & incultis agrestibus Latinos condemnari: & Iber iste quantumvis imperitus, & barbarus Doctorem se vel ipso Pontifice Romano præstantiorem præbuit: sed nunc redeat unde divertit oratio nostra, & in sequentia festinantius procurrat.

τμήμ. SECT.

τμήμ. θ. κεφ. ιγ.

Μετὰ τὸ τελεσθῆναι τὰς γνώμας, καὶ κυρωθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως εἶπεν ὁ βασιλεύς. ἰδοὺ μετὰ τῆς βοηθείας τοῦ Θεοῦ ἐφάνη, ὅτι ἡ δόξα τῶν λατίνων ἔνι καλὴ καὶ ἀπεφήνατο τοῦτο καὶ ἡ σύνοδος, καὶ περιέστησεν, ἵνα ἑνωθῶμεν. χρὴ οὖν ἵνα μηκέτι φιλονεικῇ τις περὶ τούτου. πρὸ γὰρ τῆς ἀποφάσεως τῆς συνόδου ἐλευθερίαν εἶχε πᾶς ὁ βουλόμενος λέγειν ὡς ἤθελε, μετὰ δὲ τὴν ἀπόφασιν οὐδεὶς ἔχει ἄδειαν λέγειν ἄλλο παρὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς συνόδου. ἀκούω δὲ ὅτι παπαδέλια τινὰ στάσεις ποιοῦσι καὶ ταραχάς. λέγω οὖν πρὸς ὑμᾶς τοὺς κεφαλάδας ἵνα προσέχητε καὶ σκοπῆτε οἷον ἂν μάθητε στασιάζοντα, καὶ λέγοντά τι κατὰ τῆς ἑνώσεως, ἵνα ἀναφέρητε τοῦτο ἐμοί. καὶ ἐγὼ μέλλω λέγειν, ἵνα γίνηται ἡ ἀνήκουσα παίδευσις, καὶ πρὸς τὸ πρόσωπον, καὶ πρὸς τὸ πρᾶγμα. τῇ δ᾽ ἐπιούσῃ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν πάπαν, καὶ εἶπε πάντα καὶ πῶς ἐγένοντο. ἤλπιζε δὲ ὅτι ἀσμένως δέξηται ταῦτα ὁ πάπας, καὶ μεγάλως καὶ αὐτὸν φιλοφρονήσει. ὁ δὲ πάπας ἀπεδέξατο μὲν ἐκ μέρους τὸ γεγονός. εἶπε δὲ ὡς ἠκούσαμεν. ὅπως ἐγνωρίσατε νῦν τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐδέξασθε ταύτην, καὶ ὠφελήθητε κατὰ ψυχήν, εὐφραίνομαι οὖν κατὰ τοῦτο, καὶ μακάριον ἂν ἦν εἰ καὶ οἱ πρὸ ὑμῶν τὸ τοιοῦτον ἀγαθὸν διεπραγματεύοντο. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο μόνον ὁ νῦν λέγετε ἀρκετὸν πρὸς τὸ γενέσθαι τὴν ἕνωσιν. ἀλλ᾽ εἰσὶ καὶ ἕτεραι διαφοραὶ μεταξὺ ἡμῶν. χρὴ οὖν διορθωθῆναι κἀκείνας, καὶ τότε ἑνωθῆναι ἀλλήλοις. παράδοξα οὖν ἐφάνησαν ταῦτα τῷ βασιλεῖ ὡς παρὰ τὴν δόξαν ἣν περὶ τούτων ἐδόξαζεν ἐκβεβηκότα.

Ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν δηλωθεῖσαν ἀπόφασιν μιᾶς παρελθούσης ἡμέρας, τῇ ἐφεξῆς μετακαλεσάμενος τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, ἐμέ τε καὶ τὸν πρωτέκδικον, ἐπεχείρησεν εἰσηγεῖσθαι καὶ παραινεῖν. καὶ πρῶτον μὲν ἤρξατο ἀπὸ τῶν φλωρίων. ἴσως ὁ πάπας ἤδη παρέχει ἡμῖν ὅσα λείπονται ἤγουν μηνῶν ε. καὶ ἥμισυ οἰκονομεῖ δὲ καὶ τὰ κάτεργα πέντε, καὶ ἕτερον διὰ τὸν βασιλέα. δώσουσι δὲ καὶ οἱ Βενέτικοι, καὶ ἀκολουθήσουσι καὶ τὰ τῆς βίγλας, καὶ ἐπανελευσόμεθα ἐντίμως μετὰ κατέργων ιε. ἔπειτα ἐνεφάνισεν ἡμῖν ἔγγραφον ὑπο-

χε-

SECT. IX. CAP. XIII.

Post suffragia finita, & Imperatoriâ autoritate approbata, Imperator hæc edixit: En divino favente numine, jam tandem veritas emicuit, & Latinorum opinio laudabilis, judicio Universalis Synodi declaratur: quæ nos insuper invitat, perpetuâ unione dextras cum Latinis jungere: quare æquum est, Synodi definitionibus acquiescere, nec de his in posterum rixosas contentiones commovere: nam ante prolatam Synodi sententiam cuilibet fas erat, quæ libuit contravertere, at eâ semel pronuntiatâ, omnium ora obstruit, nec quenquam permittit, aliud statuere quam sententia Synodi comprehendit: Audio tamen aliquos, ultrà fastum Pontificalem eo usque intumescere, ut ciere litigia, & turbamenta audeant: Vobis igitur imprimis mando centurionibus, ut diligenter prospiciatis, si quem inquietum & turbulentum deprehenditis, aut contra unionem quid mussitantem, ut me faciatis certiorē, & operam dabo, ut pro delinquentis ratione & magnitudine delicti, pœnas luat condignas. Postridie ejus diei Imperator Papam adiit, ac singula quæ, quibusque modis gesta sunt, enarravit: Sperans fore ut Papa ipsum tam prosperi eventus autorem & nuntium comiter acceptum foveret, & præmiaretur: Papa vero aliquâ ex parte benignus annuit, & hæc adjecit: Si nunc tandem ut audivimus in veritatis agnitionem perducti eam toto pectore amplectimini, multum profit animabus vestris precor: ob id & ipse quidem voluptate perfundor, & exoptandum reor, ut majores vestri eandem fortunati mercimonij sublimitatem assequi valuissent: Verum hæc omnia quantacumque sunt, quæ perpetrata nuper refertis, unioni conciliandæ non sufficiunt: Nam aliæ adhuc restant differentiæ nos invicem disterminantes, quas prius resarcire oportet, ac tum demum in unionis nexum consociari. Hæc monstra Imperatori visa sunt & obstupenda Paradoxa, quæ longe ultra quam sibi præstruxerat, spem atque expectationem exerrabant.

At Patriarcha perendie illius quam prædiximus definitionis ultimæ in comitiis, unâ nempe dieculâ interveniente, mag. Scriniarium, meipsum, & Protecdicum ad se accersens, omnibus persuasionibus ac hortamentis, in suam sententiam pertrahere attentavit, & orationis exordium, à florenis inchoavit, quos Papam paratum esse dixit insolutos, à quinque mensibus cum dimidio, nobis simul prodigere: Sed & quinque triremes magnificè instruere, & pro Imperatore sextam: Suppeditaturos etiam Venetos navigia grandiora quæ nostras excubitorias triremes pone

χειρικὸν δῆθεν τοῦ πάπα καὶ τῶν Καρδηναλίων. ἐν ᾧ ἦν ἵνα δίδωσι κατὰ τὸν Μάρτιον κάτεργα κ εἰς τὴν πόλιν, ὡς ἂν ἔχῃ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ὅπου ἂν δεήσοι, καὶ πάλιν ποιήσει πολλὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἐπεὶ πολλὰς καὶ καλὰς μελέτας ἔχει περὶ ἡμῶν, καὶ πολὺ καλὸν γενήσεται εἰς τοὺς Χριστιανούς. εἶτα συνεῖρεν, ἰδοὺ εἴδετε πῶς ἐφάνη ὅτι ὅπερ λέγουσιν οἱ λατῖνοι, δόξα ἐστὶ τῶν ἁγίων, καὶ λέγουσι τοῦτο καὶ οἱ δυτικοὶ καὶ τινὲς τῶν ἀνατολικῶν. ἐπεὶ οὖν ἀπεδείχθη καθαρῶς καὶ ἐστέρχθη παρὰ τῆς συνόδου καὶ παρὰ πάντων. ὑμεῖς δὲ ἐστὲ ἰδικοί μου, καὶ παιδία μου, καὶ μέλη μου, καὶ φίλοι μου. οὐκέτι δὲ εἶπέ τις πρὸς ὑμᾶς περὶ τούτου, ἐφάνη μοι καλὸν καὶ λέγω ὑμῖν, ὅτι τὸ πρᾶγμα ἐγένετο καλῶς Θεοῦ χάριτι, καὶ ἐστάθη ἵνα ὦμεν ἡνωμένοι μετὰ τῶν λατίνων. πρέπει οὖν ἵνα καὶ ὑμεῖς ὡς καλοὶ ἄνθρωποι καὶ ὡς τρόφιμοι τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἰδικοί μου στέρξητε τὸ γεγονὸς διὰ τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης, διὰ τὸ συμφέρον τῶν Χριστιανῶν, διὰ τὴν βοήθειαν τῆς πατρίδος, διὰ τὰ καλὰ ὅσα μέλλουσι παρακολουθήσειν ἀπὸ τῆς ἑνώσεως, καὶ ἵνα ἦτε ὁμόφωνοι καὶ ὁμογνώμονες μετ᾽ ἐμοῦ, καθὼς ἦτε καὶ πρότερον. λέγω οὖν ταῦτα πρὸς ὑμᾶς ὡς ἰδικούς μου, καὶ ὡς παιδία μου. τινὶ γὰρ ἄλλο ἔπρεπεν εἰπεῖν ταῦτα πρὸς ὑμᾶς εἰ μὴ ἐμοὶ τῷ προστάτῃ καὶ πατρὶ ὑμῶν;

ne comitabuntur, & omnino cum quindecim roſtratarum claſſe, nos honorificè in patriam remeaturos: Tum chartam ſcriptam commonſtravit, promiſſa Pontificis & Cardinalium continentem: quâ ſe obſtrinxerunt ad menſem Martium daturos viginti triremes in civitatis præſidium, aut quoſcumque vellet uſus Imperator: multiſque aliis inſignibus beneficiis urbem ampliaturos, qui erga nos affectus mirabiles gerunt, & intimo ſenſu ſalutis noſtræ tanguntur: quæ cuncta in noſtrum & orbis Chriſtiani emolumentum redundabunt. Mox & hæc ſubtexuit: Vos ipſi fuiſtis auriti teſtes, Latinorum Dogma ut à patribus antiquis emanârit, ut illud omnes Occidui, & magna pars Orientalium ſcriptis ſanxerint: Quod luculentiſſimis argumentis cum demonſtratum ſit ſtabilitumque à Synodo, noſtriſque omnibus, vos exoratos velim, qui mihi tam eſtis conjuncti, ut meum proprium peculium dicam, & quos tanquam liberos amem aut amicos his ipſis membris non minus caros, ut cum cæteris eadem ſentiatis: Et quandoquidem nemo vos ſubmonere de hoc negotio præſumpſerit, mihi viſum eſt haud inconcinnum, hæc pauca vobis ſuggerere: Ut cum omnia tam auſpicato geſta votis ſucceſſerint, ſit laus Deo immortali, & cum Latinis unionem pangere decreverimus, nolitis ſoli refragari: ſed ut decet bonos patriæ cives, Eccleſiæ alumnos, & meos intimos contubernales, ſancita confirmetis: & propter univerſale pacis bonum, utile Chriſtianorum omnium, ſuppetias patriæ laboranti apportandas, omniaque iſta præclara beneficia quæ ab unione in omnem poſteritatem ſuppullulabunt, cum veſtratibus concurratis, & cum meipſo, ut ante hæc tempora ſemper conſueſtis: Hæc nunquam pigebit, vobis dulciſſimis meis pignoribus, dilectiſſimæ propagini inculcaſſe: & cui potuis iſta in vos exercenda juriſdictio competat, quam mihi veſtro parenti pariter & patrono?

τμήμ. θ. κεφ. ιδ.

Ἀποκριθέντων οὖν καὶ τῶν ἄλλων εἶπον καὶ αὐτὸς ὅτι παρὰ ἀρίστων γονέων καὶ διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς καὶ παιδευθεὶς Θεοῦ χάριτι οὓς οἶδεν ἀκριβῶς καὶ ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου, ἐκαρπούμην ἀεὶ ἀπό τε τούτων καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἁγίων καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν οὓς ἔφθασα, καὶ εἶδον ἐν τῇ πατρίδι. ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἀνέγνων ἁγίων λεγόντων περὶ τῶν προκειμένων τὴν διαφορὰν τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ πῶς ἐστὶν ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκκλησίᾳ ἡ ἀλήθεια. εἰ οὖν καὶ ὀλίγος εἰμὶ τὸν λόγον, καὶ ὑπὸ ἀμελείας μου, οὐκ ἔφθασα γενέσθαι ἴσος τοῖς γονεῦσι καὶ διδασκά-

SECT. IX. CAP. XIV.

At aliis Patriarchæ, ſua reſponſa ut viſum efformantibus, ad hunc modum ego ſic reſpondi. Sum, Deo optimo maximo æternas ago gratias, præſtantiſſimis parentibus prognatus, excultiſſimis Eccleſiæ Doctoribus enutritus, principiiſq; religionis Chriſtianæ imbutus, quos omnes tua Sanctitas eximia, accuratè novit: Et à quorum omnium, aliorumque pietate & doctrinâ illuſtrium, quibuſcum in meâ patria converſabar, præceptis, ingentem fructum demeſſui: His addam & quos meâ induſtriâ perlegi, tractantes hæc dubia de Eccleſiarum differentiis; & omnes conſentire video, in noſtrâ Eccleſiâ religionis antiquæ veritatem reſidere, & quanquam ipſe non ſurrexi ad tam ſublime faſtigium exiſtimationis, ut meis parentibus doctoribuſve æquiparan-

κάλοις μου. ἀλλ' οὖν τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ δύναμαι καὶ ἐννοεῖν ἅπερ ἀναγινώσκω. οὐ γάρ εἰμι τῶν ἀμαθεστάτων. ἐκ πάντων τοίνυν, καὶ ἐξ ὧν ἐδιδάχθην, καὶ ἐξ ὧν ἐμελέτων, καὶ ἀφ' ὧν ἤδη ἀναγινώσκω, καὶ σκέπτομαι, οὐχ εὑρίσκω τὸ δόγμα τῶν Λατίνων ὑγιές, ἀλλ' ἐναντίον τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παραδόσει καὶ τῇ τῶν ἁγίων διδασκαλίαις. πῶς οὖν παραβλέψας πάντα στέρξω δόγμα ἀντιφθεγγόμενον τοῖς ἁγίοις, καὶ ψυχικὴν βλάβην ἐμαυτῷ προξενήσω; εἰ ἄλλο τι κινδυνευόμενον ἦν ἐξωτερικὸν, ἢ καὶ σωματικὸν, ἠκολούθουν ἂν τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου, καὶ ἔστεργον τὸ γεγονός. ἐνθάδε ψυχικὸν ὁρῶ κίνδυνον, οὐ δύναμαι τι παρασαλεῦσαι, οὐδὲ στέρξαι ἄλλο παρ' ἐκεῖνο ὃ ἔστεργον.

Ὁ δὲ πατριάρχης πρὸς ταῦτα, καλά εἰσιν ἔφη ὅσα λέγεις. καὶ ἐγὼ ταύτην τὴν δόξαν εἶχον εἰς ἐμαυτόν. καὶ ἠκούετέ μου πάντες ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. καὶ γινώσκετε ὅπως ἤμην ἀεὶ ἐνστατικὸς καὶ ἀνένδοτος ὑπὲρ τῶν ἄλλους. πλὴν ἀφ' οὗ ἤκουσα πῶς λέγουσιν αὐτὸ οἱ ἅγιοι, οὓς ἑορτάζομεν, οὓς στεργόμεν ὡς ἁγίους, ἔστερξα καὶ ἐγὼ τοῦτο. πῶς γὰρ οὐ στέρξω τοὺς ἁγίους; πρὸς ὃν ἐγώ. καὶ τίς οἶδεν ὅτι οἱ ἅγιοι λέγουσι τοῦτο, πόθεν πιστεύσομεν ὅτι τῶν ἁγίων εἰσὶ τὰ ῥητὰ ἃ προεκόμισαν, οἱ νενοθευμένον τὸ ἅγιον σύμβολον ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῆς ζ' συνόδου προκομίσαντες; τίνα πίστιν δεδώκασιν ἡμῖν περὶ αὐτῶν; πῶς ἀφέντες τὰ ῥητὰ τῶν ἀνατολικῶν ἁγίων, τὰ ὁμολογούμενα καὶ σαφῆ, καὶ ἀναντίρρητα, στέρξομαι ἅπερ οὔτε ἀνέγνωμεν, οὔτε ἠκούσαμεν, ἀλλὰ ἀμφίβολα καὶ νόθα ἡγούμεθα;

Καὶ ὁ πατριάρχης οὐκ εἰσὶν ἀμφίβολα ἔφη. γνήσια εἰσὶ καὶ τὰ τῶν δυτικῶν. ἀλλ' ὅμως καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος, λέγει τοῦτο, καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος, καὶ ὁ ἅγιος Ἐπιφάνιος. ἐγὼ δὲ εἶπον, οὔτε ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος λέγει τοῦτο, μᾶλλον δὲ τοὐναντίον φησὶν, οὔτε ὁ ἅγιος Κύριλλος. ἔχομεν γὰρ καὶ τὰ τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, καὶ οἴδαμεν ἀκριβῶς τί λέγει. καὶ ὁ πατριάρχης ἀνέγνων ἔφη τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον, καὶ λέγει τοῦτο φανερῶς. ἀλλὰ καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος πολλαχοῦ λέγει τοῦτο. περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, ἐζήτησα πολλὰ τὸν διδάσκαλον τὸν κῦρον Ἰωσὴφ, καὶ εἶπέ μοι ὅτι εἰς τοὺς ἄλλους ἔχω καὶ τί λέγειν, εἰς αὐτὸν δὲ τὸν ἅγιον μου οὐκ ἔχω τι εἰπεῖν. ἀλήθεια ἐγὼ οὐ δοξάζω καθὼς αὐτὸς λέγει.

parandus veniam, per Dei tamen gratiam, ac benignitatem, eo mentis acumine valeo, ut perlecta intelligam: nec me ad imperitissimorum hominum conditionem detrudendum arbitror: ex omnibus igitur quæ vel alij me docuerunt, vel ipse didici, meditando, legendo, consultando, non inveni Latinorum dogma sanum, sed Salvatoris nostri traditionibus, & doctrinis sanctissimorum patrum plane contrarium: quomodo igitur hac luce spretâ, opinionem sanciam, Christo, sanctisque patribus repugnantem, & damnum animæ luam? si de rebus aliis periclitarer, si de negotiis corporeis, aut secularibus Mundi, ad dandum suffragium vocarer, ab eximiæ sanctitatis tuæ bene placitis nequaquam abscederem, sed quod mandaret obsequiosè sancirem: verum ubi de animæ periculo in discrimen vocor, non possum stationem deserere, vel in aliud, quam quod hactenus exhibui, dogma transire.

Ad hæc Patriarcha: egregia sunt inquit, quæ loqueris, nec inficias ibo, quando & ipse eandem opinionem semper alui, ut vos ex me nuper audivistis: quam pervicax nostrorum dogmatum extiterim, quam inexpugnabilis: sed cum percepissem ut hanc opinionem Patres determinaverint, quos Divorum in numerum conscriptos, in diptychis solenniter celebramus, eandem cum illis sanxi: Et cum patribus ut non sancirem quæ ratio prohibet? Et quis nobis asseverabit, inquam ego, sanctos patres ità dicere, aut genuina esse patrum scita quæ illi protulerunt? illi, qui symbolum adulteratum ex Actis septimæ Synodi producere non erubuere: quam fidem nobis de illis perhibuerunt, eandem & de allatis patrum testimoniis perhibebunt: Quo modo patrum Orientalium dictis, perspicuis, receptis, extrà omnem refutationem positis, renuntiabimus, eaque sanciemus, quæ nec legimus, nec audivimus, sed quæ credimus, ambigua & adulterina?

At ambigua non sunt, refert Patriarcha, nec adulterina Occidentalium scripta: utcumque sint, quid nostris respondebimus? Sanctus Athanasius idem asserit, Sanctus Cyrillus, Sanctus Epiphanius: At nec Sanctus Athanasius idem asserit, sed potius contrarium (opposui ego) nec Sanctus Cyrillus, cujus integris cum fruimur operibus, in hoc argumento quid constituerit diligenter investigavimus. Verum & ipse etiam legi Sanctum Athanasium, respondit Patriarcha, qui hoc affirmat manifestè: & Sanctus Cyrillus in variis locis: De Epiphanio autem, ab eruditissimo Doctorum Josepho sciscitando sæpe perquisivi, qui mihi ingenuè fassus est, habere se de quibuscunque aliis Doctoribus quæ dicat, sed de Epiphanio nihil: Reverâ, inquit, nolim opina.i quod Epiphanius: sed quandoquidem inter

γῇ. ἐπεὶ δέ ἐστιν ἅγιος, κάλλιον ἔνι ἵνα στέργω τὰ ἐκείνου παρὰ τὰ ἡμέτερα, αὐτὸς οὖν λέγει τοῦτο φανερώτατα. λέγω τοίνυν πρὸς ὑμᾶς ὡς ἰδικούς μου, καὶ ὡς παιδία μου, καὶ συμβουλεύω, στέρξατε τὸ γεγονός.

Ἡμῶν δὲ ἀνθισταμένων αὖθις καὶ ἀπαναινομένων τὴν ἕνωσιν, ἔφη ὁ πατριάρχης. καὶ ἰδοὺ ποιεῖτε με μὴ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν πόλιν. καὶ ἀποκριναμένων ἡμῶν. ὅτι ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου ἔχεις τοὺς πολλοὺς ὁμογνώμονας; τί οὖν ἐμποδίζομεν ἡμεῖς; εἶπεν αὐτὸς εἰ οὐκ ἔχω πάντας τοὺς ἰδικούς μου ὁμογνώμονας οὐκ ἀπελεύσομαι εἰς τὴν πόλιν. πλὴν λέγω ὑμῖν καὶ εἰσηγοῦμαι πατρικῶς τε καὶ φιλικῶς, κηδεμονικῶς. εἰ μὲν οὖν πεισθῆτε μοι ἤδη καλόν. εἰ δὲ οὖν μαθοῦσα τοῦτο ἡ σύνοδος, οὐκ ἀφήσει ὑμᾶς ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν. ἀλλὰ ποιήσει ὅπερ προσήκει. ἡμεῖς δὲ ἀπεκρινάμεθα, ἕτοιμοι ἐσμὲν ὑπομεῖναι πᾶν ἔτι διακρινεῖ ἡ σύνοδος. ὅμως οἱ προαγωνισταὶ τῆς συνόδου (εἶπον ἐγώ) οἱ καὶ τὴν ἕνωσιν κατασκευάσαντες ταύτην λέγουσι, ὅτι συμφωνοῦσι τὰ ῥητὰ τῶν ἀνατολικῶν καὶ τῶν δυτικῶν ἁγίων. παρακαλῶ οὖν ἵνα ὁρίσῃς, καὶ ἔλθω ἐγώ τε καὶ εἷς ἐξ ἐκείνων ὃν ἂν διακρινεῖς, ἐνώπιον τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου, καὶ εἴπω ἀπορίας, ἃς ἔχω εἰς τινὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων. εἰ οὖν λύσει τὰς ἀπορίας μου, καὶ συμβιβάσει τὰ ῥητά. εἰ δὲ μή, οὐ στέρξω τὸ γεγονὸς ὡς ἔτυχε.

Καὶ εὐθὺς ἔφη ὁ πατριάρχης, ἰδοὺ ζητεῖς διάλεξιν, καὶ διαλέχθητι παῤῥησίᾳ· ἡ σύνοδος καὶ οἱ ἀρχιερεῖς πάντες ἠρκέσθησαν εἰς τὰ ῥητὰ τῶν ἁγίων, καὶ σὺ μόνος οὐ θέλεις ἀκολουθῆσαι; οἶδα τοὺς ἀρχιερεῖς ἔφην, καὶ πλὴν δύο ἢ τριῶν, οἱ ἄλλοι ποταποὶ εἰσίν; ἢ ὁρίζεις ἵνα ἀκολουθήσω τῷ εἰπόντι, λέγω τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ, σωζομένης ἀβλαβοῦς τῆς ἁγίας τριάδος, ὃς καὶ τρὶς ἐρωτηθεὶς, τρὶς τὸ αὐτὸ εἴρηκεν ἀπαραλλάκτως καὶ γέλωτα ἐκίνησεν, εἰς τοὐναντίον τοῦ κορυφαίου περιπεσών. οὐ προσήκει μοι ἔφην ἕπεσθαι ἀρχιερεῦσι τοῖς οὕτως εἰδόσι θεολογεῖν. ἐζήτησα δὲ ὅπερ ἀνέφερον, καὶ εἰ μὲν ὁρίσεις καὶ γενήσεται ἤδη καλὸν, εἰ δὲ μή, ἄλλο οὐ λέγω. ὁ δὲ πάλιν ἔφη, οὐκ ἔνι δυνατὸν ἵνα ποιήσω ὃ ζητεῖς, ὀφείλεις γὰρ ἀκολουθῆσαι τῇ συνόδῳ, ἂν δὲ ἔχῃς ἀμφιβολίαν, καὶ ζητῇς ἣν λέγεις θεραπείαν ἄπελθε εἰς οἷον θέλεις, καὶ εἰπὲ εἴ τι

χρή-

inter ſanctos habendus ſit, præſtat quæ ille judicaverit confirmare, quam quæ ego: Epiphanius apertiſſime hoc aſſerit: Quare hoc unum à vobis, meis intimis & cariſſimis filiis peto & conſulo, ſancita ab omnibus vos quoque ſanciatis.

Nobis autem averſum animum monſtrantibus, & deſpuentibus in unionem, Patriarcha dixit: En quam mihi redeundi in patriam, facultatem præſcinditis: Quibus nos retulimus: At cum ſuffragantium major pars tuæ ſanctitati eximiæ vota ſacrificarint, unde hæc à nobis profectioni tuæ impedimenta? Quia, inquit, ſi meis partibus non accedant, qui mihi in omni diſcrimine adeſſe debent, peculiares mei, in civitatem non revertar: Hæc ego vobis cupio perſuadere, ut pater, ut amicus, ut patronus: Si mihi obtemperabitis, & meæ & veſtræ ſaluti conſuletis: Sin minus, cum Synodus reſciverit, non diu feretis impunè: ſed eas infliget pœnas, quas veſtra demerita provocabunt. Nos reſpondimus, paratos nos acerbiſſima ſubire ſupplicia quæ Synodus decreverit: Veruntamen (dixi ego) quando propugnatores Synodi ubique prædicant dicta Orientalium & Occidentalium patrum, in unum ſenſum concurrere, mihi liceat cum iſtorum uno aliquo congredi, quemcunq; juſſeris venire in conſpectum Eximiæ Sanctitatis tuæ: Et difficultates, quas habeo in nonnulla patrum teſtimonia proponam Et ſi iſte dicta duriora ſolvet ac repugnantia invicem conciliabit, in poſterum obmuteſcam: Si non, conventa inter nos non confirmabo.

Tum Patriarcha: An tibi prurit animus in novas concertationes deſcendere? ad ravim decerta: Tota Synodus, & univerſi Epiſcoporum ordines citatis patrum teſtimoniis acquieverunt, & tu ſolus abnuis aſſentiri: Satis novi Epiſcopos (inquam ego) duobus exceptis aut tribus, cæteri quales ſint: An tua ſanctitas mandat, ut illius Epiſcopi ſententiæ accedam, qui ſanxit Spiritum Sanctum à Filio promanare, ſub conditione, ne quid detrimenti Sacroſancta Trinitas capiat? Et qui ter interrogatus nihil emendavit, ſed eadem verba ter protulit, ne ſyllabâ variatâ aut apice: riſumque concitavit ab omnibus, quod in præceptorem offendiſſet, cujus verbis contraria planè expreſſit: Nolo ſequi ductum Epiſcoporũ, qui ſic de ſacris philoſophari didicerunt: ſi quod petij, tua Sanctitas indulgebit: Eſto, bene vortat Deus, ſi denegabis, ne verbum quidem ſuppetit quod addam: Cui ſtatim Patriarcha: Non eſſe mei juris reor, concedere, quod concedi non poteſt: debes te placitis Synodi ſubmittere: Et ſi te anceps quæſtio angat, cujus ſolutionem avide expetiſcas: vade age quo

libet,

χρήζεις, καὶ θεραπευθήσῃ παρ' ἐκείνου. μόνον μὴ γνώτω τις ἕτερος τούτου. γινέσθω δὲ διὰ συντόμως. θέλω γὰρ μὴ εἶναι ἀμφίκρημνος ὑπό τινος.

libet, Aperi liberrimè quod tibi mentem discruciat, à & quolibet medelam exposce: sed cautè, ne alij subodorentur, & quantâ potes festinatione: Nec enim desidero longâ expectatione strangulari.

τμήμ. θ. Κεφ. ιε.

Τῇ ἐπιούσῃ τοίνυν ἡμέρᾳ ἀπῆλθον εἰς τὸν μέγαν Πρωτοσύγκελλον, καὶ διηγησάμενος αὐτῷ πάντα κατὰ μέρος τὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν, καὶ ἐζήτησα ἐμφανίσαι αὐτῷ τινὰ ῥητά. ὁ δὲ εὐθὺς τύπτεται τὰς ὄψεις, καὶ θρηνεῖ καὶ ἀποκλαίεται ἑαυτὸν, καὶ ἀπολέγεται τὴν ζωὴν, ἀκούσας δῆθεν πῶς ὁ πατριάρχης ἀπὸ φλωρίων καὶ κατέργων ἤρξατο τῆς πρὸς ἡμᾶς μεταχειρίσεως. καὶ κόπτεται, καὶ ὀδύρεται, καὶ καταξαίνεται, κατὰ τὰς νεωστὶ χηρευούσας, καὶ κινεῖ κἀμὲ εἰς δάκρυα, καὶ ἀναγκάζομαι κατέχειν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἐμποδίζειν τὰ σφόδρα κρούματα, καὶ ἀνακόπτειν τοὺς ὀλοφυρμοὺς, καὶ τοὺς θρήνους καὶ τὰς οἰμωγὰς αὐτοῦ. καὶ πολλῆς παρελθούσης ὥρας ἐν τούτοις μόλις ἔφη. ἐγὼ συνεσχέθην τῇ λύπῃ, καὶ οὔτε ἀκοῦσαι, οὔτε εἰπεῖν τοιοῦτόν τι δύναμαι. ἄλλοτε δὲ ἐλθούσῃ καὶ σκεψόμεθα περὶ τούτων. δείλης δὲ ὀψίας ἐλθόντι μοι εἰς τὸν πατριάρχην μετὰ καὶ ἑτέρων εἶπέ μοι ὁ πατριάρχης τί λέγεις; εἰπόντος δέ μου ἀκμὴν οὐχ εὗρον ὃ ἤθελον ἐμβριθέστερον εἴρηκεν ἐπιμελήθητι συντομώτερον.

Πάλιν ἦλθον εἰς τὸν μέγαν Πρωτοσύγκελλον τῇ μετ' αὐτὴν ἡμέρᾳ, ἔχων ἀνὰ χεῖρας καὶ ὑποδεικνύων τὰ ῥητά. ὁ δὲ εὐθὺς ἄρχεται καὶ λέγει μοι ἄλλα ἐπ' ἄλλοις, καὶ διέξεισι παλαιὰς διηγήσεις. καὶ συνείρει μακρολογίας ἀπεράντους, καὶ διηγήσεις περιττὰς ἀφ' ἑτέρας εἰς ἑτέραν μεταβαίνων. ὥστε μάτην παραδραμεῖν τὸ πλέον τῆς ἡμέρας. καὶ μόλις ἐμοῦ δεξαμένου εἰπεῖν τι περὶ ὧν ἐζήτουν εὐθὺς ἔφη νῦν οὐκ ἔστι τῆς ὥρας λέγειν περὶ τῶν τοιούτων, αὐτὰ γὰρ ἄλλου καιροῦ δέονται. ὅταν ἀπέλθωμεν εἰς τὴν πόλιν ἐκεῖ ἐξετασθήσονται τὰ τοιαῦτα. νῦν δὲ ἀκολούθησον τῇ ἐκκλησίᾳ σου. καὶ ἀπέπεμψέ με μετὰ τοιούτων λόγων. ἐγὼ δὲ πάλιν ἔφην ὅταν μοι δείξῃ τις ὅτι ἕνωσις αὕτη οὐκ ἀντιφάσκει τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων εἰρημένοις περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τότε ἀκολουθήσω. ἐν τούτοις δὲ ἐπλεύτησε καὶ

SECT. IX. CAP. XV.

Crastino igitur die Magnum Primicerium consulturus petij: Cumque totam rem gestam inter me & Patriarcham particulatim enarrassem, ei desiderabam pauca Sanctorum patrum scita cōmonstrare: Ille vero statim cœpit os suum manibus tundere, ejulare, deflere suum infortunium, vitæque ad extremam desperationem actæ illacrymari: & ubi intellexit, Patriarcham Orationis exordium, à solutionibus florenorum, & triremibus cæptasse, plangendi nullum finem fecit: pectus verberibus laceravit, capillos abrupit, faciem unguibus secuit, quemadmodum novis nuptis usuvenire solet, cum maritos efferunt, & lugubria funera ululatibus & crinibus passis in conditoria prosequuntur: Adeo ut à me quoque lacrymas eliceret, cogeretque præ humanâ commiseratione prehensum manibus detinere, violentas pulsationes elidere, planctusque & ejulatus ac lamenta cohibere: Et postquam multum temporis effluxisset, in hac fictâ tragædiæ scenâ, effatus est: tam magnâ vi dolorum corripiebar, ut jam nec tua negotia percipere, nec audire sufficiam: Si alias huc revertêris opportunius de his tractabimus: Ita cum in vesperam dies inclinasset, redij ad Patriarcham, cum nonnullis: qui me rogavit ut eloquerer, quid novi afferrem, aut in negotiis quantum proficerem: & cum breviter responderem, me quæsivisse quod cuperem, sed non invenisse, ferocius denuntiavit: Ergo age, inquit, diligentius in futurum quantum potes & compendiosius quære.

Ego vero Primicerium insequenti die rursum compellavi, & aliquot locorum difficilium ambiguitates monstrare conabar, quas scriptas manu attuli: At ille cœpit historias pertexere, alias ab aliis protrahens, & nescio quas aniles fabulas, nectitque sermones miræ prolixitatis, & narrationes commemorat supervacuas ab unâ in aliam transcendens: ut maximam diei partem in hoc verboso, & inutili otio detriverit: & cum post multa istiusmodi rogarem, ut mihi demum permitteretur ea proponere, quorum causâ venerim, horam jam præterlapsam clamabat, & hæc tempus convenientius requirere cui reservanda commendabat, Satius esse de his agere, cum Constantinopolin redierimus: Interea Ecclesiæ tuæ præceptis obsequere, & sic dimisit: Respondi obsecuturum ubi me quis docuisset unionem di-

ctis

καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ οὐκέτι εἶπεν ἐμοί τις περὶ τῆς ἑνώσεως. οὕτω μὲν οὖν διετέθη πρὸς ἡμᾶς ὁ πατριάρχης, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ἕνωσιν ὡς δεδήλωται.

ctis sanctorum patrum de Processione Spiritus Sancti loquentium, non adversari. In his Patriarcha extremum clausit diem, nec quispiam mihi posteà quid de unione dixit: Sed eo modo ut præmonstratum est, Patriarcha erga nos & nos erga unionem dispositi fuimus.

τμήμ. θ. κεφ. ιϛ.

Οἱ δὲ λατῖνοι δεξάμενοι τὴν τῶν ἡμετέρων συγκατάθεσιν πρὸς τὴν δόξαν αὐτῶν ἐχώρησαν, καὶ εἰς ἕτερα ζητήματα, καὶ ἀπήτουν τοὺς ἡμετέρους, ἵνα διορθώσωσι τινὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἡμῶν τάξεως μὴ δοκοῦντα ἐκείνοις ἀρεστά. διὸ καὶ ἀκούοντες ταῦτα ὁ βασιλεύς τε καὶ ὁ πατριάρχης ἐδυσχέραινε, καὶ μετεμέλοντο ἐπὶ τῇ συγκαταθέσει τῆς δόξης, ὅμως ὁ πατριάρχης μετὰ τὸ εἰπεῖν καὶ δοῦναι τὴν δηλωθεῖσαν γνώμην, παρεσκευάζετο πρὸς τὴν ἐπάνοδον, καὶ ἔστειλε καὶ τὸν πλείονα βίον αὐτοῦ εἰς τὴν Βενετίαν. ἔλεγε δὲ ὅτι ὀλίγας ἡμέρας περιμένει μέχρις ἂν ὑπογράψῃ τὸν γενησόμενον ὅρον, καὶ εὐθὺς ἐξέλθῃ τῆς Φλωρεντίας. οὐδετέρου δὲ ἠξίωται. μὴ φθάσας γὰρ ὑπογράψαι, θανὼν ἐτάφη ἐκεῖσε. μετὰ μὲν οὖν τὸ δοῦναι ἣν ἔδωκε γνώμην ἔζησεν ἡμέρας η. ἐτεθνήκει δὲ αἰφνιδίως ἐν τῷ δειπνεῖν, δέκατον ἄγοντος τοῦ Ἰουνίου τῆς β νεμήσεως. πατριαρχήσας ἔτη κγ ἡμέρας κ. τὸ οὖν διεξιέναι κατὰ μέρος τὰς μακρὰς καὶ πολυειδεῖς νόσους ἐκείνου καὶ ὅπως ἀπὸ τῆς ἐκ Φερραρίας εἰς Φλωρεντίαν ἱππασίας προσεγένετο αὐτῷ ἡ ὑδερικὴ νόσος, καὶ οἵῳ τρόπῳ ἐπῆλθεν αὐτῷ ὁ θάνατος; ἑτέροις παρίημι τοῖς βουλομένοις φιλοτιμώτερον τὰ τοιαῦτα διεξελθεῖν.

Sect. IX. Cap. XVI.

Latini vero ut primum à nobis approbationem suorum dogmatum accepissent, ad alia ipsis concedenda ultrò profecti pergebant: ac in primâ fronte postulabant, quædam in nostris ordinibus sacris ac Ecclesiasticis honestius dirigi ac reformari, quæ suis legibus enormia displicebant. Hæc cum Imperator & Patriarcha animadvertissent, insatiabilem hominum ambitionem, nullis limitibus comprehensam, ut male interpretati sunt, ita pænituit tam facili propensione eorum dogmata sanxisse. Patriarcha tamen cum prædictum suffragium exhibuisset, ad reditum in Patriam se accinxerat, multaque utensilium Venetias præmiserat, inter suos gloriatus, se paucis hic permansurum diebus, sed postea quam unionis definitioni subscripsisset, Florentiæ valedicturum: neutrius tamen præstandi copiam fata indulserunt, qui mortuus ante subscriptionem, Florentiæ tumulum invenit: Supervixit datæ quam diximus sententiæ octiduus & inter cænandũ repente expiravit, decimo Junij indictionis secundæ: cum viginti diebus, & viginti tribus annis Patriarchali munere perfunctus esset. Singula hominis morbifica infortunia percurrere non instituam, quamdiu, & quantis cum ægritudinum cohortibus conflixerit: ut à Ferrarâ Florentiam equitando, aquâ intercute primùm intumuerit, ut mors ipsum absumpserit: Hæc iis prætermittam qui otio luxuriantur, & voluptate particularia quæque posteritati per literas commendandi.

HISTO.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO X.

Ἐν ᾧ περὶ τῆς τελειώσεως τῶν θείων μυστηρίων, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν τῶν παρὰ τῶν Λατίνων ζητηθέντων κεφαλαίων, καὶ περὶ τῆς συνθήκης τοῦ ὅρου. καὶ ὅπως ὑπεγράφη. καὶ τῇ ἑξῆς ἐγένετο ἑνωτικὴ λειτουργία παρὰ τῶν λατίνων. καὶ ὅπως διεμήνυσεν ὁ βασιλεὺς ἵνα λειτουργήσωμεν οἱ τῆς ἀνατολικῆς ἐκκλησίας. ὁ δὲ πάπας οὐκ ἠθέλησε. καὶ ὅτι ἐζήτησεν ὁ πάπας ἵνα κρίνῃ τὸν Ἐφέσου. καὶ ἵνα λάβωμεν ὡς πατριάρχην τὸν λατινο-Κωνσταντινουπόλεως, ἢ ἵνα ποιήσῃ ὁ βασιλεὺς ἔτι ὢν ἐκεῖσε πατριάρχην ἕτερον ἐκ τῶν ἡμετέρων. ἀπομνημονευμάτων ι.

Hæc insunt Capita: De divinorum peractione mysteriorum: De Cæteris Articulis quos à nobis Latini petierent: de Vnionis seu formulæ Definitione compaginanda: ut primo fuerat subscripta ad postridiè solennis Missa in consummationem Vnionis à Latinis celebrata: at Imperator postulavit veniam psallendi nostram etiam Liturgiam pro Ecclesiâ Orientali, sed non obtinuit: ut Papa Ephesium judicandum coram Synodo poposcit: & Latinum quendam, in Patriarcham Constantinopolitanum eligi, vel saltem aliquem Græcum antequam nostri Constantinopolin remearent: E decimo Commentariorum.

τμήμ. ι. Κεφ. α.

Ἐκδημήσαντος τοίνυν τοῦ πατριάρχου μόνος καταλειφθεὶς ὁ βασιλεὺς διεπραγματεύετο γραφῆναι τὸν ὅρον καὶ τὴν ἕνωσιν τελεσθῆναι. ἔχων συμβούλους πρὸς τοῦτο καὶ συνεργοὺς τὸν Ῥωσίας, τὸν Νικαίας, καὶ τὸν μέγαν Πρωτοσύγκελλον, ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν δεξιοὺς περισκελιστάς. οὗτοι γὰρ ὤθησαν τὸν βασιλέα τεχνηέντως εἰς πολλὰ ὧν οὐκ ἀπεδέχετο. παρεγίνοντο δὲ καὶ οἱ Καρδηνάλιοι καθ' ἑκάστην εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπῄτουν διορθώσεις εἰς ἅπερ ἤθελον ζητήματα, καὶ ὁ βασιλεὺς ἠγωνίζετο ἀποσοβεῖν αὐτούς. οἱ δὲ ἐπετίθεντο καὶ ἐφιλονείκουν, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ ἓξ ἢ πέντε ἡμέραι παρήρχοντο, μέχρις ἂν ἢ παραιτήσωνται τὸ ζητούμενον, ἢ περιϊστήσωσιν αὐτοί. τῶν λατίνων ἀγωνιζομένων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀνταγωνιζομένου. μετὰ δὲ τὰς πολλὰς ἐνστάσεις, καὶ λύσεις καὶ ἀντιθέσεις συνεφώνησαν εἰς τὰ τέσσαρα κεφάλαια, ἃ διαλαμβάνονται ἐν τῷ ὅρῳ μετὰ τὴν περὶ τῆς δόξης ἀπόφασιν.

ὧν

Sect. X. Cap. I.

Patriarcha fatis functo solus ad Ecclesiæ gubernaculum relictus Imperator, omni marte incubuit, ut definitionis Formula compingeretur, & ipsa perficeretur Unio, adhibitis in consilium assiduis adjutoribus & cooperariis Roffensi, Nicæno, & Primicerio, vel ut verius dicam, peritissimis Imperatoris, & negotiorum omnium eversoribus: Illi enim soli fraudibus & calliditate Imperatorem in multifaria facinora, menti suæ contraria impulerunt: Sed & diebus singulis, ex aulâ Pontificiâ ad Imperatorem Cardinales advolarunt, de ambiguis sciscitaturi, & quæstionibus quascunq; vellent proponere: quos Imperator abigere cupiebat sed frustrà: illi enim infestius agere perseverarunt, lites ac jurgia renovare, & in unoquoq; articulo, sex aut septem continuis diebus immorari, dummodo vel omnino abrupissent ipsi, vel determinassent, quicquid ab illis in controversiam vocaretur: quanquam nulli in eâ palæstrâ dimicarent, præter Latinos, & Imperatorem, qui responsis eorum telas retexuit: A variis autem instantiis, objectationibus, solutionibusque per multos dies ultrò citroq; habitis, tandem in hæc quatuor capita consenserunt, quæ inseruntur

in

ὧν τὸ μὲν ἐστι περὶ τῆς προσθήκης ὅτι θεμιτῶς καὶ εὐλόγως προσετέθη ἐν τῷ συμβόλῳ. τὸ δὲ περὶ τοῦ ἐνζύμου καὶ ἀζύμου ἵνα, ἑκάστη δηλαδὴ τῶν ἀνατολικῶν καὶ δυτικῶν ἐκκλησιῶν κατὰ τὴν ἰδίαν συνήθειαν, ἡ μὲν ἱερουργῇ τὸ ἄζυμον, ἡ δὲ τὸ ἔνζυμον. τὸ δὲ περὶ τοῦ πουργατορίου καὶ τὸ λοιπὸν περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα. ταῦτα οὖν ἐζητήθησαν, καὶ ἐστέρχθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως μηδέν τι περὶ τούτων εἰδυίας τῆς ἡμετέρας συνόδου, ἀλλὰ μόνων τῶν προειρημένων συμβούλων.

Εἶτα ἐζήτησαν διορθῶσαι ἡμᾶς καὶ ἀργῆσαι τὴν ἐπὶ τῇ τελειώσει τῆς ἀναιμάκτου θυσίας τρίτην εὐλογίαν, καὶ ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν γινομένην παρὰ τοῦ ἱερέως. ἔφασκον γὰρ ὅτι αἱ δεσποτικαὶ φωναὶ ἁγιάζουσι ταῦτα, ἤγουν τὸ λάβετε φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὸ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. διὸ καὶ ἐμέμφοντο οἱ λατῖνοι τοὺς ἡμετέρους, ὡς ἐσφαλμένως ποιοῦντας, μετὰ τὸ ἐκφωνῆσαι τὰ δεσποτικὰ ταῦτα ῥήματα ἐπευχομένους, καὶ εὐλογοῦντας τὰ ἅγια. καὶ ἐζήτουν ἵνα κωλύσωσι τοὺς ἡμετέρους ἱερεῖς τοῦ ἐπεύχεσθαι καὶ εὐλογεῖν μετὰ τὸ εἰπεῖν τὰ δεσποτικὰ ταῦτα ῥήματα, καὶ ἐγένετο ἔνστασις καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπὸ τῶν λατίνων μεγάλη ἐν πολλαῖς συνελεύσεσιν. ὅ τε βασιλεὺς μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν λόγων ἔφη καὶ τοῦτο, ὅτι εἰ θέλετε πιστωθῆναι πῶς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ μέγας Χρυσόστομος οὕτω παρέδωκαν ἁγιάζειν τὰ θεῖα δῶρα, καὶ τελειοῦν, εὑρήσετε ἐν πάσαις τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐκκλησίαις τὰς γεγραμμένας λειτουργίας πάσας οὕτω διαλαμβανούσας ὑπὲρ τὰς χβ οὔσας. ἔφη δὲ πρὸς τοῦτο ὁ Ἰουλιανός. δύναται ἡ ἁγία βασιλεία σου μεθ' ὅρκου διαβεβαιῶσαι, ὅτι τὰ βιβλία ἅπερ ὁρίζεις, οὕτως ἐξεδόθησαν τὴν ἀρχὴν παρὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων, καθὼς εὑρίσκονται νῦν, καὶ οὐδ' ὅλως μετεποιήθησαν ἐν τούτοις χρόνοις; εἰ δὲ τοῦτο οὐ γίνεται πῶς ἡμεῖς τοῖς βιβλίοις πιστεύσομεν;

Ὡς οὖν καὶ εἰς τοῦτο παράτασις ἡμερῶν ἐγένετο, διεμηνύσατο ὁ πάπας καὶ ἐγένετο συνέλευσις τοῦ βασιλέως καὶ ἡμῶν εἰς τὸν πάπαν. μόνου τοῦ Ἐφέσου ἀπόντος. καὶ λόγοι πολλοὶ περὶ τοῦ δε κεκίνηνται τοῦ ζητήματος. τῶν μὲν λατίνων ἀγωνιζομένων παντὶ τρόπῳ συστῆσαι ἣν ἔχουσι δόξαν περὶ

τούτου

in Definitionis Formulam, postquam in ultimis Comitiis determinatum fuit de Spiritus Sancti processione: Nempe primo de Additamento caverunt, ut nos illud justè, ac ligittimè symbolo intrudi fateremur: Secundo de pane cum fermento, & sine, statuerunt, ut unaquæque Ecclesia, secundum consuetudines proprias, Orientalis cum fermento, Occidentalis absque fermento, panem Eucharisticum conficerent: tertiũ caput Purgatorium: quartum Pontificij throni primatum stabilivit: Hæc à Latinis postulata Imperator confirmavit, totâ Synodo Græcorum ignorante & inconsultâ, præter quos nuper nominavi, perpetuos Imperatoris consiliarios.

Deinde à nobis Missarum Codicem purgari poposcerunt, eximique tertiam illam benedictionem, in sacrificij incruenti celebratione, seu invocatione Spiritus Sancti à Sacerdote solitam pronuntiari: Verba enim Dominica, sumite, manducate, Hoc est corpus meum, & bibite ex hoc omnes, panem & calicem consecrare asseruerunt: Quare nostros Latini criminabantur, quod cum maximo errore post verba Dominica benedicerent, & Spiritum Sanctum superinvocarent, quasi ipsa Domini primordialis benedictio mysteriis consecrandis non sufficeret: Ideoque & illam consuetudinem aboleri, nostrosque sacerdotes ab ulteriori benedictione post pronuntiata verba Dominica inhiberi vehementer efflagitarunt: Et hinc Latini, illinc Imperator, in multis congressibus acerrimâ contentione depugnabãt. Unde post multa alia verba Imperator hanc vocem edidit: Quod si vos credere velletis, aut in veritatis cognitionem perduci, intelligeretis, Magnum Basilium, Magnumque Chrysostomum, hunc ritum dona consecrandi instituisse, & ab eorum autoritate reperiretis in omnibus Orientalis Ecclesiæ Liturgiis, duabus millibus & ultrà, eosdem ritus observari. Cui respondit Julianus; Verum an tua Majestas jurejurando poterit affirmare, Codices Officiales ab iis patribus, ut nunc deprehenduntur, posteritati traditos fuisse, & ad nostra usque tempora incorruptos manasse, nec à tot seculorum decursu ullam passos mutationem? Si hæc Majestas tua affirmare nequeat, quam fidei certitudinem in vestris Liturgiis reponamus?

Facta vero tum hujus negotij procrastinatione, post aliquantum temporis mandavit Papa & Imperator, nosque omnes unà convenimus ad Papam, absente solo Ephesio: & multa ratiocinia de hac quæstione rursum excitari occæperunt: Latinis omnino suam consuetudinem amplectendam à nobis, nostrosq; sacerdotes sic operari sacris docendos esse contendentibus, ex adverso partim renuentibus, partimque astipulantibus Rossensi & Nicæno: qui inter alia

etiam

τούτου, καὶ καταστῆσαι καὶ τοὺς ἡμετέρους οὕτως ἱερουργεῖν. τοῦ Ῥωσίας δὲ καὶ τοῦ Νικαίας ἀντιλεγόντων μὲν ἐκ μέρους, κατά τι δὲ καὶ συμφωνούντων. ἔφασκον γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο, ὅτι καθάπερ τὸ θεῖον ἐκεῖνο πρόσταγμα ἅπαξ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰρημένον, τὸ βλαστησάτω ἡ γῆ, βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος ἐξ ἀρχῆς καὶ εἰς δεῦρο ἐνεργεῖ, καὶ ἕως τῆς συντελείας δὲ ἐνεργήσει. καὶ πεπείσμεθα μὲν ὡς τὸ θεῖον πρόσταγμά ἐστι τὸ ἐμποιοῦν τῇ γῇ δύναμιν ἀναφύειν καὶ καρποφορεῖν, χρεία δὲ ὅμως καὶ ἐνεργείας Γεωργικῆς, ὁρῶμεν γὰρ αὐτὴν πλεῖστα συνεργοῦσαν τῇ γῇ πρὸς καρποφορίαν. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης θυσίας φαμὲν ὅτι τὰ μὲν ἐκεῖνα ῥήματα, εἰσὶ τὰ ἁγιάζοντα ταύτην, συμβάλλονται δὲ πρὸς αὐτὸ καὶ αἱ εὐχαί, καὶ αἱ ἐπικλήσεις τοῦ ἱερέως πρὸς τὴν τελείωσιν. ὥσπερ ἡ ἐπιμέλεια τοῦ Γεωργοῦ πρὸς τὴν φορὰν τῆς γῆς. ταῦτ' εἰπόντων οὐθ' οἱ ἡμέτεροι πάντες ἠρκέσθησαν, πρὸς τὸν σκοπὸν ἀφορῶντες τῶν ἐν ταῖς θείαις λειτουργίαις γεγραμμένων, οὔτε πολλῷ μᾶλλον οἱ λατῖνοι πρὸς τὴν ἰδίαν ἀφορῶντες πρόληψιν. διὸ καὶ οὐ συνεφώνησαν.

Τότε ὁ πάπας ὠνείδισε τοὺς ἡμετέρους, μάλιστα τοὺς ἀρχιερεῖς εἰπών. θαυμάζω πῶς ἐλθόντες ἐνταῦθα, κατετρίψατε τοσοῦτον καιρὸν ἀργοὶ καὶ ἄπρακτοι, καὶ οὐκ ἐπιμελεῖσθε συμπερᾶναι, ὃ προέθεσθε καὶ οὗ χάριν ἐνταῦθα ἐπεδημήσατε. καὶ οὔτε περὶ τῆς ἐν ἀλλοδαπῇ διατριβῆς ὑμῖν μέλει, οὔτε περὶ τῶν οἰκείων ὑμῶν φροντίζετε, οὔτε ὑποστροφῆς μέμνησθε. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑμῶν γινομένων μέλει ὑμῖν, οὐδὲ ἀναλογίζεσθε πόσα ἄτοπα καὶ παρείσπρακτα, καὶ δεινὰ ἁμαρτήματα γίνονται παρὰ τῶν ἐν αὐταῖς κατοικούντων ἐπὶ τῇ παραδρομῇ τοῦ τοσούτου καιροῦ. καὶ ὅπως ὀφείλετε ὑμεῖς ἀπολογεῖσθαι τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῶν ἐκεῖσε ἁμαρτανομένων. οὐ συνορῶ οὖν τί ἐστι τὸ κωλῦον ὑμᾶς, καὶ οὐ σπουδάζετε ἐπανελθεῖν εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἄλλα τοιαῦτα σκώμματα εἰπὼν διέλυσε τὸν σύλλογον.

etiam & hoc, illustrando proposito attulerunt: Quemadmodum, inquiunt, in prima mundi confabricatione, Dei omnipotens Imperium, semel tantum, & solo verbo prolatum, Germinet terra herbam virentem, projicientemque semina, secundum genus suum, à jactis mundi fundamentis in hunc usque diem efficaciter invaluisse, & in consummationem seculorum omnium invalebit: Firmiterque credimus, solum illud imperium, virtutem indidisse in radicibus sempiternam, unde omnis herba, fructusque pullulaverit: Nihilominus agricultura opus esse: Videmus enim quotannis aratra admoventem rusticum, ad Cereris dona, & messem eliciendam: Ita & hoc divinum sacrificij mysterium fatemur Christi verba consecrare, sacerdotis tamen vota & invocationes desiderari, ut perfectionem ultimam accipiat, quemadmodum agricolæ industriam, ut terra fructum producat. Hæc in medium allata neutri parti placuere: nec enim nostrates dictis acquieverunt, respicientes ad scopum eorum quæ in sacris Liturgiis perscribebantur: Multo minus Latini præconceptam spem foventes, quæ de nobis in suam sententiam pertrahendis eorum animos jam anteà occupaverat: Itaque de hoc articulo parum convenerunt.

Papa vero nostros homines graviter increpuit, sed præcipuè Præsules: Non possum satis admirari, inquiens, à vestro adventu, quantum temporis dispendium perpessi estis inertes ac desidiosi: Nec curam adhibuistis à vobis proposita concludere; & quorum gratiâ huc confluxistis: nec vobis pensi est quamdiu in alieno solo commoramini, aut absistitis à Natali: Nulla redeundi in patriam Cupido vos excitat, nulla vestrarum Ecclesiarum sollicitudo tangit: Quot facinora illic flagitiosa, & abhominanda quotidie comittuntur à vestris incolis in tanto temporum inutili fluxu, quorum omnium in extremo judicij die vobis ratio reddenda imputabitur? Et quid rei sit, quod vos tandiu detinuerit à profectione, & cur domum non properatis, non possum conjicere: Et cum permultis istiusmodi objurgationibus probrosis, senatum dimisit Papa.

τμήμ. ι. κεφ. β.

Ὁ δὲ βασιλεὺς μετακαλεσάμενος τὸν Ἐφέσου ἠξίωσεν, ἵνα γράψῃ τι περὶ τοῦ δὲ τοῦ ζητήματος. ὃς δὲ ἐπείσθη, καὶ ἔγραψε, καὶ ἀπέδειξεν ὅτι οὕτω παρέδωκαν οἱ ἅγιοι

SECT. X. CAP. II.

Imperator autem accersitum ad se Ephesium oravit, ut aliquid elaboratum de hoc argumento chartis mandaret: Paruit ille, & in scriptis accurate demonstravit, sanctos olim patres

τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι τελειοῦσι τὰ θεῖα δῶρα, καθὼς ἁγιάζουσι ταῦτα οἱ ἡμέτεροι ἱερεῖς. ἐάσαντες δὲ τὸ δοκεῖν σφῶν περὶ τοῦ ζητήματος τοῦ δὲ λόγους, ἐσκέπτοντο πῶς ἂν τὸν ὅρον ἐκθήσωσι. ἔλεγον οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἡμέτεροι ὅτι δεῖ προτάττεσθαι τὸ βασιλικὸν ὄνομα κατὰ τὴν τάξιν καὶ σφῶν ὅρους τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἐφεξῆς τὸ τοῦ πάπα. οἱ δὲ λατῖνοι οὐδὲ ἄκροις ὠσὶν ἀκοῦσαι τούτου ἠνείχοντο. ἔλεγον γὰρ ὅτι τὸ τοῦ πάπα ἀξίωμα πολλῷ τῷ μέτρῳ ὑπερέχει τοῦ βασιλικοῦ ἀξιώματος. πῶς οὖν ὑποβιβασθήσεται νῦν; ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ οἱ ἡμέτεροι ἔλεγον, ὅτι τοῦ βασιλέως ἐστὶ προνόμιον τὸ συναθροίζειν τὴν σύνοδον, διὸ καὶ προτάττεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὡς ἐκ τῶν πρακτικῶν ἐστι δῆλον. οἱ δὲ λατῖνοι ἔλεγον, ὡς ἡ παροῦσα σύνοδος παρὰ τοῦ πάπα συνήχθη. δι᾽ ὁρισμοῦ γὰρ καὶ ἐξόδου αὐτοῦ συνηθροίσθη, καὶ δεῖ καὶ κατὰ τοῦτο προηγεῖσθαι αὐτόν, μᾶλλον δὲ γράφειν ἐν τῷ ὅρῳ ὅτι ὁ πάπας συνῆξε καὶ τὴν σύνοδον καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο καὶ ἡ ἕνωσις.

Πρὸς τοῦτο οὖν ἔφη ὁ βασιλεύς. εἰ καὶ ἔδωκεν ἐξόδους ὁ πάπας. ἀλλὰ εἰ μὴ ἐστέλλοντο πρέσβεις καὶ ὁρισμοὶ ἡμέτεροι, οὔτε οἱ τῆς ἀνατολῆς πατριάρχαι ἐποίουν ἂν τοποτηρητάς, οὔτε τις τῶν τῇ ἡμετέρᾳ ἐκκλησίᾳ προσκειμένων ἀρχιερέων τε καὶ γενῶν ἤρχετο, ἢ ἔστελλε τινὰ εἰς τὴν σύνοδον διὰ θέλημα ἢ ὁρισμὸν τοῦ πάπα. ὥστε καὶ οὕτως ἐγὼ συνῆξα τὴν σύνοδον, καὶ δεῖ με προτάττεσθαι. καὶ ἄνευ δὲ τούτων ἀρκεῖ μοι τὸ ἐν πάσαις ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις τὰ τῶν βασιλέων προηγεῖσθαι ὀνόματα, καὶ δεῖ καὶ ταύτην ὡς οἰκουμενικὴν ἀκολουθεῖν ἐκείναις. εἶπον δὲ πρὸς τοῦθ᾽ οἱ λατῖνοι. ἐν ἐκείναις οὐ παρῆν ὁ πάπας σωματικῶς καὶ διὰ τοῦτο ἐγράφοντο καὶ οἱ ὅροι ὡς λέγετε. ἐν δὲ τῇ παρούσῃ προὐκάθητο σωματικῶς, καὶ δεῖ προηγεῖσθαι καὶ ἐν τῷ ὅρῳ. ὡς οὖν εἶδεν ὁ βασιλεὺς εἰς τοῦτο πολλὴν ἔνστασιν, εἶπε λοιπὸν γραφήτωσαν ὅροι δύο τοῖς αὐταῖς λέξεσι, πλὴν ἐν μὲν τῷ ἑνὶ γραφέσθω τὸ τοῦ πάπα ὄνομα, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ τὸ τοῦ βασιλέως. ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰς τοῦτο ἠρκέσθησαν. κατέφυγον δὲ τελευταῖον εἰς τὸ γράμμα τῆς ἀνακηρύξεως καὶ εἶπον. ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ γράμματι οὕτω προετάχθη τὸ ὄνομα τοῦ πάπα καὶ διεδόθη εἰς ὅλα τὰ γένη τῶν λατίνων. τότε οὖν μὴ εἰπόντων ὑμῶν

τι

Ecclesiæ, divina mysteria sic consecrasse, ut nostri nunc dierum sacerdotes: Relictis vero singulis ad sensum, quem aleret de hac controversiâ, ad Unionis Definitionem comminiscendam animum adjecerunt: Ac primò Imperator ipse, nostrique omnes affirmarunt Imperatoris nomen præfigi oportere: Et propter dignitatem, quâ in republica præcingitur, & definitiones aliarum Synodorum Oecumenicarum: Et pone Imperatorem, in secundâ statione nomen Papæ: Quod Latini ne in summas quidem aures admittebant, sed fastigium Papale multis sublimius parasangis, Imperatorium transcendere clamitabant: quo igitur nunc infortunio provolutum infrà subsidet? Imperator vero & nostri è contrà ad Imperatorem pertinere jus convocandi Synodum, quamobrem Imperatorem ante omnes scriptum nomen ostentare, ex Actis Conciliorum comprobârunt: quod Latini sic diluerunt: Synodus præsentanea, autoritate Papæ coacta fuit, ejusdemque sumptibus sustentata, ob id æquum esse ut non solum ejus nomen, primum sibi locum vendicaret, sed ut utrumque Papæ beneficium, & Synodi coactæ, & unionis procuratæ, inscriptum Definitioni, unio ipsa posteris testificaretur.

Cui respondit Imperator: Etiamsi Papa, pecunias ex ærario erogârit, tamen nisi à me legati, meisque mandatis instructi Orientem pervasissent, nec Patriarchæ vicarios designassent, nec quispiam Episcoporum nostræ Ecclesiæ incumbentium, aut generis Græci vel ipse venisset, vel alium suo nomine huc direxisset, ad arbitrium vel autoritatem Papæ: adeo ut ipse potius videar autor Synodi congregatæ, unde nomen mihi oporteret deferri primarium & initiale: Sed si hoc argumentum de præsenti abesset, omnes mihi astipulantur Synodi: in omnibus antehac habitis Oecumenicis, Imperatorum prælata in titulis nomina visuntur: & hanc cæterarum antecedentium legibus succedere quid vetat? Ad hæc Latini multum interesse dixerunt: Nam in cæteris nullus Papa in propriâ præsedit personâ: Ideoque inscribebantur ut dicitis: at in hac ipsus præsedit personalis pontifex: quare ab illo necessum est definitionem exordiri. Ut igitur prævidit Imperator, rixas vehementiores hinc orituras, suasit ut binæ Definitiones exarentur, quarum una Papæ nomen, altera suum præferret: Verum cum neque hac determinatione pacati quieverint, ad hujus Synodi primum diploma confugerunt: Et quandoquidem in illo Papæ nomen (dixerunt) principale ponitur, cunctis totius Occidentis gentibus & Latinorum divulgandum, vobis nihil tum obluctantibus, jam cum per totum orbem disseminatur, & fama undique spargitur,

quâ

τι περὶ τούτου, νῦν μετὰ τὸ διαδοθῆναι καὶ πλατυνθῆναι οὕτω πανταχοῦ πῶς ἀμείψομεν τὴν τάξιν ἐκείνην; ἀδύνατόν ἐστι τοῦτο. πολλῶν οὖν ἐνστάσεων καὶ λόγων γενομένων ἰδὼν ὁ βασιλεὺς, ὅτι οὐ παραιτήσονται ὃ προέθεντο, ἐξ ἀνάγκης ἐνέδωκε καὶ ἄκων, καὶ συνέθηκαν ἐκεῖνοι τὸν ὅρον καθὼς ἤθελον. ἔγραψε δὲ αὐτὸν ὁ μοναχὸς Ἀμβρόσιος ὁ λατῖνος, ἐκεῖνος γὰρ ἦν τῆς ἑλληνικῆς παιδείας εἰδημονέστερος.

quâ ratione ſitum immutabimus? Eſt hoc factu impoſſibile. Imperator itaque poſt multum hac illac pulveris excitatum, cum plane proſpiceret illos nihil ferociæ dimittere, pertinaciſſimos urgendi quæcunque propoſuiſſent, invitus ſuccubuit, ut quocunque vellent modo unionem pangerent: Cui conficiendæ præfecerunt Ambroſium Monachum, qui eruditionis Græcæ palmam, Latinis omnibus præripuit,

τμήμ. ι. κεφ. γ.

Ἠθέλησε δὲ ὁ Νικαίας μεταποιῆσαι λέξεις τινὰς πρὸς ἑλληνικωτέραν καλλιέπειαν. συνήγοντο οὖν οἱ λογιώτεροι τῶν λατίνων, καὶ ἣν ἂν λέξιν ἔλεγεν ὁ Νικαίας ἐξήταζον καὶ ἐσαφήνιζον αὐτὴν ὥραν πολλὴν, ἐνίοτε καὶ μέχρι δύο ὡρῶν. καὶ εἰ μὲν ἠρέσκοντο ἐπὶ τῇ λέξει οἱ πρὸς τοῦτο ἐκλελεγμένοι λατῖνοι, ἐτίθετο. εἰ δέ τινι αὐτῶν ἀπήρεσκε, ἠφίετο. ἐγίνετο δὲ τοῦτο ἐπὶ δέκα ἡμέρας, καὶ ἔγραψαν αὐτὸν καθὼς ὁρᾶται. ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις κατανοεῖν, κατά τινα σκοπὸν συνέθηκαν αὐτὸν, καὶ μετά τινων συντάττουσι τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα. μεταξὺ δὲ τούτων τῶν ἡμερῶν ἐζητοῦντο ἔτι καί τινα κεφάλαια, εἴς τε τὸ περὶ τοῦ πουργατορίου, καὶ εἰς τὸ περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάπα. εἰς ὃ καὶ μᾶλλον ἐδυσχέραινεν ὁ βασιλεύς. ἔλεγε γὰρ ὁ Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας, ὅτι ἡ ἐκκλησία ἐστὶ τοῦ πάπα, καὶ αὐτὸς ὀφείλει διορθοῦσθαι εἰ ποιήσει τι παρεισπρακτὸν ὁ πατριάρχης ἢ ὁ βασιλεύς. καὶ ζητοῦσιν οἱ λατῖνοι, ἵνα προσκέηται καὶ τὸ περὶ τούτου εἰς τὸν ὅρον. ἔπασχεν οὖν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐν μιᾷ τῇ περὶ τούτων ζητήσει ἔφη· εἰ οὐκ εἶχον οἱ λατῖνοι τὰς εἰσηγήσεις παρὰ τῶν ἡμετέρων, οὐκ ἂν ἔλεγον οὐδὲ ἐζήτουν τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δὲ οἶδα καὶ τινὲς εἰσὶν οἱ ἐρεθίζοντες ἐκείνους. καὶ ἐν ἑτέρᾳ ὁμιλίᾳ διηγούμενος ὁ βασιλεὺς τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπιθέσεις καὶ ἐνστάσεις τῶν λατίνων ἔφη, ὁρῶ ἀνθρώπους ἀπειθεῖς, καὶ φιλονεικοῦντας ἀεὶ συνιστᾶν τὸ ἑαυτῶν θέλημα, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἀγωνιζομένους ἀναιρεῖν ὅπερ ἂν εἰπεῖν φθάσειε τις ὥστε ἐὰν εἴπῃ τις ἐξ ἡμῶν ὅτι ὁ Χριστὸς ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν, μέλλουσι φιλονεικεῖν καὶ μίαν ἡμέραν καὶ δύο, καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάζειν ἀναιρεῖν αὐτὸ, καὶ λέγειν ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν καί-

SECT. X. CAP. III.

Pruriebat autem Nicænus voces aliquot, in phraſes venuſtiores, & loquendi genus, magis Atticum variare: & diſertiores Latinorum aderant, quamcunque vocem Nicænus poneret per horam multoties, aliquando per duas integras expendere ac commentari: Quod electis ad id Latinorum litteratis vocabulum arriſit, admiſſum, quod diſplicuit, repudiatum: Eamque cenſuram in dies denos continuarunt, quibus Definitionem, in formulam quâ nunc habetur excuderunt: Licet autem cuilibet introſpicienti recolligere, quo conſilio eandem primitus excogitarunt, & cum quo hominum genere Imperatoris nomen diſpoſuere. Dum iſti dies præterlabuntur, aliquos è veteri Camarinâ ſcrupulos redintegarunt, nempe de Purgatorio, & quod majori iracundiâ Imperatoris animum implevit de Poteſtate Papæ: quam Roſſenſis & Nicænus ſic ampliarunt, ut ultimam appellationem ad Papam fieri oportere aſſeruerint: ſolumque jus ad eum pertinere, animadvertendi in quemlibet, vel in Patriarcham, vel in ipſum Imperatorem, ſi quid exorbitaſſent: Et Latini vehementer inſtiterunt, ut hoc explicitis verbis in Definitionis Formulam inſeretur: Adeo ut cum iſtiuſmodi multifariis incommodis Imperator affligeretur, ſemel dixerit cum Latini neſcio quid ab illo poſtularent: ſi noſtri Latinos non ſubornarent, nunquam me tot quæſtionibus intricarent, aut tot compedibus devincirent: Sed ſatis mihi ſunt noti, qui Latinos contrà me irritant: Et in alio familiari colloquio. Imperator, cum quodam animi gravati ſenſu enarrans, Latini ut ipſi eſſent moleſti, tam crebris inſtantiis, tam duris poſtulatis, dixit: Se Latinos deprehendere ingenij tam contumacis, ſuas opiniones propellere, & quod alij tenuerint vilipendere ac deſpicari, ut ſi quis gentis noſtræ contenderet, Chriſtum eſſe verum Deum noſtrum, Latini in contrà vellent altercari per diem unum, aut forſan per biduum, & quas poſſent rationes nectere in contrarium: Chriſtum Deum noſtrum non eſſe. Quamvis in primo appulſu, cum eorum humanitatem explo-

καίτοι κατ' ἀρχὰς λίαν εὐπειθεῖς αὐτοὺς ἔλεγε καὶ εὐγνώμονας ὁμιλῶν καὶ πεῖραν λαμβάνων αὐτῶν, καὶ εὐκόλως ἔχειν διαλέξεσθαι, καὶ ἑλκύσαι τοὺς Καρδινάλεις οἷς ὡμίλει περὶ τὰ ἡμέτερα. ἦσαν δὲ οὗτοι ὁ καμαρέριος, ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ ὁ Φιρμάνος.

Ἐν ἑτέρᾳ δὲ αὖθις ὁμιλίᾳ τῶν αὐτῶν λόγων κινηθέντων ἐσκληρύνθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπε. γινώσκω τινὲς εἰσηγοῦνται τὰ τοιαῦτα. καὶ ἐγὼ οὐκ ἔτι ἐρῶ τι περὶ τούτων. ὁρῶ γὰρ ἀνθρώπους οὐκ ἀποδεχομένους τὴν ἕνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο προβαλλομένους ἄλλα ἐπ' ἄλλοις. ἡμεῖς γὰρ συγκατέβημεν, καὶ ἐποιήσαμεν, καὶ πλέον ἢ ἔδει. δέον οὖν ἀσμένως καὶ ἀπολυπραγμόνως δραμεῖν κἀκείνους πρὸς τὴν ἕνωσιν, οἱ δὲ προβάλλονται, ὅσα καὶ λέγουσιν. ὡς ἔοικεν οὖν οὐκ ἔστιν ἡ ἕνωσις αὕτη, κατὰ τὴν ἀποδοχὴν τοῦ Θεοῦ, διὸ καὶ κωλύεται. ὅμως ἐγὼ μηνύσω τῷ πάπᾳ μετὰ τῶν ἰδικῶν μου. καὶ εἰ μὲν ἀρκεσθῇ εἰς ὅσα συνεφωνήσαμεν, καὶ συγκατατεθῇ, γενήσεται καὶ ἡ ἕνωσις. εἰ δὲ μὴ, μηνύσω τοῖς Φλωρεντίνοις, καὶ οὗτοι ἐξοικονομήσουσιν ἡμᾶς καὶ ἀπελευσόμεθα οἴκαδε. τὰ αὐτὰ δὲ εἶπε, καὶ ἐν ἑτέρᾳ πάλιν ὁμιλίᾳ ἀχθόμενος καὶ δυσχεραίνων ὡς ἔοικεν ἐφ' οἷς συνέθετο. καὶ μετὰ τὸ σιωπῆσαι τὸν βασιλέα ἱκανῆς ὥρας παρελθούσης εἶπεν ὁ Νικαίας μετὰ στυγνότητος. καὶ ἔσται τοῦτο καλὸν καὶ τίμιον ἵνα συγκαταβῶμεν τὸ μέγα καὶ πολὺ ἐκεῖνο δι' ὅπερ ἐχωρίσθημεν ἐξ ἀρχῆς, εἰς δὲ μικρόν τι καὶ μερικὸν ἵνα ἐνστῶμεν ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε ἀποτελέσαι καὶ τὸ μέγα ὃ συγκατέβημεν; καὶ τίς ἡμᾶς ἐπαινέσεται; καὶ ἐπὶ τούτοις ἦγχε τὸν βασιλέα. ἐν ὅσῳ δὲ τὰ τοιαῦτα ἐλέγοντό τε καὶ ἐπράττοντο, οὐκ ἦν λόγος περὶ τοῦ σιτηρεσίου. μετὰ γὰρ τὴν κατὰ τὸν μάϊον δόσιν, οὐδ' ὅλως ἐδόθη τινὶ σιτηρέσιον. εἰ μὴ ὅτε ἐξερχόμενοι ὑπεστρέφομεν εἰς τὴν Βενετίαν, μετὰ τὸ ποιῆσαι δηλονότι πάντα, ὅσαπερ οἱ λατῖνοι ἐβούλοντο.

ploraturus, nonullos eorum alloquiis aggrederetur, eos naturæ tam tractabilis, ac candidæ prædicabat tam manſuetos & effabiles, ut ipſos Cardinales quibuſcum verſaretur, non dubitaret in noſtra dogmata pollicere, qui præcipui erant Camerarius, Julianus, Firmanuſque.

Itemque in alio conventu, cum iſtiuſmodi ſermones alij texerentur, Imperator jam jam malleo obdureſcens: Satis intelligo inquit qui nam vos ad hæc efflagitanda impellunt, de quibus in præſenti nihil: Novi ut in unionem deſpuunt, eamque ut præpediant, alia ſuper alia machinamenta ſtruunt, ſiquidem in plura quam decuit conſenſimus: Ergo & illi vice versâ ad eam probitatem deſcendere debuere, ut amotis his ambagibus ultrò procurrerent, ad Unionem nobiſcum amplectendam, at illi nobis oggannniunt quotidie, & tergiverſationes conſuunt: Quare æquum eſt credere, hanc Unionem averſo numine pangi, ſic in exitu ſtrangulatum: Denuo tamen experiar Papæ Clementiam, & ante oculos ponam, quid ego, meique ſentiant: & ſi allubuerint Beatitudini ſuæ quæ hactenus conceſſimus, ſuumque ille calculum adjecerit, properabimus ad Unionem, ſin minus, cum Florentinis tractabimus, & conductis eorum opera navigiis, confeſtim in patriam velificabimur. Hæc & alia multa iſtiuſmodi ut anteâ ſæpenumero, ita in proximo conventu fusè proloquebatur Imperator, ægrum verſans animum, & ſui faſtidientem, quod tam pronus Latinis omnia donaſſet: Verum poſtquam conticuiſſet, ſilentio per aliquod tempus obtinente, cæpit Nicænus in verba ſuccedere, mæſto vultu, ac ſubducto. An id laudi noſtræ verti poſſit, ſi majora elargiti controverſiarum momenta, de quibus ruptâ Charitate Chriſtianâ à multis ſeculis in contraria ſtudia diſſedimus, nunc ad particularia & leviora ita trepidemus conſternati, ut omni fructu, quem ex conceſſis lucrari poſſemus ac compendi facere, noſmetipſos deſpoliemus? quis noſtram hac in re prudentiam virtutemque laudabit? Et his nutantem Imperatorem ſtitit ac libravit: Inter omnia vero hæc ſeu verborum ſeu rerum geſtarum dramata peracta, nulla nobis injecta eſt mentio annonæ recipiendæ, quanquam à ſuperiori diſtributione factâ Menſe Majo, nemini noſtrum vel unicus nummus in ſtipendium eſt perſolutus: niſi ubi ſemel excurrentes, Venetias nos ſubduximus, conceſſis prius, quæcunque à nobis Latini poterant exigere vel poſtulare.

τμήμ. ι. κεφ. δ.

Ἀλλ' ὁ Μιτυληνῆς ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως δῆθεν σπουδάζων, εἶπεν, ὅτι εἰ θέλει ὁ πά-

Sect. X. Cap. IV.

At Mitylenæus promovendæ unioni ſtrenuam operam navavit: & concedat mihi Papa, dixit, Flore-

πάπας δότω μοι φλωρία, ἵνα δώσω ἐγὼ εἰς πρόσωπα, ἅπερ οἶδα ὡς εὐεργεσίαν τοῦ πάπα, καὶ κατασκευάσω αὐτὰ εὐκόλως ἔχειν καὶ πρὸς τὴν ὑπογραφὴν τοῦ ὅρου, καὶ πρὸς τὴν ἕνωσιν. ἔμαθεν οὖν τοῦτο ὁ πάπας, καὶ ὥρισε, καὶ δεδώκασιν αὐτῷ φλωρία, οὐκ οἶδα πόσα. ὡς δὲ τινὲς εἶπον διακόσια. καὶ ἔδωκε πρός τινας τῶν ὑποδεεστέρων ἀρχιερέων. ἔδωκε δὲ καὶ τῷ μεγάλῳ Σκευοφύλακι φλωρία ἐννέα. ἄλλῳ δέ τινι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων οὐδενὶ δέδωκεν. ὡσαύτως ἔδωκε καὶ ὁ Χριστοφόρος, καὶ ὁ Ἀμβρόσιος μετὰ τὴν ἕνωσιν πρός τινας τῶν ἐνδεεστέρων ἐκκλησιαστικῶν φλωρία ὡς εὐεργεσίαν τοῦ πάπα. μαθὼν δὲ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Σκευοφύλαξ προσῆλθεν τῷ Χριστοφόρῳ, καὶ ζητήσας ἔλαβεν ἐξ αὐτοῦ φλωρία ιβ. εἶτα προσῆλθε καὶ ἐπετέθη τῷ Ἀμβροσίῳ ὡς μηδόλως λαβὼν τι ἀπὸ τῆς εὐεργεσίας τοῦ πάπα, καὶ ἔλαβε καὶ ἐξ αὐτοῦ ἕτερα ιβ. ὅπερ μαθὼν ὕστερον ὁ Χριστοφόρος κατέγνω, καὶ ἐμέμψατο, καὶ ἐβουλήθη ἀναλαβεῖν ἐξ αὐτοῦ τὴν μίαν δωδεκάδα. εἶτα παρῃτήσατο. ταῦτα οὖν λαθραίως ἐδίδοντο, καὶ ὕστερον ἐκηρύχθησαν. ἀλλὰ καὶ ὁ Νικομηδείας διά τινων ἐδήλωσε τῷ πάπᾳ, ὅτι οὐκ ἔχει φαινόλιον ἵνα φορέσῃ ἐν τῇ ἑνώσει, καὶ ἐζήτησεν ἵνα εὐεργετηθῇ· εἰ δὲ μὴ οὐδὲ φορέσει. καὶ ἔλαβε φλωρία ὀκτοκαίδεκα διὰ τὸ φαινόλιον. καὶ οὕτως εὑρέθη ἐν τῇ ἑνώσει ἔχων ἀλλαγὴν ἀπηρτισμένην. οὐκ οἶδα δὲ πόσα ἔλαβε καὶ ἐκ τῶν προειρημένων δόσεων. τὰ τοιαῦτα οὖν λάθρα πρός τινας διαφόρους, καὶ ἀναιδεῖς διδόμενα, τινὰ μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως, τὰ δὲ πλείω μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἔδωκαν ἀφορμὰς τοῖς βουλομένοις σκώπτειν καὶ λέγειν ὅτι ἐλάμβανον φλωρία καὶ ὑπέγραφον. αἱ γὰρ ὑπογραφαὶ, καὶ τοῦ πρώτου γραφέντος ὅρου, καὶ τῶν μετ' ἐκείνων τεσσάρων ἐν τῷ παλατίῳ ἐγίνοντο, παρόντων πολλῶν καὶ λατινεπισκοποπρωτονοταρίων. οὐδεὶς δὲ τῶν ἁπάντων εἶδεν ἐκεῖσε φλωρία διδόμενα τοῖς ὑπογράφουσιν, ἢ ἤκουσεν ἀπαιτούμενα ἢ ὑπισχνούμενα. εἰ δὲ καὶ τινὲς λυμεῶνες καὶ ἀναιδεῖς ἔλαβον λάθρα φλωρία ὧν οἱ πλείους, οὐδὲ ὑπέγραψαν, οὐδὲ γὰρ ἦσαν τῆς τάξεως τῶν ὑπογραφόντων, τοῦτο οὐκ ἐλυμήνατο οὖν καθόλου, ἐπεὶ ἔτι ἠγνοεῖτο.

Florenos, quos aliquibus dispertiam mihi probe notis, Papæ nomine elargiendos, & faciam ut isti morosi sine luctâ Definitionem subscribant, & unionem amplexentur. Quod ubi ad aures Papæ pervenisset, jussit homini florenos numerari, nescio quot, ut alij memorant, ducenos: Quos Mitylenæus distribuit inter Episcopos, qui maximâ penuriâ laborabant: Dedit etiam Mag. in Ecclesiâ sacræ supellectitis Custodi Florenos novem, at præterquam huic soli Ecclesiasticorum procerum nemini vel teruncium obtulit: Dederunt quoque Christoforus & Ambrosius indigentioribus quibusdam Ecclesiasticis florenos, sed post Unionem, tanquam congiarium à Papâ aut donativum: Quod ubi noster sacræ suppellectitis custos rescivit, ad Christoforum accurrit, & partem papalis munificentiæ exorans, ab eo accepit duodecim Florenos. Postea & ab eo digressus Ambrosium etiam attentavit, quasi Papalis nihildum accepisset liberalitatis, & pariter duodecim Florenis ab Ambrosio donatus discessit: Cujus fraudis Christoforus certior factus quiritavit & infrenduit, & sibi restitui poposcit, quos prius dederat duodecim florenos: Custos autem repetundarum postulatus, se excusavit, & nihil rependit: Et hæc tum donata clam, posteà per vicos & compita sunt publicata: Sed & alter Episcopus Nicomediensis per quosdam Papæ fecit indicari, se penulâ destitutum, interesse non posse Unioni cohonestandæ, & Papam imploravit, ut sorti suæ prospiceretur: Tulitque à Papa Octodecim florenos ad pænulam emercandam: quâ indutus novâ, in generalibus Unionis consummandæ comitiis radiabat: quin & præter nummos Papæ, ex Ambrosij Christoforique pecuniis quantum accepit parum constat: Et hæc Papæ missilia clãculum sparsa inter homines mediocris fortunæ & perfrictæ frontis, nonnulla ante, sed multo plura post unionem, occasionem præbuere nostram gentem hoc scommate subsannandi, Græci acceptis prius florenis, tum demum subscripserunt, quod falso imputabatur: Siquidem omnes subscriptiones tam Definitionis primæ, quam quatuor subsequentium Copiarum in palatio præstabantur, spectantibus quamplurimis, cunctisque Latinorum Episcoporum protonotariis: Et nullus è toto cætu aut vidit florenos subscribentibus exporrigi, aut ab iisdem audivit postulari, aut iisdem promitti, quanquam enim decoctores aliquot & profligati ganeones munera impudenter deglutierunt, quorum plurimi ne subscripserunt quidem: nec enim istius erant fastigij ut subscriberent, cæteros tamen adeo non corrumpebant, ut eorum turpem corruptelam penitus ignorarent.

Ὁ δέ γε Ἐφέσου ἐκάθητο μὲν σιωπῶν καὶ ἀλγῶν ἐπὶ τοῖς γινομένοις. ὡς δὲ ἔγνω γράφεσθαι καὶ τὸν ὅρον, δείσας μήποτε ἀπαιτηθείη ὑπογράψαι, ἢ κακωθείη ὡς ἀπειθής, ἠξίωσε τὸν πανευτυχέστατον δεσπότην, καὶ χρησάμενος αὐτῷ μεσάζοντι πρὸς τὸν βασιλέα, ἀνέφερε δι' αὐτοῦ. ὅτι οἶδεν ἡ ἁγία βασιλεία σου, ὡς ἐγὼ οὔτε ἀρχιερεὺς ἐβουλόμην γενέσθαι, οὔτε εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι. εἱλόμην γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὸν μοναδικὸν καὶ ἡσύχιον, κατὰ τὸ ἐνόν μοι διάγειν βίον. ἡ δὲ ἁγία βασιλεία σου ὥρμησας καὶ ἀπῄτησάς με καὶ τὰ δύο. καὶ μὴ βουλόμενος οὖν ἠναγκάσθην τηρῆσαι τὴν ὀφειλομένην ὑπακοὴν πρὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου. ἀνεδεξάμην δὲ καὶ κόπον ὑπὲρ τὴν ἐμὴν δύναμιν καὶ ἀγῶνα μετ' αὐτὸν τῆς διαλέξεως. καὶ οὐ παρεῖδον οὐδὲ ἠμέλησά τι ἀφ' ὧν εἰς τὴν ἐμὴν ἦν δύναμιν. νῦν δὲ ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα ἄλλως προβαίνει, καὶ οὐ καθὼς αἱ διαλέξεις ἀπῄτουν. ἦν δ' ἐγὼ ὁ λέγων ἐν ταῖς διαλέξεσι αἰτῶ καὶ αὐτὸς ἕνεκεν τῶν πολλῶν μου ἀγώνων καὶ κόπων, ταύτην τὴν ἀμοιβὴν παρὰ τῆς ἁγίας βασιλείας σου, τὸ μήτε ἀναγκασθῆναί με ὑπογράψαι ἐν τῷ ὅρῳ. οὐ γὰρ ποιήσω τοῦτο ποτὲ κἂν εἴ τι καὶ γένηται, καὶ τὸ ἐπανασωθῆναί με οἴκαδε πεφυλαγμένως. ταῦτ' οὖν αἰτῶ καὶ ἱκετεύω εὐεργετηθῆναι.

Πρεσβεύσαντος οὖν τοῦ δεσπότου, εἰς τὸν βασιλέα, καὶ δεηθέντος ἱκανῶς ὑπὲρ τοῦ Ἐφέσου ἐπείσθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εὐεργέτησεν αὐτῷ πληροφορίαν, ὅτι οὔτε ἀναγκασθήσεται ὑπογράψαι, καὶ ἐπανελεύσεται ἀσφαλῶς εἰς τὴν πατρίδα ἐπιμελείᾳ καὶ φροντίδι βασιλικῇ. ἀλλ' ἡ μὲν συνθήκη καὶ ἡ φράσις τοῦ ὅρου ἤδη πρὸς πέρας ἦν. εἶπον οὖν ὅτε Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας ὅτι ἐν τῷ τέλει δεῖ προσθεῖναι καὶ ἀφορισμὸν, καὶ ἀνάθεμα, κατὰ τῶν μὴ στερξόντων, ἢ καὶ τῶν ἐναντιωθησομένων αὐτόν. ἀντέστην οὖν πρὸς τοῦτο ὁ Τραπεζούντιος, καὶ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, συνεφώνει δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ γέγονε φιλονεικία μεγάλη. τότε εἶπεν ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος πρὸς τὸν βασιλέα, πληροφόρησον δέσποτά μου ἅγιε τοὺς παρόντας ὅτι ἐνταῦθα οὐ γενήσεταί τις πατριάρχης. ταράττονται γὰρ λογισ-

At Epheſius, ſolus ſedens ac ſilens, his geſtis infamibus angebatur. Verum cum jam parari Unionem intelligeret, metuens ne vel ſubſcribere impelleretur, vel ut contumax vapularet, Beatiſſimum Deſpotam exorabat, eoque uſus eſt mediatore ut hæc verba ſuo nomine Imperatori deferret: Probè novit Majeſtas tua, quod nec Epiſcopus fieri ambiebam, nec ad hanc Synodum inter patres perduci: qui quantum in me fuit umbratilem vitam ſemper præoptavi, & in antris meis dierum ſilentia tranquilla exigere: Sed cum tua Majeſtas ad utrumque me ſollicitaret, quamvis animo nonnihil reluctanti, obtemperare tamen oportuit, obſequiumque Majeſtati tuæ præſtare: Et cum huc perveniſſem, labores ultra vires ſubij in arenâ quotidianus diſceptator: Nec mihi memet pepercìſſe memini, aut quidquam eorum quæ ſub anguſtis mearum facultatum limitibus vergunt, omiſiſſe conſcius ſum: Nunc quando alea projecta cecidit aliter quam noſtræ cauſarum ventilationes poſtulavere, & ipſe magnam partem in iſtâ controverſandi ſcenâ geſſi, ſupplico tuam Majeſtatem, in tantæ fatigationis, ſtudiorumque repenſationem, ut per tuam Gratiam immunitate perfruar, & nec Definitioni nomen meum ſuffigere cogar, quod à me nullus equuleus extorquebit: & ſub patrocinio tuo incolumis ad penates remeare poſſim: Hæc à tua Sanctâ Majeſtate ut ampliſſima beneficia, obnixè oro atque obteſtor.

Hac itaque legatione functus Deſpota, & Imperatorem pro Epheſio vehementiſſimè deprecatus, utrumque munus obtinuit, ſub certiſſimâ fidei ſponſione confirmatum: quod Epheſius nec ad ſubſcribendum adigeretur, & in patriam ſalvus ſingulari Imperatoris proſpicientiâ & curâ reduceretur: Sed jam Definitionis formula in comptâ phraſe ad umbilicum perlata eſt: Cui Roſſenſis & Nicænus excommunicationis fulmen & Anathematis ſubjungi oportere contenderunt, in omne genus hominum qui decretis Synodi non aquieſcerent, vel auderent iiſdem oblatrare: Quod ne ſanciretur multum ſe oppoſuit Trapezuntius, magnuſque Primicerius, quorum in partes Imperator ipſe deſcendit, & vehemens rixa utrinque excitabatur. Tum Primicerius Imperatorem ſic affatus eſt: Fac benigniſſime mi Domine, ut omnes qui adſunt certiores fiant, quod neminem ſuffecturus ſis in Patriarcham quamdiu hic commoramur: Nonnulli enim hujus rei cogitationibus tumultuantur: intelligant igitur quod nullum evehes in thronum Patriarchale, ut his animorum perturbationibus liberentur: Occultè innuens, & perſtringens dictis Roſſenſem: Trapezuntius etiam

γισμοί τινων περὶ τούτου. καὶ ὅρισον, ὡς οὐ ποιήσεις ἐνθάδε παλαιάρχην ἵνα εἰρηνεύωσιν οἱ λογισμοὶ τῶν παρατιθομένων. αἰνιττόμενος δι' αὐτῶν καὶ εἰρωνευόμενος τὸν Ῥωσίας. εἶπε δὲ καὶ ὁ Τραπεζούντιος, παρακαλῶ τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου, ἵνα μηδόλως προστεθῇ ἀφορισμὸς ἢ ἀνάθεμα ἐν τῷ ὅρῳ, ἀρκεῖ γὰρ ὅτι ἐγένετο πρᾶγμα, ὅπερ οὐδ' ἐν τῇ διανοίᾳ ἡμῶν ἔδει παραδεχθῆναι ὡς οἶμαι. τὸ δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀφορισμὸν προσγραφῆναι ἀντιβολῶ πρὸς θεὸν μὴ γενέσθω. ἤρξατο δὲ ὁ Ῥωσίας λέγειν φιλονεικώτερον. καί τι ἐποιήσαμεν δέσποτα Τραπεζούντιος; τί ἐστι τὸ κακὸν ἐκεῖνο, ὅπερ οὐδὲ εἰς διάνοιαν ἔδει παραδεχθῆναι; ἡμεῖς ὃ λέγουσιν οἱ ἅγιοι πεποιήκαμεν. ἰδὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτι εἰς φιλονεικίαν καὶ σκάνδαλον προχωρήσουσιν, ἐκώλυσε τὸν Ῥωσίας τοῦ λέγειν. καὶ εἶπε πρὸς τὸν Τραπεζούντιον, οὐκ ἔδει δέσποτα εἰπεῖν τὸ, οὐδὲ ἐν τῇ διανοίᾳ ἡμῶν ἔδει παραδεχθῆναι τὸ γεγονός. ἐστι γὰρ τοῦτο μέμψις καὶ κατηγορία τῆς συνόδου. καὶ δόξει ὅτι ἐποίησέ τι παρεισπρακτὸν ἡ σύνοδος, καὶ ἀνατρέχει τοῦτο πάλιν πρὸς ὑμᾶς. οὐ χρὴ οὖν ὑμᾶς κατηγόρους ἑαυτῶν ἢ ἀλλήλων δείκνυσθαι. ἀλλὰ τοῦτο γίνεται ἀπὸ τῆς προλήψεως ἣν ἔχετε, φαίνεται γὰρ ὅτι ἐθέλετε ἑστάναι ἀεὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ προλήψει, καὶ ἐξ ἐκείνης μὴ μεταβῆναι. διὸ καὶ δοκεῖ ὑμῖν τὸ γεγονὸς δυσχερὲς. ἀλλὰ διὰ τοῦτ' ἔφην πολλάκις ὅτι χρὴ πάντας ὑμᾶς ἐκβαλεῖν ἀφ' ἑαυτῶν τὰς προλήψεις, καὶ μηδεμιᾷ τούτων προσκεῖσθαι, ἀλλ' ἐπίσης ἀμφιβόλους ἡγεῖσθαι τήν τε τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας δόξαν καὶ τὴν ἡμετέραν. ἐπεὶ πρόσκεινται εἰς ἐξέτασιν. μέχρις ἂν ἡ σύνοδος ἐξετάσῃ, καὶ διευκρινήσῃ ταύτας καὶ ἀποφήνηται, καὶ τότε δεξόμεθα ἀπταίστως τὸ ἀποφανθέν.

Ἐγὼ γὰρ οὕτως ἐμαυτὸν διέθηκα καθάπερ εἶπον. καίτοιγε εἰμὶ βασιλεὺς, καὶ ἐγὼ συνῆξα καὶ τὴν σύνοδον. καὶ ἦν εἰκὸς, ἵνα βουληθῶ προστεθῆναι τῇ δὲ τῇ δόξᾳ, ἢ τῇδε. ἀλλ' οὕτως ἔστησα εἰς ἐμαυτὸν, ἵνα μήτε τῆς δόξης τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας ἀντέχωμαι ὡς ἀναμφιβόλου καὶ ἀσφαλοῦς, μήτε τῆς Ῥωμαϊκῆς καταφρονῶ, ὡς ἐπισφαλοῦς, ἀλλ' ἵν' ἀμφιβολίαν ἔχω καὶ ἐν ταῖς δυσὶ μέχρις ἂν ἐξετάσῃ τὰ περὶ τούτων ἡ σύνοδος. καὶ τότε στέργω ὅπερ ἂν ἀποφήνηται.

etiam dixit: Obteſtor tuam Majeſtatem ne Excommunicationem aut Anathema in Definitionem inſeri patiatur: Sufficiat enim nobis illud admiſiſſe, quod ut reor in noſtra pectora nunquam penetraſſe debuit: Et nunc totum illud ſcelerati criminis diris & Anathematis cumulare: O propter Deum ne fiat! quæ verba Roſſenſem pupugerunt, ut vehementi objurgatione excandeſceret: Et quale commemoras enorme flagitium, Domine Trapezuntine, inquit, quod noſtra in præcordia penetraſſe non debuit? Dogmata quæ Sancti Patres olim pronuntiarunt, jamdudum ſanximus. Imperator præſentiens quod in rixam & ſcandalum progredientur, Roſſenſi primùm ſilentium indixit, dein Trapezuntium modicè caſtigavit: Non debuit Dominus Trapezuntius dixiſſe, quod à nobis eſt perpetratum in mentes noſtras penetraſſe non oportuit: Nam hæc Synodum convitiis gravant, Synodum accuſant: quaſi ipſa peccaſſet, & in nos demum contumeliæ recurſant: Non oportet igitur vos invicem intempeſtivis accuſationibus lædere: Sed totum hoc à veſtro præjudicio naſcitur, & præoccupatâ opinione, quâ adeo infixi hæretis, ut nulla vos prudentioris conſilij machina dimoveat: Ita quod à nobis geſtum eſt, durius interpretamini: quare vos ſæpe admonui, ut effunderetis has Imaginationes præconceptas & in neutram partem propenſi magis conſiſtere velletis: Sed de dogmatibus Romanæ Eccleſiæ, æque ac noſtræ, ambigere ac dubitare: quando utraque ſe ſiſtunt Synodi judicio, donec Synodus perveſtigatis differentiis, certum aliquod determinabit: Et tunc impune poterimus amplecti quod Synodus ultimum definiet.

Enimvero meipſum ad hunc modum ſemper compoſui ut prædixi: quanquam Imperator ſim, & hanc Synodum convocavi, & prærogativâ nitor, in quamcunque libet opinionem propendendi: Sed ita mihi viſum, memet effingere, ut nec noſtræ Eccleſiæ dogmata propugnarem tanquam fidei adeo firmæ ut ſubverti nequeant, nec Romanæ deſpicarer tanquam adeo lubrica, ut facile poſſent deſtrui: ſed inter utramque Eccleſiam iudifferentem me habui, dum Synodus alterutrum aſſereret, & tunc in eam ruebam ſententiam, quam Synodus ſtatuiſſet: Ita & vos oportebat ea primordialia fantaſmata mentibus ejicere, & nunc quicquid illa definiviſſet, amplecti ac venerari: ablegate igitur hæc jurgia, & contumelias contra Synodum dimittite, quæ veſtræ dignitati, & ſacris infulis parum conveniunt, & quâ decet reverentiâ, Synodi decreta confirmate. Tum verbis Imperatoris, illico Roſſenſis ſubjunxit: Cautum eſſe in conſuetudine forenſi, ut ſi duo mutuis ſponſionibus

ται. οὕτως οὖν ἔδει καὶ ὑμᾶς ἐκβαλεῖν ἀφ' ἑαυτῶν τὰς προλήψεις καὶ νῦν στέργειν ἀναμφιβόλως ὅπερ ἡ σύνοδος ἀπεφήνατο. παύσασθε οὖν τῆς φιλονεικίας καὶ ἐάσατε τοὺς λόγους τοὺς ἐναντιουμένους τῇ συνοδικῇ ἀποφάσει ὡς ἀναξίους ὄντας τῷ σχήματι ὑμῶν, καὶ τῇ ἀρχιερατικῇ τάξει καὶ στέργετε μετὰ τῆς προσηκούσης εὐλαβείας ὅπερ διώρισατο ἡ σύνοδος. καὶ ὁ Ῥωσίας ἀναλαβὼν τοὺς λόγους εἶπεν. εἰ ποιήσουσι δύο τινὲς πρὸς ἀλλήλους γράμμα μέχρι καὶ δέκα ἄσπρους προσγράφουσι καὶ πρόστιμον, ἵνα εἰ παραβαίη τις τὴν συμφωνίαν ἐνέχηται καὶ ὑποκέηται τῷ προστίμῳ. ἡμεῖς δὲ συνοδικὸν ἐκθέμενοι ὅρον, θαυμάζω πῶς οὐ προσγράψομεν τὸ συνοδικὸν πρόστιμον. ἐξῆλθον οὖν τότε ὅ τε Ῥωσίας ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος διενηνεγμένοι πρὸς ἀλλήλους καὶ πρότερον γὰρ ἀηδῶς διέκειντο ἀλλήλοις. ὅτε δὲ ἐβουλεύοντο καὶ κατεσκεύαζον τὴν ἕνωσιν συνήφθησαν εἰς φιλίαν, καὶ μετὰ τὸ συστῆσαι αὐτὴν αὖθις διηνέχθησαν. καὶ ἐν ἑτέρᾳ δὲ συζητήσει τινῶν κεφαλαίων ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ἐφιλονείκησαν ἀναιδῶς. καὶ εἶπεν ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, δέσποτα Ῥωσίας οὐ γίνῃ-σῃ πατριάρχης, ἐὰν δὲ γίνῃ κάθελε πρῶτον ἐμέ. πρὸς ὃν ὁ Ῥωσίας ἀπεκρίνατο θεωρῶ ὅτι ὑβρίζεις με, καὶ πρότριτα γὰρ εἶπες τινὰ ἀνάξια ἐμοί. καὶ νῦν εἶπες πολλά. λέγω σοι οὖν μηδέν με παρακινήσῃς ἵνα χωρήσω κἀγὼ εἰς τοιούτους λόγους. ὁ δὲ πάλιν ἔφη, λέγω σοι ὅταν γίνῃ πατριάρχης σὺ κάθελε πρῶτον ἐμέ.

sionibus contractum ineant, puta pro decem Aspirs, mulctam semper conditionibus interserunt, quam is subibit, qui pactum violabit: & cum nos fœderis definitionem pepegerimus, miror cur mulctamSynodicā adscribere vereremur. Ex hac occasione Roffensis & Primicerius in apertam odij flammam dissiliere, qui & antea se invicem limis oculis aspiciebant: Quamdiu enim communia Unioni propagandæ consilia præbuerunt, coaluere in mutui amoris vinculum: At eâ absolutâ, in pristinam simultatem diversi abiere, quod in aliâ quæstione luculentius apparuit, cujus in aliquot articulis coram Imperatore ventilandis, impatientissimè digladiati sunt: quando ei Primicerius his vocibus intonuit. Domine Metropolita Russiæ, nunquam eris Patriarcha: quod si tibi contigerit, tum me tuorum è numero Clericorum eximas: Cui respondit Roffensis: Satis percipio quam me contumeliose tractas, & ante triduum indignis opprobriis non erubuisti proscindere, & nunc iisdem instas vestigiis: sed cave suadeo, neque me provoces, ne tibi paria verba rependam. Primicerius nihil aliud quam prius dictum recitavit: Ajo tibi, nunquam eris Patriarcha, vel si, me prius de clericali ordine deponas.

τμήμ. ι. κεφ. ϛ.

Ὁ δὲ ὅρος ἐγράφη, καὶ ἀνεγνώσθη εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἐτάχθη ἵνα ὑπογραφῇ. εἶτα γινομένης λειτουργίας μεγάλης, καὶ λειτουργήσαντος τοῦ πάπα, συμφορεσάντων αὐτῷ καὶ τῶν ἡμετέρων, ἀναγνωσθῇ καὶ οὕτως ἵνα ὑπάρχωμεν ἡνωμένοι. ἔλεγεν οὖν ὁ βασιλεὺς, ἵνα μηνύσῃ τῷ πάπα, ἵνα μετὰ τὸ λειτουργῆσαι τοὺς λατίνους λειτουργήσωσιν εὐθὺς καὶ οἱ ἡμέτεροι παρόντος τοῦ πάπα καὶ πάντων λατίνων τε καὶ γραικῶν. ὡς ἂν ἴδωσι πάντες τὸ τῆς ἡμετέρας λειτουργίας μυστήριον. εἶπε δὲ ὁ Ῥωσίας, καὶ ὁ Νικαίας, ὅτι οἱ λατῖνοι βούλονται λιτανεῦσαι, εἶτα ὕμνον παρακλήσεως ᾆσαι, καὶ ἐπὶ τούτοις λειτουργῆσαι. ἐν οἷς παρελεύσεται ἡ μεσημβρία. καὶ εἰκός ἐστι μὴ δυνηθέντα τὸν τοσοῦτον κόπον τὸν πάπαν, κωλῦσαι τὴν ἡμετέραν λειτουργίαν. καὶ βέλτιον ἂν εἴη, εἰ τῇ ἐπιούσῃ γενήσεται ἡ λειτουργία ἡμῶν.

SECT. X. CAP. VI.

Sed jam Definitio exarata fuit, perlecta Imperatori, & ordinata subscribi: tantum ultima dramatis scena expectabatur, quando Papæ solennem missam celebranti nostri assisterent, ut per præconem definitione publicatâ, in fraternos amplexus rueremus, perenni fœdere sociati. Quare Imperator decrevit Papæ indicare, ut finitâ Latinorum missâ, Græci suam inchoarent Liturgiam, spectante Papâ, Latinisque pariter ac Græcis, ut omnes videant rituum nostrorum mysteria: Cui Roffensis & Nicænus objecere, verisimile esse Latinos velle Litanias longiusculas producere, hymnum Spiritus Sancti canere & missam tam prolixam continuare ut ultra meridiem provecto Sole Papa præ lassitudine nostra sacra amputaverit, quæ iccirco satius esset, in posterum diem celebranda reservare.

At Imperator: Mihi inquit magis allubesceret, si eodem die nostra perficerentur sacra in præsentia Papæ, & totius Pontificij comitatus,

Ὁ &

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη, πολλῷ μοι δοκεῖ κρεῖττον εἰ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τελεσθείη καὶ ἡ ἡμετέρα λειτουργία, ἵνα παρόντος καὶ τοῦ πάπα, καὶ πάντων τῶν περὶ αὐτὸν καὶ τοῦ λατινικοῦ πλήθους, ἀναγνωσθῇ τὸ ἅγιον σύμβολον ἄνευ τῆς προσθήκης, καὶ ἴδωσι καὶ αὐτοὶ τὴν ἡμετέραν λειτουργίαν, καὶ ἔσται τοῦτο εἰς τιμὴν ἡμῶν. ταῦτα μὲν ἔλεγεν ὁ βασιλεὺς, ἐκωλύθησαν δ' ὅμως τὰ ἐνθυμήματα αὐτοῦ. περιέστη δὲ ἵνα ὑπογραφῇ ὁ ὅρος τῇ ε΄ τοῦ Ἰουλίου ἡμέρᾳ κυριακῇ. καὶ τῇ δευτέρᾳ γένηται ἡ λειτουργία τῆς ἑνώσεως.

Ὅπως μὲν οὖν ἔστερξαν τὸ γεγονὸς καὶ ἐπείσθησαν ὑπογράψαι οἱ ἀρχιερεῖς οἱ μὴ συντεθέμενοι ἐν ταῖς γνώμαις. καὶ οἱ εὑρεθέντες μὴ ἡγούμενοι ὡς ἀχειροτόνητοι, οὔτε οἶδα οὔτε ἔχω λέγειν. περὶ δὲ ἐμαυτοῦ, καὶ τῶν μετ' ἐμοῦ δηλώσω, μηδέν τι προσθεὶς ἢ παραλιπὼν, ἢ ἄλλο τι προτιμήσας τῆς ἀληθείας. ἡμεῖς ἠλπίζομεν ὡς οὐδεὶς ἔσται λόγος πρὸς ἡμᾶς περὶ ὑπογραφῆς, ἀποδοκιμασθέντας ὡς εἴρηται ἀπὸ τῶν πρακτικῶν τῶν συνόδων. κατὰ δὲ τὴν δηλωθεῖσαν κυριακὴν, μετὰ τὴν λειτουργίαν, μετεκαλέσατο ἡμᾶς ὁ Φιλανθρωπινὸς εἰς τὰ βασίλεια, τόν τε μέγαν Χαρτοφύλακα, ἐμὲ καὶ τὸν πρωτέκδικον. καὶ εἶπεν ἡμῖν, ὁ βασιλεὺς ὁρίζει, ἡ ἕνωσις ἐφάνη καλὴ καὶ ἐστέρχθη παρὰ πάντων, καὶ νῦν μετὰ δύο ἢ τρεῖς ὥρας ὑπογραφήσεται καὶ ὁ ὅρος. ὁρίζει οὖν ἵνα ὑπογράψητε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ὑμεῖς, καὶ φορέσητε αὔριον καὶ εἰς τὴν ἕνωσιν. προλέγω δὲ ὑμῖν τοῦτο, ἵνα ἦτε ἕτοιμοι καὶ εἰς τὰ δύο.

Ἀντέστημεν οὖν πρὸς ταῦτα εἰπόντες. ὅτι ἡμεῖς ἀφ' οὗ ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔφερον τὰ πρακτικὰ, καὶ εὑρέθη ὅτι ὑπογράφουσιν ἐπίσκοποι, καὶ ἀρχιμανδρῖται μόνοι. καὶ ὥρισεν, ἵνα γένηται οὕτω καὶ εἰς τὴν παροῦσαν σύνοδον. ἐνομίσαμεν ὅτι οὐ γενήσεται ἄλλο παρ' ὃ ὥρισεν παῤῥησίᾳ καὶ συνοδικῶς. νῦν οὖν θαυμάζομεν πῶς ὁρίζει ἄλλο. πῶς δὲ ὑπογράψομεν, εἰς ὃ οὔτε ἐγνωμοδοτήσαμεν, οὔτε στέργομεν. ἀλλ' ἔχομεν αὐτὸ ἐναντίον τῶν δογμάτων τῆς Ἐκκλησίας. περὶ τούτου καὶ ὁ πατριάρχης πολλάκις εἶπεν ἡμῖν, ἀλλὰ οὐκ ἐστέρξαμεν, καὶ πάλιν μαθέτω ὁ βασιλεὺς ὅτι οὔτε ὑπογράψομεν, οὔτε φορέσομεν.

Τούτων ἀνενεχθέντων πάλιν ἔρχεται ὁ Φιλανθρωπινὸς, καὶ λέγει, ὁ βασιλεὺς ὁρίζει, οὐδὲν ἔνι θαυμαστὸν εἰ οὐκ εἴπομέν τι

& coram Latini generis universâ turbâ, ut audiant ſymbolum ſine additamento eboatum, totamque ſeriem Liturgiarum percallentes, noſtris ritibus ac relligioni, majorem venerationem exhibere perdiſcant: Hæc Imperator animo concipiebat, at Papa ejus cogitata in Embryone ſtrangulavit, qui quintum Julij Definitioni ſubſcribendæ præſtituit diem Dominicum, & Dominici craſtinum, ſeu ſecundam feriam Unionis Miſſæ ſolenniter peragendæ.

Quibus vero rationibus aliquot Epiſcopi ſuffragandi poteſtate privati ſubſcripſerint, aut Cænobiarchæ, qui nec Cænobiarchæ, nec conſecrati pronuntiabantur, non ſatis liquet, nec habeo fari: de me vero, meiſque collegis quid factum fuerit, ordine pandam, nec addens, nec diminuens, aut quidquam nudæ veritati anteponens: Enimvero bene ſperavimus, poſtquam nos jure ſuffragandi ſpoliaſſent, quam noſtris muneribus adnatam prærogativam à perpetuâ praxi Synodorum anteà obtinuimus, fore ut ab ulteriori moleſtiâ liberaremur, nec ulla mentio fieret de nobis ad ſubſcribendum poſtulandis: Verum prædicta die Dominico ſtatim à peractis ſacris, nos in aulam Imperatoriam accerſivit Philanthropinus Magnum Scriniarium, meipſum & Protecdicum, & ad hunc modum allocutus eſt. Imperator cenſet Unionem pergratam eſſe, & ab omnibus ſancitam, paucis admodum, aut nemine refragante: quin & infra duas aut tres horas ejuſdem Definitio ſubſcribetur: Quare rogat Imperator, ut vos ad cæterorum exempla ſubſcribatis, & craſtino mane adſitis habitibus decori, ac geſtaminibus, Unionis pompæ condecorandæ: Veniatis parati ad utrumque, prænuntius vos adhortor & invito.

Nos utrique propoſito repugnantes diximus: ex quo ad Imperatoris juſſa noſtri perveſtigatis Conciliorum monumentis invenerint, ſolos Epiſcopos & Cænobiarchas in Synodis ſubſcribere conſuetos, & Imperator ita rem geri in hac Synodo mandaverit, nunquam expectavimus aliud quid à nobis poſtulari poſſe, quam quod Imperator ſecundum acta Synodorum decreviſſet: Et quomodo nos ſubſcribere poterimus, cui nec ſuffragati ſumus, quod nec approbamus, ſed credimus Eccleſiæ dogmatibus contrarium ac adverſum? & quanquam ante mortem Patriarcha ſupenumero nos ad id ſollicitaverit, tamen ad extremum immoti permanſimus: Et nunc eandem Imperator nos retinere mentem intelligat: Nolumus definitioni ſubſcribere, aut Unionis celebritatem condecorare.

His ad Imperatorem intus perlatis, actutum ad nos rediit Philanthropinus: Et hæc dicit Imperator (inquit:) Nolite pro magno du-

τι

gere

τι πρὸς ὑμᾶς μέχρι τοῦ νῦν. ἀλλ' ἐπεὶ ἐστέρχθη παρὰ πάσης τῆς συνόδου ἡ δόξα αὕτη, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν μέλλει ἔχειν ταύτην ἡ ἐκκλησία ἡμῶν ὡς ὑγιῆ δόξαν, ἀνάγκη ἐστὶν ἵνα στέρξητε ταύτην καὶ ὑμεῖς, καὶ οὐκ ὀφείλετε ποιῆσαι ἄλλο παρὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς συνόδου καὶ τὴν ἡμετέραν παρακέλευσιν. ὅτι δὲ ἄλλο λέγω παρὰ πρότερον οὐκ ἐστι παράδοξον. τότε γὰρ ἐφάνη μοι καλὸν, καὶ εἶπον ἐκεῖνο, νῦν δὲ τοῦτο μοι δοκεῖ κάλλιον, καὶ ὁρίζω, ἵνα ὑπογράψητε. ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς, ὁρίζει ὅτι ἡ δόξα ἐνὶ καλὴ, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν αὐτὴν καλήν. τοὺς ἁγίους στέργομεν καὶ ἡμεῖς, καὶ τὰ ῥητὰ μετὰ τῆς ὑγιοῦς ἑρμηνείας. εἰ δὲ ἐστέρχθη παρὰ τῶν ἄλλων οὐδὲν θαυμαστόν. ἕκαστος ὑπ' ἐξουσίας ἔχει τὸ ἴδιον θέλημα. εἶπεν οὖν ὁ Φιλανθρωπινός.

Καὶ ὑμεῖς μόνοι παρὰ πάντας φρονεῖτε τὰ ἐναντία; ἰδοὺ καὶ οἱ ἡμέτεροι σοφοὶ, καὶ οἱ λογιώτεροι, καὶ οἱ ἐνάρετοι, καὶ πάντες λέγουσιν ὅτι καλή ἐστιν ἡ δόξα, καὶ στέργουσι τὴν δόξαν, καὶ τὴν ἕνωσιν, καὶ ὑμεῖς θαυμάζω πῶς οὐ στέργετε ταύτην. ἐγὼ ἀξιῶ καὶ παρακαλῶ ὑμᾶς ὡς φίλος, ποιήσατε τὸν ὁρισμὸν τοῦ βασιλέως. διὰ τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης, διὰ τὸ συμφέρον τῶν Χριστιανῶν. εἰ μὴ δι' ἄλλο τι κἂν διὰ τὴν ἐξέλευσιν ἡμῶν. σκέψασθε γὰρ ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἐξελθεῖν ἡμᾶς τῶν ὧδε, εἴπερ οὐ ποιήσομεν ἕνωσιν. τί οὖν γενήσονται οἱ Χριστιανοὶ, καὶ οἱ ὄντες ἐνταῦθα, καὶ οἱ ἐκεῖσε ἡμᾶς περιμένοντες; ἔφην δ' ἐγὼ, οὐκ οἶδα πῶς οἱ σοφοὶ, καὶ οἱ λογιώτεροι καὶ οἱ ἐνάρετοι κατέπεισαν τὰς ἑαυτῶν συνειδήσεις. ἐκεῖνο τοῦτο οἴδασιν. ὡς δ' ἐγὼ νομίζω οὐ κατέπεισαν, ἀλλὰ κατεπάτησαν μᾶλλον τὰς σφῶν αὐτῶν συνειδήσεις. πλὴν ἐγὼ δι' ἐμαυτὸν φροντίζω. οὐ γὰρ δι' ἄλλον τινὰ ὀφείλω λόγον τῷ Θεῷ ἀλλὰ δι' ἐμαυτόν. καὶ ἐπειδὴ οὔτε ἀπὸ τῆς μερικῆς μαθήσεώς μου, οὔτε ἀπὸ ἄλλων πολλῶν ὧν ἤκουσα καὶ εἶδον πληροφοροῦμαι εἶναι ὑγιᾶ ταύτην τὴν δόξαν, διὰ τοῦτο οὐδὲ στέργω αὐτήν. διὰ δὲ τὸ καλὸν τῆς εἰρήνης, καὶ τὸ συμφέρον τῶν Χριστιανῶν, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ὥρισας, ἰδοὺ ἡ ἕνωσις ἐστάθη, καὶ ἐνὶ ὡς τελεσμένη, καὶ οὐ γενήσεταί τις ἐμποδισμὸς πρὸς τὸ τελεσθῆναι, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς ἐλπι-

cere miraculo, quod anteà vobis nil de hoc negotio significaverit: At nunc quandoquidem ab integrâ Synodo Latinorum opinio sancita sit, & ab hodierno die, ut orthodoxa sit in nostram Ecclesiam recipienda, necessum est ut vos patirer concurratis, ne soli videamini totius Synodi determinationem, meamque simul adhortationem postvertere: Nec illud inter monstra numerari debet si aliud nunc videar exposcere, quam quod antea constitueram: Illud tum præposui ut præclarum & conducibile, vos arcere à suffragandi libertate, nunc mihi hoc magis allubescit, vos ad subscribendum adhortari: Nos respondimus, si Latinorum dogma Imperator prædicat, ut præclarum, at nos contrarium persuademur, amplectimur & nos patrum sententias quas Latini afferunt, & approbamus, modo liceat interpretamenta adjungere: Nec illud inter cætera mirandum, quod plurimi in eam opinionem consenserint, unusquisque arbitrij sui Dominus est.

An vos igitur (inquit Philanthropinus) soli contraria censebitis subvecti ab aliorum omniopinionibus? Perpendite, quot viri graves, literati, omni laudum, virtutumque genere exculti, Latinorum applaudunt opinioni, & unionem sanciunt: Nec possum satis admirari, cur vos eadem præstare abnuitis: Quocirca vos oro obtestorque, per veteris amicitiæ jura, Imperatoriæ voluntati concedite, propter amænissimæ pacis bonum, propter Christianorum omnium incolumitatem, vel si nullum aliud vos emolliat argumentum, propter exoptatissimam libertatem ex his terris redeundi in patriam: Nam id ut Oraculum figite in præcordiis, nulla nobis in patriam via patet: Nec ab his provinciis, erroribus, angustiis nos extricabimus, nisi unio sancietur: Quid igitur fiet de tot millibus Christianorum, & qui hic commoramur, & qui nos illic cum suspiriis expectant? At illi sapientes quos commemoras, & eruditi, respondi ego, quibus medicamentis conscientias permulserunt, compertum non habeo: ipsi viderint. Putarem ego eos potius conscientias permunxisse quam permulsisse, & quicquid remanebat lucis internæ proculcatum pessundedisse: Ego vero pro meipso tantum sollicitari soleo, quasi pro nemine, nisi me solo, rationem Deo redditurus, Et quando nec meus in re literariâ profectus, nec aliorum scripta aut præcepta, quos audivi, quos vidi, me eo certitudinis perducere valuerunt, ut crederem hanc doctrinam esse sanam, ideo non sanciam. Propter vero pacis excellentiam, & Christianorum emolumentum, aliaque mirifica, quæ narras, ecce jam unio stat munienda suis præsidiis, finita, absoluta, nec impedire possumus, aut ipsam, aut ex ipsâ quæcun-

πιζόμενα καλὰ, εἴτε ὑπογράψομεν ἡμεῖς, εἴτε μὴ ὑπογράψομεν. ἱκετεύομεν οὖν καὶ παρακαλοῦμεν τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον, ἵνα συμπαθήσῃ ἡμῖν, καὶ ὡς ἰδίαν αὐτοῦ εὐεργεσίαν εὐεργετήσῃ τὸ, μηκέτι ἐπηρεάσῃ ἀναγκάζων ἡμᾶς εἰς τὸ ὑπογράψαι. ἐπεὶ δικαιούμεθα καὶ ἀπὸ τῶν πρακτικῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὁρισμοῦ ὃν ὥρισε παῤῥησία, ἀξιοῦμεν δὲ καὶ τὴν ἀντίληψίν σου, ἵνα ἀναφέρῃς ὅσα προείπομεν καὶ παρακαλέσῃς ἀφ᾽ ἡμῶν. ὡς οἶδεν ἡ θαυμαστή σου γνῶσις. καὶ ἐλευθερώσῃς ἡμᾶς τοῦ τοιούτου ζητήματος.

Ὁ δὲ Φιλανθρωπινὸς ἔφη, οὐδὲν δύναμαι ἵνα ἀναφέρω τοιούτους λόγους. ὁ βασιλεὺς βαρεῖται. εἴπατέ μοι τί ἐσόμενον εἰς ἀποδοχὴν ἐκείνου, καὶ ἀνοίσω αὐτό. ποιήσατε καὶ ὑμεῖς οἰκονομίαν τινὰ καὶ συγκατάβασιν. ἦσαν καὶ ἄλλοι οἵτινες οὐκ εἶχον τοῦτο καλὸν ἀλλὰ νῦν ἔστερξαν, καὶ πάντες ἤδη ὑπογράψουσι. οὕτω ποιήσατε καὶ ὑμεῖς, καὶ πάντες χρήσασθε τῇ οἰκονομίᾳ. ἡμῶν δὲ παντελῶς ἀπαναινομένων, καὶ τὴν συγκατάθεσιν, καὶ τὴν οἰκονομίαν, ἔφη πάλιν ὁ Φιλανθρωπινὸς προσέχετε, εἰς μέγα φορτίον ἐμβαλεῖν ἑαυτοὺς βούλεσθε. σκέψασθε μήποτε, καὶ οὐ δυνηθῆτε τοῦτο. οὐκ οἴδατε ὅσα ὑπέστη ὁ βασιλεὺς καὶ πρότερον, καὶ νῦν δὲ μάλιστα πρὸς τὸ κατορθῶσαι τὸ πρᾶγμα ὡς ἐγένετο; πόσους κόπους, καὶ πειρασμοὺς, καὶ λόγους, καὶ ἀγῶνας κατηνάλωσε πρὸς τοὺς λατίνους, ἵνα στέρξωσιν ἑνωθῆναι μεθ᾽ ἡμῶν, τηρουμένων πάντων τῶν τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας ἐθῶν ἀμετακινήτων. νῦν οὖν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀκμῆς γενήσεται σύγχυσις τοῦ πράγματος ἀφ᾽ ὑμῶν. πῶς οὖν ἀνέξεται τοῦτο ὁ βασιλεύς; πῶς ἐξοικονομήσει τὸ πρᾶγμα; τί ἂν εἴποι νῦν τοῖς λατίνοις προειπὼν αὐτοῖς ὅτι στέργεται καὶ ὑπογράφεται παρὰ πάντων ὁ ὅρος; οἳ καὶ μετὰ δύο ὥρας ἐλεύσονται ἰδεῖν οἰκείοις ὀφθαλμοῖς πῶς ὑπογράφετε. σκέψασθε ὡς φρόνιμοι καὶ ταῦτα, καὶ ἄλλα ὅσα παρακολουθήσουσι, καὶ ποιήσατε ὅσον πρέπει. εἶα, δότε μοι λόγον τετελεσμένον. κατεπείγει γὰρ τὸ πρᾶγμα ἵνα ἀναφέρω.

Ἀκούσαντες δὲ ἡμεῖς ταῦτα, καὶ ἐννοήσαντες ὡς ἀδύνατόν ἐστιν ἐᾶσαι ἡμᾶς. σκεψάμενοι εἴπομεν ἕκαστος τὴν δόξαν αὐτοῦ. ὁ οὖν μέγας Χαρτοφύλαξ συνέθετο ὑπογρά-

cunque bona sperantur redundatura, sive nos subscribimus sive abstinemus. Quocirca humillime rogamus & comprecamur suam sanctam Majestatem, ut nostrûm misereſcat, & hanc singularem benignitatem impertiat, ne nos ulteriori torqueat molestiâ, aut ad subscribendum adigat, qui tueri innocentiam percupimus, tam ut soluti à consuetudine Ecclesiasticâ suffragij exhibendi, quam à priori Imperatoris sententiâ: Quin & illustrem dominationem tuam insuper imploramus, ut fastidium suscipiat, Imperatori hæc quæ diximus blande insinuandi, suamque pro nobis exorandi Majestatem, prout optime noverit tua admirabilis eloquentia; & ab hac quæstione in perpetuum nos liberet.

At, inquit Philanthropinus, hæc responsa non audeo referre quæ Imperatoris animum magis exulcerabunt, dicite quod illi pergratum erit, & peracceptum, tum vestris mandatis perfungar: descendite in æquiorem rerum sensum, & mitius animorum temperamentum. Erant & alij, qui hoc ut inhonestum refugiebant, nunc tamen Unionem sanxerunt, mox & Definitionem subscribent; Ita & vos præstate, Dimittite hanc severitatem, & mentes ad moderationem inflectite: Nobis autem omnino respuentibus æquanimitatem omnem, omnemque cum Unione reconciliationem suggessit denuo Philanthropinus. Animadvertite vero in quam magnam malorum molem vosmetipsos conjicietis & abyssum, quam nunquam poteritis enatãdo superare: numquid vos latet quanta Imperator subiit discrimina, nunc & olim, ut opus inchoatum ad hanc perfectionem extrueret? quot labores, vigilias, dissertationes & luctas cum Latinis exantlavit, ut in fœdus nobiscum concederent sub conditione, permittendi omnes ritus Ecclesiæ nostræ stare nobis immobiles & inconcussos: Et nunc in ipso temporis articulo, cum res ad finem emersit, tota per vos conturbabitur: Quo animo hæc feret Imperator? quâ industriâ, quibus artibus ingenij negotium nunc absolvet? quid nunc Latinis dicere commentabitur, pollicitus definitionem à nobis Universis subscriptum iri? qui post unius aut alterius horæ spatium venient, propriis oculis vestras subscriptiones contemplaturi. Revolvite hæc mentibus vestris, & quæ hæc comitabuntur incommoda: Revoluite ut viri prudentes, & facite quod vestris muniis nec inhonestum videbitur, nec indecorum: Eja! vocem ultimam pronuntiate, & expetitam, quam Imperatori referam: nam multum premit angusti temporis compendium.

Hæc audientes, serioque nobiscum reputantes, ut nullâ unquam quiete frueremur, cæpimus circumspicere, & quod unicuique visum fuit, in medium proferre: Mag. Scriniarius in hoc

γράψαι μόνον, οὐ μὴν δὲ φορέσαι. ἐγὼ δὲ εἶπον ὡς ἐπεὶ ἀνάγκην ἐπάγουσιν ἡμῖν ποιῆσαι τι, ἵνα δόξωμεν ὁμογνώμονες, φορέσω μόνον οὐ μὴν ὑπογράψω. καὶ λέγει ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, οὐχὶ τοὐναντίον λέγεις; ἐγὼ δὴ ἔφην οὕτω θέλω ποιῆσαι ὡς εἶπον. καὶ λέγει μοι τὸ μεῖζον δίδως. ἐγὼ δὲ εἶπον, στενά μοι πάντοθεν, καὶ τὰ δύο μέγιστα εἰσί. πλὴν ἐγὼ τὸ φορέσαι, κατὰ τὴν γινομένην ἐνθάδε τάξιν ἡγοῦμαι κουφότερον. ἐρῶ δὲ καὶ τὸν λόγον δι' ὃν λέγω καλῶς ὡς νομίζω. ἐν τοῖς πρακτικοῖς οὐχ εὑρίσκονται ὑπογραφαί τινων Κληρικῶν. ὅμως οἱ πατριάρχαι καὶ οἱ ἐπίσκοποι εἶχον κληρικούς. ὑπέγραφον οὖν οἱ ἐπίσκοποι, οἱ δὲ κληρικοὶ συνεφόρενον τοῖς ἐπισκόποις καὶ οὕτως ἠκολούθουν ταῖς γνώμαις αὐτῶν. κατὰ τοῦτο οὖν λέγω καὶ αὐτὸς, ἵνα συμφορέσω, καὶ μὴ ὑπογράψω, ἀκολουθῶν τοῖς πρακτικοῖς, καὶ τῇ τάξει τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων. εἶπον δὲ πρὸς τὸν Φιλανθρωπινὸν, παρακαλῶ, ἵνα ἀναφέρῃς ὅσα προείρηκα, καὶ παρακαλέσῃς ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα ἐλευθερωθῶ παντελῶς. οὐδ' ὅλως γὰρ συναινῶ τοῖς γινομένοις. ὅταν δὲ ἴδῃς τοῦτο ἀδύνατον, τότε ἐξ ἀνάγκης εἰπὲ, ἵνα συμφορέσω μόνον. ἠκολούθησε καὶ ὁ πρωτέκδικος, τῇ ἐμῇ γνώμῃ, καὶ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ ὕστερον. ἀπελθόντος οὖν τοῦ Φιλανθρωπινοῦ, καὶ ἀνενεγκόντος ταῦτα οὐκ ἤρεσαν.

τμήμ. ι. Κεφ. ζ.

Ἀλλὰ πάλιν ἐλθὼν εἶπεν, ὁ βασιλεὺς ὁρίζει. ἤκουσα ὅσα λέγετε, ἐγὼ οὖν οὐκ εἰμὶ ἀρκετὸς εἰς τὸ ἕν. ἀλλὰ θέλω ἵνα καὶ ὑπογράψητε καὶ συμφορέσητε. ὀφείλετε τοίνυν ποιῆσαι καὶ τὰ δύο ἀπαραιτήτως. οὕτω γάρ ἐστι συμφέρον κατὰ πολλοὺς τρόπους, καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ ἄλλως γενέσθαι. εἰ μὲν οὖν ποιήσετε καθὼς ὁρίζω ἤδη καλὸν, εἰ δὲ τὸ ἓν μόνον λέγετε, ἐγὼ τόγε νῦν λέγω ἵνα μηδὲ φορέσητε. εἰς τὸ ἑξῆς δὲ ποιήσω ὅσον προσήκει γενέσθαι εἰς ὑμᾶς ὡς τοσοῦτον καταφρονήσαντας καὶ τοσούτους ἐμποδισμοὺς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἔργον τοῦτο πεποιηκότας. εἶτ' ἔφη

hoc consensit, se subscripturum quidem, sed nullam personam in Unionis celebrandâ solennitate gestaturum: Ego vero contrà: Et quandoquidem necessitas nobis imponeretur aliquid efficere, ut affectus nostris concivibus pares monstraremus, adero pompæ Unionis deducendæ, sed non subscribam: Cui Mag. Scriniarius: An te nescis dictis tuis implicare, cum ego me sic facturum verbis repetitis promitterem? At, inquit Scriniarius, è duobus malis maximum eligis ut concedas: Ego vero dixi, utraque me mala constringere difficultatibus, utraque maxima videri: at perpensis circumstantiarum momentis levius æstimo malum, interesse ceremoniis quam subscribere: Quin & causam subjiciam cur ita arbitrer. Ex actis Conciliorum constat, neminem inferioris ordinis Sacerdotem Synodis subscribere solitum: Patriarchæ tamen & Episcopi dum celebrandis Conciliis intererant clericorum suorum obsequiis haud destituebantur: Episcopi ergò soli subscripserunt, Clericique Episcopos stiparunt in quibus potuerunt solennitatibus, sic ut eorum suffragiis assentiri viderentur: Ad eundem morem & ego, promptum me, alacremque præbebo, quo vis externi officij genere Unioni congratulari, at nollem subscribere. Tum versâ ad Philanthropinum scenâ: Te verò plurimum adhortor, hæc quæ nuper explicui syncerè ad Imperatorem deferre, & pro me intercedere, ut omnimodâ concurrendi necessitate immunis solvar, cui omnia displicent: Verum si me ab omnibus excusabilem non deprehendes, tum eam necessitatis partem injungi mihi impetres, ut ceremoniarum pompam expleam. Protecdicus meam protinus sententiam secutus est, & posteà Mag. Scriniarius. Abiens igitur Philanthropinus, hæc Imperatori renuntiavit, quæ nullo pacto placuere.

Sect. X. Cap. VII.

Quare ad nos denuo reversus hæc retulit: Imperator vobis nunc ultimum denunciat: Audivi quæ dicitis: At neutra pars una mihi sufficit: utramque volo, ut & subscribatis, & unioni celebrandæ astipulemini: Duo igitur vobis incumbunt præstanda sub pænâ indeprecabili, quæ nostris rationibus conveniunt, adeo necessaria multis modis ut aliter se habere non possint: Quæ, si mihi obtemperabitis imperanti, vestræ saluti prospicietis: sin aliter unum tantum è duobus protenditis, jam vobis edico ut ad pompam non veniatis: In posterum intelligetis me in vos animadversurum vindictâ vestris meritis condignâ: qui & mea jussa vilipendere, & isti laudabili negotio tot impedimenta sub-

ἔφη πρὸς τοὺς ἄλλους ὁρίζει καὶ τοῦτο. ἀπὸ μὲν τοῦ μεγάλου Ἐκκλησιάρχου, οὐκ ἔχομεν λόγον τινὰ μέχρι τοῦ νῦν, ὡς ἡ ἀλήθεια ἔχει. ὅσον δὲ ἀφ' ὑμῶν ἔχομεν. τί οὖν θέλετε πάλιν τούτους τοὺς λόγους ἐπεὶ ἐστέρξατε τὸ γεγονός; δυσχεραινόντων οὖν πρὸς τοῦτο, καὶ ἀρνουμένων, κἀμὲ μάρτυρα προβαλλομένων, εἰ τοιοῦτόν τι σύνοιδα, πρὸς δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Φιλανθρωπινόν. καὶ ἐμοῦ μὴ εἰδέναι τοιοῦτόν τι διατεινομένου. εἶπε πάλιν αὐτοῖς ὁ Φιλανθρωπινὸς, ὅτι οὐδὲν ὥρισέ ποτε καὶ εἰς τίνας ἐγνωμοδοτήσατε, πλὴν οὕτως ὁρίζει. ἔχει τὴν γνώμην ὑμῶν καὶ τῶν β. τί οὖν ἔχετε λέγειν πρὸς αὐτὸ, βούλεσθε μετὰ τῶν ἄλλων ἀντιλέγειν τῷ βασιλεῖ καὶ εἰς τοῦτο; σκέψασθε εἰς πόσα καὶ ποῖα ἐμπίπτετε. τότε οὖν στενοχωρηθέντες ἐνέδωκαν, καὶ ἄκοντες ποιῆσαι τὸ προστεταγμένον. εἶτα ἐπετέθη ἐμοὶ ὁ Φιλανθρωπινὸς συμφωνῆσαι καὶ ἐμὲ τούτοις ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἠνάγκαζεν ἀναβολὴν μὴ διδούς. ὡς οὖν εἶδον τὴν βίαν καὶ τὸ ἀπαραίτητον, καὶ ὅτι ἐναπελείφθην μόνος. καὶ ἀπὸ τῆς ἐμῆς ἐνστάσεως τῇ μὲν ἐκκλησίᾳ οὐδεμία βοήθεια προσγίνεται. ἐμοὶ δὲ βλάβη ἀνθρωπίνως ἐπακολουθήσει, εἶπον καὶ ἐγώ.

Ἐπειδὴ ὁρίζει ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς ὅσα ὁρίζει. νομίζουσι δὲ καὶ πάντες, ὅτι τοῦτο ἐστι συμφέρον τῆς πόλεως, καὶ σύστασις τῶν Χριστιανῶν, ἵνα μὴ δόξω, ὅτι οὐδὲν ἀγαπῶ, οὐδὲ ἐφίεμαι τῆς συστάσεως, καὶ τῆς αὐξήσεως τῆς πατρίδος, ἀλλ' ἐναντιοῦμαι τὸ πολὺ καλὸν, καὶ τὴν βελτίωσιν αὐτῆς, καὶ τὴν ὠφέλειαν τῶν Χριστιανῶν καὶ τ' ἄλλα ὅσα διαριθμοῦσιν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἐξ ἀνάγκης ἕπομαι τοῖς πολλοῖς, ἵνα ἐκπληρώσω τὸν ὁρισμὸν, καὶ τὸ θέλημα τὸ βασιλικὸν, διαμαρτυρόμενος καὶ νῦν ὅτι οὔτε τῇ γνώμῃ, οὔτε τῇ προαιρέσει μου δοξάζω τὸ γεγονὸς, ὡς ὑγιᾶ δόξαν τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν. οἶδε γὰρ ὁ Θεὸς τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς μου ὅτι οὐ στέργω τοῦτο, οὐδ' ἑκουσίως ὑπογράφω. καὶ ἀπέμεινεν εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν ἐκείνου. ποιῶ οὖν τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν, καὶ πάλιν ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὁ βούλομαι εἰς ἐμαυτὸν καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

subjicere non veremini: Vestrum autem singulis hæc Imperator me jussit communicare: A Magno Ecclesiarchâ ut verum fateamur, nullum huc usque consensum accepimus, at vos duos quod spectat vestrũ consensum habuimus: Et quorsum nunc ambagibus vos involvitis, qui antecaneâ affirmatione postulatũ obsignastis? Ad hæc cum indignabundi fremerent, & strenuè pernegantes ad me provocarent, si tale quid conscirem: etiam & ad ipsum Philanthropinum: Et cum ego nil tale me meminisse contenderem, Philanthropinus subintulit: Imperator mihi non aperuit, quando, aut de quibus estis suffragati: sed id asserit, habere se vestrorum duorum affirmativa suffragia: Et quid his obmutire potestis? Imperatori contradicere? Videte in quanta incommoda vos induitis: Illi ad has angustias redacti submittunt, & se facturos quicquid mandaret Imperator, pollicentur: Tum ad me conversus Philanthropinus, vehementer pressit, ut commilitonibus me meis adjungerem, idque sine cunctatione, nec enim moram ad consultandum indulsit. Itaque cum plane percepissem apertam vim, inexorabilem severitatem, & quod solus jam relinquerer sine consorte: nec unius mei in adversum contentio Ecclesiæ nostræ quidquam esset lucrifactura, sed mihi metipsi allatura ab hominibus damnum, annui, meamque adstipulationem in hæc verba compinxi.

Quando satis constet Imperatorem, nostrum supremum Dominum, autoritate absolutâ quæcunque vult mandare: Et cum fere omnes eâ fide imbuantur, hoc fore in civitatis nostræ emolumentum, & incrementum concordiæ ac caritatis Christianis omnibus, ne ipse videar, nec velle, nec amare fælicitatem Christianorum pace efflorescentem, nec meæ patriæ incolumitatem procurare, sed gloriæ natalis soli malignè obluctari, ac invidere utilitati Christianorum, aliaque nefaria admittere, quæ civitatis nomine mihi exprobrant, cogor necessitate, cum reliqua multitudine in suffragia descendere, ut Imperatoris voluntatem & jussa expleam: Interea, Deum hominemque obtestor, me nec sponte, nec consilio proprio, quod factum est approbare, aut Dogma Latinorum, ut orthodoxam Ecclesiæ nostræ doctrinam credere. Appello enim omnia scrutantem Deum, qui animæ meæ penetralia pervadit, quod nec lubenter unionem sancio, nec Definitioni subscribo, sed peccans ad divinæ misericordiæ aras confugio: Et licet invitus hæc pro præsenti incommodo præstare impellor, postea tamen mihi licebit quamcumque velim canere palinodiam, & hæc ad hunc modum gesta sunt.

τμήμ. ι. Κεφ. η.

Δευτέρᾳ δὲ ὥρᾳ μετὰ μεσημβρίαν τῆς αὐτῆς Κυριακῆς συνήλθομεν εἰς τὰ βασίλεια πάντες οἱ τὴν τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας σύνοδον ἐκπληροῦντες. ἦλθον δὲ καὶ ἐκ τοῦ πάπα ἐπίσκοποι, ὅ τε Χριστόφορος, ἕτεροι δύο, καὶ πρωτονοτάριος εἷς, ὥστε θεωρεῖν πῶς καὶ παρά τινων ὑπογράφεται ὁ ὅρος. ἐκόμισε δὲ τὸν ὅρον ὁ Σεκουνδινὸς γεγραμμένον ἐν μὲν τῷ ἡμίσει μέρει τῆς αὐτῆς βεμβράνας λατινικῶς, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἡμίσει ἑλληνικῶς. νοσοῦντος δὲ τοῦ Ἡρακλείας ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, τὸν Βουλλωτὴν, καὶ τὸν Σεκουνδινὸν, καὶ διεκόμισαν πρὸς αὐτὸν τὸν ὅρον μετὰ τοῦ Χριστοφόρου, καὶ ὑπέγραψεν ὁ Ἡρακλείας πρῶτον ὡς τοποτηρητὴς τοῦ Ἀλεξανδρείας θεωρούντων αὐτῶν. εἶτα ἔφερον τὸν ὅρον εἰς τὰ βασίλεια οὗ ἦμεν συνηθροισμένοι, καὶ ὑπέγραψε καὶ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, καὶ ἐφεξῆς οἱ λοιποὶ τοποτηρηταὶ καὶ ἀρχιερεῖς. μεθ' οὓς καὶ ἡμεῖς οἱ δείλαιοι ἐθελοακουσίως οἴμοι, ὡς οἶδας Χριστὲ βασιλεῦ. σιτηρέσιον μὲν οὖν ἐλείπετο ἡμῖν τότε μηνῶν πέντε. Μαρτύρομαι δὲ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν, ὅτι οὐδὲ μνήμη τούτου ἐγένετο παρά τινος τότε, οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἀπαίτησις παρά τινος τῶν ἡμετέρων, ἢ ὑπόσχεσις παρὰ τῶν λατίνων. ἀλλ' εἰ καὶ πάντες τῇ ἐνδείᾳ συνειχόμεθα, ὅμως ἐν μυχοῖς καρδίας στένοντες καὶ δακρύοντες οἱ πλείους ὑπεγράφομεν. οἶδε ταῦτα ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, ὃς καὶ τὴν ἀξίαν ἀποδώσει δίκην τοῖς διαβάλλουσι τοὺς ὑπογράψαντας, ὡς ἐπὶ ἀπαιτήσει καὶ δόσει φλωρίων ὑπέγραψαν.

Ἔκλεισαν οὖν τὴν πύλην τῆς οἰκίας καὶ παρίσταντο ἑκάστῳ ὑπογράφοντι οἱ δηλωθέντες λατινεπίσκοποι θεωροῦντες, καὶ περιεργαζόμενοι πῶς ἕκαστος ὑπογράφει. καὶ περὶ μὲν τοῦ Ἐφέσου οὐδεὶς ἐλαλήθη λόγος περὶ δὲ τοῦ σταυρουπόλεως, εἶπον οἱ μὲν ὅτι ὑπογράψει, τινὲς δὲ τῶν ἀρχιερέων εἶπον, ἀπελθέτω τις ἵνα φέρῃ αὐτὸν ἐνταῦθα. καὶ ἀπελθών τις ἐν τῷ καταλύματι αὐτοῦ οὐχ εὗρεν αὐτόν. καὶ εἶπεν ὁ Νικαίας, ἰδοὺ ἔχομεν καὶ εἰς τὴν φακῆν στίχον. αὐτὸς δὲ ὁ σταυρουπόλεως ἀρξαμένων συνάγεσθαι τῶν ἄλλων ἐπὶ τῷ ὑπογράψαι λάθρα ἐξελθὼν τῆς Φλωρεντίας φυγὰς ᾤχετο. ὑπογραφέν-

τος

Sect. X. Cap. VIII.

Ejuſdem Dominici horâ ſecundâ poſt meridiem, convenimus in aulam Imperatoriam, quotquot Eccleſiæ noſtræ Synodum complevimus: Quò unà venerunt miſſi à Papa Epiſcopi, Chriſtophorus cum duobus aliis, & uno Protonotario, ſpeculatum, quomodo, & à quibus Definitio ſubſcriberetur: Definitionem adportavit Secundinus, ſcriptum in membranæ medietate primâ Latinè, & in alterâ medietate membranæ ejuſdem Græcè: Ægrotante vero Heracleenſi Imperator eò direxit Dominum Bullotam, & Secundinum, una cum Chriſtophoro, ut definitionem deferant, cui ſubſcripſit Heracleenſis, Vicarius ſedis Alexandrinæ, ipſis ſpectantibus: Dein retro geſtatam in palatium quo permanſimus congregati definitionem tulerunt, cui Primicerius ſubſcripſit ſecundus, dein cæteri ordine Vicarij, tum præſentes: quos infrà nos miſeri, qua volentes, qua nolentes, hei mihi! tu noſti, Rex noſter Chriſte Jeſu. Quinque menſium ſtipendia nobis tum ſupererant ſolvenda, & teſtem appello regnantem in Cœlis, & ſuper omnia Deum, nulla tum mentio annonæ à cujuſquam ore crepuit: nulla vel minima poſtulatio noſtratium, vel pollicitatio Latinorum: ſed quanquam omnes pudendâ inopiâ premeremur, tamen in cordium receſſibus ſingultientes, cum lacrymis & ſuſpiriis noſtrorum plurimi ſubſcripſimus: Hæc novit qui intima cordium & renum explorat Deus, qui & digna aliquando præmia retribuet iis qui ſubſcribentes infamant, quaſi à florenis poſtulatis & receptis inducti ſubſcripſiſſent.

Obſeratis igitur palatij portis unicuique ſubſcribenti aſtantes prædicti Latinorum Epiſcopi inſpiciebant acriter, & curioſè obſervabant, quomodo ſinguli Definitioni manum appinxiſſent: De Epheſio altum ſilentium: De abſente verò Stauropolenſi nonnulli amicorum ſubſcripturum promittebant, alij quendam mandarunt, qui eum adduceret: ſed miſſus in diverſorio Epiſcopum non invenit: unde Nicænus hoc proverbium uſurpavit: En cohortem ad lenticulam: ipſe vero Stauropolenſis, ut primum coire cœpiſſent ad ſubſcriptiones, Florentiâ clam ſe ſubduxit. Finitâ demum Definitionis ſubſcriptione, vocatos ad ſe qui ſubſcripſerant Imperator, humaniter allocutus eſt, noſque etiam familiariter adortus dixit: oportet vos Papam adire, ut contemplemini quo vultu & ille ſubſcribat: ſtatimque elegit decem primarios Archipræſules, quorum agmen duxit Trapezuntius, cum quatuor Crucigeris: & cum aliqui dicerent numerum nimis excreſcere, tres vel quatuor omnino ſufficere: Immo proficiſ-

cantur

τοῦ δὲ τοῦ ὄρους, μετεκαλέσατο τοὺς ὑπογράψαντας ὁ βασιλεὺς καὶ προσειρήκει εὐμενῶς τε καὶ ἀστείως ἡμᾶς ὑπεδέξατο καὶ εἶπεν, ὅτι δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀπελθεῖν εἰς τὸν πάπαν, ἵνα ἴδητε πῶς ὑπογράψει κἀκεῖνος, καὶ ἐκλέγεται δέκα τῶν ἀρχιερέων τοὺς τιμιωτέρους. ὧν πρῶτος ὁ Τραπεζοῦντος ἦν (καὶ δ σταυροφόρους) εἰρηκότος δέ τινος, τίς ἐστιν ἡ χρεία τῶν τοσούτων, ἀρκέσουσι τρεῖς ἢ δ, ὥρισεν ἀπελθέτωσαν ὅσους εἶπον, ἔδει καὶ πλείους εἶναι διὰ τιμὴν τοῦ πάπα. καὶ ὅσον οὔπω κομίσουσιν ἵππους, ἵνα ἀπέλθητε ἔφιπποι. τόδε ἕτερον ἦν τὸ κατασκευαζόμενον μᾶλλον δὲ τὸ δολίως καὶ ὑπούλως ῥαδιουργούμενον. ὅτε οὖν ἔφερον τοὺς ἵππους καὶ ἡμεῖς προσκυνήσαντες τὸν βασιλέα ἐξηρχόμεθα ἀφικέσθαι εἰς τὸν πάπαν. ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ὁ Νικαίας ἐστιν ἀνατεθειμένος, ἵνα εἴπῃ λόγους τινὰς πρὸς τὸν πάπαν οὓς ἀκούσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐκεῖσε.

Ἀπήλθομεν οὖν μὴ εἰδότος τινὸς τῶν σταλέντων τί ὁ Νικαίας ἐρεῖ. καὶ εὕρομεν τὸν πάπαν καθήμενον μετὰ τῶν Καρδηναλίων, καὶ πάσης τῆς περὶ αὐτὸν συνόδου. ἐκαθίσαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. καὶ ἀρξαμένου τοῦ Νικαίας λέγειν εὐθὺς εἶπεν ὁ Ἰουλιανὸς Πρωτονοτάριε, σκρίβα. ἐκάθισεν οὖν ὁ Πρωτονοτάριος, καὶ ἕτεροι γραμματικοὶ, καὶ ἔγραφον ἐπιμελῶς ὅσα εἶπεν ὁ Νικαίας. ὃς καὶ βραχέα τινὰ προοιμιασάμενος εἰς τὸ περὶ τῆς τελειώσεως, τῆς ἱερᾶς καὶ μυστικῆς θυσίας τὸν λόγον κατέληξε εἰπὼν, ὅπερ δοξάζει ἡ ἁγία Ῥωμαικὴ Ἐκκλησία περὶ τῆς τελειώσεως τῶν θείων δώρων τοῦτο δοξάζομεν καὶ ἡμεῖς. ὅτι αἱ θεῖαι καὶ δεσποτικαὶ φωναί εἰσιν αἱ ἁγιάζουσαι καὶ τελειοῦσαι τὰ θεῖα δῶρα, ἤγουν τὸ, λάβετε φάγετε, τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου. καὶ τὸ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτο ἐστι τὸ αἷμά μου, καὶ συμφωνοῦμεν καὶ κατὰ τοῦτο ὑμῖν. οὐ γὰρ δοξάζομεν ἄλλο παρὸ ὑμεῖς λέγετε καὶ δοξάζετε. συμβάλλεσθαι δὲ φαμὲν καὶ τὸν ἱερέα πρὸς ταῦτα ὡς τὸν γεωργὸν πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων. τὸ δὲ πᾶν εἰς τὰς δεσποτικὰς ἐκείνας φωνὰς ἀνάγομεν, καὶ ἐσμὲν καὶ εἰς τοῦτο σύμφωνοι ὑμῖν.

Οὗτος μὲν ἦν ὁ σκοπὸς τῶν λόγων τοῦ Νικαίας. ἐπλάτυνε δὲ τούτους μετὰ φιλοτιμίας καὶ φράσεως ῥητορικῆς. καὶ εἶπεν αὐτοὺς ὡς ἀπὸ τῆς κοινότητος, μὴ εἰδότων ἡμῶν

cantur quot nominavi, inquit Imperator, & iſtis plures etiam deſignare fortaſſe conveniret in honorem Papæ: & ſi parumper præſtolabimini, equos tranſmittent, qui vos ſubvehant in aulam. Quin & aliud fuit pertractatum, vel ut verius dicam, malâ fide & dolosâ flagitiosè procuratum. Nam ut allatis equis egredientes Imperatorem prætervehebamur cum debitis reverentiis, Papam adituri, Imperator elata voce inclamavit: Nicæno mandatum eſſe ut ad Papam explicet Orationem, quam audietis cum illuc perveneritis.

Progredimur itaque fide implicitâ: nec enim quiſquam è toto cætu miſſorum, ſcivit quid dicturus eſſet Nicænus: Papamque invenimus ſedentem cum Cardinalibus ut aſſuevit, circumfundente Papam totâ Synodo Latinorum. Tum etiam & nos aſſedimus: Ac ut primum os aperuit ad loquendum Nicænus, Julianus alte vociferavit, Protonotarie ſcribe: Quare Protonotarius, cum ſuis Grammaticis, locum capeſſit, & quicquid Nicænus dixit chartis diligenter commendant: Nicænus vero in proœmio pauca prælibans, verſus finem, ad conſecrationem tremendi ac myſtici ſacrificij, orationem circumflexit, his fermè verbis: Quicquid ſancta Romana Eccleſia in articulo conſecrandi Sacramentum credit, idem & nos credimus: Nempe divina Domini noſtri verba, ſumite, edite, hoc eſt corpus meum, bibite ex illo omnes, hic eſt ſanguis meus, elementa conſecrant: In hoc vobiſcum conſentimus, nec à vobis quicquam diverſum opinamur: Conferre tamen ſacerdotis miniſterium, eo plane modo, quo Agricolæ labor ut terra fruges emittat: ſed tota benedictio, à Dominicis verbis pendet: Id vobiſcum tenemus, nec à veſtris ſenſibus vel latum unguem variamus.

Ad hunc ſcopum Nicænus collimavit, oratione ſatis prolixâ, quam venuſtis phraſibus, & Rhetoricâ eloquentiâ explicuit tanquam à communi Græcorum conſenſu, nobis nec conſentientibus, nec ſcientibus, ſed tota erat doloſa machinatio & callida vafrities. At Nicæni Orationem Latini in Definitionem inſeri petiverunt, quod Imperator nullatenus admiſit: Verebatur enim ne cum Conſtantinopolin rediiſſet, perfidiæ poſtularetur ab iis qui aſſeverare non erubeſcerent, quod eum ſacris operandi Canonem quem Magnus Baſilius & Divinus Chryſoſtomus nobis legaſſent, derivatum ab ipſo fratre Domini Jacobo, jam Imperator Latinis proditum, evertiſſet: Sed Latini cum nobis graviſſime incumberent, & inſtantiſſimè flagitarent Confeſſionem aliquam noſtri conſenſus cum illis ad eum articulum, habere ſcriptam, quæ manaret ad poſteritatem, Imperator

ἡμῶν, μήδε τῇ κοινότητι συμφωνούσης εἰς ταῦτα. τοῦτο δὲ ὅλον πανουργία καὶ συσκευή. οἱ λατῖνοι γὰρ ἐζήτουν γραφῆναι τοῦτο καὶ εἰς τὸν ὅρον. ὁ δὲ βασιλεὺς, οὐδ᾽ ὅλως παρεδέχετο τοῦτο. δεδιὼς μήποτε εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν δώσῃ αἰτίαν τοῖς βουλομένοις λέγειν ὅτι ἀνέτρεψεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἱερουργίαν, ἥν ποτε μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος παρέδωκαν ἡμῖν, ἀπὸ τοῦ ἀδελφοθέου Ἰακώβου παραλαβόντες. τῶν οὖν λατίνων ἐπικειμένων καὶ ζητούντων ἔχειν καὶ περὶ τούτου ἔγγραφον ἡμῶν ὁμολογίαν συνεσκεύασεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα κηρυχθῇ τοῦτο παρὰ τοῦ Νικαίας ἐνώπιον τοῦ πάπα, ὡς ἀπὸ τῆς κοινότητος, παρόντων καὶ τῶν κρειττόνων ἐξ ἡμῶν, καὶ γραφῇ ἐκεῖσε παρὰ τῶν λατίνων, καὶ κηρυχθῇ εἰς ἅπαντα τὰ ἐκείνων γένη. ὃ καὶ γέγονε καὶ ἀκόντων ἡμῶν, καὶ μηδέν τι περὶ τούτου προεγνωκότων. μετὰ τοιαύτης καθαρότητος, καὶ συμβουλῆς, καὶ ἐλευθερίας, καὶ συμφωνίας πάντα ἐπράττοντο.

peratorità rem ſtruxit, ut Nicænus ea concionaretur coram Papâ, quaſi à toto Concilio Græcorum, aſtantibus noſtrorum aliquot præcipuis: quæ à Latinis ibidem tranſcripta, in Latinum genus omne pervolitarent: Quod & factum prodiit, nobis maximè invitis & de ea re nihil omnino præmonitis: tantâ integritate, conſilio, ac libertate, fraterno affectu ac caritate, cuncta inter nos & Latinos tranſigebantur.

τμήμ. ι. κεφ. θ.

Μετὰ δὲ τὸ πλεσθῆναι τοὺς περὶ τούτου λόγους, καὶ γραφῆναι παρὰ τῶν λατίνων ἀνέστημεν πάντες, καὶ ἐξήλθομεν εἰς ἡλιακὸν, εἰς ὃν καὶ ὁ πάπας ἐξελθὼν, καὶ τὰς ἐν τῷ ὅρῳ ὑπογραφὰς ἡμῶν θεωρήσας ὑπέγραψε καὶ αὐτὸς, ἱστάμενος ὄρθιος, ἐπὶ ἀναλογίῳ, ἐρείσας τὰς χεῖρας καὶ τὸν ὅρον. ἠρώτησε δὲ εἰ ὑπέγραψεν ὁ Ἐφέσου καὶ ἀκούσας ὡς οὐχ ὑπέγραψεν, ἔφη λοιπὸν ἐποιήσαμεν οὐδέν. μετὰ τοῦτο εἶπεν αὔριον μέλλομεν λειτουργήσειν καὶ τελειώσειν τὴν ἕνωσιν. ἐμάθομεν οὖν ὅπως τινὲς τῶν ὑμετέρων βούλονται μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων μυστηρίων. διὰ τοῦτο λέγομεν ἀπὸ τοῦ νῦν, ἵνα οἱ βουλόμενοι μεταλαβεῖν τούτων ἐγκρατεύσωνται καὶ ἁγνίσωνται, καὶ ἑτοιμάσωνται πρὸς τοῦτο. καὶ ἡμεῖς ἀκούσαντες ἐξεπλάγημεν. ὁ δὲ Μιτυλήνης ἠλλοιώθη. ἠκηκόει μὲν γὰρ πρότερον ὅτι αὐτὸς βούλεται μεταλαβεῖν ἀπὸ τῆς τῶν λατίνων ἀζυμοθυσίας καὶ ἠπιστοῦμεν. τότε δὲ πιστεύσαμεν τοῦτο, ἀπό τε τῶν λόγων τοῦ πάπα, καὶ ἀπὸ τῆς προσωπικῆς ἀλλοιώσεως τοῦ Μιτυλήνης. ὃς καὶ αἰσχυνθεὶς παρῃτήσατο τὴν κοινωνίαν. πρὸς δὲ τοὺς λόγους τοῦ πάπα ἔφη ὁ Νικαίας. ὅτι οἱ ἡμέτεροι, ἐγκρατεύονται ἀεὶ, καὶ μετ᾽ εὐλαβείας διανύουσι πάντα τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν βίον. νῦν δὲ ἤκουσαν καὶ ἃ ὥρισεν ἡ μακαριότης σου, καὶ εἰ βούλεταί τις μεταλαβεῖν ἑτοιμασθήσεται ἔτι καὶ μετὰ πλείονος προσοχῆς.

Sect. X. Cap. IX.

Poſtquam deſiiſſent ulteriora de hoc negotio verba movere, & Latini ſubſcripſiſſent, aſſurgentes exivimus in proceſtrium, quo ſe Papa etiam contulit, & cum ſubſcriptiones noſtrorum, oculis circumluſtraſſet, ſubſcripſit & ipſe, ſtans arrecto corpore, manuque & Definitionis Membranâ, ad analogiam firmatis: & interrogavit, num Epheſius Definitioni ſubſcripſiſſet: cumque audiiſſet Epheſium non ſubſcripſiſſe: Ergo, inquit, nihil præſtitimus: Dein & dixit, Cras ſolennem Liturgiam celebrabimus, unionem conſummaturi ꝑ: Et quoniam rumor percrebuit, quoſdam veſtratium de noſtris intemerandis myſteriis participare velle, ideo hortamur ut ab hoc inſtanti nobiſcum communicaturi ſe luſtrent, expurgentque præviâ abſtinentiâ, & paratos ſe ad fruendum his dapibus expediant: Quod ubi auribus inſonuiſſet noſtris, cohorruimus: ſed Mityleneus mutaverat fidem, transfuga ad Latinos, & ad Papæ verba erubuit, quem antea accepimus de Nonfermentatis Latinorum manducaturum, at meliora ſperavimus: Tum vero credidimus, tam propter Papæ ſermonem, quam ipſius Mitylenæi geſtum, qui ad Papæ verba rubore perfuſus poſteà Sacramentum abjuravit. Verum Papæ verbis Nicænus reſpondit: Noſtros homines ad tantam temperantiam, ſanctimoniam, pietatem, totam vitam componere, quaſi quotidie eſſent participaturi: Nunc autem Beatitudinis tuæ expergefacti tubâ multo magis deſudabunt, ſi qui inter illos communicare inſtituerunt, ut majori deliberatione animorum, ſe cæleſti menſæ convivas adjungant.

τμήμ. ι. κεφ. ι.

Τῇ δὲ ϛ τοῦ Ἰουλίου τῆς β νεμήσεως τοῦ ϛϡμζ ἔτους ἡμέρᾳ β συνηθροίσθη πᾶς ἐν Φλωρεντίᾳ λαός, εἰς τὴν ἐν αὐτῇ μεγάλην ἐκκλησίαν ἅμα πρωΐ. προκεκήρυχθο γὰρ ὡς ἑορτάσιμος αὕτη ἡ ἡμέρα, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησε, ἢ ἐνεργείας τινὸς ἅψασθαι, ἢ ἐργαστηρίου τινὸς θύριον ἀνοῖξαι. ἀλλὰ πάντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνίεσαν. πρὸ πάντων δὲ ἐπεδήμησεν ἐν ταύτῃ ὁ βασιλεύς, εἶτα ἡμεῖς, καὶ εὐθὺς ὁ πάπας, ὃς καὶ ἐφόρεσε σὺν τοῖς Καρδηναλίοις καὶ ἐπισκόποις αὐτοῦ. εἶτα οἱ ἡμέτεροι ἀρχιερεῖς, κατὰ τάξιν σὺν δύο προσερχόμενοι, καὶ μετάνοιαν ποιοῦντες ἠσπάζοντο τὴν χεῖρα τοῦ πάπα, καὶ στρεφόμενοι εἰς τοὺς ἰδίους ἤρχοντο τόπους, καὶ φορέσαντες τὰς ἀρχιερατικὰς ἀλλαγὰς ἵσταντο. τόπος δὲ ἦν ὁ ἐξ ἀρχῆς ἀπονεμηθεὶς τῷ βασιλεῖ τε καὶ αὐτοῖς μεθ᾽ οὓς ἐφορέσαμεν καὶ ὅσοι παρ᾽ ἡμῖν ἐκ τῆς ἡμετέρας τάξεως, ἄνευ μόνου τοῦ ἄρχοντος τῶν Μοναστηρίων καὶ τῶν ἱερωμένων ψαλτῶν. οὗτοι γὰρ συμπαρῆσαν ἡμῖν πλὴν οὐκ ἐφόρεσαν. ὡσαύτως οὐδὲ ὁ Ἀγχιάλου ἐφόρεσεν. ὁ δὲ Ἡρακλείας ἐνοσηλεύετο, καὶ διὰ τοῦτο οὐ παρῆν.

Ἤρξαντο οὖν οἱ τῶν λατίνων ψαλταί, ἀπὸ δευτέρας ὥρας τῆς ἡμέρας, καὶ ἔψαλλον. καὶ εὐθὺς ἔστη ὁ πάπας, εἰς τὸ κατὰ πλάτος μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ ἵστατο ὄρθιος ἀκλινὴς οὐδέν που προσεγγίζων ἢ ἐπί τι στηριζόμενος, μονώτατος ἐπὶ διάστασιν τριῶν ὡρῶν ἔγγιστα, ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἔψαλλον ᾄσματα τινὰ εὐχαριστήρια ὡς ἐκείνοις ἐδόκει. ἡμῖν δὲ ὡς ἄσημοι ἐδόκουν φωναὶ ἐμμελεῖς. εἶτα ἔψαλλον καὶ οἱ ἡμέτεροι ψαλταὶ τὴν μεγάλην δοξολογίαν, καὶ μετ᾽ αὐτὴν τὸ-σήμερον ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡμᾶς συνήγαγεν. εἶτα τὸ εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. καὶ μετὰ τὸ τελεσθῆναι τὰ τοιαῦτα ᾄσματα, ἀπῆλθεν ὁ πάπας, καὶ ἔστη εἰς τὸν ἴδιον θρόνον.

Ἀνέβη δὲ ὁ Ἰουλιανὸς, καὶ ὁ Νικαίας εἰς τὸ πέργουλον ἀναγνῶναι τὸν ὅρον, καὶ πρῶτον ἀνέγνω αὐτὸν ὁ Ἰουλιανὸς λατινικῶς. εἶτα ἠρώτησε τοὺς ἰδίους ἀρχιεπισκόπους εἰ ἀρέσκει αὐτοῖς ὁ ὅρος, καὶ πάντες ἅμα ἐβόησαν πλάτζετ, πλάτζετ. εἶτ᾽ ἀνέγνω αὐτὸν ὁ Νικαίας ἑλληνικῶς. καὶ ὕστερον εἶπεν,

SECT. X. CAP. X.

Sexto vero Julij, Indictionis ſecundæ, anni à mundo condito ſexies Milleſimi Nongenteſimi quadrageſimi ſeptimi, hebdomadis feriâ ſecundâ, Univerſus civitatis Florentinæ populus, in magnam ejuſdem Eccleſiam ſummo mane confluxit, qui dies præconis voce adeo feſtus ſolennitati indicebatur, ut nullus opifex diurni quicquam penſi ſummis digitis attingere, vel officinæ fores recludere auderet: ſed omnes conferti Eccleſiam conſtipavere. Primus & ante omnes Imperator ipſe intravit Eccleſiam, tum nos: & mox ipſe Pontifex ſacris operaturus cum ſuis Cardinalibus, & Epiſcopis. Et ſtatim noſtri præſules per ſingulos binos in ſeriem collocati, & inclinatis reverenter corporibus, Papæ manus exoſculati, ad ſua loca diverterunt: ibidemqne infulis adornati Epiſcopalibus conſtiterunt. Locus fuit idem qui Imperatori ac ipſis ab initio deſignatus: Quorum ordini nos adjuncti proceſſimus, exceptis duntaxat Monaſteriorum præfecto, & conſecratis Cantoribus: qui aderant, ſed chorum ſolennem non ingrediebantur, ſicuti nec Anchialius Epiſcopus: Heracleenſis adverſâ valetudine laborans, medicorum præceptis ſeſe attribuebat.

Ab hora ſecunda pomeridianâ Latinorum Pſaltæ cœperunt cantillare, quorum ad exordia Papa è throno deſcendit in templi meditullum, ſi latitudo ſpectetur: & ſtetit in pavimento toto corpore erectus, nec in ullum latus reclinis, nulli rei applicitum ſe firmans, nulli fulmento incumbens, ſolus per longa trium horarum ſpatia: tamdiu enim durarunt hymni iſti gratutalorij, prout ipſis viſum fuit cantica præcipere: At nobis non aliter viſi ſunt hymni quam reſonantia inarticulata verborum, & harmoniæ vènuſta inconcinnitas. Tum etiam & noſtri cantores increpuere: Magnam Doxologiam & Hodie Gratia Spiritus Sancti nos ſociavit, ac tandem Lætentur cæli, terra jubilet: quibus peractis Papa in ſuum ſe thronum repoſuit.

Atque illico pergulam conſcenderunt Julianus & Nicænus Definitionem perlecturi, primuſque Julianus perlegit Latinis verbis, ſuoſque interrogavit Archiepiſcopos, an Definitio arrideret? qui unanimi voce eboarunt, placet, placet. Tum Nicænus eandem græce percucurrit, ac converſus ad ſuos, vos etiam ſciſcitabor, inquit, & reſpondete: An grata veſtris auribus inſonuit quam nuper audiviſtis Definitio? Cumque plurimi gratam vocibus ſignificaſſent, in amplexus mutuos Julianus & Nicænus ſe implicuere, & deſcendentes in ſuum quiſque ſe recepit locum: Poſthæc, ſacra Liturgica inchoarunt, tres operati,

εἶπεν, ἐρωτήσω κἀγὼ ὑμῖν λόγον, ἀποκρίθητέ μοι. ἀρέσκει ὑμῖν ὁ ἀναγνωσθεὶς ὅρος, καὶ εἶπον οἱ πολλοὶ ἀρέσκει. καὶ τότ' εὐθὺς περιεπλύξαντο ἀλλήλους ὁ Ἰουλιανός τε καὶ ὁ Νικαίας. καὶ ἐποίησαν ἀσπασμόν, καὶ οὕτω κατῆλθον καὶ ἔστη ἑκάτερος εἰς τὸν ἴδιον τόπον. εὐθὺς δὲ ἤρξατο ἡ λειτουργία, καὶ ἐλειτούργησαν τρεῖς. ὧν ὁ εἷς ἦν διάκονος. ὁ δὲ πάππας ἵστατο εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ.

Καὶ ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ τῆς λειτουργίας ἀπῆλθεν ὁ Φιλανθρωπινὸς εἰς τοὺς ἄρχοντας τοῦ πάπα τοὺς φυλάσσοντας τὸ ὕδωρ δι' οὗ ἔμελλεν ὁ πάππας νίψεσθαι. οἳ καὶ ἵσταντο βραχύ τι παραλλάττοντες τὸ μέσον τοῦ ναοῦ. ἐκεῖσε οὖν ἀφῆκε πᾶν εἴ τι ἐφόρει ἐπὶ κεφαλῆς, καὶ κατελείφθη ἀσκεπής. εἶτα ἐπέθηκαν αὐτῷ ὀθόνην μεταξωτὴν μηκίστην χρυσόλωρον διὰ παντὸς τοῦ μήκους, ἔχουσαν συχνὰ τὰ χρυσόλωρα ἐξυφασμένα. ἧς τὸ μὲν ἄκρον ἀφῆκαν ἀπαιωρεῖσθαι ὄπισθεν ἐπὶ τῶν νώτων αὐτοῦ. τὸ δὲ λοιπὸν ἀπὸ τοῦ ὤμου ἐπὶ τὸ στῆθος ἐγκαρσίως ὑπὸ τὴν μασχάλην διελάσαντες, καὶ διὰ τῶν νώτων ἐπὶ τὸν ὦμον ἀναγαγόντες, τὸ περιττεῦον ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀφῆκαν ἐκκρέμασθαι ὡς ἂν ἐκμάσσῃ αὐτῷ τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας ὁ πάπας. εἶτα ἔδωκαν αὐτῷ δύο μεγάλα χέρνιβα, ἔχον ἑκάτερον λεοντόμορφον στόμιον, καὶ εἰς τὸ ἓν μὲν ἔβαλον ὕδωρ διανίψιμον τοῦ πάπα ἀπογευσάμενοι πρῶτον αὐτοῦ, τὸ δὲ ἕτερον ἦν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ τῆς νίψεως ὕδατος. κατέχων οὖν ταῦτα ὁ Φιλανθρωπινὸς ἀσκεπὴς, διῆλθε διὰ μέσου τοῦ ναοῦ ὡσεὶ ξ βημάτων διάστημα μέχρι τοῦ τόπου οὗ ἵστατο ὁ πάππας καὶ προσεκύνησεν αὐτὸν, καὶ ἀπεγεύσατο πρῶτον ὁ Φιλανθρωπινὸς τοῦ ὕδατος διὰ τοῦ στομίου. εἶτα κατέχεεν κατὰ βραχὺ ἐπὶ τῶν χειρῶν τοῦ πάπα. οὗ καὶ νιψαμένου καὶ ἐκμάξαντος τὰς χεῖρας τῇ ὀθόνῃ πάλιν ἐστράφη ὁ Φιλανθρωπινὸς, καὶ ἐλθὼν δέδωκε τὰ χέρνιβα καὶ τὴν ὀθόνην τοῖς δεδωκόσιν.

Περὶ δὲ τὸ μέσον τῆς λειτουργίας, τὸ αὐτὸ γέγονεν ἀπαραλλάκτως διὰ τοῦ πρέσβεως τῶν ῥώσων. τοῦ Ῥωσίας αἰτησαμένου αὐτὸ πρότερον διὰ τιμὴν αὐτοῦ, τε καὶ τοῦ ῥηγός. κἂν τῷ τέλει πάλιν τῆς λειτουργίας τὸ αὐτὸ διὰ κύρου Γεωργίου τοῦ δισυπάτου. μεταξὺ δὲ τῆς λειτουργίας ὁσάκις ἐδέησε θυμιᾶσαι οὐκ εὐλόγει τὸ θυμίαμα ὁ λειτουργῶν,

rati, Diaconus cum duobus ſacerdotibus, Papa autem ſtabat erectus in throno.

Ut Liturgiam auſpicati ſunt, noſter Philanthropinus ad principes papales acceſſit, lymphæ cuſtodes, quâ Papam oportebat manus abluere: ſtabant autem illi aliquantillum in latus alterum declinantes à Templi meditullio, ubi Philanthropinus abſtulit reverenter, ſi quid pilei in vertice geſtabat, & toto capite ſtetit denudato: Tum illi, homini induunt mantile holoſericum prælongum, ac ſpatioſum, cujus extremam fimbriã per ambo latera aureus limbus circumquaq; claudebat, aliis inſuper crebris liciis ex eodẽ auro intertextis opere Phrygiano: quod ita aſtringebant, ut una extremitas à tergo penſilis volitaret, reliquumque mantile per humerum obliquabant in tranſverſum pectoris, & ſub axilla per dorſum ad eundem humerum revocabant, ut altera extremitas anterius promineret Papæ manibus abſtergendis: Ac eidem tradiderunt duo grandiora malluvia, utrumque ferens in ſummo oris margine effigiem Leonis cælatam: in unum aquam infundebant, cum prægustaſſent, ad Papæ manus lavandas, alterum recipiebat aquam ex ablutione decidentem: Quibus armatus Philanthropinus, recta gradiens per Templi meditullium capite detecto, in ſpatium ferme ſexaginta paſſuum, ad Papæ thronum ſe ſtitit, ipſumque veneratus, & aquam prælibans, ſenſim effudit in manus Pontificis, quas ubi Pontifex abluiſſet ac deterſiſſet mantili, Philanthropinus quo venerat eodem repedavit, & malluvia cum mantili primis porrigentibus reſtituit.

Circa medium Liturgiæ eadem repetebantur abſque diſcrimine per Legatum Imperatoris Ruſſiæ, quod Metropolitanus Ruſſiæ impetraverat à Papa ſuum ſuique regis in honorem: & rurſus in fine Liturgiæ per Dominum Georgium Biſconſulem: Inter vero Officij ſacri celebrationem, quoties odores eſſent ſuffiendi, ſuffimento non benedixit ſacris operans ſacerdos, ſed odoramenta ad Papam apportabat, cum acerrâ argenteâ deauratâ, factâ in formam acturarij. Tum Cardinales utrimque thronum Papæ ſtipantes, mitram ei, & quicquid aliud geſtabat vertice, de capite tollebant, dum ille nudus capite aromata odorifera, in thuribulum injiceret propriis manibus, benediceretque, ac traderet diacono adolenda. Lecturus Evangelium primo pedes Papæ exoſculabatur, tum ſe in medium ſiſtens, legenda articulatim pronuntiabat: Conſtitimus & nos ſuccincti ornamentis durante totâ Liturgiarum ſolennitate: ſic & Latini ſacris initiati ordinibus: Nihil autem nobis manſit in hac ſcenâ peragendum, niſi quod tempore mutuorum amplexuum ut Lati-

γῶν, ἀλλὰ προσέφερον τῷ πάπᾳ τὸ θυμίαμα μετὰ καυστρίου ἀργυροδιαχρύσου εἰς σχῆμα ἀκατίου κατεσκευασμένου, καὶ ἑκατέρωθεν τοῦ πάπα ἱστάμενοι Καρδινάλιοι ἀνελάμβανον τὴν μίτραν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καλύμματα. ὁ δὲ ἀσκεπὴς ἔβαλλε τὸ θυμίαμα εἰς τὸ θυμιατήριον ἰδίαις χερσί. καὶ ηὐλόγει αὐτὸ, καὶ οὕτως ἐπέτρεπε τῷ διακόνῳ καὶ ἐθυμία. ὁ δὲ μέλλων ἀναγνῶναι τὸ εὐαγγέλιον πρῶτον ἠσπάζετο τὸν πόδα τοῦ πάπα, εἶτα ἵστατο εἰς τὸ μέσον, καὶ ἀνεγίνωσκεν. ἱστάμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς ἐνδεδυμένοι τὰς ἰδίας ἀλλαγὰς παρ' ὅλην τὴν λειτουργίαν. ὁμοίως καὶ οἱ Λατῖνοι ἱερωμένοι. πλὴν οὐδὲν ἄλλο πεποιήκαμεν, εἰ μὴ κατὰ τὴν ὥραν τοῦ ἀσπασμοῦ οἱ μὲν Λατῖνοι ἠσπάσαντο ἀλλήλους καθὼς ἵσταντο. ἡμεῖς δὲ πάλιν ἠσπασάμεθα ἀλλήλους. ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ.

Ὁ δὲ πάπας ἵστατο μὲν εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ περικείμενος καὶ αὐτὸς τὴν παπικὴν ἀλλαγήν. μεταξὺ δὲ τῆς λειτουργίας, ἦλθεν εἰς τὸ ἀλτάριον, καὶ εἶπεν εὐχὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, ἔχων καὶ δύο Καρδινάλιους ἑπομένους καὶ ὑπηρετοῦντας αὐτῷ, καὶ αὖθις ὑποστρέψας ἵστατο εἰς τὸν θρόνον. ἡ δὲ λειτουργία ἱερουργεῖτο παρὰ τῶν δεξαμένων ἱερουργεῖν αὐτήν. τελεσθείσης δὲ αὐτῆς ἤγαγον τὸ ποτήριον εἰς τὸν πάπαν ἱστάμενον εἰς τὸν ἴδιον θρόνον. ἐφόρει οὖν ὁ πάπας χειρορθία, καὶ μετ' αὐτῶν ἁψάμενος σίφωνος λεπτοῦ σωληνοειδοῦς μαλαγματηροῦ μετέλαβε δι' αὐτοῦ. εἶτα διεκόμισαν τὸ ποτήριον εἰς τὸ ἀλτάριον κἀκεῖσε μετέλαβον καὶ οἱ λειτουργήσαντες ἐκ τοῦ ποτηρίου, καὶ οὕτως ἀπεδύθημεν ἅπαντες τὰς ἱερατικὰς στολὰς, καὶ ἀπῆλθεν ἕκαστος εἰς τὸ ἴδιον κατάλυμα. καὶ οὕτως ἐτελέσθη ἡ δοκοῦσα ἕνωσις.

ni se invicem brachiis innexuere, ita nos nostrates accepimus, prout quis cuique adstitit vicinus.

Quin & in throno Papa ipse constitit, indutus mitrâ & Papali paludamento, semel tamen inter missificandum descendens ad altare, precem fudit super sacrificium, comitantibus à tergo binis Cardinalibus, eique ministrantibus, & statim revertebatur ad thronum: Liturgia tota celebrabatur, ab iisdem hominibus, qui occeperant: Et consecrato Sacramento calicem ad Papam attulerunt, in throno stantem: quem primò prehensum manu elevatâ ostentabat, dein sumptâ ab afferentibus exili fistulâ seu tubo, oblongo & cavo, ad instar canalis in aquæductibus, sed non grandiori quam Catheter Medicorum, exsugens è calice vinum hausit Papa, ac communicavit: Exinde Calice ad aram relato, ex eodem participarunt quotquot sacris operabantur: Atque ita exuti stolis prælaticis discessimus, & ad suum quisque properavit diversorium: Et hoc modo concinnata est reconciliatio cum Latinis, quæ visa est multis dici & haberi Unio.

τμήμ. ι. κεφ. ια.

Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν Ῥωσίας, τὸν Νικαίας, τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, καί με τὸν μέγαν ἐκκλησιάρχην, ἔπεμψεν ἡμᾶς εἰς τὸν πάπαν, θέλοντας εἰπεῖν αὐτῷ οὕτως. ἰδοὺ ἡ ἕνωσις ἐτελέσθη Θεοῦ χάριτι καὶ ἐγένετο καὶ ἡ ἑορτάσιμος λειτουργία χθὲς παρόντος παντὸς τοῦ πλήθους Λατίνων τε καὶ Γραικῶν. ἐπεὶ οὖν ἡνώθημεν, καὶ οὐκ ἔστι τις διαφορὰ μεταξὺ ἡμῶν, ἀλλὰ συνιστάμεθα ὑμῖν ἱερουργοῦσι, καὶ ἐφάνημεν τοῖς πᾶσιν ἀπονέμοντες τὸ προσῆκον σέβας τῇ ἱερουργίᾳ ὑμῶν. δεῖ πάλιν κατὰ τὸν ἴσον καὶ ὅμοιον τρόπον παρουσίᾳ καὶ προτροπῇ τῆς σῆς μακαριότητος συναχθῆναι σὺν αὐτοῖς πάντας ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἂν καὶ οἱ ἡμέτεροι ἱερουργήσωσι, συνισταμένων καὶ ὑμῶν, καὶ θεωρούντων τὴν ἱερουργίαν τῆς ἡμῶν ἐκκλησίας ὡς προσήκει. ὡς ἂν ἡ ἰσότης κατὰ πάντα, καὶ ἐν ἡμῖν τη-

Sect. X. Cap. XI.

Postridie vero Imperator accersitis ad se Russiæ Metropolitano, Nicæno, Mag. Scriniario, Mihique ipsi Mag. Ecclesiarchæ, dedit in mandatis Papam adire, & hæc Imperatoris nomine profari. Ecce jam unio est consummata, sit laus Deo: Et heri Missa solenniter celebrata, universam Latinorum, Græcorumque turbam, ad spectaculum evocavit: Quandoquidem igitur in fædera coaluimus, nec ulla nos ulterior differentia disterminat, quin & vobis sacrificantibus interfuimus, omnemque cultum, quem tantæ rei Majestas, & nostra in concordiam redintegratio postulabant, impertivimus: Vobis pari modo incumbit, mandante tua beatitudine, ut iisdem Latinis, Græcisque in eandem Ecclesiam congregatis vos interesse dignemini, dum nostri sacra peregerint: ut ritus nostros, & qualia demum nostræ Ecclesiæ sacra sint, cum benevolentiâ ac animorum affectu contemplemini: ut nostrum aliqua saltem ratio haberi videatur & compensatio fidelis amicitiæ: Tuam igitur

τηρηθείη. χρὴ οὖν ἵνα προστάξῃ ἡ μακαριότης σου καὶ τὴν πάνδημον συνέλευσιν καὶ τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν τελεσθήσεται. ἀπελθόντες οὖν ἀνηνέγκαμεν ταῦτα τῷ πάπα, παρόντων καὶ τῶν Καρδηναλίων, καὶ τῶν ἐκκρίτων ἐπισκόπων τῶν βουλευτῶν. ἀπαγαγόντες δὲ ἡμᾶς ἐκεῖνοι εἰς ἕτερον κελλίον ἐβουλεύσαντο ἱκανῶς. εἶτα ἦλθεν ὁ Ἰουλιανὸς καὶ ὁ Καμαρέριος καὶ ὁ Φιρμάνος καὶ εἶπον ἡμῖν. ὑμεῖς ζητεῖτε, ἵνα λειτουργήσητε παρόντος τοῦ πάπα, καὶ ἡμῶν πάντων. οὔτε οὖν ἡμεῖς οἴδαμεν, ὁποία τίς ἐστιν ἡ λειτουργία ὑμῶν, οὔθ' ὁ πάπας. ἐρωτῶμεν οὖν, ἵνα εἴπητε ἡμῖν πῶς γίνεται ἡ λειτουργία ὑμῶν, καὶ διηγήσησθε ὡς δυνατὸν ἅπασαν τὴν γινομένην ἐν αὐτῇ παρ' ὑμῶν τάξιν.

Διηγήσατο οὖν ὁ Ῥωσίας πῶς γίνεται πρῶτον ἡ προσκομιδή. εἶτα ἡ ἔναρξις τῆς λειτουργίας, καὶ τὰ ἐφεξῆς κατὰ μέρος, μέχρι τέλους αὐτῆς. ἀναπληροῦντος καὶ τοῦ Νικαίας τὰ παραλειπόμενα, ἢ τὰ μὴ σαφηνιζόμενα αὐτῷ καλῶς. οἱ δὲ ἀκούσαντες ἀπῆλθον εἰς τὸν πάπαν. εἶτα πάλιν ἦλθον οἱ αὐτοὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ εἶπον, ἀνηνέγκαμεν τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ ὅσα ὑφηγήσασθε ἡμῖν. τὰ τοιαῦτα οὖν οὐ καταλαμβάνονται καλῶς λόγῳ ψιλῷ ἀλλ' ἡ ἐν τῇ πράξει ὄψις πληροφορεῖ ἕκαστον ὁποῖον τί ἐστιν. οὐκ ἔστιν οὖν εὔκολον πρὸ τοῦ ἰδεῖν καὶ καταλαβεῖν τὸν μακαριώτατον πάπαν, ὁποία τίς ἐστιν ἡ λειτουργία ὑμῶν, ἐνδοῦναι ἁπλῶς παρόντος αὐτοῦ δημοσίᾳ ταύτην γενέσθαι. διὰ τοῦτο ὁρίζει, ἵνα εἰ βούλεσθε ἔλθῃ τις τῶν ὑμετέρων ἐνταῦθα, καὶ λειτουργήσῃ ἰδίως ἔν τινι κελλίῳ, ὡς ἂν θεωρήσῃ ὁ πάπας τὴν τάξιν ἅπασαν τῆς ἱερουργίας ὑμῶν. εἰ δὲ οὐ βούλεσθε τοῦτο ποιῆσαι, τάξατε ἡμέραν ἵνα λειτουργήσητε, ἔνθα συνηθές ἐστιν ὑμῖν ἱερουργεῖν, καὶ ἐλεύσονται ἐκεῖσε δύο ἢ τρεῖς τῶν Καρδηναλίων. μάλιστα δὲ ἀποδέχεται, ἰδεῖν τὴν ἱερουργίαν ταύτην ὁ Καρδηνάλιος τῶν Βενετιῶν, ὁ δὲ ἦν ὁ συμπαρὼν τότε Καμαρέριος ὁ καὶ τοῦ πάπα ἀνεψιός. ἐλθόντων οὖν τούτων καὶ θεωρησάντων ταύτην, ἐὰν πληροφορηθῶμεν ἐξ αὐτῶν ὡς ἐστιν ἀρεστὴ ἡ τάξις τῆς ἱερουργίας ὑμῶν, τότε ἐνδώσομεν γενέσθαι ταύτην καὶ δημοσίᾳ. ἄλλως δὲ γενέσθαι οὐκ ἔστιν εὔκολον. ποιήσατε οὖν ἐκ τῶν δύο τούτων ὅπερ ἀρέσει ὑμῖν.

Ὡς

Beatitudinem obteſtamur, ut alium feſtivum diem præconis buccina faciat promulgari, invitandis ad ſolennia populis, & ſacris celebriter perficiendis. His inſtructi ad aulam properamus, & coram Cardinalibus, & ſelectioribus Conſilij Papalis Epiſcopis, cuncta Papæ patefecimus, qui nobis in aliud conclave abductis, ad conſultandum coierunt: Et poſt breve, Julianus, Camerarius, & Firmanus ad nos intrantes, ſic allocuti ſunt. Vos ſacra veſtra in conſpectu Papæ, omniumque noſtrorum peragere deſideratis: At nos neque ſatis experti ſumus quæ veſtra ſunt ſacra, nec ipſe Papa: ita à vobis ſcire contendimus, quæ & qualia demum ea eſſe perhibentur, & rogamus ut quo ordine in veſtris liturgiis ſingulis diſponuntur, quantum memoria ſuppetit, explicetis.

Quod onus ſuſcepit Roſſenſis, ac primum ut ſacrificandi elementa, advehuntur: dein ut Liturgiam exorſi Cantores, ea perſtringunt quæ ſequuntur. Ab origine ad finem uſque, ſingula recenſuit, ſubveniente interdum Nicæno, ſi quid prætermiſiſſet Roſſenſis, aut minus commode illuſtraſſet: quibus auditis illi ad Papam ſe receperunt: à quo rurſus iidem ad nos redeuntes, hæc retulere, Quæ vos enarraſtis ſingula Beatiſſimo Patri effati ſumus: ſed quandoquidem quæ aures percellunt Oratione nudâ ac ſimplici vix capiuntur, niſi oculis ſubjecta, perfectiori modo credulitatem ingenerent: nec poſſe ſe vobis gratificari aſſerit, ut publicam indulgeat ſacrorum veſtrorum celebrationē Papa, ſpectante ipſo ac Latinis, priuſquam oculis aſpiciat privatim, ac eorum formam penitius comprehendat: Quare judicat opus eſſe, ſi vultis ut veſtrorum aliquis ſacerdotum huc concedat in privatum aliquod conclave, ſacriſque operetur: ut totam methodum veſtrarum precum & ſacrificandi rituum, mente concipiat: vel ſi hoc minus allubeſcat, diem præſtituite, quo veſtra ſacra habebuntur, & duo treſve Cardinales aderunt, præcipuè Cardinalis Venetiarum, qui multum deſiderat Miſſam veſtram conſpicari: (& is tum forte aderat Papæ nepos Camerarius:) quibus adventantibus, & ſingula diligenter contemplantibus, ſi certiores erimus facti, eorum aſſeveratione, cultuum veſtrorum Canonem laudabilem eſſe, gratumque omnibus futurum, dabimus facultatem eundem in publicum proferendi: aliter ad conſenſum difficulter trahemur: Eligite igitur utrum mavultis, ut votorum compotes evadatis.

A nobis autem reverſis, hæc Imperator moleſtiſſime audivit: & inter alia hæc verba profudit. Nos equidem bene ſperavimus quam plurimos errores Latinorum poſſe emendari:

Nunc

Ὡς οὖν ὑποστρεψάντων ἡμῶν ἤκουσε ταῦτα ὁ βασιλεὺς, δυσχερῶς διετέθη, καὶ μεθ' ἑτέρων λόγων εἶπε καὶ τοῦτο. ἡμεῖς ἐθαῤῥοῦμεν διορθῶσαι πολλὰ σφάλματα τῶν λατίνων, νῦν δὲ ὁρῶ ὅτι ἐκεῖνοι οἱ καινοτομήσαντες, καὶ ἁμαρτάνοντες εἰς πολλὰ βούλονται διορθοῦν ἡμᾶς, τοὺς μηδέν τι μεταποιήσαντας. κἀντεῦθεν παρῃτήσατο ὁ βασιλεὺς τὴν ἀπαίτησιν τῆς λειτουργίας.

Nunc contrarium percipimus: Latini, qui quotidie in ſacris innovant, ac multifarie peccant, nos reformare volunt, qui à nullâ unquam regulâ fidei defleximus: Verum exinde miſſificandi veniam à Papa poſtulare, Imperator in perpetuum omiſit.

τμήμ. ι. Κεφ. ιβ.

Μετὰ ταῦτα ἐμήνυσεν ὁ πάπας τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἐπειδὴ ὁ Ἐφέσου οὐκ ἐπείσθη εἰς τὴν ἀπόφασιν τῆς συνόδου, οὐδ' εἰς τὸν ὅρον ὑπέγραψε, δέον ἐστὶν ἵνα κριθῇ συνοδικῶς. καὶ εἰ οὐ πεισθῇ, ἵνα γένηται ἡ ἀνήκουσα εἰς αὐτὸν καταδίκη. πέμψον οὖν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἵνα κριθῇ. ἔτι λέγομεν ὅτι γίνονται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑμῶν τινὰ παρείσακτα ὡς ἀκούομεν, καί ἐστιν ἀναγκαῖον ἵνα διορθωθῶσι κἀκεῖνα. ὧν ἐστὶ καὶ ἡ διάζευξις τῶν ἀνδρογύνων περὶ ὧν ἀπεφήνατο ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὅτι οὓς ὁ θεὸς συνέζευξεν ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. ὑμεῖς δὲ ἀδεῶς διαζεύγνυτε αὐτούς. πρὸς τούτοις λέγομεν ὅτι ὁ πατριάρχης ὑμῶν ἐτελεύτησε, καὶ δεῖ ἵνα ποιήσητε ἕτερον ἔτι ὄντες ἐνταῦθα. ἔσται γὰρ τοῦτο, καὶ εἰς πλείονα βεβαίωσιν τῆς ἑνώσεως, καὶ εἰς βοήθειαν τοῦ γενησομένου πατριάρχου. εὑρήσει γὰρ καὶ παρ' ἡμῶν τιμὴν, καὶ ἀγάπην, καὶ συνδρομὴν καὶ χάριτας. ὅμως ἡμεῖς ἔχομεν ἐνταῦθα τὸν ἡμέτερον Κωνσταντινουπόλεως, ὅς ἐστι καλὸς ἄνθρωπος καὶ χρήσιμος καὶ εὐγενὴς, καὶ γέρων, καὶ πλούσιος. εἰ οὖν λήψεσθε αὐτὸν ὡς πατριάρχην, ἔσται καὶ εἰς συμφέρον τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν. ἔστι γὰρ γέρων, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν διαρκέσει ἡ ζωὴ αὐτοῦ. καὶ δι' ὀλίγου καιροῦ κερδήσει ἡ ἐκκλησία τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. οὐκ οἶδα εἰ κωλύει ὑμᾶς τὸ ἑτερόγλωσσον τοῦ ἀνδρός. εἰ οὖν ἀναγκάσει τὸ κώλυμα τοῦτο πρὸς ἕτερον ἀποβλέψαι, ποιήσατε ἐνταῦθα ἕτερον ἐκ τῶν ὑμετέρων.

Ἀντεμήνυσε δὲ πρὸς ταῦτα ὁ βασιλεύς. περὶ μὲν πατριάρχου οὔτε ὁ καιρὸς οὔτε ὁ τόπος δίδωσιν ἡμῖν ἀρτίως ποιῆσαι πατριάρχην. ὅταν δ' ἐπανέλθωμεν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν συναιρομένου Θεοῦ προσκαλεσόμεθα καὶ τοὺς λοιποὺς ἀρχιερεῖς, ἔχο-

SECT. X. CAP. XII.

His ita geſtis Papa miſit ad Imperatorem, ut Epheſius quando nec Synodi decretis ſe ſubmiſerit, nec ſubſcripſerit unioni, tradatur publicæ Synodi cenſuræ: Et ſi refractarius perſtiterit, ut tantæ pervicaciæ pænas daret: quare ad nos mittatur, quem depoſcimus ad judicium. Dein, accepimus in veſtrâ Eccleſiâ nonnulla dogmata enormia doceri, neceſſario reformanda: ut illud de Divortio virorum & fæminarum, de quo Salvator noſter in Evangelio pronuntiavit, quos Deus conjunxit homo ne ſeparet: At vos illicitè leges matrimonij violatis: Ad hæc Patriarcha veſter fatis conceſſit, & oportet novum ſubſtitui, dum hic commoramini, tanquam negotium rerum noſtrarum, temporumque articulis perneceſſarium: id enim conducet ad unionis nuperæ confirmationem, & in futuri Patriarchæ præſidium, qui à nobis honorem, affectum, gratiam, obſervantiam, etiam & auxilium abundè reperiet: Et eſt nobis ad manum noſter Latinus Patriarcha Conſtantinopolitanus, quem promovi, virum inſignem & probum, nobilem, ſenem, & opibus affluentem: Hunc ſi in Patriarcham eligetis, emolumento veſtræ Eccleſiæ conſuletis: Nec enim diu ſuperfuturus eſt, qui ætatis multum provectæ ad metam ultimam provolat, & exigui temporis patientiâ, ejus omnem opulentitatem Eccleſia veſtra lucrabitur: Quod ſi vos hominis peregrinus ſermo perterret, circumſpicite in veſtratibus quemcumque libuerit, dummodo Patriarcham ſuffeceritis.

Ad hæc Imperator reſponſionem remiſit: Ac primo ad Patriarcham quod attinet, electioni Patriarchæ nec tempus nec locum favere: ſed Conſtantinopolin reverſi Deo aſpirante, totum clerū convocabimus, ac pro legibus Eccleſiæ, electum rite Patriarcham renuntiabimus: Tum quod ad Epheſium, quando noſter eſt Præſul, ad noſtros pertinet cenſura ac animadverſio: Quem ſi quid deliquerit, leni prius oratione permulcebunt, nec id ſemel, ſed ſæpius ut à pertinacia ſubducant: Et ſi præfractum deprehendent, tum Tribunali noſtræ Synodi ſubjicient, ut quam

ἔχομεν γὰρ καὶ ἄλλους, καὶ μετὰ τῆς ψήφου πάντων ποιήσομεν ἐκεῖσε πατριάρχην. περὶ δὲ τοῦ Ἐφέσου ὅτι αὐτός ἐστιν ἡμέτερος ἀρχιερεὺς, καὶ τοῖς ἡμετέροις μελήσει περὶ αὐτοῦ. εἰσηγήσονται γὰρ καὶ παραινήσουσιν αὐτὸν λόγοις φιλικοῖς καὶ συμβουλευτικοῖς οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις. καὶ εἴπερ εὑρήσουσιν αὐτὸν πάντη ἀνένδοτον τότε ἔσται εἰς τὴν διάκρισιν τῆς ἡμετέρας συνόδου καὶ ποιήσει ὅπερ ἂν διακρίνῃ περὶ αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἐπεί ἐστιν ἡμέτερος οὐδὲν ἀνήκει τῷ πάπᾳ ζητεῖν κριθῆναι νῦν τὸν Ἐφέσου ἐπὶ τῆς ἰδίας συνόδου. ἀλλ' ἡμεῖς φροντιοῦμεν περὶ αὐτοῦ. εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν κυριακὴν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἠθέλησεν ὁ βασιλεὺς ἵνα κηρυχθῇ τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα ἐν τοῖς διπτύχοις, μήτε βουλευσάμενος περὶ τούτου μετὰ τῆς δοκούσης ἡμετέρας συνόδου, μήτε τοῦ πάπα τοῦτο αἰτήσαντος. μᾶλλον μὲν οὖν ὅτε περὶ τῆς προσθήκης διελέγοντο εἶπον τινὲς τῶν ἡμετέρων πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ πάπα, καλόν ἐστιν ἵνα τάξωμεν καὶ ἀναφέρωμεν τὸ ὄνομα τοῦ πάπα, ἐν τοῖς διπτύχοις, καὶ οὕτω γενομένης εἰρήνης καὶ ἑνώσεως παύσωμεν καὶ τὸ περὶ τῆς προσθήκης, καὶ τὸ περὶ τῆς δόξης. οἱ δὲ εἶπον ὅτι ὁ πάπας ἡγεῖται ἀναγκαιότατον διορθωθῆναι, καὶ συμφωνῆσαι εἰς τὴν διαφορὰν ἣν ἔχομεν περὶ τῆς δόξης. περὶ δὲ τοῦ μνημοσύνου οὐδένα ποιεῖται λόγον, οὐδὲ γὰρ ἔχει τοῦτο περὶ πολλοῦ.

quam nostri in eum statuent pœnam justo dolore persentiscat: Cum igitur noster sit, ad suorum Synodum postulare Ephesium judicandum Papa non debuit, de nostro homine investigationem, cum nobis visum est maturabimus. Dominico proximo unionem insequenti, voluit Imperator Papæ nomen diptychis insertum commemorari: quamvis nihil de eâ re ad suam Synodum retulisset, nec poposcisset Papa: Nam secus cum semel quæstio de Additamento argueretur, aliqui nostrorum quibusdam Papæ clientibus dixerunt, consultum esset si Papæ nomen in diptychis insereremus: pace procusâ ac unione, hæ disceptationes de Additamento ac dogmate exolescerent: Immo vero respondent isti, danda est potius opera, ut inter nos solidè conveniat, de Dogmatum differentiâ, nam illum commemorandi in diptychis ritum, spernit nec flocci æstimat Papa.

τμήμ. ι. κεφ. ιγ.

Τέως δὲ ὁ βασιλεὺς ὥρισεν ἵνα λειτουργήσῃ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ εἰς τὸ παλάτιον ὡς ἀρχιδιάκονος, καὶ μνημονεύσῃ. ὁ δὲ προεβάλετο νοσεῖν. ἐλειτούργησε δὲ ἀντ' αὐτοῦ ὁ ὑπομνηματογράφος φιλοτιμησάμενος μνημονεῦσαι. ἐλειτούργησε δὲ καὶ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος. ἦλθον οὖν ἐκ τοῦ πάπα Πρωτονοτάριος καὶ ἐπίσκοποι τρεῖς, καὶ ἵσταντο προσεχῶς θεωροῦντες τὴν λειτουργίαν. ἐν ταύτῃ οὖν οὔτε ἐν τῷ ἁγιάσαι εὐλόγησε τὰ θεῖα δῶρα ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος οὔτε ἐν τῷ ἑνῶσαι, ὡς ἔφασκον οἱ ἀκριβῶς θεωρήσαντες οἳ καὶ κατεγίνωσκον αὐτόν, καὶ πλέον τῶν ἄλλων ὁ συλλειτουργήσας τότε ἄλλος διάκονος ὁ Φίλιππος, ὅστις καὶ ἀποτρόπαιον εἶχε τοῦτο. καὶ λίαν κατηγόρει τοῦ οὑτωσὶ λειτουργήσαντος προσκείσθω καὶ τὸ ἐφεξῆς ὡς ἥδυσμα μὲν τοῦ λόγου, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ὡς ἔλεγχος τῆς κακούργου μεταβολῆς τοῦ δηλωθέντος διακόνου.

Μετὰ τὸ γενέσθαι τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα τῇ ἐπιούσῃ κυριακῇ, ἡτοιμάζοντο ἱερουργῆσαι ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ ἔτυχε δεσμῶν ὁ αὐτὸς Φίλιππος ξύλα προμήκη

SECT. X. CAP. XIII.

Intereà Magno Scriniario Imperator injunxit, ut quando esset Archidiaconus, sacra diceret in palatio & Papæ nomen in Diptychis commemoraret: Ille vero se excusabat adversa cum valetudine conflictantem: Sed ejus vicem supplevit operandi munio perfunctus Commentariorum scriptor, qui zelo quodam ambitioso flagrabat, Papæ nomen inter suorum primos proferendi: Quin & Mag. illic Primicerius sacra peragebat, quando à Papâ missi advenerunt Protonotarius ac tres Episcopi, qui acerrimis oculis Liturgiæ totam seriem, methodumque comtemplabantur: In Canone autem Officiali percurrendo, Primicerius cum ad Elementa perveniret consecranda, mysteriis non benedixit, quemadmodum nec in aliis Liturgiis quas administravit in honorem celebratæ unionis', prout plurimi observarunt, Primicerium condemnantes, ac præcipuè Diaconus Philippus, ad peragenda tum sacra Primicerio junctus succenturio: qui id ut execrandum habuit, ac detestabile, hominemque sic operantem diris devovit: Sed & hoc adjiciemus, quasi in sermonis ferij condimentum, vel potius in vituperium prædicti Diaconi, qui fidem turpiter projectam in Romanam commutavit.

Dominicâ post Papæ nomen commemoratum in Diptychis, forte locum quendam in aulâ Impera-

κη ἐν οἷς ἐκρέμων βηλόθυρα, δι' ὧν τύπον ναοῦ περιέκλειον, ἱσταμένου ἐκεῖσε καὶ τοῦ μεγάλου Πρωτοσυγκέλλου, καὶ ἐν τῷ μεταχειρίζεσθαι τὰ ξύλα τὸν Φίλιππον, ἓν ἐκπεπτωκὸς παίει κατὰ τοῦ μετώπου τὸν μέγαν Πρωτοσύγκελλον. ὁ δὲ εὐθὺς θυμοῦται καὶ σκώπτει καὶ ἄρχεται τὸν Φίλιππον κεκατηραμένε λέγων καὶ οὐδαμινέ. παρ' ὀλίγον ἐξέκοπτες μου τὸν ὀφθαλμόν. τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι ἀκουσίως ἐγένετο καὶ συγγνώμην αἰτησαμένου, τῷ μήτ' ἐκ προαιρέσεως γεγονέναι, μήτε βλάβην τινὰ παρακολουθῆσαι, αὐτὸς πάλιν ἔφη, νῦν ἂν ἐξεκόπην τὸν ὀφθαλμὸν ἀπὸ αἰτίας σῆς, καὶ σὺ κακὲ ἄνθρωπε καὶ ἀναίσχυντε φωνάζεις καὶ νομίζεις ὅτι λέγεις τι; ὁ δὲ Φίλιππος αὖθις εἶπε δέσποτά μου ἀκουσίως συνέβη, καὶ παρακαλῶ, σύγγνωθί μοι. αὐτοῦ δὲ πάλιν πλείοσιν ὕβρεσι καὶ σκώμμασι χρησαμένου κατ' αὐτοῦ. ἐκκακήσας ὁ Φίλιππος ἔφη, ἐγὼ εἶπον δέσποτά μου ὡς ἀκουσίως συνέπεσε τὸ συμβάν. εἰ δὲ καὶ ἑκόντα με νομίζεις τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἔστι παράδοξον, αὐτὸς γὰρ ἑκουσίως ἀπετύφλωσας τὸν τῆς ψυχῆς σου ὀφθαλμόν, τί οὖν καινὸν εἰ καὶ ἐγὼ τὸν σωματικόν σου ὀφθαλμὸν ἀπετύφλουν. τότε τοίνυν θυμοῦται καὶ πλέον ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος καὶ ἀναισχυντεῖ καὶ ὑβρίζει αὐτὸν τῆς ἐξαμάξης. καὶ τελευταῖον λέγει, ὅτι ἀπὸ τοῦ δαιμονῶντος Ἐφέσου ἔχετε ταύτας τὰς διδασκαλίας, ἵνα ὑβρίζητε ἡμᾶς. τοιαύτας θεολογίας διδάσκει ὑμᾶς ὁ Ἐφέσου. ἀπεκρίνατο δὲ ὁ Φίλιππος. ὁ Ἐφέσου ἐστὶν ἅγιος ἄνθρωπος, καὶ διδάσκαλος ἄριστος, καὶ θεόλογος ἄκρος, οὗ λέγοντος οὐκ ἐπαΐετε ὑμεῖς, οὐδὲ ἐστὲ ἱκανοὶ κἂν μαθηταὶ αὐτοῦ εἶναι. λέγετε δὲ αὐτὸν δαιμονᾶν κατὰ τοὺς Ἰουδαίους τοιαῦτα λέγοντας κατὰ τοῦ Σωτῆρος οὗ μιμητής ἐστι καὶ αὐτός. ταῦτα τοίνυν ἀνῆψαν καὶ ἔτι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ ἐξενήχθη εἰς ἄπειρον κατηγορῶν καὶ ὑβρίζων. καὶ ἐπὶ πᾶσι προσέθηκεν, ὅτι εἰ μὴ εἴπω τὸν βασιλέα, καὶ καύσῃ τινὰ ἐξ ὑμῶν, οὐ παύσεται τὸ κακόν. καὶ οὕτω μόλις ποτὲ ἐσιώπησεν. ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὸς ὁ ἐλέγξας τὸν μέγαν Πρωτοσύγκελλον ὡς τυφλώσαντα τὸν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ὀφθαλμόν, ὕστερον ἑκὼν ἐτύφλωσε ὁ δείλαιος τοὺς τῆς οἰκείας ψυχῆς ὀφθαλμοὺς πολυ-

peratoriâ mundabant, parabantque, illic miſſificaturi: Et Philippus cum palos aliquot longiores parieti infigeret, quibus aulæa penderent, ut ad modum templorum ſacrarium interius ab Eccleſiæ nave diſtingueret, ſtante inferius Primicerio, hæc ligna cum Philippus manibus tractaret, unum è foramine eluxatum decidens, frontem Primicerij contudit: Ille ſtatim irâ percitus excandeſcit, imprecatur, maledicit: Sceleratum caput, inquiens, fungoſe Nebulo, tantum non alterutrum mihi oculorum eliſeras: Cumque Philippus veniam exoraret fortuitam injuriam excuſans, nec ortam à perversâ voluntate, ſed caſu, nec quidquam damni gravioris inferentem, Primicerius altius intonuit: Poſtquam perfidiâ tuâ ac negligentiâ oculum amittere periclitabar, hominum peſſime & impudentiſſime, audes etiam obgannire verbis, & improbitatem tuam garrulitate reſarcire? At Philippus in eâdem veniæ ſupplicandæ deprecatione perſtitit: Et ah! mi Domine, inquit, ignoſcas invito peccanti: Verum cum à Primicerio magis magiſque ſannis & opprobriis laceraretur, ſpem veniæ deſpondens, & tantâ inhumanitate altius extimulatus reſpondit: Tibi faſſus ſum, mi Domine, me nil mali cogitantem, hoc quicquid eſt infælicitatis commiſiſſe: Sed quando tibi viſum eſt ſequius interpretari, quaſi de induſtriâ perpetraſſem, ne id tibi pro monſtro habeatur, ſi tibi oculum è fronte eruiſſem, cum tu tibi metipſi mentis oculum ſponte exterebraveris: Furere tum planè cepit Primicerius ac dementari: diſplodere probra, & plauſtra convitiorum in hominem contorquere: Tandemque dixit, hos mores à Lunatico Epheſio imbibiſtis, me petulanter contumeliis obruendi: Hæc ſunt illa fundamenta, Theologiæ, quibus vos inſtruxit: At Philippus: Epheſius (inquit) eſt vir eximiæ ſanctitatis, doctor ſummus, ſubtiliſſimus Theologus, qui vos tam infinitis paraſangis prætervehitur, ut illum è roſtris declamantem nec comprehendere valeatis, nec digni eſtis, ei in Neophytorum tyrocinia admitti: Vos eum inſanire dicitis quẽadmodum Judæi olim Salvatorem noſtrum, cujus patientiam Epheſius imitatur: Quibus verbis Primicerius in tam immenſam exarſit iram, ut tanquam commune incendium ubiq; ignem diſpergeret, ferox & contumelioſus, ac in fine his verbis minacibus concluderet, niſi Imperatorem perſuaſero aliquem è vobis vivicomburio abſumere, nunquam erit horum exitus malorum: atque ita ægrè demum conticuit: Sed ille qui Primicerium reprehendere non perhorruit, quod unum mentis oculum effudiſſet, poſtea lubens ac volens miſer animæ ſuæ utrumque oculum extinxit, gravem lapſus in Apoſtaſiam, cæteris om-

λυπηρόπως καὶ κατέπεσε δεινῶς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πτῶμα ἐλεεινόν, καὶ δακρύων ἄξιον. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω.

τμήμ. ι. Κεφ. ιδ.

Οἱ δὲ μητροπολῖται τῷ γήρᾳ καὶ τῇ ταλαιπωρίᾳ τρυχόμενοι, ἱκέτευον ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βενετίαν, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀναπαῦσαι ἑαυτούς. μηδὲ γὰρ εἶναι χρείαν ἤδη γεγονυίας τῆς ἑνώσεως, καὶ τῆς ὑπογραφῆς τοῦ ὅρου. καὶ ὁ βασιλεὺς ἔλεγε, καρτερείτωσαν μέχρις ἂν λήψωνται τὸ σιτηρέσιον τῶν παρελθόντων πέντε μηνῶν. ἀπελθόντων γὰρ αὐτῶν οὐ δώσει ὁ πάπας ὅπερ ὀφείλει αὐτοῖς. ὡσαύτως προσέταξε, καὶ εἶπον τῷ πάπᾳ, ὅτι ἐπειδὴ ἡ ἕνωσις ἐγένετο, καὶ ἔσονται εἰς τὸ ἑξῆς αἱ ἐκκλησίαι ἡνωμέναι ἀεὶ Θεοῦ χάριτι, δέον ἐστὶν ἵνα ἔχῃ ἑκάστη ἐκκλησία τὰς ὑποκειμένας αὐτῇ ἐνορίας, καὶ μητροπόλεις, ὅσας εἶχε καὶ ἐξ ἀρχῆς. δεῖ τοίνυν ἵνα ἐπανακαλέσηται καὶ λάβῃ ἡ ἡμετέρα ἐκκλησία τῆς Κωνσταντινουπόλεως, τὴν Κρήτην, τὴν Κέρκυραν καὶ τὰς λοιπὰς νήσους καὶ μητροπόλεις ὅσας ἀπέσπασαν ἐξ αὐτῆς οἱ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεῖς.

Ὁ δὲ πάπας ἄκροις ὠσὶ ταῦτα ἀκούσας, οὐδὲ ἀπόκρισιν δοῦναι ἠθέλησε. τινὲς δὲ τῶν ἀρχιερέων, καὶ μάλιστα οἱ ἔχοντες λατινεπισκόπους ἐντὸς τῶν ἑαυτῶν μητροπόλεων ἐπίθεντο καὶ παρεκάλουν τὸν βασιλέα, ἵν' ἐπιμεληθῇ, καὶ ἐκβάλῃ τοὺς λατινεπισκόπους ἐκ τῶν ἰδίων ἐκκλησιῶν. οἱ δὲ ἦσαν ὁ Μονεμβασίας, ὁ Ῥόδου, ὁ Μιτυλήνης καὶ ἕτεροι. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέτρεψεν αὐτοῖς λαβεῖν καὶ ἑτέρους οὓς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀρχιερέων καὶ παραγενέσθαι αὐτοὺς εἰς τὸν πάπαν καὶ ζητῆσαι τοῦτο. ὡς αὐτοῦ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς περὶ τούτου διαμηνυσαμένου καὶ μὴ λαβόντος τινὰ ἀπολογίαν.

Ἀπῆλθον τοίνυν οἱ δηλωθέντες εἰς τὸν πάπαν συμπαραλαβόντες καὶ τὸν Νικαίας, καὶ ἄλλους τινάς, καὶ ἐζήτησαν διὰ πολλῶν λόγων, ἵνα προνοήσηται ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία τῶν ἑαυτῆς ἐπισκόπων τῶν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἐπισκοπαῖς εὑρισκομένων, ἔνθα ἂν καὶ καθὼς δόξῃ αὐτῇ ἁρμόδιον ὑπὲρ αὐτῶν. ἐάσῃ δὲ τὰς μητροπόλεις ἐλευθέρας ὥστε ἔχειν ταύτας τοὺς ἡμετέρους ἀρχιερεῖς μεμονωμένως. εἰπόντες πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο, ὅτι ὀφείλει ἡ Ῥωμαϊκὴ ἁγία Ἐκκλησία τηρεῖν τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανό-

νο-

omnibus miserandum & lacrymabile exemplum. Et de his satis.

SECT. X. CAP. XIV.

At Metropolitani tam senij malis quam miseriarum cumulis attriti, proficiscendi Venetias veniam implorabant, ut se parumper refocillarent: Si quidem usum ulteriorem ipsorum præsentia præstare non posset, contractâ jam unione, & Definitione subscriptâ: verum Imperator jussit aliquantisper commorari, dum stipendia reciperent, quinque mensium insoluta: nam si discessu solutionem anteverterent, Papam nunquam se exoneraturum quibus tenetur. Præterea iisdem mandavit ut Papam adeuntes dicerent, quando jam Unio finem exoptatum est consecuta, & Ecclesiæ posthac in concordiæ vinculum sociatæ per Dei gratiam æternò perdurabunt, æquum est ut utraque Ecclesia suos sibi habeat fines diæcesium, ac civitates Metropoliticas, quas ab antiquo obtinuit: Oportere igitur nostram Constantinopolitanam, sic ad vetusta privilegia restitui, ut in jurisdictionem revocet suam, ac possideat Cretam, Corcyram, aliasque insulas, ac urbes Metropoliticas, quas ab eâdem Archipræsules Romani abripuerunt.

Quæ Pontifex allapsa ad aures summas perfunctorie audivit, sed nullum responsum dignatus est: Nam aliquot Metropolitani, præcipuè qui infra suas diæceses ac urbes Metropoliticas receperant Latinos Episcopos, Imperatorem imploverant, ut huic malo tempestivè occurreret, Latinosque Episcopos ex ipsorum Ecclesiis ejiceret: Cujus querelæ principales tum erant Monembasiæ, Rhodi ac Mitylenes Episcopi: quare opportunam hanc nactus occasionem Imperator, eos hortatur, ut adhibitis quos vellent contubernalibus, Papam ipsi aggrederentur, & propriis nominibus hæc deposcerent, siquidem ille Papam semel atque iterum sollicitasset, nec aliud responsum tulisset, quam obstinatum silentium.

Igitur rectà ad Papam prædicti properarunt, assumptis secum Nicæno, cum quibusdam aliis: Et multis verborum ambagibus orarunt, ut Romana Ecclesia suis Latinis providere dignaretur qui nostris Episcopatibus incumbentes deprehenderētur, quibus locis aut modis ipsis videretur maximè conducibile, ut Ecclesias nostras nostri homines occupare possent, singuli absq; superinductis consortibus: Id insuper asseverātes, obligari Romanam Ecclesiam ad Sanctorum Canonum observationem, & ad præstationem eorum omnium quæ in ipsis præscribuntur: In-

ter-

νόνας, καὶ ποιεῖν καθὼς ἐκεῖνοι διαγορεύουσιν. οἱ κανόνες οὖν ἀπαγορεύουσιν, εἶναι δύο ἐπισκόπους, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἐπισκοπῇ. ὡσαύτως καὶ τὸ χειροτονεῖν τινὰ εἰς ἐνορίαν τὴν μὴ ὑποκειμένην αὐτῷ. πολλῶν οὖν λαληθέντων ἀφ' ἑκατέρου μέρους λόγων, τελευταῖον ἔδωκαν οἱ ἐκ τῆς ῥώμης ἀπόκρισιν τήνδε. νῦν γέγονεν ἡ ἐκκλησία Θεοῦ χάριτι μία, καὶ οὔτε ὑμεῖς φρονεῖτε ἄλλο παρὸ φρονοῦμεν ἡμεῖς, οὔτε οἱ ἐπίσκοποι οὓς λέγετε φρονοῦσιν ἢ διδάξουσιν ἄλλο παρὸ φρονεῖτε ὑμεῖς καὶ διδάσκετε. διὰ τοῦτο οὔτε ἀναγκαῖον ἐστιν οὔτε εὔκολον ἵνα ἢ ὑμᾶς ἐκβάλωμεν ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν ὧν ἔχετε, ἢ ἐξελάσαι τοὺς ἡμετέρους ἐξ αὐτῶν. λέγομεν δὲ ἵνα εὑρίσκησθε ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπισκοπαῖς ὁμοῦ μετὰ τῶν εὑρεθέντων ἡμετέρων ἐπισκόπων. καὶ εἰ μὲν ὁ λατινεπίσκοπος πρότερος τελευτήσοι, ἐχέτω ὁ γραικὸς τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ μονοπροσώπως ἔκτοτε παρ' ὅλην τὴν ἑαυτοῦ ζωήν. καὶ ἀποθανόντος ἐκείνου πάλιν ποιείτω ἡ ἀνατολικὴ ἐκκλησία ἕτερον καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως. εἰ δὲ ὁ γραικὸς προτελευτήσοι, ἐχέτω ὁ λατῖνος τὴν ἐπισκοπὴν μονοπροσώπως τὸν ὅμοιον τρόπον, καὶ μετὰ τελευτὴν ἐκείνου, ἐχέτω τὴν ἐκκλησίαν ἡ ῥώμη. καὶ ποιείτω ὁ πάπας ἕτερον ἐπίσκοπον, καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως. ταύτην τὴν δηλιτηριώδη θεραπείαν δέδωκεν ὁ πάπας ψιλῷ λόγῳ, πράγματι δὲ οὐδαμῶς. Ἀλλ' οὐδὲ δίκαιον ἦν ἢ κανονικὸν προβῆναι ταύτην ἢ στερχθῆναι παρὰ τῶν ἡμετέρων;

terdicunt autem omnino Canones antiqui, geminos Episcopos in unam eandemque sedem inaugurari: aut quemlibet unum consecrari ab alio in diæcesin jurisdictioni suæ minimè subjectam. Multis itaque de hoc negotio sermonibus ultro citroque reciprocatis, Romani nobis demum hanc responsionem retulerunt: Nunc per Dei benignam dispensationem Ecclesia in unum coaluit, ita ut nec vos aliter sentiatis quam nos sentimus, nec illi Episcopi nostri de quibus sermo instituitur, sapiunt aliud aut docent, quam vos sapitis aut docetis: Quocirca ut nec fieri est necessarium, nec pronum vos ab Ecclesiis quas possidetis exturbare, ita nec nostros eliminare, ab iis Ecclesiis quas nunc occupant: Sed continuandas Ecclesiarum possessiones, eo quo nunc se habent ordine arbitramur: ut vos cum nostris Episcopis, in unâ eâdemque Cathedrâ juncti præsideatis: & si in fine contigerit, nostrum Latinum Episcopum prius mortem obire, habeat Græcus Cathedram sibi solam, pro vitæ residuo, & moriente postea etiam & Græco, Orientalis Ecclesia successorem substituat, tam mortuo, quam in omne deinceps ævum: Si vero Græcus prior expirabit, consimili ratione tum Latinus sine socio Episcopatum sibi vendicet, & cum Latinus vita functus vacantem sedem reliquerit, disponendi cuilibet eam sedem ratio relabatur in sinum Romæ: & de Episcopo in perpetuum illuc mittendo, Papa curet: Hanc medelam pestiferam, & venæno delibutam, nostris querimoniis Papa applicuit: idq; nudis tantummodo verbis, re nihil unquam præstitit: Et quam fuisset injustum simplex hoc Papæ oblatum, eo promoveri, ut in solidum inter gentes pactum à nobis confirmaretur?

τμήμ. ι. κεφ. ιε.

Ὁ δὲ πάπας ἀπήτησε τὸν βασιλέα, ἵνα στείλῃ τὸν Ἐφέσου πρὸς αὐτόν. καὶ προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου εἶπεν αὐτῷ. ἐπεὶ διεμηνύσατο ὁ πάπας περί σου δίς τε καὶ τρὶς ἤδη, δέον ἐστὶν ἵν' ἀπέλθῃς πρὸς αὐτόν. μὴ δειλιάσῃς οὖν, ἐγὼ γὰρ εἶπον καὶ διεμηνυσάμην ὑπὲρ σου πολλά. καὶ προκατέστησα ἵνα μηδὲν σκληρὸν ἢ κακωτικὸν γένηται κατὰ σοῦ. λοιπὸν ἄπιθι καὶ ἄκουσον ὅσα ἐρεῖ καὶ ἀπολογήθητι ἀνυποστόλως ὅσα ἄν σοι δόξωσιν ἁρμόδια πρὸς τοὺς λόγους αὐτοῦ. ἐλθὼν τοίνυν ὁ Ἐφέσου πρὸς τὸν πάπαν, εὗρεν αὐτὸν κελλικῶς καθήμενον μετὰ τῶν Καρδηναλίων, καὶ ἐπισκόπων ἕξ, οὓς εἶχεν ἐκεί-

Sect. X. Cap. XV.

Papa vero tum ab Imperatore flagitavit, ut Ephesius coram ipso sisteretur: quem accersitum ad se prius Imperator his verbis animavit: Quando Papa bis terve te poposcit, opus est ad eum ut proficiscaris: Sed noli vereri, Ego enim intercessi plurimum obtestatus, & cum Papa constitui ne quid tibi injuriarum aut detrimenti inferretur: Accinge te igitur & cum objecta audiveris, respondeas absque prævaricatione, aut metu quæ tibi videbuntur orationi suæ maxime convenire. Ephesius itaque versus aulam, carpit viam: Papamque inter Cardinales & sex Episcopos, quos habuit, consilij secretioris primarios privato in conclavi sedentem, deprehendit: Qui facta debitâ reverentiâ, cum videret omnes Papam circumcingere sedentes: Adeo renum doloribus, inquit, & malis podagricis fa-

tigor,

κρίτους τῆς βουλῆς, καὶ προσκυνήσας, εἶτα ἰδὼν τὸν πάπαν καθημένους εἶπεν. ἐγὼ ἀγανακτῶ τοὺς νεφροὺς μου καὶ τοὺς πόδας, καὶ οὐ δύναμαι ἵστασθαι, καὶ εὐθὺς ἐκάθισεν. εἶπεν οὖν ὁ πάπας λόγους πολλοὺς πρὸς τὸν Ἐφέσου. ἦν δὲ ὁ σκοπὸς τῶν λόγων, ἵνα πεισθῇ καὶ αὐτὸς καὶ ἀκολουθήσῃ τῇ συνόδῳ, καὶ στέρξῃ τὴν ἕνωσιν. εἰ δ᾽ οὐ ποιήσει τοῦτο πείσεται ὅπερ ἔπαθον καὶ οἱ ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις ἀπειθοῦντες, ὅτι καθῃρέθησαν καὶ ὡς αἱρετικοὶ ἀπεκηρύχθησαν. ἔδωκε δὲ καὶ ὁ Ἐφέσου πρὸς τοὺς λόγους τοῦ πάπα ἀποκρίσεις ἱκανάς. περὶ δὲ τῆς ἀπειληθείσης αὐτῷ καταδίκης εἶπεν ὅτι αἱ σύνοδοι κατεδίκαζον τοὺς μὴ πειθομένους τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ᾽ εἰς δόξαν τινὰ ἐναντίαν αὐτῆς ἐνισταμένους καὶ ταύτην κηρύττοντας, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνιζομένους. διὸ καὶ αἱρετικοὺς ἐκάλουν αὐτοὺς καὶ κατεδίκαζον πρῶτον τὴν αἵρεσιν, εἶτα τοὺς ἀντεχομένους αὐτῆς. ἐγὼ δὲ οὐ κηρύττω ἰδίαν μου δόξαν, οὐδέ τι ἐκαινοτόμησα οὐδὲ ὑπὲρ ἀλλοτρίου τινὸς δόγματος καὶ νόθου ἐνίσταμαι. ἀλλ᾽ εἰς τὴν ἀκραιφνῆ δόξαν τηρῶ ἐμαυτὸν, ἣν παρέλαβε καὶ κατέχει ἡ ἐκκλησία ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν χριστοῦ καὶ ἐς δεῦρο. ἣν καὶ ἡ Ῥωμαϊκὴ ἁγία ἐκκλησία πρὸ τοῦ σχίσματος κατεῖχεν ὁμοῦ μετὰ τῆς ἡμετέρας ἁγίας ἐκκλησίας τῆς ἀνατολικῆς. ἥν τινα δὴ εὐσεβῆ δόξαν, καὶ πρότερον μὲν ἀεὶ ἐπῃνεῖτε, καὶ ἐν τῇ παρούσῃ δὲ συνόδῳ πολλάκις αὐτὴν ἐπῃνέσατε. καὶ οὐδεὶς δύναται κατά τι μέμφεσθαι ἢ κατηγορεῖν αὐτῆς. εἰ ταύτης τοίνυν ἀντιποιοῦμαι, καὶ ἐξ αὐτῆς παρεκκλῖναι οὐ βούλομαι, πῶς ἂν καταχριθείην δίκην ἣν οἱ αἱρετικοὶ κατεδικάζοντο; τίς ἂν ὑγιῶς καὶ εὐσεβῶς φρονῶν τοιοῦτόν τι ποιήσοι κατ᾽ ἐμοῦ; δεῖ γὰρ πρῶτον τὴν δόξαν ἣν δοξάζω καταχρῖναι. εἰ δὲ αὕτη εὐσεβὴς καὶ ὀρθόδοξος ὁμολογεῖται, πῶς ἐγὼ καταδίκης ἄξιος; ταῦτα καὶ ἕτερ᾽ ἄττα εἰπὼν καὶ ἀκούσας ἐπετράπη ἀπελθεῖν εἰς τὰ ἴδια.

tigor, ut ſtare nequeam, & ſine morâ, in locum ſe diſpoſuit: At Papa multa in Epheſium detonuit, quorum hic erat ſcopus ut Epheſius prudentiora conſilia amplexus, Synodi dictamina ſequeretur, & unionem confirmaret: Quod ſi facere detrectaret, ſciret ſe ſubiturum pænas quas priores Synodi Oecumenicæ in contumaces inflixerint, qui omni munere Eccleſiaſtico abrogati, ac ut hæretici dejiciebantur. Epheſius ſermonibus Papæ reſponſa ſatis copioſa reddidit: Ad ſupplicia vero quæ ipſi minatus eſt Papa, dixit: Synodos Eccleſiæ tantum rebelles condemnaſſe, qui dogma aliquod ab Eccleſiæ legibus aberrans, pervicaciter ſuſciperent, & concionibus publicis prædicarent, & omni conamine defenderent: Unde hæreticos appellarunt: Ac primo ipſam hæreſin condemnarunt, deinde in hæreſeos defenſores ejuſdem autoritatis enſem ſtrinxerunt: Ego privatam doctrinam aut meam publicè nunquam docui, nunquam in Eccleſiâ quid innovavi, nullum dogma exoticũ aut ſpurium defendi: Sed me reſervavi ad eam duntaxat opinionem, quam intemeratam à noſtro ſalvatore Chriſto Eccleſia primum ſuxit, & in eâdem ad hæc uſque tempora defluentem: quam & ſancta Romana Eccleſia, ante exortum inter nos ſchiſma, non minus ac noſtra Orientalis caram habuit ac propugnavit: quam ut ſanctam ſicut antea ſemper collaudaſtis, ita in hac ipſa Synodo ſæpe cum honore ac veneratione commemoraſtis, & quam nemo vituperare poſſit vel refellere: Et ſi hanc ego mihi omni marte vendico, & ab eâdem dimoveri me non patior, quæ Synodus me pænis hæreticorum ſubjiciat? Aut quis mentis compos, vel ullo relligionis ſenſu contactus, hæc in me ſupplicia meditetur? oportet enim prius meam opinionem condemnare, quæ ſi ſancta ab omnibus & Orthodoxa cenſebitur, quam ſenténtentiam pertimeſcam? Hæc & alia iſtiuſmodi, cum & audiſſet à Pontifice, & reſpondiſſet, ad ſua diſcedere juſſus eſt.

τμήμ. ι. κεφ. ιϛ.

Ὁ δὲ πάπας ἐμήνυσε πάλιν τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἵνα ποιήσῃ ἐνταῦθα πατριάρχην. συμφέρει γὰρ κατὰ πολλοὺς τρόπους, καὶ μάλιστα εἰς τὴν βεβαίωσιν τῆς ἑνώσεως. πάντως οὖν τοὺς κρείττους ὧν ἔχεις ἐξελέξω καὶ ἤγαγες ἐνταῦθα. ἐκ τούτων οὖν πάλιν ἐκλέξῃ τὸν πατριάρχην, καὶ λοιπὸν ποίησον αὐτὸν ἐν-

Sect. X. Cap. XVI.

Admonuit iterum Imperatorem Papa de Patriarchâ ordinando, ut de re perutili multifariè & neceſſariâ, præcipuè ad Unionis ſtabilimentum: Et cum præſtantiſſimos domi quos haberes, tecum in Italiam advexeris, ex iis aliquem eminentem edecumes, quem in ſolium Patriarchale hic conſtituas: quando nihil impedit, quo minus pro tuo arbitrio, ad quemcunque velis renuntiandum progrediaris: Hæc nonnulli præ-

ἐνθάδε. ἐπεὶ οὐδέν σοι λείπεται πρὸς τὸ ἐκλέξασθαι ὃν ἂν ἐθέλῃς. εἰσηγήσαντο δὲ ταῦτα τῷ πάπᾳ τινὲς τῶν ἀρχιερέων ὑποβολῇ τοῦ Ῥωσίας ὡς ἐφιεμένου τοῦ πατριαρχείου. οἱ καὶ τὰς ἀναβολὰς καὶ ὑπερθέσεις τοῦ βασιλέως ἀκούσαντες καὶ μάλιστα ὅτι μετὰ βουλῆς τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς δεσποίνης τῆς ἁγίας βούλεται ποιῆσαι τὴν ἐκλογήν, σκληροὺς ἐξήνεγκαν λόγους, καὶ ἔλεγον, οὐκέτι ἀνεξόμεθα τῶν τοιούτων, οὐδὲ δεσποινῶν περιμενοῦμεν βουλάς, ἀλλὰ τοῦτο τῶν ἀρχιερέων ἐστὶν ἔργον. δεῦτε οὖν συναχθῶμεν, καὶ ποιήσωμεν ψήφους, καὶ ἀποκαταστήσωμεν πατριάρχην.

Τότε συνεβούλευσεν ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος τῷ βασιλεῖ. ὅτι ἰδοὺ ὁ πάπας ἐμήνυσε δὶς τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου περὶ πατριάρχου. καὶ παρεκρούσω τοὺς λόγους αὐτοῦ. εἰκός ἐστι μηνῦσαι καὶ τρίτον. καὶ εἰ παραβλέψοις καὶ τότε τὸ μήνυμα νομίσει τοῦτο ὁ πάπας μεγάλην αὐτοῦ περιφρόνησιν. δεῖ οὖν προλαβεῖν καὶ σοφίσασθαί τι, δι' οὗ εὑρήσεις ἀπολογίαν πιθανὴν καὶ εὐπρόσωπον. ἀναφέρω σοι τοίνυν ἐγὼ καὶ ἐνθυμίζω, ὅτι οἱ ἀρχιερεῖς παρεκάλεσαν, πολλάκις ἵνα ἐάσῃς αὐτοὺς ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βενετίαν. ὅρισον οὖν ἀρτίως καὶ ἀπελθέτωσαν οἱ πρῶτοι καὶ γηραιότεροι, καὶ ἐὰν μηνύσῃ ὁ πάπας ἐρεῖς ὅτι οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐκκλησίας μου, οὐκ ἠδυνήθησαν ἐπὶ πλέον προσμένειν καὶ ταλαιπωρεῖν ἐνθάδε. διὸ καὶ ἀπῆλθον εἰς τὴν Βενετίαν, καὶ κατελείφθη ἡ σύνοδος μου ἡμιτελής, ὅθεν καὶ οὐ δύναμαι ποιῆσαι πατριάρχην μετὰ τοιαύτης συνόδου. ἀπεδέξατο δὲ τὴν συμβουλὴν ταύτην ὁ βασιλεὺς, καὶ συνέθετο τοῦτο ποιῆσαι.

præſules noſtri, Papæ inſinuarunt ex clientelâ Roſſenſis Metropolitæ, & ab eodem clam ſubornati qui Patriarchatum cupiebat: Et cum iſti audirent, Imperatorem tergiverſari, & electionem differre ad reditum, ut matrem conſuleret, Imperatricem dotariam, indignabundi fremuerunt, & verba infamia cum criminationibus ſparſerunt in vulgum: Hæc intoleranda eſſe gentis noſtræ dehoneſtamenta, nec expectanda Dominarum placita quando totum negotium pendeat à prælatis & clero: Agite igitur inquiunt, velit nolit Imperator, ſenatum Eccleſiaſticum cogamus, & projectis ut fieri amat ſuffragiis, ſubvehamus Patriarcham.

Hæc palam enuntiari Primicerius ſubauſcultans, hoc Imperatori conſilium ſuggeſſit: En tuam Majeſtatem Papa jam bis pulſavit, de Patriarchâ conſecrando, cujus hactenus repudiaſti vota: ſed & tertium expectes ut roget: Verum ſi tum repulſam feret, in magnum ſui contemptum interpretabitur: Quare argutum quid & ingenioſum oportet comminiſci, quo abnegandi prætextum plauſibilem & ſpecioſum reddas: & nullum mihi memoria ſuppeditat concinnius, quam quod Majeſtati tuæ jam proponam: Præſules ſæpe à te dudum veniam petivere excurrendi Venetias, Fac ut ocyus nunc diſcedant, eorum primi, & ſenio provectiores: ut cum tertiò miſerit Papa tuto reſpondeas: Eccleſiæ meæ Epiſcopi, cum hic diutius perdurare nequiviſſent, præ ægritudinum, & anguſtiarum onere quo premebantur, Venetias ſe contulere: Et de præſulibus cum reſtet mihi numerus ultrà ſemiſſem imminutus, ad tam infrequentem & raram Synodum de Patriarchâ nominando referre perhorreſco: amplexus Primicerij conſilium Imperator, ſe facturum pollicetur.

τμήμ. ι. Κεφ. ιζ.

Μετὰ δὲ τὸ τελεσθῆναι τὴν ἕνωσιν ἀπῄτει τὸ ὀφειλόμενον σιτηρέσιον ὁ βασιλεὺς ἤνυε δὲ οὐδέν. δοθείσης δὲ καὶ τῆς συμβουλῆς ταύτης ἐπιμελέστερον ἀπῄτησε τὸ σιτηρέσιον καὶ σπουδαιότερον. ὁ δὲ πάπας ἀπεκρίνατο ὅτι τὸ μὲν σιτηρέσιον ἑτοιμάζεται καὶ δοθήσεται. χρεία δέ ἐστιν ἵνα μεταγραφῇ ὁ ὅρος, καὶ γίνονται ἕτεροι πέντε ἴσοι ὅροι ὑπογεγραμμένοι ὡς πρωτότυποι. ὡς ἂν λάβητε καὶ ὑμεῖς ἕνα ἐξ αὐτῶν, τοὺς δὲ λοιποὺς στείλωμεν εἰς ἡμετέρους ῥῆγας. ἔφη οὖν ὁ βασιλεὺς, τίς ἐστι χρεία τῶν πέντε; ἀρ-

SECT. X. CAP. XVII.

Unione conſummatâ Imperator debita ſtipendia numerari poſtulavit: At nihil profecit: Poſteaquam vero Primicerij conſilium amplexus eſſet, acrius extimulavit Papam, ad ſolutionem, & inſtantius efflagitavit: Unde Papa reſpondit noſtris, annonam in promptu eſſe, opportunè expediendam: Sed quinque copias Definitionis tranſſcribi adhuc oportere, ad prototypi exemplar, & ſubſcribi: ut vos unam vobiſcum in patriam, revehatis, & reliquæ noſtris in Occidente regibus cuſtodiendæ tradantur: At quid Opus eſt quinque rogavit Imperator, cum duo ſufficiant exemplaria, unum nobis,

ἀρκοῦσι δύο, ἵνα λάβωμεν ἡμεῖς τὸν ἕνα, καὶ ἔχητε καὶ ὑμεῖς τὸν ἕτερον. οἱ δ' ἐκ τοῦ πάπα εἶπον, ἀνάγκη ἐστὶν ἵνα γένωνται τὸ ἔλαττον τέσσαρες, ὃ καὶ γέγονεν. ὁ μὲν οὖν πάπας ἀπῄτει γραφῆναι καὶ τοὺς λοιποὺς ὅρους καὶ ὑπογραφῆναι. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπῄτει δοθῆναι τὸ σιτηρέσιον. ἐπικειμένων πάντων αὐτῶν τῇ ἐνδείᾳ πιεζομένων, δαπανησάντων πάντα ὅσα ἐπεφέροντο, καὶ μὴ ἐχόντων ὅθεν ἂν πορίσωνται διατροφάς. πέντε γὰρ καὶ ἡμίσεως μηνῶν σιτηρέσιον ἐλείπετο πᾶσιν. εἰδὼς δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι ἡ δόσις τοῦ σιτηρεσίου αἰεὶ ἐν ἀναβολαῖς ἐστιν, ἐμήνυσε διὰ κῦρ Μανουὴλ τοῦ Βουλλωτοῦ, καὶ παρήγγειλε τῷ Ἡρακλείας, τῷ Μονεμβασίας, καί τισιν ἑτέροις τῶν ἀρχιερέων, ὅτι εἰ φέροιεν ὑμῖν οἱ λατῖνοι τοὺς ὅρους πρὸς τὸ ὑπογράψαι εἴπατε πρῶτον δότε ἡμῖν τὸ σιτηρέσιον, καὶ τότε ὑπογράψομεν. ἐποίησαν οὖν ὡς ἐδιδάχθησαν. οὐκ ἐν τῇ τοῦ πρώτου ὅρου ὑπογραφῇ. οὐδ' ὅλως γὰρ ἐγένετο τότε μνεία δόσεως ἢ ἀπαιτήσεως. ἀλλ' ἐν τοῖς ὑστέροις τούτοις ἴσοις ὅροις. καὶ οὐδὲ τότε ἀφ' ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐκ προστάξεως βασιλικῆς ὡς ὁ κύριος οἶδε. πλὴν καὶ οὕτως οὐδὲν ἤνυσαν. ἀλλ' ἀπῄτησαν μόνον, καὶ οὐκ ἠθέλησαν ὑπογράψαι κατὰ τὴν παραγγελίαν. τῶν δὲ λατίνων εὑρόντων εἰς τοῦτο ἔνστασιν, καὶ διακομισάντων τοὺς ὅρους εἰς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπαιτησάντων, ἵνα ὁρίσῃ, καὶ ὑπογραφῶσιν. ὥρισεν ὁ βασιλεύς, καὶ συνήχθημεν εἰς τὸ παλάτιον καὶ ὑπεγράψαμεν ὅσοι ἐν τῷ προτέρῳ ὑπεγράψαμεν ὅρῳ. ἄνευ μόνου τοῦ μεγάλου πρωτοσυγκέλλου. ἐκεῖνος γὰρ ἀνέφερε τῷ βασιλεῖ ὅτι ὑπέγραψα εἰς τὸν πρῶτον καὶ ἀρκεῖ. οὐκ ἔστι δὲ ἀνάγκη ἵνα ὑπογράψω καὶ εἰς τοὺς ἄλλους. μὴ οὖν ἀναγκάσῃς με ὅτι οὐχ ὑπογράψω διά τινα σκοπὸν ὃν ἔχω παρ' ἐμαυτῷ. μετὰ δὲ τὰς ὑπογραφὰς ταύτας δύο παρῆλθον ἡμέραι καὶ ἐξῆλθον οἱ πρῶτοι τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῆς εἰς Βενετίαν ὁδοῦ ἥψαντο. καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἐξελεύσεως αὐτῶν μόλις ἐδόθη τὸ σιτηρέσιον τῶν πέντε μηνῶν, αὐτοῖς μόνοις τοῖς ἐξερχομένοις. οὕτως ἐφρόντισαν τοῦ λαβεῖν αὐτό, εἰ καὶ ἀπῄτησαν ὁρισθέντες, ὅτι πάντη κατεφρόνησαν τούτου. καὶ παραιτησάμενοι αὐτὸ ἀπήρχοντο λαβόντες ἔνδοσιν πρὸς ὑποστροφήν. ὥστε καὶ οἱ ὑπουργοὶ τῶν ἐξερχομένων ἀρχιερέων οἱ πλείους

nobis, & vobis alterum? Cui papales reſponderunt: ad minimum quatuor deſiderari & totidem obtinuerunt: Itaque Papa ſolutionem cohibuit, dum tot copiæ inſtauratæ ſubſcriberentur: Imperator è contrà inſtitit, pro ſolutione confeſtim dandâ: permotus miſericordiâ in ſuos, qui paupertate peſſundati cum omnia expendiſſent non habebant ad manum quibus quotidiana alimenta compararent, ſtipendiis quinque menſium cum ſemiſſe defraudati: Et cum Latinos cerneret æternum cunctabundos nummorum præſtationem ſemper procraſtinare, Miſit Dominum Emmanuelem Bullotam, ad Heracleenſem, Monembaſianum, alioſque primæ claſſis Archiepiſcopos, juſſitque dici: ſi vos Latini ſollicitaverint, ad Definitionum exemplaria ſubſcribenda, reſpondeatis: Solvite prius ſtipendia nobis & ſubſcribemus: qui ita præſtiterunt, ut ſuomonuit Imperator: Non in illâ primariâ definitionis ſubſcriptione, nec enim tum temporis, ulla vel petendi vel reddendi ſtipendij injecta eſt mentio, ſed in hac poſtremâ ultimorum quatuor exemplarium: Nec id ex proprio conſilio, ſed Imperatoris juſſu ut Deus novit omniſcius: Et tamen ne ſic quidem quicquam impetrârunt, tantum à Latinis ſubſcribere poſtulati ſtipendia petivere, quibus non ſolutis ſubſcribere recuſarunt, prout mandaverat Imperaror: Latini vero cum hâc difficultatem reperiſſent, ipſum Imperatorem aggrediuntur orantque ut parata exemplaria à ſuis ſubſcribi juberet: à quo in palatium convocati, quot primæ definitioni manus dedimus totidem hæc Ectypa ſubſcribendo communimus: Excepto ſolo Gregorio Primicerio, qui uni manum appinxiſſe ſatis æſtimabat, nec opus eſſe in varias membranas ſubſcriptiones multiplicare: Et ne me inquit Imperator ad ſubſcribendum adigas, quod nunquam faciam, propter rationes in imo pectore latitantes: Biduo poſt peractum ſubſcribendi negotium, primarij præſulum Florentiâ diſcedentes, iter Venetias verſus carpebant: quibus in ipſo die quo ſe in viam conjiciebant difficulter ſtipendia quinque menſium inſoluta exhibebantur: non omnibus, ſed tantum diſcedentibus: Nempe talem diligentiam noſtri exercuerunt in ſtipendiis nanciſcendis, quæ non niſi juſſi poſtulabant ut plane ſpreverint, & multi adeo non poſtularunt, ut omiſſâ mentione ſtipendiorum implorarent veniam revertendi in Patriam, & obtinerent: Quin & Miniſtri Archiepiſcoporum, quamplurimi unâ manu equos per frena retinebant, alterâ recipiebant Dominorum ſtipendia, quibus ſolutis, conſcenſos aſturcones calcaribus impellebant, ut Dominos aſſequerentur: Supremum teſtor Deum, potentem mundi rectorem,

πλείους τῇ χειρὶ τοὺς ἵππους κατέχοντες ἐλάμβανον τὸ σιτηρέσιον τῶν κυρίων αὐτῶν καὶ εὐθὺς ἀναβαίνοντες ἐπὶ τοὺς ἵππους ἤλαυνον. μαρτύρομαι τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ὅτι καὶ αἱ τοῦ πρώτου ὅρου ὑπογραφαὶ οὕτως ἐγένοντο ὡς προλαβὼν διεξῆλθεν ὁ λόγος, καὶ αἱ τῶν μεταγενεστέρων πάλιν ὡς ἐνταῦθα δεδήλωται. εἰ δέ τινες ἄλλως ἐξαγγέλλουσι ταῦτα διαβάλλουσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ πειρῶνται μὲν μῶμον περιστρίβεσθαι τοῖς κατὰ τοῦτο ἀμώμοις, ἀδικοῦσι δὲ τὰ μέγιστα ἑαυτούς. καὶ μετὰ παρέλευσιν ἡμερῶν πέντε ἐδόθη καὶ ἑτέροις τὸ σιτηρέσιον ἐξιοῦσι κἀκείνοις καὶ μετ' ἐκείνους ἑτέροις ὡσαύτως. καὶ οὕτω λαμβάνοντες ὑπεστρέφομεν ἅπαντες. ὕστερον δὲ ὑπέστρεψε καὶ ὁ βασιλεύς.

rem, primas Definitionis ſubſcriptiones peractas fuiſſe ut ſermo ſuperior declaravit, & poſtnatorum quatuot exemplarium, ut in hoc capite teſtamur: Et qui aliter enuntiant, veritatem ſubvertunt: & vituperij labem inurunt hac in re innocentibus: ſed maximè ſibi metipſis injurij: Verum poſt aliorum quinque dierum expectationem diſtribui cepit aliis annona, & illis itidem non niſi abiturientibus, & poſt illos aliis eodem ſervato ordine, ut quoſque ad iter ſuccinctos deprehenderunt: Ita ut tandem omnes acceptis ſtipendiis diſceſſerimus, & poſt omnes ipſe Imperator.

τμήμ. ι. κεφ. ιη.

Καὶ τῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ϛ ἔφθασεν εἰς τὴν Βενετίαν. μέλλων δὲ ἐξιέναι τῆς Φλωρεντίας ὁ βασιλεὺς προαπέστειλε τοὺς τοῦ κλήρου αὐτοῦ κληρικούς. μεθ' ὧν ἦν καὶ ὁ προδηλωθεὶς διάκονος ὁ Φίλιππος, οἳ διερχόμενοι, καὶ ἐν πανδοχείοις καταλύοντες καθ' ἑκάστην νύκτα ὡς ἔθος ἐκεῖσε, ἔφθασαν καταλύσαντες καὶ ἐν τῇ Πολονείᾳ εἰς πανδοχεῖον, οὗ καὶ εὑρέθησαν πρέσβεις ἐκ τῆς Ἀγκλιτέρας ἀπερχόμενοι εἰς τὸν πάπαν, οἳ καὶ μαθόντες ὅτι πάρεισι τινὲς ἐκεῖσε ὑποστρέφοντες ἐκ τῆς συνόδου ἦλθον πρὸς αὐτοὺς μαθεῖν θέλοντες τὰ γενόμενα ἐν τῇ συνόδῳ.

Καὶ ἠρώτησαν τί γέγονεν ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ὁ Φίλιππος ἀπεκρίνατο γέγονε πᾶν καλόν. ἰδοὺ γὰρ ἡνώθησαν αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐστέρξαμεν ἑκάτερα τὰ μέρη τὴν ἕνωσιν, καὶ ἀπηρχώμεθα ἡνωμένοι. ἠρώτησαν οὖν οἱ πρέσβεις. πῶς ἡνώθητε ὑμεῖς; προσέλθητε εἰς τὴν ἡμετέραν δόξαν, ἢ οἱ ἡμέτεροι προσῆλθον εἰς τὴν ὑμῶν; καὶ εἶπεν ὁ Φίλιππος, οὔτε ἡμεῖς προσήλθομεν τῇ δόξῃ τῶν λατίνων, οὔθ' οἱ λατῖνοι τῇ τῶν γραικῶν. ἀλλ' ἐθεωρήθησαν καθ' ἑαυτὰς αἱ δόξαι παρ' ἑκατέρου μέρους καὶ εὑρέθησαν σύμφωνοι, καὶ ὡς μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀνεφάνη δόξα. διὸ καὶ ἐτάχθη ἵνα κατέχῃ ἑκάτερον μέρος τὴν δόξαν ἣν κατεῖχε μέχρι τοῦ νῦν καὶ ὑπάρχωμεν καὶ ἡνωμένοι. οἱ δὲ πάλιν ἠρώτησαν, καὶ περὶ τῆς προσθήκης τί γέγονεν; ἐξέβαλον αὐτὸν οἱ ἡμέτεροι ἀπὸ τοῦ συμβόλου, ἢ ὑμεῖς προσεθήκατε ταύτην ἐν αὐτῷ; καὶ ὁ Φίλιππος, οὔτε ἡμεῖς

SECT. X. CAP. XVIII.

Qui Septembris ſexto Venetias appulit: at cum jam in procinctu ſtaret Florentiæ longum valedicere, præmiſit quos ad comitatum habebat, inferiorum ordinum Clericos: in quorum numero fuit is quem ſuperius commemoravimus, Philippus Diaconus: Hi junctâ catervâ, Imperatoris curſum antevertentes, ſingulis noctibus, ut mos eſt iſtarum regionum, in publicas tabernas divertebant: Et forte contigit, ut Bononiæ, in eandem ſolverint, quâ Legati ex Anglia hoſpitabantur, qui illinc recto Canali ad Papam contendebant: Legati ubi didiciſſent nonnullos à Synodo reverſos in illud hoſpitium ſe conjeciſſe eos compellabant, quæ in Synodo fierent, avidi ſcire atque expiſcari.

Ac primùm quid in Synodo factum eſſet interrogarunt: Philippus omnia extollere ut præclara ac memoranda: Coaluiſſe Eccleſias in novum fædus: Utramque gentem, unionem confirmaſſe: ac in mutuæ caritatis vinculum ſociatas, diſceſſiſſe: At quibus conditionibus ſocietæ rogavere: An vos Græci in noſtram opinionem, aut nos Latini in veſtram, tranſivimus? Neque nos (inquit Philippus) Latinorum Opinionem amplexi ſumus, nec Latini noſtram, ſed utriuſque Eccleſiæ dogmata ab utrâque Eccleſiâ expenſa ſic concordare videbantur ut licet diverſa, tamen unum, idemque dogma judicata ſint: Adeo pars utraque juſſa eſt retinere, quas fovit Opiniones in hæc uſque tempora, & nihilominus ut in fædera jungeremur: At Legati iterum interrogarunt, quid de Additamento determinatum? An expungitur è Latinorum ſymbolo aut in veſtrum inſeritur? Neutrum; reſpondet Philippus Neque nos recepimus in noſtrum, neque Latini è ſuo ejecerunt: ſed conventum fuit, ut nos noſtrum abſque Additamento recitaremus, Latini cum Ad-

ἡμεῖς προσεθήκαμεν αὐτὴν ἐν τῷ συμβόλῳ, οὔτε οἱ λατῖνοι ἐξέβαλον αὐτήν, ἀλλ' ἐστέρχθη, ἵνα λέγωμεν αὐτὸ ἡμεῖς μὲν ἄνευ προσθήκης, οἱ δὲ λατῖνοι μετὰ τῆς προσθήκης. καὶ αὖθις ἠρώτησαν, περὶ δὲ τοῦ ἀζύμου τί γέγονεν; ἔστερξαν οἱ ἡμέτεροι ἱερουργεῖν τὸ ἔνζυμον, ἢ ὑμεῖς τὸ ἄζυμον; καὶ ὁ Φίλιππος ἔφη, οὐδέτερον. ἀλλ' ἵνα ἱερουργῶμεν ἡμεῖς μὲν τὸ ἔνζυμον ὡς τὸ πρότερον, οἱ δὲ λατῖνοι τὸ ἄζυμον. εἶτα ἠρώτησαν, καὶ ἐγένετο ὅρος; καὶ πῶς ἐγράφη ἐν αὐτῷ τὸ σύμβολον μετὰ τῆς προσθήκης, ἢ ἄνευ τῆς προσθήκης; καὶ ὁ Φίλιππος εἶπεν οὐδὲν ἐγράφη ἐν τῷ ὅρῳ σύμβολον. τότε εἶπον οἱ πρέσβεις. καὶ ποδαπός ἐστιν ὁ ὅρος ἐκεῖνος, εἰς ὃν οὐκ ἐτέθη τὸ σύμβολον, καὶ ποία σύνοδος οἰκουμενικὴ ἐποίησε τοιοῦτον ὅρον; καὶ εὐθὺς ἐπήγαγον καὶ συνεπέραναν ὡς ἐπειδὴ οὔτε ἐν τῷ ὅρῳ ἐγράφη τὸ σύμβολον, οὔτε μία θυσία ἐστέρχθη ἱερουργεῖσθαι παρὰ πάντων ἢ ἔνζυμος ἢ ἄζυμος. οὔτε ἡ προσθήκη ἐξεβλήθη ἐκ τοῦ συμβόλου ἢ ἐν τῷ γραικικῷ προσετέθη, οὔτε περὶ τῆς δόξης συνεφώνησαν ἑκάτερα τὰ μέρη, ἵνα στέρξωσι πάντες ὅπερ ἔλεγον οἱ λατῖνοι, ἢ ὅπερ οἱ γραικοὶ λέγουσι, ἀλλ' ἑκατέρα ἐκκλησία κατέχει ἃ καὶ εἶχε καὶ πρότερον, οὐδὲ ἡ ἕνωσις ἣν ὑμεῖς λέγετε ἐστιν ἕνωσις, οὐδὲ προσήκει ὅλως λέγειν αὐτὴν ἕνωσιν. οὕτως ἀπεφήναντο κατὰ τῆς γεγονυίας ἑνώσεως οἱ πρέσβεις ἐκεῖνοι συνετῶς τε καὶ ἀληθῶς καὶ συμφώνως ἡμῖν, ὅσον πρὸς τὸ τῆς ἑνώσεως σημαινόμενον. οἱ μὲν οὖν δηλωθέντες πρέσβεις ἐξ ὧν ἤκουσαν διέγνωσαν, ὡς οὐδὲ ἡ γεγονυῖα ἕνωσις, ἐστιν ἀληθὴς ἕνωσις. εἰ δὲ ᾔδεισαν ἀκριβῶς πῶς καὶ παρά τινων ἐγένετο, οὐ μόνον ὡς οὐκ ἀληθῆ ἕνωσιν ἂν εἶχον αὐτήν, ἀλλὰ καὶ πάνυ κατεγίνωσκον ἂν τῶν διαπραξαμένων αὐτήν; οὐ μόνον οὗτοι, ἀλλὰ καὶ πάντες λατῖνοι τε καὶ γραικοὶ ὅσοι φρονήσεως καὶ λόγου μάλιστα μέτοχοι, καὶ οὐδὲ ὡς ἀπόφασιν οἰκουμενικῆς συνόδου εἶχον ἂν τὸ γεγονός, οὐδ' ἐμέμφοντο τοὺς μὴ στέργοντας τὴν τοιαύτην ἀπόφασιν. πᾶσαι γὰρ αἱ σύνοδοι αἵ τε οἰκουμενικαὶ καὶ αἱ μερικαί, αἱ τὰς ἐξετάσεις τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων διαπραξάμεναι, ἐγύμναζον μὲν τὰ κινηθέντα ἐν αὐταῖς ζητήματα καὶ ἐπεξειργάζοντο, καὶ ἐσαφήνιζον, ὅσα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀνέκυπτον λόγου καὶ ἐξετάσεως δεόμενα, καὶ ἔγραφον καὶ παρεσημειοῦντο ταῦτα. Μετὰ

ditamento, & tamen ut fieret Unio: Legati adhuc quærere perſeverarunt: At quid de pane fermentato? An noſtri conſenſerunt panem in Sacramento ſanctificare cum fermento, aut vos ſine fermento? nec hoc, nec illud, retulit Philippus: Nos noſtrum cum fermento ut prius Latini ſuum abſque fermento: Sed an demum & prodiit Definitio? quibus verbis in illa Symbolum ſcribitur? an cum Additamento, an ſine? Neutiquam, (ait Philippus) nullum in Definitione ſcriptum eſt ſymbolum: At qualis eſt hæc Definitio abſque ſymbolo? Legati replicuere: quæ Synodus Oecumenica talem Definitionem promulgavit? Et tum ex prius poſitis hanc Dialecticam concluſionem eruerunt: Si nec in Definitione continetur ſymbolum, nec unum ſacrificium, ab omnibus uſurpari injungitur, vel cum vel ſine fermento: Nec additamentum è Latino ſymbolo ejicitur, nec recipitur in Græcum, nec in Dogma de proceſſione Spiritus Sancti conſenſum eſt ab utraque gente, ut ſtabiliretur quod vel Latini vel Græci aſſeruerint, ſed permiſſum eſt utrique Eccleſiæ ſuam ſibi habere quam ſemper aluit opinionem, profecto nec ea quam vos appellatis Unionem, meretur nomen Unionis, nec omnino convenit eam pro unione æſtimare: Hæc de noſtrâ unione Legati exteri ſcitè admodum, prudenter, & argutè non minus ac nos ipſi, ex ſolâ Nominis ratione pronuntiarunt: Nam ex auditis facile poterant divinare quam noſtra hæc unio, revera non ſit unio: At ſi accuratius intellexiſſent, & quibus artibus, & quibus hominibus procuderetur, non ſolum unionem ipſam ut falſam putaſſent ſed ipſius conſarcinatores penitus condemnaſſent: nec illi modo, ſed omnes quotquot ſunt gentis Latinæ, Græcæque qui aliquâ judicij aut rationis umbrâ pollerent: Nec quod inter nos geſtum eſt ut determinationem Oecumenicam aut ipſi recepiſſent, aut eos vituperaſſent, qui ut determinationem Oecumenicam non approbaſſent: Nam omnes Synodi ſeu Oecumenicæ ſeu provinciales, quæ Eccleſiaſtica dogmata conſtituenda ſuſceperunt, primo ipſas quæſtiones, acriter ventilatas, elaborarunt, diſſertationibus perpolierunt, illuſtraruntque ſi quid ambigui, ſi quid difficultatis è vocibus enataſſet, & ſcripſerunt ſingula, & adnotarunt.

Deinde poſt exquiſitas perveſtigationes ac demonſtrationes ſingulorum, cum Patres ad determinandam quæſtionem progrederentur, perpenſa prius, animo revoluebant, illuſtrata revocabant in memoriam: Tum ſinguli Epiſcopi in decuriis, ac locis deſtinatis ad quæ confluebant, interrogati de his dilucidatis ac manifeſtis ſententiam exhibuere liberrimâ nullâ violentiâ ex-

Μετὰ δὲ τὰς ἀκριβεῖς ἐξετάσεις καὶ ἀποδείξεις, ὅτε ἐχώρουν οἱ ἐν ἑκάστῃ πατέρες πρὸς τὴν ἀπόφασιν ἀνεγίνωσκον τὰς παρασημειώσεις, καὶ ἀνεμιμνήσκοντο τῶν σαφηνισθέντων καὶ ἀποδειχθέντων. εἶτα ἠρωτῶντο πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἐν τοῖς ἀποτεταγμένοις τόποις ἔνθα συνηθροίζοντο, καὶ ἕκαστος ἐπὶ ταῖς προλαβούσαις γυμνασίαις καὶ ἀποδείξεσιν ἔλεγε καὶ τὴν ἰδίαν γνώμην τε καὶ ἀπόφασιν ἀβιάστως παρόντων πάντων καὶ ἀκροωμένων. καὶ οὕτως ἐκυροῦτο, καὶ ἐστέργετο ἡ ἀπόφασις τῆς συνόδου. συμφωνούντων πάντων τῶν ἐπισκόπων, ἢ τῶν πλειόνων τε καὶ κρειττόνων τῶν ἐν αὐταῖς. καίτοιγε οὐκ ἐπὶ τῶν δογματικῶν μόνων καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντοίας δίκης τὰ αὐτὰ γίνονται παρὰ τῶν δικαζόντων. γνωμοδοτοῦντος ἑκάστου ἐπὶ τοῖς ἐξετασθεῖσι καὶ οὕτω λεγόντων τὴν ἀπόφασιν παρρησίᾳ.

Ἡδέ γε παροῦσα σύνοδος οὐχ οὕτω περιῆλθεν εἴς τι συμπέρασμα, οὐδ᾽ ἀπόφασιν τινὰ ὅλως ἐξήνεγκεν. οὐδ᾽ ἠρωτήθη τις τῶν ἐν αὐτῇ τινὰ γνώμην ἔχει περὶ τῶν ζητηθέντων ἐν ταῖς διαλέξεσιν. ὅτι μὲν γὰρ οἰκουμενικὴ συνέστη σύνοδος οὐδεὶς ἀντερεῖ. ὅτι δὲ καὶ ἀπόφασιν τινὰ ἡ σύνοδος ἀπεφήνατο οὐδεὶς τῶν ἐκεῖσε παρόντων ἐρεῖ. εἰ γε μόνον οἶδεν ἁπλῶς τάξιν τινὰ δικαστικὴν, ἐπειδὴ γὰρ παρῆν ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ συνόδῳ καὶ ὁ πάπας καὶ ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἱ τοποτηρηταὶ τῶν λοιπῶν πατριαρχῶν, καὶ ἐπίσκοποι ἐξ ἑκατέρου μέρους περιεσώζετο ἐν αὐτῇ τὸ σχῆμα τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου. καὶ αἱ διαλέξεις δὲ ὅσαι παρουσίᾳ πάντων ἐγένοντο κατὰ τὴν τάξιν δῆθεν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων προέβαινον, καὶ ἐγράφοντο ἐν αὐταῖς καὶ οἱ λόγοι τῶν προσδιαλεγομένων. εἰ οὖν καὶ οἱ Λατῖνοι μετὰ τύφου καὶ ὑπερηφανίας προέφερον ὅσα δῆτα καὶ ἔλεγον, καὶ ἐπεφήμιζον ἑαυτοῖς τό, ἀπεδείξαμεν λαμπρῶς, καὶ τηλαυγῶς, καὶ σαφέστατα, καὶ ἡλίου φανώτερον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ τὰ ζητούμενα καὶ ἀναπόδεικτα ὡς ὁμολογούμενα ὑπετίθεντο, ὑπὲρ ἑαυτῶν, καὶ ὡς ἀποδείξεις ἀπεφαίνοντο. τοὺς δὲ λόγους τῶν ἡμετέρων ὡς οὐδὲν ἐλογίζοντο ἡττημένοι ὄντες τῇ ἐπάρσει καὶ τῇ ἀλαζονείᾳ. ἀλλ᾽ ὅμως μέχρις ἂν αἱ τοιαῦται διαλέξεις ἐγίνοντο ἐδόκει τηρεῖσθαι τὸ σχῆμα τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ ἐνεργεῖν αὐτὴν τὰ συνοδικά.

Παυσαμένων δὲ τῶν διαλέξεων, οὐκ ἔτι ἔπραξεν

expressam, conspicantibus ac audientibus universis: atque ita demum Synodica Definitio in lucem prodiit, ex Episcoporum, vel omnium, vel plurium, vel præstantiorum suffragiis prognata ac stabilita: Neque hæc invaluit consuetudo solummodo in dogmatibus Ecclesiasticis, aut quæstionibus enucleandis, sed in omni forensi tribunali unaquæque lis civilis contestata ad hunc modum dirimitur: primo singulis ad testimonia comprobata suffragantibus, ac tum liberrimâ oratione sententiam ultimam confidenter pronuntiantibus.

Verum hæc nupera nihil horum, nullam conclusionem protulit, nullam determinationem pronuntiavit, nec in illa quisquam, quam proferret sententiam, de ullâ controversiâ disceptatâ rogabatur: Quod autem Oecumenica fuerit, nemo poterit inficiari, nec quod unquam sententiam determinantem exhibuerit, affirmare: nisi forsan quis ad externam speciem, & formam judiciariam respexerit: quandoquidem eam & Imperator & Papa, & Patriarcha, Constantinopolitanus, cæterorumque Patriarcharum vicarij & Episcopi cohonestarint, qui spectaculum illustre ad habitudinem Oecumenicæ Synodi præbuere: Sed & disceptationes in conspectu omnium aliquam saltem umbram Conciliorum veterum sparsere: dum in hac ut in illis decertantium argumenta describebantur: quamvis Latini sæpe in hac verbosè nos protriverint, suis meritis omnia attribuentes, & subinde insigniter nos demonstravimus, splendide ad instar radiorum micantium, non ipse sol clarius lucet, & multa istiusmodi superbè ac insolenter eructârint: Et quæ ad huc pendebant sub judice, dubia, & indemonstrata, ut certa, ac recepta suæ causæ applaudentes venditarunt, nostra vero ratiocinia ut rancida, exsibilarunt, tanto animorum fastu, ac philautiâ intumuere: nihilominus quamdiu hæ dissertationes perdurarunt, pulchra quædam Synodi Idea visebatur: nec Imago tantum spectabilis, sed activa, operosa rerum ad Consilia pertinentium.

Ubi autem istæ publicæ disceptationes irraucuere, nihil ultra Synodus gessit: sed cuncta privatim, & sub larvâ, occultè & umbratiliter perpetrata: Conventus enim quos Imperator coram Papa coegit, ex decem primariis Archiepiscopis, privatum Spiritum olebant, & mysterium iniquitatis: Nec enim reliqui Episcopi, aut nostri aut Latini quicquam sciebant quod illic tractabatur: Similiter & congressus nostratium inter se, tum in palatio Imperatorio, tum Patriarchali, per cellas & conclavia dispositi, nihil par Synodo generali produxere: sed in iis modi tantum eruebantur, & argutæ commentationes, quibus nostri cum Latinis unionem

ἔπραξεν ἡ σύνοδος οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἰδίως καὶ κρύφα καὶ συνεσκιασμένως πάντα ἐγίνοντο. αἵ τε γὰρ συνελεύσεις αἱ παρὰ τοῦ βασιλέως. μετὰ δέκα ἀρχιερέων γεγονυῖαι, εἰς τὸν πάπαν ἰδίᾳ ἐγένοντο καὶ μυστικῶς. καὶ οὔτε οἱ λοιποὶ τῶν ἡμετέρων ἀρχιερέων, οὔτε οἱ ἐπίσκοποι τῶν λατίνων οἴδασι τὰ λαληθέντα ἐκεῖσε. καὶ αἱ συνελεύσεις πάλιν αἱ παρὰ τῶν ἡμετέρων γεγονυῖαι, καὶ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ἐν τῷ πατριαρχείῳ κελλικῶς ἐγένοντο. καὶ οὐκ ἦσαν τὰ ἐν αὐταῖς, ὡς πράξεις συνόδου καθολικῆς, ἀλλὰ τρόποι καὶ ἐπίνοιαι ἐντεῦθεν κατεσκευάζοντο ὅπως ἂν στέρξωσιν ἁπλῶς οἱ ἡμέτεροι τὴν μετὰ τῶν λατίνων ἕνωσιν. καὶ αἱ γνῶμαι αἱ διδόμεναι ἐν αὐταῖς οὐκ ἐδίδοντο ὡς γνῶμαι συνόδου οἰκουμενικῆς, ἀλλ᾽ ὡς γνῶμαι τινῶν μερικῶν ἀπαιτουμένων στέρξαι τὴν ἕνωσιν.

Ὅτε οὖν ἔδοξεν ὅτι κατέπεισαν αὐτοὺς τότε ἀνήγγειλαν τῷ πάπα, ὅτι ἔστερξαν οἱ γραικοὶ ὅπερ δοξάζει ἡ Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία. ὅτι ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ καὶ ἤδη ἑνοῦνται μετὰ τῆς δυτικῆς ἐκκλησίας. καὶ τότε ἐγένετο ὁ ὅρος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα, ὡς ἤθελον τινὲς ὀλίγοι ἐξ ἑκατέρου μέρους οἱ ταῦτα κατασκευάσαντες ἃ ἐλέγχειν οὐ τοῦ παρόντος ἐστὶ συντάγματος. οὐκ ἤδεισαν οὖν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ, ὅπως ταῦτα ἐπράχθησαν, ἐπεὶ ἐν παραβύστῳ, καὶ γωνίᾳ πάντα ἐγένοντο. οὐδὲ ἔπραξέ τι τῶν τοιούτων ἡ οἰκουμενικὴ σύνοδος. οὐδὲ κατὰ τὰς γεγονυίας διαλέξεις, ἢ ὅλως τὰς ἐξ ἀρχῆς αὐτῆς προχωρήσεις ἠρωτήθη τις τῶν ἐν αὐτῇ γραικὸς ἢ λατῖνος, ἢ ἀπεφήνατό τι συνοδικῶς.

nem pangerent; & in iis lata ſuffragia non erant, ut ſuffragia Oecumenicæ Synodi, ſed particularium hominum vota ac ſententiæ Unionem ſtabilire aucupantium.

Et cum iſtis aliquampaucis viderentur perſuaſiſſe, tum accelerarunt ad Papam vociferantes, Græcos omnes jam tandem conſenſiſſe in Opinionem, quam Sancta Romana Eccleſia prædicat, Spiritum nempe Sanctum tam à Filio quam à Patre procedere, ſtatimque ad Definitionem effabricandam convolârunt, & cætera omnia quæ Definitio continebat, prout pauciſſimorum ex utraque gente hominum ingenia corrupta, excogitarunt; quæ confutare noſtri non eſt inſtituti. Sed ignorabant plane hujus Synodi Patres, quemadmodum in antris clandeſtinis, aut in privatis conventibus, ſeditioſis & ſuffarcinatis, hæc omnia tranſigebantur: quorum nulla unquam Synodus Oecumenica dedit exemplum: quando per totam diſſertandi continuatam ſeriem, omnemque rerum in Synodo geſtarum progreſſum, nemo Latinus, nemo Græcus, rogatus eſt ſententiam ferre Synodicè, aut Synodicè tulit.

τμήμ. ι. Κεφ. ιθ.

Διὰ ταῦτα τοίνυν, οὐδὲ ἔχει τις αἰτιᾶσθαι δικαίως τοὺς μὴ στέργοντας τὴν ἕνωσιν, ὡς ἀνατρέποντας ἀπόφασιν συνόδου οἰκουμενικῆς. ἐπεὶ οὐδεὶς τῶν ἐν αὐτῇ ἀπεφήνατο συνοδικῶς ὅτι ἀπεδείχθη ὡς ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. καὶ δεῖ στέργειν καὶ φρονεῖν, καὶ πιστεύειν τοῦτο πάντας ὡς ἀναμφίβολον καὶ ὁμολογούμενον. ὅσον δὲ ἐποίησαν οἱ ἐν τῇ συνόδῳ ἐπίσκοποι λατῖνοί τε καὶ γραικοί ἐστι τοῦτο.

Ἴδον οἱ γραικοὶ τὸν ὅρον ὑπογεγραμμένον παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπέγραψαν καὶ αὐτοί. εἶδον αὐτὸν καὶ οἱ λατῖνοι ὑπογεγραμμένον παρὰ τῶν γραικῶν, καὶ παρὰ τοῦ πάπα, καὶ ὑπέγραψαν καὶ αὐτοί. μὴ εἰδότες οἱ πλείους τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα. πλὴν γὰρ ὀλίγων τινῶν ἔκ τε τῶν λατίνων καὶ τῶν γραικῶν τῶν διασκεψαμένων τὸν ὅρον, ἢ καὶ τῶν παρατυχόντων ὅτε ἐγράφετο, οἱ πλείους οὐκ ἠπίσταντο τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα.

Sect. X. Cap. XIX.

Ob ea igitur ſingula quæ enarravi, nemo jure poterit iis qui unionem non confirmârint, ſuccenſere, quaſi Synodi Oecumenicæ decreta ſubvertiſſent: quando in totâ Synodo nemo aſſeveraverit id Synodicè demonſtratum, Spiritum Sanctum à Filio nempe procedere, aut oportere eundem ut articulum fidei indubitatum ab omnibus recipi, credi ac confirmari. Nam quid in Synodo Epiſcopi Latini, Græcique geſſerint, ſi quis curioſius quærat, hoc duntaxat fuit.

Viderunt Græci definitionem ſubſcriptam ab Imperatore, ejuſque ductum ſecuti, & ipſi ſubſcripſerunt: Viderunt Latini à Græcis ſubſcriptam, & à Papâ, & ipſi pariter ſubſcripſerunt: Cum eorum plurimi quibus capitibus ſubſcripſiſſent, penitus ignorarent: Præter enim pauciſſimos Latinorum ac Græcorum, qui Definitionem inſpexerant, aut forte adfuerant, cum primũ exemplar excuderetur, maxima pars hominum quid contineret Definitio, planè neſciebant: Et cum accerſiti ad ſubſcribendum con-

μένα. καὶ συνελθόντων ὑπογράψαι, οὔτε ἐν τοῖς γραικοῖς ἀνεγνώσθη πρὸ τοῦ ὑπογραφῆναι, ἢ καὶ μετὰ τὸ ὑπογραφῆναι εὐθὺς οὔτε ἐν τοῖς λατίνοις.

Ἐν τῇ ἐφεξῆς μόνον ἡμέρᾳ ἀναγνωσθέντος τοῦ ὅρου ἐπ' ἐκκλησίας ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἠρωτήθησαν οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ μὲν λατῖνοι εἶπον πλάτζατ, πλάτζατ, οἱ δὲ γραικοὶ, ἀρέσκει. καὶ ταῦτα πάντα συνεσκευάσθη κατὰ τοὺς τρόπους οὓς καὶ πρότερον καὶ νῦν διεξῆλθεν ὁ λόγος. οὕτως οὖν γεγονότος τοῦ ὅρου, καὶ τῶν ἐπισκόπων τοιαύτην εἴδησιν ἐσχηκότων, περὶ τῶν ἐμπεριειλημμένων αὐτῷ, καὶ τοσούτων ῥᾳδιουργημάτων καὶ συσκευῶν γεγενημένων ὥστε κατασκευασθῆναι. σκοπείτωσαν οἱ βουλόμενοι, εἰ χρὴ λογίζεσθαι τὸν τοιοῦτον ὅρον, ὡς ἀπόφασιν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ εἰ χρὴ τὴν οὕτω γεγονυῖαν ἕνωσιν ὡς ἀληθῆ καὶ ἀναντίρρητον στέργειν ἕνωσιν. καὶ εἰ ἐναντιοῦνται ἀποφάσει συνοδικῇ οἱ τὴν ἕνωσιν καὶ τὸν ὅρον μὴ στέργοντες. ἡμῖν γὰρ οὐκ ἐξελέγχειν τὰ τοιαῦτα σκοπὸς, ἀλλ' ὡς προέβησαν μόνον γυμνὰ ταῦτα ἐκθέσθαι, καὶ δῆλα καταστῆσαι τοῖς βουλομένοις, καὶ παραπέμψαι τοῖς ἐφεξῆς. χωρείτω δὴ λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῖν καθ' ὃν προὔθετο σκοπὸν ἐξ ἀρχῆς.

convenirent, nec à Græcis aut ante aut poſt ſubſcriptionem ſtatim perlecta fuit, ſed nec à Latinis.

Poſtridiè tantum, cum in Eccleſiâ publicaretur, ut anteà declaravimus, Epiſcopi interrogati Latini, Placet, voce Latinâ, Græci tantundem Græcâ enuntiavere: quæ cuncta fuere concinnata, iis fraudulentis artibus ac technis, quas in ſuperiori & nupero ſermone complexi ſumus. Cum igitur ad hunc modum Definitio compaginata prodiret, & Epiſcopi tam parum intelligerent, quid in eâdem comprehenderetur: Et cum tot facinoroſæ verſutiæ ac ſubdolæ machinationes uſurpatæ concurrerint ad eam compingendam, judicent qui volent, an hæc univerſalis Synodi Definitio haberi debeat, aut illa duarum gentium vera Unio: Vel an illos proſcribi oporteat, tanquam legum Synodicarum adverſarios, qui utramque & Unionem & Definitionem confirmare recuſaverint. Mihi hæc perſtringere odioſâ acerbitate non eſt in animo, ſed ſingula quo ordine geſta ſunt, in hiſtoriæ filum digerere, atque ita ob oculos exponere quibuſcunque veritatem indagantibus, ut dum antecedentia expediam, in conſequentia prehenſos manu deducam. At nunc in portum quem ſibi ab initio propoſuit, plenis velis noſtra procurrat Oratio.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO XI.

Ἐν ᾧ περὶ τῆς εἰς Βενετίαν ἀναστροφῆς ἡμῶν. καὶ ὅπως ἐλειτουργήσαμεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μάρκου, ἀξιώσει τοῦ Δούκα καὶ προστάξει καὶ ἐπιθέσει τοῦ βασιλέως. καὶ ὅπως ἐπανήλθομεν οἴκαδε. καὶ περί τινων γεγονότων ἐν τῇ ἐπανόδῳ ἡμῶν. Ἀπομνημονευμάτων ια.

Hæc comprehendit capita : ut redeuntes Venetias appulimus : Vt in æde primariâ Divi Marci sacris operati sumus, exorante Venetiarum Duce, jubente ac mandante Imperatore. Vt versus Patriam vela dedimus : Et de quibusdam memoratu dignis, quæ nobis inter revertendum contigerunt. è lib. 11. Commentariorum.

τμήμ. ια. κεφ. α.

Ὁ Μητροπολίτης Κυζίκου κῦρος Μητροφάνης ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας πάνυ καλῶς ἐν τῇ Μοναχικῇ διαπρέψας πολιτείᾳ, καὶ τοῦ ἐναρέτου ἀντιποιούμενος βίου. καὶ καλῶς ἑαυτὸν εἰς ταῦτα ῥυθμίσας, μέγα κλέος παρὰ πᾶσιν ἐκτήσατο. καὶ ἐσέβοντο, καὶ ἐτίμων αὐτὸν πάντες, ὡς σεβάσμιον, καὶ θεῖον, καὶ ἐνάρετον ἄνθρωπον, ἀλλ' ὁ τοιοῦτος μετὰ θάνατον τοῦ πατριάρχου, ἐψιθυρίζετο παρά τινων τῶν τοῦ βασιλέως οἰκιακῶν καὶ ἐσαίνετο τῇ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀνόδῳ; ἔτι ὢν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ. καὶ οὕτως εἰς τὰ βασιλικὰ θεσπίσματα ὑπεσύρετο. ὅτε τοίνυν παρεσκευάζετο καὶ οὗτος ἐξελθεῖν ἐκ τῆς Φλωρεντίας μετὰ καὶ ἑτέρων ἀρχιερέων εἶχε μὲν τὸ μέγα σχῆμα ὃ περιείλθετο ἀπηωρημένον ἄνωθεν τοῦ ἰδίου κοιτωνίσκου. εἶχε δὲ καὶ τὴν τῶν θείων μυστηρίων παρακαταθήκην ἐν ἰδίῳ τόπῳ πεφυλαγμένην. τὰ οὖν ἐνδύματα καὶ τὰ χρειώδη ὅσα εἶχον μικρά τε καὶ μεγάλα συστέλλοντες, καὶ διευθετοῦντες οἱ καλόγηροι αὐτοῦ ἐξέβαλον πάντα καὶ παρεδίδουν εἰς φορτία. τὸ δὲ σχῆμα καὶ ἡ παρακαταθήκη γεγόνασιν ἀφανῆ, ἐκ τοῦ τόπου, οὗ ἀπηώρητο, καὶ πολλὰ ζητήσαντες, καὶ πάντα ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀνερευνήσαντες, καὶ ἀναμοχλεύσαντες, καὶ πάνυ μογήσαντες ἐν-

τὸς

SECT. XI. CAP. I.

Metropolitanus Cyzici Dominus Metrophanes, ab ineunte adolescentiâ, eximiè in disciplinâ Monachali enutritus, vitam sanctimoniæ ornamentis ita excoluerat, & in eodem laudabili instituto decurrerat, ut magnam apud omnes gloriam consciverit, qui eum summo honore prosequebantur, ut virum venerabilem, divinum, ac omni virtutum genere cumulatissimum: Hic cum tantus in omnium existimatione haberetur, post mortuum Patriarcham, à blandis quorundam aulicorum susurris, & assentationibus domesticorum Imperatoris delinitus, spem concepit in Patriarchatum se promovendi, dum adhuc Florentiæ commoraretur: unde ad omnes Imperatoris nutus ac placita, tanquam ad Oracula se subduci permisit. Verum Florentiâ discessurus, in aliorum præsulum consortio, cum magnam lautitiem haberet in velamentis ac cortinis, quæ à summo laqueari lecto suo circumfundebantur: Haberet etiam, & sacrorum mysteriorum pyxidem, in loco peculiari diligenter sepositam, utramque infæliciter amisit: Nam cum vestimenta Episcopi omnia, & impedimenta Monachi sui convolvissent, & digesta in sarcinas, avehenda exportassent: sola illa lecti aulæa, & Sacramenti repositorium, sublata à quibus pendebant locis disparuere: Et quanquam omnia scrutati foramina, quæcunque essent in ædibus pervestigassent, & ad fastidium usque ac lassitudinem, omnem angulum intus & extra excussissent,

tam

τὸς τε καὶ ἐκτὸς, οὐ μόνον οἱ καλόγηροι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κυζίκου οὐδὲν τῶν δηλωθέντων εὑρεῖν ἠδυνήθησαν. ἦν οὖν παράδοξον, καὶ ὡς τέρας ἐσημειώθη παρά τινων, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ἀπώλετο τῶν δυναμένων καὶ εἰς ἀργύρια ἱκανὰ καὶ εὐκόλως διαπραθῆναι, ἀλλ᾽ ἢ ταῦτα μόνα τιμιώτατα μὲν ὄντα, καὶ αὐτὰ μᾶλλον ὑπέρτιμα. μήτε δὲ ὅμως εἰς πρᾶσιν ἐπιτήδεια, μήτε εἰς χρῆσιν τινὰ τοῖς ἐκεῖσε ἢ ἄλλοις ἐσόμενα, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἐξωτερικοῦ εἰσελθόντος τῷ τότε ἐν τῇ οἰκίᾳ. διὸ καὶ ἀπειρηκότες ἀπεδήμησαν, μήτε αὐτοὶ μήθ᾽ ἕτεροι τινὲς ὕστερον εὑρεῖν τι δυνηθέντες τῶν εἰρημένων.

Καὶ ὅτε ἐγγὺς τῆς Βενετίας ἐγένοντο ἔνθα καὶ ὀλίγη θάλασσα τῇ ἰλύϊ ἐπιπολάζει εἷς τῶν ἐν τῷ πλοίῳ ναυτῶν, ἐν ᾧ καὶ ὁ Κυζίκου παρῆν, ἱστάμενος ἐπὶ τῆς ἀκάτου ὡς ἔθος τοῖς λατίνοις, καὶ τὴν κώπην ἐρέττων, ὀλισθήσας ἔπεσεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο ἀφανὴς καὶ ἀκριβῶς ἐρευνησάντων τῶν λοιπῶν ναυτῶν οὐδαμῶς εὑρεῖν αὐτὸν ἠδυνήθησαν. ἠπόρησαν οὖν εἰς τοῦτο τινὲς, πῶς καὶ ἄλλων πολλῶν πλοίων ὄντων σὺν αὐτῷ, οὐ γέγονε τοῦτο τὸ σύμπτωμα ἐν ἑτέρῳ εἰ μὴ ἐν ᾧ ηὑρίσκετο ὁ Κυζίκου. ὅμως συνηθροίσθημεν πάντες εἰς τὴν Βενετίαν καὶ ἐξεδεχόμεθα τὸν βασιλέα. πρὸ ἡμῶν δὲ ἐν αὐτῇ παρεγένετο ὁ Φυγὰς σταυρουπόλεως, καὶ ἐφυλάχθη παρὰ τοῦ δεσπότου. ἤκουσαν γάρ τινες τῶν λατίνων, ὅτι οὐ στέργει τὴν ἕνωσιν, καὶ ἤθελον διαχειρίσασθαι αὐτόν.

Ὁ δὲ Κυζίκου κατέλυσεν ἐκεῖσε εἰς Μοναστήριον, ἐν κυριακῇ οὖν τῆς πρώτης ἑορτῆς τῆς κοιμήσεως, προσλαβόμενος καὶ τέσσαρας ἐκ τῶν ἡμετέρων ἐλειτούργησεν εἰς τὸ κελλίον ἐν ᾧ κατῴκει, καὶ ἀνεκήρυξε καὶ τὸ τοῦ πάπα μνημόσυνον. προσεκαλέσατο δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ λατινομονάχους, ἵνα ἴδωσι λειτουργίαν φιλότιμον, οἱ καὶ ἀπεδέξαντο ἰδόντες αὐτήν. καὶ εἶπον ὅτι ἡμεῖς ἑορτάζομεν ἐν τῇδε τῇ μονῇ τὴν κοίμησιν τῆς θεοτόκου. ζητοῦμεν μὲν οὖν καὶ ἀξιοῦμεν τὴν σὴν ἁγιότητα, ἵνα συμπαραλαβὼν καὶ τοὺς λοιποὺς ἱερεῖς καὶ διακόνους ὅσους ἔχεις, λειτουργήσῃς εἰς τὸ μέσον, καὶ μέλλομεν ἑτοιμάζειν ὑμῖν καὶ τράπεζαν. ὁ δὲ συνέθετο τοῦτο ποιῆσαι. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ λοι-

ποὶ

tam Cyzicenus ipſe quam Monachi, ne volam quidem aut veſtigium utriuſvis reperire potuere. Pro paradoxo igitur quamplurimi id obſervabant, quod nullam aliam prædam diſperderet, qui longe ditiora peculia poſſidebat,& quæ facilius pro nummorum ſummâ luculentâ venundarentur, quam hæc ſola duo pretioſiſſima, vel potius quæ pretium omne meriti ac valoris magnitudine exuperabant: Cum interea nec ipſa amiſſa, inter maximè vendibilia cenſeri debebant, nec poterant aliorum uſui, vel incolarum, vel peregrè adventantium accommodari: ſed nec externus quiſpiam, quod meminerunt, domum irrepſiſſet: Itaque cum nec ipſi alterutrum inveniſſent, nec ulli in poſterum, deſperato ulterioris ſcrutinij ſucceſſu, in iter ſe feſtinanter conjecerunt.

Et cum Venetiarum limitibus appropinquaſſent, quâ refluum mare denſiſſimæ uligini ſuperinnatat, unus è nautis actuarij, quo Cyzicenus vectabatur, in ſupremo tranſtrorum tabulato ſe erigens ad ictum remi librandum, ut mos eſt Latinis remigare, deceptus inſtabili ſuppedaneo cecidit in mare, & voragine abſorptus nunquam in poſterum apparuit: Nam etiamſi cæteri remiges omnem diligentiam adhibuiſſent hominem prenſandi, ita tamen totus evanuerat, ut nec ejus umbra vel levidenſis imaguncula recidiva conſpiceretur: Quin & hoc etiam ad infælix augurium nonnulli rapiebant, quod cum multæ illic naviculæ ea vada tranarent, nullam tamen eventus talis, præterquam Cyziceni infamaret: Utcunque unà omnes Venetias appulimus, & expoſiti in littora Imperatorem expectavimus brevi ſubſecuturum: Noſtrum vero adventum prævorterat fugitivus Stauropolenſis, ſub Deſpotæ præſidio deliteſcens: In cujus caput nonnulli Latinorum conjurati, quem audiebant hoſtem implacabilem Unionis, eum ſicâ confodere quærebant.

Cyzicenus vero in quoddam Monaſterium divertit: Ubi die Dominico, quo prima ſolennitas in Dormitionem B. Virginis cepit celebrari, quatuor ſibi adjungens è noſtro clero, ſacra fecit, in privato domicilij Oratorio, & Papæ nomen è diptychis ſolenniter commemoravit: Cunctos vero in illo Monaſterio Latinæ gentis cucullatos, ad Miſſam celebrem prius invitaverat Cyzicenus: Cui cum eorum plurimi interfuiſſent, Archiepiſcopum ſic allocuti ſunt. Beatiſſimæ Virginis in hoc Cænobio dormitionem, ſacris anniverſariis condecoramus: Quocirca tuam ſuppliciter rogamus pietatem, ut aſſumptis tibi cæteris presbyteris & Diaconis, ante ora omnium ſacra peragas, & tibi nos menſam Sacramentalem inſtruemus: Annuit

Cy-

τοὶ ἀρχιερεῖς ἐδυσχέραινον λέγοντες. ἡμῶν μὴ ἐχόντων πατριάρχην πῶς ἐμνημονεύθη ὁ πάπας; πόθεν δὲ εἶχεν ὁ Κυζίκου τὴν ἄδειαν; ἢ τί ἠνάγκασεν αὐτὸν, ἵνα τοῦτο ποιήσῃ; καὶ ἐβούλοντο κωλῦσαι καὶ ἐπιπλῆξαι αὐτὸν ἀδελφικῶς. προέλαβε δὲ ὁ δεσπότης ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ συνέστειλεν αὐτὸν, προσελθόντος γὰρ αὐτῷ τοῦ Κυζίκου ἀναγγεῖλαι τὸ γεγονὸς, καὶ βουλεύσασθαι καὶ περὶ τῆς εἰς τὸ ἑξῆς λειτουργίας. ὁ δεσπότης δὲ εἶπεν αὐτῷ. καλὸν ἦν ὃ ἐποίησας δέσποτα, καὶ οὕτως ἔδει ποιῆσαι ἀρχιερέα γέροντα, καὶ καλὸν ἄνθρωπον; πρῶτον μὲν οὐκ εἶχες λόγον εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ μου. εἶτα οὔτε πατριάρχην ἔχομεν, ἵνα πράττητε μετ' ἐκείνου τὰ ἐκκλησιαστικά. πόθεν οὖν εἶχες τὴν ἄδειαν ἵνα μνημονεύσῃς τὸν πάπαν; εἰσὶν ἐνταῦθα καὶ ἕτεροι ἀρχιερεῖς καὶ πρῶτοι, καὶ τίμιοι, καὶ αἰδέσιμοι. καὶ ὥσπερ οὐδ' ἐκεῖνοι ἐποίησάν τι, οὕτως οὐδέ σε ἔδει ποιῆσαι. διὰ τοῦτο μήδε εἰς τὸ ἑξῆς ποιήσῃς τι.

Cyzicenus, & se facturum pollicetur: Quod ubi reliquis Archiepiscopis innotuisset, graviter succensebant: Et quorsum Papam commemoraremus, (ajebant) cum nullum habeamus Patriarcham? Unde hanc sibi libertatem Cyzicenus arrogavit? aut quid hominem impulit ad hoc patrandum? Eumque decreverant fraternis objurgationibus commonefactum præpedire, nisi antevertisset religionis Patriæ maximè Orthodoxus Despota, & hominem maturius compescuisset: Nam Cyzicenum venientem ad Despotam, & quæ sacra fecerat narrantem, & pro futuris ab eo consilia captantem, Despota sic castigavit: O quam insigniter gessisti Domine! Num virum hæc decuere in Archiepiscopali infulâ tot annis, & tanta cum laude consenescentem? Nullum à Fratre meo Imperatore autoritatem acceperas, nec est nobis Patriarcha, sub cujus præsidio qualiacunque sacra auspiceris: Unde tibi igitur accrevit hæc Papam commemorandi audacia? Videsne quam alij hic præfulgeant Archiepiscopi & primi, & non minoris prærogativæ, ac pari tecum cultu venerandi? Et quemadmodum illi taciturnitati litavere, ita te oportuit: Quare ne in hæc postea impingas suadeo.

τμήμ. ια. κεφ. β.

Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν Βενετίαν. τῇ ς τοῦ Σεπτεμβρίου, συνεπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν Ἐφέσου. ἐκράτησε γὰρ αὐτὸν ἐκεῖσε, καὶ ἀνέπαυσε, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ καὶ εἰς τὴν Βενετίαν διέσωσεν. εἶτα καὶ εἰς τὸ ἴδιον ἐμβιβάσας κάτεργον δι' ἀσφάλειαν καὶ ἀνάπαυσιν αὐτοῦ οἴκαδε ἐπανήγαγεν. τὸ δὲ κάτεργον τὸ βασιλικὸν εὐτρεπιζόμενον ἀπηρτίσθη. καὶ τῇ ιγ τοῦ Σεπτεμβρίου, ἡμέρᾳ σαββάτῳ ἐποίησαν ἁγιασμὸν εἰς τὸ κάτεργον; καὶ εἵλκυσαν αὐτὸ εἰς τὴν θάλασσαν, ἐντὸς τοῦ ἀρσανᾶ. κατ' ἐκείνην δὲ τὴν νύκτα ἐγένετο πυρκαϊὰ ἐν τῷ ἀρσανᾷ, ἐν ᾧ οἰκήματι ἐτεκταίνετο τὰ βέλη, καὶ ἐνεπρήσθησαν οἰκήματα τρία μετὰ τῶν ἐντὸς αὐτῶν ὅπλων, καὶ κάτεργα τρία γενουιτικὰ, μετὰ τῶν σκεπαστῶν αὐτῶν. ἃ ἔλαβόν ποτε ἐκ τῆς γλόντζης ναυμαχήσαντες. καὶ ἵσταντο ἀργὰ ἐπέκεινα τῶν ζ χρόνων δι' ἔνδειξιν μόνην. καὶ εἰ μὴ γνοὺς τὴν πυρκαϊὰν ὁ Ἡρακλείας ἐδήλωσε τοῖς ἐν τῷ ἀρσανᾷ, ὡς οἴκων ἐγγὺς, μεγίστη ἂν ἐγεγόνει ζημία. ὁ δὲ βασιλεὺς διαυγαζούσης τῆς ιδ τοῦ Σεπτεμβρίου, ἀπῆλθεν εἰς τὴν Πάτουβαν θεωρίας χάριν καὶ τέρψεως μήτε

SECT. XI. CAP. II.

Non multum posthæc Imperator ipse Venetias adventavit, Sexto nempe Septembris, secum in comitatu trahens Ephesij præsulem, quem à consortibus segregatum Florentiæ deprehendens, ad se vocavit & multâ caritate permulcens, salvum primò Venetias perduxit: ac dein adlectum in propriam triremem securè ac quietè in Patriam revexit: Triremem autem Imperatoriam, jam plenè instauratam, decimo tertio Septembris, qui incidit in Sabbatum, quibusdam votivis precibus commendatam Deo, in mare protrusere, quod intus navale restagnabat: Et ea ipsâ nocte incendium loca navali vicina corripuit, ortum ex ædificio in quo tela fabricabantur: Et postquam tria domicilia devorasset, & cuncta ibidem comprehensa armamenta, in ipsum navale pervolans, totidem triremes hausit Genevenses, cum gurgustiolis, quibus subtectæ operiebantur: Has triremes olim è faucibus maris singulari Naumachiâ victores remulcârant, & prope littus navalis in fabrefactis tuguriolis, quæ tum concremata crepuere, ultrà septennium otiosas ad solam victoriæ ostentationem recondiderant: Et nisi Heracleensis propinqui hospitivus, flammam observatam indicasset navale incolentibus, ignis latius sparsisset incendia, damnumque ingens civibus intulisset; Decimi Septembris

μήτε διὰ τὸ τῆς κυριακῆς αἰδέσιμον, μήτε διὰ τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ δυσωπηθεὶς παραμεῖναι, μήτε τῇ ζημίᾳ τῶν Βενετίκων ἐπικαμφθείς. ὑπέστρεψε δὲ μετὰ δύο ἡμέρας, καὶ περιέμενεν ἡμέρας πολλὰς μέχρις ἂν ἀπαρτισθῶσι τὰ κάτεργα. μεταξὺ δὲ τῶν ἡμερῶν ἐζήτησεν ὁ Δοὺξ τὸν βασιλέα, ἵνα λειτουργήσωσιν οἱ ἡμέτεροι εἰς τὸν ἅγιον Μάρκον, ὡς ἂν ἴδῃ καὶ αὐτὸς τὴν ἡμετέραν λειτουργίαν. καὶ ἴσως εἶχε μὲν καὶ ὁ Δοὺξ τοῦτο διὰ Ἐφέσου. τὸ δὲ πλέον ἦν ὑποβολὴ τῶν ἡμετέρων, ἵν᾽ ὠθήσωσι τοὺς ἀηδῶς διατεθέντας ἐπὶ τῇ ἑνώσει, καὶ μὴ προθύμως αὐτὴν δεξαμένους λειτουργῆσαι ἐν λατινικῷ ναῷ. καὶ ἐπένευσεν ὁ βασιλεὺς τοῦτο γενέσθαι. εἶτα ἐβουλεύσατο περὶ τούτου μετὰ τοῦ μεγάλου Πρωτοσυγκέλλου. εἰ ἄρα προσήκει τοὺς ἀρχιερεῖς λειτουργῆσαι πάντας ὁμοῦ, ἢ ἕνα ἀρχιερέα μετὰ τριῶν ἢ τεσσάρων ἱερέων καὶ διακόνων. εἶπεν οὖν ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος.

Τὸ μὲν λειτουργῆσαι πέντε ἢ ἕξ, ἐν μεγάλῳ ναῷ, καὶ τοσούτῳ πλήθει ἀνθρώπων οὐ φανεῖται ἔνδοξον. χρὴ δὲ γενέσθαι τὴν λειτουργίαν ἡμῶν ἔνδοξον καὶ περίφημον. πάλιν δὲ τὸ λειτουργῆσαι πάντας οὐ διασώσει ἡμῖν τὸ τίμιον. πολλοὶ γάρ εἰσι, καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς εἰσὶ καί τινες ἀπρόσεκτοι. καὶ οὐκ εἰδότες εὐτακτεῖν ἐν τῇ λειτουργίᾳ. οἱ δὲ λατῖνοι εἰσὶ πεπαιδευμένοι, καὶ πᾶσαν εὐταξίαν καὶ εὐλάβειαν τηροῦσιν ἐν αὐτῇ. εἰ οὖν τις τῶν πολλῶν ποιήσει ἀπρόσεκτόν τι καὶ ἀπᾷδον, εἰς πάντας ἀναδραμεῖται τὸ ἔγκλημα, καὶ ἀντὶ ἐπαίνου καὶ τιμῆς προξενήσομεν ἑαυτοῖς ὄνειδος καὶ ἀτιμίαν. διὰ τοῦτο προσήκει ἵνα λειτουργήσωσι δέκα ἐκ τῶν ἀρχιερέων, δύο ἐκ τῶν ἀρχόντων τῶν σταυροφόρων οἱ εὐλαβέστεροι καὶ αἰδεσιμώτεροι. καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας οἱ ὀφφικιάλιοι. καὶ ἐκ τῶν ἱερομονάχων καὶ Πρεσβυτέρων οἱ εὐλαβέστεροι. καὶ οὕτω γενήσεται ἡ λειτουργία ἡμῶν ἔνδοξος καὶ περιφανής.

tembris aurora simul ac effulsit, Imperator Patavium migravit, & speculandæ urbis, suique oblectandi gratiâ: Et nec diei Dominici reverentia, nec elevatæ crucis anniversaria relligio, nec Venetiarum detrimenta ejus animum affectu pietatis ullo, ab itinere averterunt. Post biduum vero reversus, aliquammultos dies Venetiis remansit, dum omnes triremes instruerentur. Interea Dux Imperatorem obsecravit, ut sacerdotes nostri, D. Marci in æde primariâ sacra facerent, quibus ipse Officij Græcanici formam contemplaretur: Quod Dux fortasse exoravit subornatus propter Ephesium: sed multo magis nostratium plurimis id suggerentibus, ut eos impellerent, qui vel omnino respuerent Unionem, vel animo crudo amplecterentur ad sacra peragenda in Latinâ Ecclesiâ: Quod Imperator fieri concessit, & cum Mag. Primicerio consilium communicavit, an expediret, ut qui sacris operarentur, omnes essent Episcopi, an unum aliquem Episcopum deligerent, cum tribus, quatuorve sacerdotibus ac Diaconis subministrantibus? Cui respondit Primicerius.

Quatuor aut quinque sacris obeundis præficere, in tam amplâ ac Magnificâ Ecclesiâ & tam frequenti hominum concursu, nec nobis gloriosum, nec honorificum videbitur: quale oportet esse id generis quicquid suscipimus præstandum: Et si simul omnes muneri adscribentur, sacrorum debita Majestas minus elucescet, quia multi erunt, & in numerosâ multitudine, aliqui semper negligentes deprehenduntur, nec ordinis stationem compositè observant: Latini vero Ecclesiæ praxin & consuetudinem optimè edocti, ut omnia decurrant ordine concinno, ac pio, quam maximè cavent: Si quis igitur unus è multis nostrorum, quid suspinum ac dissonum commiserit, in totam gentem recurret invidia: ità pro laude ac gloriâ vituperium ac dedecus nobis concitabimus: Quare omnino conducere arbitror, ut decem ex Episcopis primariis eligantur, & ex proceribus Ecclesiæ Crucigeris duo, maximè venerabiles & qui summâ gravitatis ac relligionis specie prælucent, & reliqui Magnates, qui in Ecclesiâ officiis perfunguntur, ex, Hieromonachis, etiam & Presbyteris, pientissimi ac maximè spectabiles: & sic nostra Liturgia conspicua ac illustris ubique decantabitur.

τμήμ. ια. κεφ. γ.

Ἀπεδέξατο αὐτὰ ὁ βασιλεύς. καὶ εἶπεν αὐτῷ ἵνα ἐκλέξηται καὶ τὰ πρόσωπα. παρέδραμεν οὖν τῶν ἀρχιερέων, ὅσους οἶδεν αὐτομολήσαντας εἰς τὴν ἕνωσιν καὶ προ-

Sect. XI. Cap. III.

Imperator his perlibenter assensit, deditque in mandatis Primicerio, ut personas eligat idoneas, prout dixerat: qui voluntarios subscriptores, & sponte qui unionem confirmassent prætervehitur: Nec enim Roffensis, Cyzicenus,

προθύμως στέργοντας αὐτὴν, καὶ οὔτε Ῥωσίας, οὔτε Κυζίκου ἐμνήσθη, οὔτε Νικαίας, οὔτε Μιτυλήνης, οὔτε τινὸς τῶν ὁμοίων. ἐξελέξατο δὲ ὅσους οἶδεν ὑπογράψαντας μὲν, μεταμελομένους δὲ καὶ ἀντιβαίνοντας. οἷον τὸν Ἡρακλείας εἰδὼς αὐτὸν ἄκοντα ὑπογράψαντα, καὶ μηδὲ φορέσαντα ἐν τῇ ἑνώσει, ὁμοίως καὶ τὸν Ἀγχιάλου, καὶ ἄλλους τοιούτους. εἶτα ἐκ τῶν ἀρχόντων τῶν σταυροφόρων ἀπεδοκίμασε τὸν μέγαν Σακελλάριον ὡς γέροντα καὶ δυσειδῆ, καὶ κακόφωνον, καὶ ἀνάρμοστον εἰς τὸ εὐαγγελίσασθαι, καὶ ὅτι ἀρκοῦσα φροντὶς αὐτῷ ἡ τῶν ἱερῶν σκευῶν ὅτι κατεῖχεν αὐτά. ὅμοιως καὶ τὸν μέγαν Σκευοφύλακα ὡς λίαν διακεχυμένον καὶ ἀστειζόμενον καὶ γελῶντα, τότε δὲ καὶ βήχοντα καὶ πτύοντα πάνυ. ὁ δὲ μέγας Χαρτοφύλαξ ἔφη, καὶ ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης, εἰσὶν εὐλαβεῖς καὶ αἰδέσιμοι καὶ εὔστολοι ἄνθρωποι. καὶ λειτουργησάτωσαν, καί τινες τῶν ἐφεξῆς ἀρχόντων τοιοῦτοι. ἡ ἐπίνοια δὲ αὐτοῦ πᾶσα ἦν περὶ τοῦ Ἡρακλείας, καὶ τοῦ Ἀγχιάλου, καὶ περὶ ἡμῶν τῶν δύο ἵνα μὴ ἔχωμεν ἀποφυγήν. ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔγραψαν ἐν καταστίχῳ ὅσους ἐξελέξατο ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος. εἶτα ὥρισε καὶ συνήχθησαν εἰς τὸ παλάτιον, οἱ ἐκλεχθέντες ἀρχιερεῖς, καὶ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ μετ' αὐτῶν. εἶπεν οὖν ὁ βασιλεὺς, πῶς διεμηνύσατο ὁ Δοὺξ, καὶ ἠξίωσεν, ἵνα λειτουργήσωσιν οἱ ἡμέτεροι εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Μάρκου. ἐφάνη οὖν καλὸν, καὶ ἐξελεξάμεθα ὑμᾶς ἵνα λειτουργήσητε. γινώσκετε οὖν τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἑτοιμάσθητε ἵν' αὔριον λειτουργήσητε.

Εἶπεν οὖν ὁ Ἡρακλείας, ὅτι ἐγὼ οὐδὲν δύναμαι ἵνα λειτουργήσω, καὶ παρακαλῶ συμπάθησόν μοι. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς λειτούργησον, νὰ ζωθῇς. ὁ δ' εἶπεν ἀσθενὴς εἰμὶ καὶ οὐ δύναμαι. καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη δύνασαι, καὶ ζητῶ ὡς ζήτημα ἵνα λειτουργήσῃς. ὁ δὲ εἶπεν ἀγανακτῶ τὴν κεφαλήν μου, καὶ εἰ ἀσκεπῆ καταλείψω ταύτην εὐθὺς εἰμὶ ἀσθενής. καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη, λειτούργησον καὶ ἔσο ἐσκεπασμένος. ὁ δὲ εἶπεν, οὐ προσήκει τοιοῦτόν τι γενέσθαι ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ δουκὸς, καὶ τῶν Λατίνων οἱ περιεργάζονται ἀκριβῶς, καὶ μέμφονται τὰ τοιαῦτα. καὶ ὁ βασιλεὺς χρεία ἐστὶν ἵνα λειτουργήσῃς, καὶ λειτούργη-

cenus, præſul Nicææ aut Mitylenes, aut quilibet alter iſtius factionis, ei in memoriam venerunt, ſed tantum eos ſelegit, quos novit ſubſcripſiſſe quidem, ſed jam pænitere & unionem totis viribus oppugnare: qualis fuit Heraclæenſis, qui nec Definitioni ſubſcripſit, nec celebrandæ interfuit: qualis & Anchialius, & nonnulli alij iſtius ordinis. Sic inter Crucigeros proceres Eccleſiæ, Magnum Saccellium repudiavit, ut decrepitum ſenecionem ac turpiculum, verba proferre ingratum, evangelicæ lectioni ineptum: Et quod ejus vires excederet ſacræ ſuppellectilis cuſtodia, cum eandem poſſideret: Similiter & Mag. Scenophylacem rejecit, ut extremâ vanitate diffluentem, indulgentem ſcommatis ac riſui, tuſſientemque ſubinde & expuentem: Mag. autē Scriniarius (inquit) & Mag. Eccleſiarcha, viri graves ac venerandi multoque decore præcincti, ſacra obibunt, & ſi qui tales inter proceres occurrent: Sed tota hominis malignitas, in duos Epiſcopos incubuit Heracleenſem & Anchialium, & in nos duos Crucigeros, Scriniarium ac meipſum, ne ab officio præſtando elaberemur: Nomina itaque ſingulorum quos elegerat Primicerius, ſcripta in Catalogo Imperator juſſit ad ſe afferri: dein congregatis in Palatium electis, tam Epiſcopis quam Scriniario, Imperator ſenſa mentis ad hunc modum aperuit. Ut Dux Venetiarum ad ipſum miſiſſet, petiiſſetque ut noſtri ſacra facerent, in æde primariâ D. Marci: Quod ut æquum nobis viſum eſt & Duci concedere, & vos eligere ad munus ſubeundum: quare nunc ſcitote hoc à nobis conſtitutum, & in craſtinum vos ad operam accingite.

Heraclæenſis reſpondit: Ego huic officio inſervire non valeo, me excuſatum habeas quæſo: At te Deus ſalvum faciat, infert Imperator, obteſtorque ut ſacra peragas: Certe non poſſum retulit Heraeleenſis, ſum adeo valetudinis afflictæ: At facias oro, replicuit Imperator, & mihi in hoc negotio gratificeris: tantâ capitis vertigine circumagor inquit Epiſcopus, ut ſi vel tantiſper detectus perdurem, deliquiis animi ſtranguler: Ergo ſacris operare velato capite, inquit Imperator: ſed capitis velatio in Ducis præſentiâ, & in tantâ circumſtantium Latinorum coronâ, inhoneſta atque impia videbitur: qui oculis ſingula perluſtrantes, hos mores graviter reprehendent: Perfungere igitur quo vis modo, dixit Imperator, munere quod tibi neceſſario incumbit: At quæ neceſſitas retulit Heracleenſis homini ægrotanti? fœlicius in Trapezuntium onus rejiciatur, aut in quemlibet alium valetudine perfruentem. Omitte quæſo, inquit Imperator, has tergiverſationes, quando oportet te hæc ſacra præſtare. Tum ad reliquos circum-

γήσειν. ὁ δὲ εἶπε τίς ἀνάγκη; ἐπεὶ ἀγανακτῶ; λειτουργησάτω ὁ Τραπεζούντιος ἢ ἕτερος ὁ ὢν ὑγιής. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη ἄφες τοὺς λόγους, σὺ γὰρ θέλεις λειτουργήσειν. εἶτ' ἀπέβλεψε πρὸς τοὺς ἄλλους καὶ κατένευσαν. ὁ δὲ Ἀγχιάλου εἶπεν, οὐκ ἔχω ἀλλαγὴν διὸ οὐδὲ λειτουργήσω. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς ζήτησον ἀφ' ἑτέρου, καὶ λειτούργησον, ὁ δὲ εἶπεν οὐ θέλω, ἵνα ἐντρέπωμαι τινὰ ἐν οἷς οὐκ ἔχω χρείαν. καὶ ὁ βασιλεὺς ἔφη, ἀλλ' ὁρίσομεν ἡμεῖς, καὶ εὑρήσουσι σοι ἀλλαγήν. ὁ δὲ Ἀγχιάλου εἶπε, καὶ οὐκ ἔστι κάλλιον, ἵνα λειτουργήσῃ ὁ ἔχων ἀλλαγήν, καὶ μέλλων μοι δανείζειν αὐτὴν παρ' ἐμὲ τὸν μὴ ἔχοντα, μηδ' ἀποδεχόμενον δανεισθῆναι; καὶ ἐπὶ τούτοις ἐξῆλθον.

Ὁ δὲ βασιλεὺς διεμηνύσατο καὶ τοῖς μὴ παρατυχοῦσιν ἐκεῖσε ἵνα λειτουργήσωσιν ἀπαραιτήτως. ὁ δὲ Ἡρακλείας στενοχωρούμενος παρεγένετο εἰς τὰ πρόπυλα τοῦ ἁγίου Μάρκου. μετεκαλέσατο δ' ἐκεῖσε τὸν μέγαν Χαρτοφύλακα, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἐγὼ εὗρον κώλυμα κανονικὸν δι' οὗ ἐκφεύξομαι τὸ λειτουργῆσαι. ὥρισε γὰρ ὁ βασιλεὺς ἵνα λειτουργήσῃ καὶ ὁ Λακεδαιμονίας. αὐτὸς οὖν περιπέπτωκεν ἐγκλήματι κανονικῷ. καὶ περιέστησαι ἵνα μηδὲν συλλειτουργήσω αὐτῷ. διὸ ἐφάνη μοι καλόν, ἵνα σοι εἴπω, καὶ ἀναφέρῃς τοῦτο τῷ βασιλεῖ. καὶ ὁρίσῃ ἵνα λειτουργήσῃ ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ. ἀξιῶ οὖν ἄπελθε δι' ἐμὲ εἰς τὸν βασιλέα καὶ ἀνάφερε ταῦτα. ἔφη δὲ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ αὐτὸς μᾶλλον ἄπελθε καὶ ἀνάφερε ταῦτα. καὶ εἶπεν ὁ Ἡρακλείας λοιπὸν ἔλθε καί σὺ μετ' ἐμοῦ. ἀπῆλθον οὖν ὁμοῦ, καὶ ἀνενεγκόντος τοῦ Ἡρακλείας ταῦτα, εἶπεν ὁ βασιλεύς, οὐ φαίνεταί μοι καλὸν ἵνα μηδὲν συλλειτουργήσῃς αὐτῷ πρὸ τῆς ἐξετάσεως καὶ τῆς κρίσεως. λειτούργησον οὖν κατὰ τὸ παρόν, καὶ ὕστερον μέλλετε ἐξετάζειν τὰ τοιαῦτα. ὁ δὲ εἶπεν ὅτι φανερώτατόν ἐστι τὸ ἔγκλημα αὐτοῦ. ἐχειροτόνησε γὰρ παπᾶν φονέα τὸν φονεύσαντα ἐν τῇ Ῥόδῳ Μιχαὴλ τὸν κορέζην, ὅθεν καὶ οὐκ ἐᾷ με τὸ συνειδὸς συλλειτουργῆσαι αὐτῷ. ἔφη δὲ ὁ βασιλεὺς λοιπὸν ἡμεῖς παύσομεν ἐκεῖνον, καὶ ἐξοικονομήσομεν, ἵνα λειτουργήσῃ ἕτερος ἀντ' ἐκείνου καὶ σὺ λειτούργησον ἀκωλύτως. ὁ δὲ εἶπεν, ἐπεὶ ἐδέξατο ἐκεῖνος τὸν ὁρισμόν σου καὶ περιέστη ἵνα λειτουργήσῃ, οὐ προσήκει ἵνα ἐμ-

cumſpectans Imperator, vidit omnes pronos annuere, præter unum Anchialium, qui ſacerdotali ſe ſtolâ indigentem miſſificare non poſſe arguebat: At tantilli temporis uſum petas ab alio, reſpondet Imperator: ſuffundor pudore, inquit Epiſcopus, de re quemlibet ſollicitare, quam mea non poſtulat occaſio: Verum faxo, replicuit Imperator, ut alij tibi mutuam præſtent: Sed an rationi non magis conveniret, interrogavit Epiſcopus, ut qui ſtolam habeat, & in uſum alterius velit elargiri, potius ipſe officium præſtet, quam ego, qui nec ſtolam habeo meam, nec mutuam alterius deſidero? & his dictis diſceſſere.

At Imperator id cæteris ſignificari mandavit qui iſtis ſermocinationibus non intererant, ut electi, prætextu omni ablegato, ad munus ſedulo ſe parent: Heracleenſis vero intimè ſaucius, venit ad D. Marci veſtibulum, & Mag. Scriniarium evocatum, his verbis allocutus eſt: Jam ſe mihi obtulit impedimentum Canonicum, quod ab hoc ingratiſſimo miniſterio me liberabit: Imperator Lacedæmonium ad hæc ſacra nobiſcum perfungenda nominavit, qui cum inciderit in crimen capitale, contrà Canonas Eccleſiæ, mihi vovi nunquam cum iſthoc homine ſacra communicaturum: quod & tibi nunc primulum indicare conſtitui, ut per te Imperator certior factus, alium in hæc munia pro me deſignet: Quapropter te vehementer oro, ut hæc meo nomine ad Imperatorem deferas: Quin & tu potius abi, reſpondit Scriniarius, & ipſe pro te deferas: At inquit Heracleenſis, Ergo te mihi jungas comitem: Juncti igitur Imperatorem adoriuntur: Et nuntianti quæ Scriniario prædixerat Heracleenſi, Imperator reſpondit: Hoc mihi videtur intempeſtivum ob ea hominis conſortium in ſacris defugere, antequam an reus ſit judicetur: Quare nunc ſacris operare, poſtmodum dabitur opportuna magis hæc ventilandi occaſio: At manifeſti criminis tenetur, (arguit Heracleenſis) qui Homicidam ſacris donavit ordinibus, & fecit Confeſſarium, nempe eum, qui Michaelem in Rhodo adoleſcentem prius interfecerat: quare à tali in ſacris contubernali abhorret conſcientia: Ergo eum miſſum amandabimus, reſpondit Imperator, inque ejus vicem ſubſtituemus alium, tibi vero ſacrificandum erit nihilominus: At mallem, reſpondet Heracleenſis, ut quando is Majeſtatis tuæ juſſui obtemperaverit, ipſi pergere liceret, ne alacritatis in Dei cultum meritâ laude fraudaretur, & mihi ſufficeretur vicarius homini valetudinario, præter quod dixi impedimentum Canonicum: At id voluntati meæ relinquas, reſpondit Imperator, ut alio in ejus locum, quem animo præſenſi intruſo, ille evadat, & tu præſtare et-

ἐμποδισθῇ. μᾶλλον ὅρισον ἄλλον ἀντ' ἐμοῦ ἐπεὶ ἐγὼ εἰμὶ ἀσθενής, καὶ εὑρέθη καὶ ὁ ἐμποδισμὸς οὗτος. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη τοῦτο ἔσται εἰς ἐμέ, καὶ εἰσάξω ἄλλον ἀντ' ἐκείνου ὡς οἶδα, σὺ δὲ λειτούργησον. ἐξῆλθε δὲ καὶ οὕτως ὁ Ἡρακλείας μὴ κατανεύσας.

tenearis: Quibus auditis, recessit Heracleensis, Imperatoris dicto haud satis aquiescens.

τμήμ. ια. κεφ. δ.

Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἅμα πρωῒ ἥτις ἦν κυριακὴ ἐμήνυσεν ὁ βασιλεὺς τῷ Ἡρακλείας, ἵν' ἀπέλθῃ εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Μάρκου, καὶ λειτουργήσῃ. καὶ πάλιν ὡς ἐν βραχεῖ διεμήνυσαν, ὅτι εἰ μὴ λειτουργήσεις σὺ ὡς πρῶτος, οὐ λειτουργήσει ἕτερος ἀντὶ σοῦ. μετὰ τὴν τοσαύτην οὖν ἔνστασιν ἀπῆλθε καὶ μὴ βουλόμενος καὶ ἐλειτούργησεν. ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς ἰδόντες τὴν ἐπίθεσιν τοῦ βασιλέως ἀπαραίτητον, ἐλειτουργήσαμεν οὖν παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ τοῦ Δουκὸς, καὶ ἱσταμένων ὁμοῦ. ὁ βασιλεὺς γὰρ οὐ παρῆν ἐν τῇ λειτουργίᾳ καὶ ἀπεδέξατο ὁ Δοὺξ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἄρχοντες τὴν τάξιν τῆς ἱερουργίας ἡμῶν. εἰ δὲ καί τινες διασύρουσιν ἡμᾶς ὡς ἐν λατινικῷ ναῷ λειτουργήσαντας, μάτην ἡμᾶς μέμφονται. ἐλειτουργήσαμεν γὰρ εἰς ἡμέτερον ἀντιμίνσιον, καὶ εἰς ἡμέτερα ἱερὰ σκεύη ὥσπερ ἐλειτουργοῦμεν καὶ εἰς οἰκίας λατινικὰς, καὶ ἐπληρώσαμεν ἀκριβῶς πᾶσαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἡμῶν τάξιν καὶ μεταχείρισιν. καὶ εἶπε καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον ὁ ὑπομνηματογράφος ἄνω εἰς τὸ πέργουλον μεγαλοφώνως ἄνευ τῆς προσθήκης. καὶ οὐδὲ ὁ πάπας ἐμνημονεύθη ἐκεῖσε. οἶδεν οὖν ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα ἐφορῶν, ὅτι πάντα οὕτω προέβησαν ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε. καὶ οὐ παραλλάσσω τι τῶν γεγονότων ἐκεῖσε, οὐδὲ ἄλλο τι παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷδε συγγράφομαι συντάγματι. μετὰ ταῦτα ἐπετέθη τῷ βασιλεῖ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος, ἵνα ποιήσῃ μνημόσυνον τῷ πατριάρχῃ. τῶν μὲν οὖν πεντακοσίων φλωρίων τῶν εὑρεθέντων ἐν τῷ πατριαρχικῷ κελλίῳ, τῶν μὲν καταναλωθέντων εἴς τε κηδείαν, καὶ εἰς τὸ πρῶτον μνημόσυνον, καὶ εἰς τὸν τάφον ἐκείνου. τῶν δὲ ἐναπολειφθέντων, εἴς τε ἀγορὰς κυνῶν, καὶ εἰς τὰς διατροφὰς αὐτῶν. μόνων δὲ τῶν ἐνδυμάτων τοῦ πατριάρχου ἱσταμένων, ὥρισε, καὶ ἐπωλήθησαν καὶ αὐτὰ, καὶ ἐξ αὐτῶν ἔδωκαν φλωρία τῷ μεγάλῳ Πρωτο-

το-

SECT. XI. CAP. IV.

Postero die qui fuit Dominicus, simul ac Aurora illuxit, Imperator misit ad Heracleensem, qui eum submoneret, ut Ecclesiæ D. Marci tempestivus adesset, sacrisque Liturgicis operaretur: & brevi morâ interpositâ, eidem curavit significari, nisi ipse primus omnium choragus sacra illustraret, sciret sibi interdici ne quenquam substitueret: Perlatâ hac geminâ denuntiatione, eo se invitum contulit & imperata peregit: Nosque unà, cum videremus Imperatorem inexorabilem persistere, & ministerio perfuncti sumus, coram Despotâ, ac Duce simul assidentibus: Nec enim Imperator Liturgicis interfuit. Dux autem & quot eum circumstipabant, nostris ritibus applauserunt: quanquam alij obtrectantes, quod Latinorum in Ecclesiis sacra peregerimus, nobis immerito quidem, & invidè calumniabantur: Nam non nisi nostra usurpavimus instrata mensalia, nostra vascula, ut antea in profanis Latinorum ædibus assuevimus: & non nisi officij nostri ordinem Ecclesiasticum ad amussim pertrectavimus. Quin & noster Commentariorum scriptor, sanctum symbolum è sublimi pergulâ, voce sonorâ edidit, absque Additamento, nec nomen Papæ commemoravimus: Deus novit arcanorum omnium perscrutator hæc omnia ordine sic peracta fuisse ut noster sermo tradidit memoriæ literarum, & ne latum unguem à veritatis tramite deflexi, in his vel alio historiarum contextu, per integrum hoc volumen. Post hæc, Primicerius ab Imperatore impetravit, ut commemorationem defuncto Patriarchæ funebrem, & exequias juberet parentari: Nam quingenta florena, in Musæo Patriarchali reperta, partim in primam funerationem ac sepulturam insumpserant, & si quid remanserat, canibus emercandis, alendisque Imperator decoxerat. Nunc tantum ornamentis Patriarchæ relictis, Imperator edictum publicavit, ut ea venum sub hastâ proponerentur: quorum de pretio dempta aliquot Florena Mag. Primicerio tradidere ad novam Næniam instruendam. Unde Primicerius coactus novam ordiri electionem, qui sacris Liturgicis perfungerentur, Trapezuntium inter primos nominavit: qui cum bis terve recusasset, tandem Imperatoriæ autoritati paruit:

Cum

τοσυγκέλλῳ καὶ ἐποίησε μνημόσυνον. πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς συνέταξε τοὺς λειτουργήσοντας. πρῶτον δὲ τὸν Τραπεζοῦντος ὃς καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἀπηγόρευσε τοῦτο. ὅμως ἐπιτεθέντος τοῦ βασιλέως ἐπείσθη. ἐφορέσαμεν οὖν εἰς τὸν ναὸν τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Γεωργίου. καὶ ψαλλομένου τοῦ μνημοσύνου μεταξὺ τοῦ Ἀμώμου. ἦλθον λατινεπίσκοπος, καὶ λατινοϊερομόναχοι ὄκτω, καὶ φορέσαντες καὶ αὐτοὶ ἵσταντο μεθ' ἡμῶν, κατέχοντες καὶ αὐτοὶ κηρία ὁμοίως ἡμῖν. μετὰ δὲ τὸ τέλος τοῦ Ἀμώμου καὶ τοῦ κανόνος εἶπον καὶ αὐτοὶ μυστικὴν εὐχὴν καθ' ἑαυτούς. καὶ ἀρξαμένης τῆς λειτουργίας ἐν τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ, εἰσώδευσαν κἀκεῖνοι μεθ' ἡμῶν, καὶ ἵσταντο ἐντὸς τοῦ βήματος ὁρῶντες μόνον. καὶ γενομένου τοῦ ἀσπασμοῦ, ἠσπάσαντο κἀκεῖνοι ἀλλήλους, καὶ οὕτως ἐτελέσθη ἡ λειτουργία. κατεσκευάσθη δὲ καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ μεγάλου Πρωτοσυγκέλλου. ἐκεῖνος γὰρ ἠνάγκαζε τινὰς μὴ λειτουργήσαντας ἐν τῇ εἰς τὸν ἅγιον Μάρκον λειτουργίᾳ, καὶ ἐλειτούργησαν ἐν τῷδε τῷ μνημοσύνῳ. ἠνάγκαζε δὲ λίαν καὶ τὸν ἄρχοντα τῶν μοναστηρίων, καὶ τὸν ἄρχοντα τῶν ἀντιμινσίων, καὶ οὐκ ἐδυνήθη καταπεῖσαι αὐτούς. ἠνώχλησαν οὖν καὶ ἠπείλησαν αὐτοὺς σφόδρα. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

Cum pompa igitur maximè solenni in habitibus, Universi Cenotaphium deduximus in templum Monasterij D. Georgio dedicati: Ubi nostrorum singuli, dum lugubria metra cantillarent, ac præcipuè Psal. 118. Beati corde immaculati: Latinus quidam Episcopus, cum octo ejusdem gentis Hieromonachis, nostrum chorum subintrantes, in eundem ordinem cum nostris se disposuerunt, portantes simillimas nostris ferales tædas: Hymno tamen perfinito, & absoluto Canone quasdam mysticas preces, submissâ voce introrsum immurmurabant: Deinde simul ac Liturgia inchoabat, ad primum introitum nobiscum ingressi, intra gradus stabant nudi speculatores: Dummodo in fine omnium, cum nostri ruerent in amplexus, illi se mutuo sunt amplexati, & tum Liturgia terminabatur. Totum autem hoc negotium, commentum fuit Primicerij, ut qui sacrâ in Æde D. Marci non peregissent, in hac commemoratione præstare cogeret: Duram autem necessitatem imposuit duobus præfectis Monasteriorum & Antemensalium, qui cum nullis orationum blandimentis, ad hæc subeunda poterant persuaderi, ambo & Imperator & Primicerius in utrunque antistitem extrema quæque interminati, ad sacrificia peragenda protruserunt. Et hæc ita gesta sunt ut nos commemoravimus.

τμῆμ. ια. κεφ. ε.

Περὶ δὲ τῆς ἐν τῇ πατρίδι ἐπανόδου ἡμῶν, ὁ πάπας συνεφώνησε μετὰ τῶν Βενετίκων πραγματευτῶν, ἵνα τὰ δύο κάτεργα τῆς πραγματείας δέξωνται ἀνὰ ρ ἀνθρώπους ἐξ ἡμῶν. ἔστειλε δὲ καὶ ἔξοδον ὑπὲρ τοῦ βασιλικοῦ κατέργου, καὶ ὑπὲρ ἑτέρου ἑνός. ἐῤῥόγευσαν οὖν ναύτας τοῦ ἑνὸς κατέργου ἐν ᾧ καὶ ὁ δεσπότης εἰσῆλθεν. εἰς δὲ τὸ κάτεργον τοῦ βασιλέως ἔδωκαν ῥόγαν μηνῶν δύο. οὐδεὶς δὲ ναύτης Βενέτικος ἠθέλησεν εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ. ἀλλ' εἰσήχθησαν ὑποχείριοι Ῥῶσοι καὶ Βούλγαροι οὐδεμίαν εἴδησιν ναυτικῆς ἔχοντες. ἐλείποντο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ τεταγμένου ἀριθμοῦ ναῦται ξ. ἡτοιμάσθησαν δὲ οὖν ὅμως καὶ εἶπον ἡμῖν, ἵνα εἰσέλθωμεν εἰς τὰ κάτεργα τῇ ιδ τοῦ Ὀκτωβρίου. κατ' ἐκείνην δὲ τὴν νύκτα ἐγένετο κλύδων μέγας, καὶ βιαίως ἐτάραξε τὴν θάλασσαν, καὶ ἐξέκοψε τὰς ἀγκύρας, καὶ ἐντὸς τοῦ λιμένος κατέαξε κάτεργα τέσσαρα, ὧν ἦν καὶ τὸ καπιτανίκιν, οὗ ἡμεῖς εἰσήχθημεν. κατεάγη γὰρ ἐξ ἐκείνου τὸ ἥμισυ τῆς βάντας

τοῦ

Sect. XI. Cap. V.

Quæ nostrum spectant reditum in Patriam, sic se habent. Papa cum Venetis pacto convenit, ut binas nobis instruant triremes mercatorias, quarum unaquæque centum ex nostris hominibus capiat vectores: misit & impensas ad Imperatoriam triremem necessarias implendam, & ad unam duntaxat alteram, quæ Despotam vectaret: Cui & nautas nummis conducebant erogatis, Imperatoriæ vero non nautas parabant, sed duorum mensium numerabant stipendia: Eam tamen nullus nauta Venetus ingredi volebat, sed vilia Mancipia, Russi, Bulgarique, rei nauticæ penitus expertes: cui & de justo numero nautarum, sexaginta non pauciores deerant: Nihilominus ad velificandum se comparabant, diemque præstituebant recipiendi nos ad navigia Octobris decimum quartum: Cujus nocte præcedaneâ ingens tempestas exorta violentis fluctibus concitatum mare, in altum sic librabat, ut disruptis anchoris, in ipso portu triremes quatuor effractæ invicem colliderent, quarum unam Capitaneam nos proceres Ecclesiæ fuimus conscensuri: Atque in illâ dolonem medium quo vexilla inserebantur, contusum collabefactumque vix triduo in-

staura-

τοῦ ἑνὸς μέρους, καὶ ἐτέκταινον αὐτὸ ἡμέρας τρεῖς. εἶτα εἰσήχθημεν εἰς τὰ κάτεργα. καὶ ὁ ὑποσχόμενος ἐπαναστῶσαι ἡμᾶς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετὰ πολλῆς ἀναπαύσεως, καὶ πολλῶν κατέργων καὶ μετὰ μεγάλης τιμῆς, κατέστησεν ἡμᾶς, καὶ εἴχομεν τοιαύτην ἄνεσιν καὶ εὐρυχωρίαν, ἐν τοῖς φορτηγοῖς κατέργοις οἵαν ἔχουσι τὰ ἐκ τοῦ Καφᾶ, ἢ ἐκ τοῦ ἀσπροκάστρου διὰ νηῶν φερόμενα ἀνδράποδα τζαρκάσιοι τυχὸν ἢ σκύθαι.

Ἐξήλθομεν οὖν ἐκ τῆς Βενετίας τῇ ιθ τοῦ ὀκτωβρίου, καὶ διαπεράσαντες μιλία ρ προσωρμίσθημεν εἰς κάστρον παλαιὸν μὲν καὶ ἠμελημένον, ἀστεῖον δὲ ἄλλως κατὰ τὴν θέσιν τοῦ τόπου, καὶ νησιδίοις εὐθαλέσι περικυκλούμενον. ἀφθονίαν τε τῶν χρειωδῶν καὶ παντοίων τροφῶν παρεχόμενον. καλεῖται δὲ Πόλα. περιέμειναν οὖν ἐκεῖσε τὰ κάτεργα, καὶ ἔλαβον καὶ ἀνθρώπους καὶ χρείας. τὸ δὲ βασιλικὸν κάτεργον ἐξῆλθεν ἐστερημένον ναυτῶν ξ, διανύομεν δὲ τὸν πλοῦν. καὶ ἐν μιᾷ νυκτὶ προσωρμίσθημεν ἐν λιμένι. καὶ πρωΐας ἀναχθέντες ἐκεῖθεν εὕρομεν τὸν ἄνεμον ἐναντίον, καὶ στραφέντες ἱστάμεθα πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν λιμένα ἡμέρας γ μηδεμίαν ἐκ τοῦ τόπου παραμυθίαν ἔχοντες. εἶτ' αὖ ἐξήλθομεν, καὶ εὐφόρου τυχόντες ἀνέμου ἐπ' ὀλίγον, μόλις γὰρ ἐπὶ δύο ὥραις ἐπλέομεν καλῶς, περιπεπτώκαμεν αὖθις κλύδωνι αἰφνιδίῳ καὶ βιαίῳ ὃς ἀτάκτως ὠθήσας τὰ κάτεργα ἐξετόπισε, καὶ ἀπήγαγεν εἰς ἔρημον νῆσον καλουμένην Λέσαν. καὶ τὰ μὲν τῶν Βενετίκων κάτεργα ἠδυνήθησαν καὶ εἰσῆλθον ἐν τῷ ἐκεῖσε λιμένι. τὸ δὲ βασιλικὸν ἐστερημένον ὂν καὶ ναυτῶν καὶ ἐπιστημονικῶν ἀνθρώπων οὐκ ἠδυνήθη εἰσελθεῖν, ἀλλ' ἐξετοπίσθη, καὶ οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν. καὶ λυπούμεθα πάντες, νομίζοντες ὅτι ἐκινδύνευσε, καὶ περιεμένομεν ἡμέρας δύο. περὶ δὲ τὴν ἑσπέραν τῆς δευτέρας ἡμέρας, ἐμήνυσεν ἡμῖν ὁ βασιλεὺς, ὅπως ἡ αὐτοῦ ναῦς ὡρμίσθη ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς αὐτῆς νήσου. καὶ ἐπεὶ πολύ ἐστι τὸ διὰ μέσου διάστημα, ὥρισεν ἵνα ἐξέλθωμεν ἅμα πρωῒ, καὶ πλέωμεν ἐξ ὀρθοῦ· ἐλεύσεται δὲ καὶ αὐτὸς, ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους, καὶ ἑνωθησόμεθα ἐν τῇ ὁδῷ. καὶ γέγονεν οὕτως. ἐπλέομεν οὖν καὶ πάλιν διαπερῶντες τὸν Ῥαούσιον κόλπον περιπεπτώκαμεν μεγίστῳ καὶ ἀφορήτῳ κλύδωνι, ἐν ᾧ

ἀπηλ-

ſtaurabant, ut non niſi poſt quatriduum navigia ingrederemur: & ille nempe Papa, qui tam prolixis pollicitationibus, nos incolumes Conſtantinopolin, cum tanto ſolatio ac voluptate, in tam numeroſâ claſſe triremium tanto honore cumulatos ſe remiſſurum ſpondebat, ita nos denſatos conjecit in anguſtas carinas onerariarum navium, ut non majori quiete, nec molliori animorum, corporumve remiſſione, aut relaxatione ſpatij frueremur, quam ex Capha aut Albocaſtro captivi vernæ Cercaſſij, aut ultimi gentium barbararum Scythæ, cum in alia littora per mare devehuntur, gypſatis pedibus vendendi in cataſtis.

Venetiis autem decimo nono Octobris ſolvimus, & confectis centum milliaribus navigia applicuimus ad Caſtellum vetuſtate collapſum, incoliſque vacuum: venuſtum tamen & amænum ſi loci ſitus ſpectetur, & inſulis in circuitu frugiferis ſpectabile, necnon ingentem rerum neceſſariarum copiam, ac omnigenorum edulium elargiens: quam vulgo Polam dicunt: Illic triremes in ſtationem ſubductæ, & aliquandiu commoratæ homines quoſdam, & nonnulla navigantibus utilia receperunt: Imperatoria vero ſtatim ac appulit, curſum repetivit, ſexaginta nautis deſtituta ut diximus: quam nos mox inſecuti iter continuavimus, & eâ nocte in portum quendam devenimus, unde diluculo ſolventes, repperimus ventum mutato cardine ſpirare adverſum: quare velis retrorſum verſatis, in eundem portum denuo decurrimus, triduoque hæſimus, quamvis nihil frugi decerpere valuimus, è loco tam ſterili & injucundo. Sed illinc ut primum perſenſimus ventum favere clementiorem, vela dedimus, & cum vix duabus horis curſu proſpero frueremur, in ferocem procellam, & ex inſpirato ingruentem incidimus, quæ tam violenter naves percuſſit, & tam confusè disjecit, ut curſu recto quem tenebant ablegato, in inſulam deſertam nomine Leſam compulerit: Et conductitiæ quidem Venetorum triremes, portum ingredi poterant: At Imperatoriam grandiorem, ac tot nautis privatam, hominibuſque ſcientificis, intrare cum non potuiſſet, hyems è noſtro conſpectu abripuit, ut quid eâ factum ſit, aut quo impelleretur, omnes ignorarent: Quocircà in maximum luctum præcipitati, ne à ventis in naufragium convelleretur, integrum biduum præſtolando conſumpſimus. Verum ad ſecundi diei veſperam Imperator miſit nobis nuntiatum triremem ſuam ex adverſâ ripâ ejuſdem Inſulæ ad Anchoram conſiſtere: ſed cum tanta intercapedo eum à nobis diſterminaret, juſſit ut ſummo mane in mare expanſi recta velificaremur: ipſum ex alio latere Inſulæ tum temporis ſolven-

tem

ἀπηλπίσαμεν παντελῶς τὰς ἰδίας ζωάς, οἰμώζοντες καὶ θρηνοῦντες καὶ τῶν φιλτάτων ἀναμιμνησκόμενοι καὶ ἐλεεινῶς ἀποκλαιόμενοι. καὶ ἐπὶ τούτοις ὅλη ἡ νὺξ παρέδραμε, καὶ οὐδέτερον κάτεργον ἑώρα τὸ ἕτερον. οὐδὲ οἱ ναυτικοὶ ᾔδεσαν ὅπῃ ἀπήρχοντο. δεδιότες δὲ μόνον μήποτε σκοτίας οὔσης τῇ γῇ προσπελάσαντες τὰς ναῦς ἀπολέσωσι πρὸς τὸ πέλαγος αὐτὰς ἴθυνον.

Τῇ νυκτὶ δ' ἐκείνῃ καὶ μία ναῦς ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐρχομένη ἐβυθίσθη ἐν τῷ αὐτῷ πελάγει πλησίον ἡμῶν. ἡμέρας δὲ ἐπιγινομένης τότε πνεῦμα ῥᾷον ἐγένετο, καὶ ἡμεῖς εὑρέθημεν πολὺ τῆς γῆς ἀπέχοντες, καὶ δι' ὅλης ἐκείνης τῆς ἡμέρας κατήραμεν εἰς τὴν ἤπειρον. ἔνθα προσμείναντες τῇ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ παρεγενόμεθα εἰς τὴν Κέρκυραν· κἀκεῖσε δύο ἡμέρας περιεμένομεν τὸν βασιλέα. εἰσῆλθε γὰρ ἡμᾶς φόβος ἀκούσαντας ὅτι διήρχοντο περὶ τὰ μέρη ἐκεῖνα κάτεργα δ' κατελανικά, μήποτε ἐνέτυχον τῷ βασιλεῖ. ὅμως μετὰ τὰς δύο ἡμέρας ἦλθε καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Κέρκυραν.

tem, eo cursum dirigere, ut in medio se nobis adjungeret itinere, quod fælicem prodiit in eventum. At jam cum unà navigantes sinum Ragusium prætervehebamur, tam magna, & terribilis tempestas inhorruit, ut ipsas vitas penitus desponderemus: ejulavimus, planximus, & sæpe nostra domi carissima pignora in memoriam revocantes, miserabilem in modum collacrymavimus: Atque ita totam noctem duximus, tam spissis tenebris, tam densâ caligine obsiti, ut nulla triremis proximam conspiceret, nec peritissimi nautarum quo tenderent, satis perciperent, nisi quod id unum pertimescentes, ne in nocte tam nebulosâ naves scopulis allidérent, à littore quantum poterant, in apertum mare gubernacula obliquabant.

Quin & eâ ipsâ nocte navis è Constantinopole huc vela faciens nos juxtà, depressa fluctibus, in profundo gurgite subsedit: Appropinquante luce mitior nos aura afflavit, sed in longum à terrâ aberrasse nos deprehendimus, ut totâ die, remis velisque quod ajunt contendentes, in continentem vix deferremur: ubi aliquantisper commorati postridie Corcyram attigimus, ibidemque biduo anxij Imperatorem expectavimus: Nam timor nos invaserat, ne Catalauni piratarum genus crudele in eum irruissent, quorum quatuor triremes hæc maria infesta reddere accepimus: Verum exacto biduo Corcyram ipse exoptatus appulit.

τμήμ. ια. κεφ. ϛ.

SECT. XI. CAP. VI.

Οἱ οὖν ἐκεῖσε Χριστιανοὶ καὶ καλοὶ ἄνθρωποι, ὅτε μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀπηρχόμεθα ἀσπασίως προσήρχοντο, καὶ μεγάλως ἐτίμων ἡμᾶς. ὅτε δ' ὑπεστρέφομεν ἀηδῶς ἄγαν ἡμᾶς ἐδέχοντο. καὶ ἔλεγον, κάλλιον ἂν ἦν οὐκ ἀπήρχεσθε εἰς τὴν σύνοδον. τί καλὸν ἐποιήσατε; εἴθε μὴ ἐθεωροῦμεν ὑμᾶς ἐκεῖσε ἀφιγμένους. προσῆλθε δὲ τῷ βασιλεῖ ὁ ἐκεῖσε πρωτοπαπᾶς μετὰ καὶ ἑτέρων ἱερέων, καὶ ἀνέφερον καὶ ἐζήτησαν ἵνα ὁρίσῃ πῶς χρὴ διάγειν αὐτοὺς μετὰ τῶν Λατίνων; ὥρισεν οὖν ὅτι διάγετε κατὰ τὴν τάξιν ἣν ἔχετε καὶ πρότερον. ἀνέφερον οὖν ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν ἐνταῦθα ἐπίσκοπον. ἐποιοῦμεν δὲ ἐξέτασιν εἰς τοὺς ἀναγομένους πρὸς ἱερωσύνην, καὶ ἐλαμβάνομεν τὰς μαρτυρίας αὐτῶν. εἶτα ἐστέλλομεν αὐτούς, καὶ ἐχειροτονοῦντο παρὰ ἡμετέρων ἐπισκόπων. ἐζήτησε οὖν πολλάκις ὁ ἐνταῦθα εὑρισκόμενος Λατινεπίσκοπος, ἵνα χειροτονῇ αὐτούς. ἡμεῖς δὲ ἐλέ-

Cujus Insulæ Christiani, viri probi, nos in Latium tendentes, perhumaniter amplexi, magno honore affecerunt: sed revertentibus intepuere, & nimiâ vultuum severitate aspexerunt: Et optabilius fuisset, inquiebant, si Synodum eam nunquam adiissetis: quid inde aut lucri, aut laudis reportastis? Utinam nobis nunquam obtigisset infælicitas, vobis eo proficiscentibus occurrere. Accessit autem ad Imperatorem primarius inter eos sacerdos ac Pater Confessarius, cum aliis quibusdam suæ professionis: qui Imperatorem rogaverunt, ut edocere dignaretur, quibus nunc modis cum Latinis tractarent? Iisdem nunc quibus olim, respondit Imperator: At illi fusius enarrant: Nobis nullus est in hac Insulâ Episcopus, adeo ut si quis ad sacros ordines aspiraret, præviâ examinatione, quam dignus esset exploravimus, deinde oblata ab ipso qualiacunque testimonia capientes ad aliquem Episcopum vestrum remisimus, ut ordinibus donaretur: Sæpe autem præfectus his partibus à Papa Latinus Episcopus petiit, ut in ipsum hanc ordinandi facultatẽ transfer-

ἐλέγομεν ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν δέξασθαι ἡμᾶς, τὴν χειροτονίαν ὑμῶν. καὶ διὰ τοῦ σχίσματος παρεκρουόμεθα τὸ ζήτημα αὐτοῦ. νῦν δὲ ἐπεὶ ἐγένετο ἕνωσις ἐπιτεθήσεται ἡμῖν ἵνα χειροτονῇ. ἡμεῖς δὲ οὐδ᾽ ὅλως θέλομεν τοῦτο. ποίαν οὖν εὑρήσομεν εἰς τοῦτο ἀποφυγήν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη. ἡμεῖς οὕτως ἐποιήσαμεν, καὶ ἐστέρξαμεν τὴν ἕνωσιν, ἵν᾽ ἔχῃ ἑκάτερον μέρος τὰ ἔθη καὶ τὴν τάξιν ἣν εἶχε καὶ πρότερον. εἰ οὖν εἴπωσι τι πρὸς ὑμᾶς οἱ λατῖνοι, εἴπατε, ὅτι οὕτως ἐγένετο ἡ ἕνωσις, ἵνα ἔχωμεν τὰ ἔθη, καὶ τὴν τάξιν ἡμῶν ὡς τὸ πρότερον, καὶ οὕτως οὐκ ἐνοχλήσουσιν ὑμῖν. οἱ δὲ πάλιν ἀνήνεγκαν, ὅτι ἡμεῖς ἐσμὲν ἄνθρωποι δεδουλωμένοι εἰς τοὺς λατίνους, καὶ οὐχ εὑρήσει παραδοχὴν ἐν αὐτοῖς ὁ ἡμέτερος λόγος. ἐροῦσι γὰρ ὅτι πρότερον ἦτε ἐσχισμένοι. νῦν δὲ ἐπεὶ ἡνώθητε, καὶ ἐσμὲν ἡνωμένοι πάντες, ἡμῖν ἀνήκουσι καὶ αἱ χειροτονίαι, καὶ οὐκ ἐάσουσι τινὰ ἀπελθεῖν ἀλλοθί που καὶ χειροτονηθῆναι. τί οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ποιήσομεν; ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς ὅτι μεταγραφήσεται ὁ ὅρος, καὶ δοθήσεται ὑμῖν καὶ ἔχετε τοῦτο εἰς δεφένδευσιν ὧν λέγομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὕτως ἀπηλλάγησαν.

ferremus: at nunquam à nobis impetravit: Sed perpetuo reſpondimus, Ordinationem Latinam, à noſtris legibus alienam, Græcis hominibus competere non poſſe: & propter Eccleſiarum ſchiſma, Epiſcopum Latinum ſemper repudiavimus: At nunc unione ſancitâ multo acrius inſtabit, petet, & tanquam jus ſuum ſibi vendicabit, quod in æternum nunquam admittemus: Verum quo effugio? quo commento hominem abigemus?

Reſpondit Imperator, nos ea fine procudimus Unionem, ut utraque pars iiſdem ritibus ac inſtitutis gauderent, quibus anteà: quare ſi vobis Latini obſtrepent, redarguite, unionem afferentes eo pacto procuratam, ut iiſdem legum fundamentis uteremur, quibus ante unionem: & tum ulteriori moleſtiâ vos interpellare deſinent: Illi vero Imperatori regeſſerunt: At nos ſub jugo vivimus Latinorum, ſubacti in ſervitutem, nec valebit id commentum: Objicient enim Latini: Vos antehac ſeorſim à nobis conſtitiſtis, avulſi in partem diverſam: at nunc fœdere conjuncti eſtis, omneſque in unam gentem, ac religionem coaluimus: ad nos jam ordinandi poteſtas neceſſario pertinebit: Nec noſtros permittent conſecrandos extrà Inſulam evagari, ut à Græcis Epiſcopis gradus poſtulent, quibus debeant imbui: quid tum nobis faciendum reſtat? Curabo vobis transſcriptæ Unionis copiam dari, reſpondit Imperator, quâ veſtrum jus rationibus quas modo præſcripſimus, tueamini, atque ita in divorſum abiere.

τμήμ. ια. Κεφ. ζ.

Ἤδη δὲ διαυγαζούσης τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, ἄραντες ἐπλέομεν μηδ᾽ ὅλως φροντίσαντος τινὸς περὶ τῆς τοῦ ὅρου μεταγραφῆς. καὶ ἵνα τὰ ἐν μέσῳ καὶ αὐτὸς παραδράμω, στάσεις τε φημὶ καὶ ἀργίας ματαίας, καὶ κινδύνους τινάς, ἐφθάσαμεν εἰς τὴν Μεθώνην. καὶ ἱστάμεθα ἐκεῖσε ἡμέρας πέντε κωλυόμενοι ὑπὸ νότου βιαίου. ὠνείδιζον οὖν ἡμᾶς, ὅσοι ἐκ τῶν Μεθωναίων ζηλωταὶ τῆς ἡμετέρας δόξης ἐτύγχανον. καὶ ἔλεγον, ὅτι ἡμεῖς πρότερον ὁσάκις ἐνεπίπτομεν εἰς λόγους μετὰ τῶν λατίνων τῶν εὑρισκομένων ἐνθάδε, κατεδικάζομεν αὐτοὺς μὴ δυναμένους ἀντιλέγειν ἡμῖν. νῦν δὲ οὐκ ἔχομεν τι ἂν λέγομεν αὐτοῖς. καλὸν ἂν ἦν εἰ μετεποιεῖτε τι καὶ ὑμεῖς ἐκ τῶν ἐκείνων. εἴ τε, μὴ κρεωφαγεῖν τὰς δύο ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς. εἶτα, μὴ λειτουργεῖν τῇ αὐτῇ ἡμέ-

Sect. XI. Cap. VII.

Verum ut craſtinus illuxit dies, è Corcyrâ ſolvimus, quando neminem ex illis animadverteremus, de Definitionis transſcriptione valde ſollicitari: ac ut ego ipſe protrita ac ordinaria, qualia ſunt ſtationes anchorariæ, otia inania, cum inutili temporis diſpendio, & nonnulla etiam pericula, è medio diſcurſu ſubmoveam, Methonem in Peloponneſo tandem aſſequimur: in quâ ad anchoram hæſimus quinque diebus integris, quibus à Meridie ſpirans Auſter imbrifer & violentus nos portu egredi prohibuit: Ubi Methonenſium quotquot noſtræ relligionis dogmata cum zelo deperibant, nos probris increpitos objurgarunt, Etenim antehac (dixerunt) quoties in Controverſiam incidimus, cum aliquo Latinorum qui inter nos degunt, tam validis argumentis os homini obſtruximus, ut ne contrà nos vel unicum verbulum eluctari poſſet, aut hiſcere: nunc vice versâ nos ipſi ſic confundimur, ut nihil nobis in promptu maneat, quod reſpondeamus. Si vel unum aliquem ex eorum variis erroribus emendaſſe contigiſſet, laude dig-

ἡμέρᾳ τρὶς καὶ τετράκις ἐν τῷ αὐτῷ ἀλταρίῳ. εἴτε κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων, καὶ κατὰ τὴν ἀναστάσιμον μὴ λειτουργεῖν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα ἱερέα ἀπὸ τοῦ μεσονυκτίου μέχρι καὶ τῆς τετάρτης ὥρας τῆς ἡμέρας, ὁσάκις ἂν δυνηθῇ ἱερουργῆσαι. ἢ ἄλλο τι ἐκ τῶν πολλῶν ὧν ἔχουσιν ἀτόπων. εἰ γὰρ μετεποιεῖτε τι ἐξ ὧν ἔχουσιν οἱ λατῖνοι, ἴσως εἴχομεν ἂν λέγειν καὶ ἡμεῖς ἐκείνοις. ὅτι καὶ ὑμεῖς ἐσφάλλετε ἐν τοῖς δὲ, καὶ διώρθωσαν ὑμᾶς οἱ ἡμέτεροι. νῦν δὲ οὐδὲ ἀντιβλέψαι αὐτοῖς δυνησόμεθα. μέγα κακὸν εἰργάσασθε εἰς ἡμᾶς.

dignum fuiſſet, ut exempli gratiâ, quod non liceret, durante quadrageſimâ, bis in ſeptimanâ carnibus veſci: aut quod impium eſſet bis terve, ad unum altare, in uno eodemque die miſſificare: vel quod nefarium, in diebus Nativitatis Chriſti, aut Reſurrectionis, ut unus, idemque ſacerdos, à noctis conticinio, ad horam quartam diei inſequentis, quam ſæpe velit miſſificet: vel aliud quid unum ex eorum mille incongruis: ſi vel unam (dicimus) eorum omnium abſurditatum, quas Latini propugnant, convellere potuiſſetis, tum fortè nos Latinis noſtros errores objicientibus, par pari potuiſſemus verbis retuliſſe: Quin & vos Latini pariter in his aut illis opinionibus vacillaſtis, à quibus noſtri vos in rectiorem animi ſententiam deduxerunt: Nunc nequimus vultus ipſis attollere, aut Latinum quempiam obtueri: ingens certe malum nobis omnibus propagaſtis.

τμήμ. ια. κεφ. η.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκ τῆς μεθώνης ἐξελθὼν ἀπῆλθεν ἔφιππος κατόπιν καταλιπὼν καὶ τὴν Κορώνην διάστημα ἡμερήσιον, κἀκεῖσε τινὰ λιμένα καταλαβὼν ὀλίγον προσέμεινεν. αἱ δὲ τριήρεις ἐκ τῆς Μεθώνης εἰς τὴν κορώνην παραγενόμεναι, κἀκεῖσε ἡμίσειάν τε καὶ μίαν ἡμέραν προσμείνασαι (ἔνθα καὶ οἱ τῶν λατίνων ἱερεῖς μετὰ τῶν γραικῶν, καὶ μεθ' ἑκατέρων τῶν ἐπισκόπων τοῦ λατίνου δηλονότι καὶ τοῦ γραικοῦ συμφορέσαντες ἐλιτάνευσαν σὺν δύο ἐρχόμενοι γραικοῦ μὲν τοῦ ἑνὸς ὄντος, λατίνου δὲ τοῦ ἑτέρου, καὶ οὕτω τὴν ἕνωσιν παραδεικνύοντες.) τῇ ἐφεξῆς ἄρασαι, καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως ἑνωθεῖσαι, ὡς τῆς βασιλικῆς τριήρεως πρὸς αὐτὸν εὐθὺς ἀπελθούσης, καὶ τὸν βασιλέα εἰσδεξαμένης τὸν πλοῦν διήνυον, καὶ διέβημεν τὴν Μονεμβασίαν, καὶ πολὺ μέρος τῆς Πελοποννήσου. μεσούσης δὲ ἤδη τῆς νυκτὸς σφοδρὸς ἐγείρεται ἄνεμος καὶ κλύδων μέγας, καὶ σκότος πολὺ, καὶ βιαία φορὰ τῶν νηῶν, καὶ πάλιν ἐκινδυνεύσαμεν. ἤδη δὲ διαυγαζούσης τῆς ἡμέρας εὑρέθημεν παρ' ἐλπίδα εἰς τὰς περὶ τὰς Ἀθήνας ἱσταμένας κίονας τὰς παρὰ τοῖς ἐκεῖσε ὀνομαζομένας κολώνας. αἱ δὴ καὶ ὠράθησαν ἡμῖν, ὡς πάντων ἀγαθῶν ἄγγελοι. ἀρξαμένης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ τὸ πνεῦμα πράως ἔφερεν, καὶ ἡ θάλασσα γαλήνην ἦγε, καὶ ἡμέρως ἡμᾶς παρέπεμπε, καὶ διὰ δύο ἡμερῶν ἐφθάσαμεν εἰς Εὔβοιαν

SECT. XI. CAP. VIII.

Imperator Methonæ egreſſus nave, equum conſcendit, & progreditur à tergo deſerens Coronen, quantum unius diei iter capit: Ubi opportunam nactus navium ſtationem, adventum ſuorum opperiebatur: Reliquæ triremes à Methone Coronen rectà contendunt, ibidemque diem unum cum dimidio commoratæ pompis ſolennibus inſerviebant: Nam Latini ſacerdotes cum Græcis, & utriuſque gentis Epiſcopi, conjecti in ſingulos binarios unius Græci, cum altero Latino, ſolennem ſupplicationem celebrabant, atque ita Unionis ſanctionem teſtabantur: Tertio die vela dantes Imperatorem aſſequimur ad prædictam ſtationem, cujus triremis nos antevertens, eo prius appulerat, receperatque Imperatorem: Unde continuato curſu, Monembaſiam prætervehimur, & maximam partem Peloponneſi: Verum ad noctem concubiam ventus increbuit impetuoſus, & horrendæ tempeſtatis fragor, intumeſcens fluctibus mare ita concitavit, cum tam denſâ tenebrarum ſpiſſitudine, naviumque agitatione, ut in novum ſubmergendi periculum incideremus. Ut Eoum jubar emicuit, vidimus læti præter ſpem nos, parum abeſſe ab Athenarum Pyramidibus, quas ejus loci indigenæ columnas vocant: & quæ nobis viſæ, ut bonorum omnium prænuntiæ apparuere: Sed ut dies provectus lucem auxit, jam venti vehementes in flamina mitiora poſuere, & tranquillum mare in placidam Malaciam recumbens, tam leni ſpiramento nos promovit, ut non niſi à bidui velificatione Eubæam attigerimus: ubi imbres redivivi, ac turbidi venti nos adorti coegerunt intrà

αν, οὗ καὶ ὄμβροι καὶ ἄνεμοι βίαιοι κατέλαβον ἡμᾶς, καὶ ἱστάμεθα εὔφορον καιρὸν ἐκδεχόμενοι.

Ἐνταῦθα δὴ πάλιν οἱ λατῖνοι μετὰ τῶν γραικῶν ἐλιτάνευσαν, σὺν δύο ἐρχόμενοι γραικός τε καὶ λατῖνος, τοῦ Μιτυλήνης ἐξάρχοντος, καὶ μετὰ λατίνων ἐν ναῷ αὐτῶν λειτουργήσαντος. οἱ δὲ ἐν τῇ νήσῳ ἡμέτεροι ἱερεῖς λυπούμενοι σφόδρα πρὸς ἡμᾶς ἔλεγον. μέγα κακὸν εἰργάσασθε εἰς ἡμᾶς. οἱ γὰρ λατῖνοι καὶ πρότερον ἐπείθεντο λειτουργεῖν ἐν τοῖς ναοῖς ἡμῶν, καὶ ἀπεσοβοῦμεν αὐτοὺς ὡς σχισματικούς, νῦν δὲ ἐλεύσονται ἀδιακρίτως ἐκ πρωΐας ὅταν βουληθῶσι καὶ λειτουργήσουσι, καὶ ἡμεῖς οὐδὲ διᾶραι τὸ στόμα τολμήσομεν. φυλαξόμεθα δὲ μόνον τὸ μὴ λειτουργῆσαι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, καὶ εἰ βουληθῶσιν ἀργήσουσιν ἡμᾶς παντελῶς, λειτουργοῦντες καθ' ἑκάστην. μετὰ δὲ παραδρομὴν ἡμερῶν δέκα εὐφόρου καιροῦ γεγονότος ἄραντες ἐπλέομεν. τῆς δὲ βασιλικῆς τριήρεως ἑτοιμασθείσης προηγεῖσθαι κατὰ τὸ ἔθος, ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς προσμεῖναι μικρόν. ἐξεδέχετο γὰρ ἀγγελίας τινὰς μαθεῖν ἐκ τῆς πόλεως ἤδη ἐλθούσας, ὡς ἤκουσε. καὶ ὡς ἐν ὀλίγῳ ἀντιπνεύσαντος τοῦ ἀνέμου ἐξελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη. ἡμεῖς δὲ πλέοντες ὅλην τὴν ἡμέραν, ἑσπέρας εἴς τινα λιμένα κατήχθημεν. καὶ τῇ ἐπιούσῃ πάλιν ἀναχθέντες, καὶ πλεύσαντες ἱκανῶς πρὸς ἑσπέραν εἰς Ὠρεὸν τὰς ναῦς ὡρμίσαμεν. κἀκεῖσε ἱστάμενοι τὸν βασιλέα περιεμένομεν, ἀλγοῦντες ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ἀπουσίᾳ καὶ τῷ τοῦ πλοὸς ἐμποδισμῷ. ἦν γὰρ ὁ καιρὸς ἐπιτηδειότατος πρὸς τὴν ἐπάνοδον. οἱ δ' ἐν ταῖς ναυσὶν ἔμποροι ἐκκακήσαντες ἐπεὶ οὐκ ἠδύναντο καταπεῖσαι τὸν Καπιτάνον διανύειν τὸν πλοῦν. εἶχον δὲ πολλὰς ἐξόδους εἰς τὰ κάτεργα βραδύνοντες, καὶ πρὸς τούτοις ἐκινδύνευον. ἐποίησαν προτέστον τῷ καπιτάνῳ ἵνα τηρήσῃ αὐτοὺς ἀζημίους. ὁ δὲ ἔδειξεν αὐτοῖς τὸ κουμούσιον ὃ ἔδωκαν αὐτῷ ἐκ τῆς Βενετίας προστάσσον αὐτὸν μηδ' ὅλως διΐστασθαι τοῦ βασιλέως, καὶ οὕτως ἔσκωψε καὶ ἀπέπεμψεν αὐτούς.

Ἐκεῖσε οὖν ἱσταμένων ἡμῶν ἐτελεύτησε καὶ ὁ πρωτέκδικος διάκονος κῦρος Γεώργιος ὁ καππάδοξ πολυημέρῳ νόσῳ κατεργασθεὶς, καὶ ἐτάφη ἐν νησιδίῳ μικρῷ ναὸν ἔχοντι λατινικὸν τοῦ ἁγίου Γεωργίου. ἡμέ-

trà portus ſinum quieſcere, & ſereniorem enavigandi opportunitatem præſtolari.

Ubi Latini iterum permixti Græcis ordine binario ut ſuprà, ſolenniter gradientes, celebrem ſupplicationem inſtituerunt: Mitylenæo ſe præbente Choragum, & in Latino templo, cum Latinis Officium omne percurrente: At noſtri in Inſulâ preſbyteri mirificè contriſtabantur, & magnam iis injuriam nos apportaſſe clamitabant: Nam id à nobis anteà ſæpe Latini efflagitarunt, ut noſtris in templis ſacra facere permitterentur: at nos eos repulimus, ut ſchiſmaticos: nnnc vero ut volent, à mane ad veſperam, noſtra templa occupabunt, promiſcuè ſacrificabunt, nec in contrarium, os aperire audebimus: Nihilominus quantum dabitur cavebimus, ne in eodem die ſacrificent quo nos ipſi ſacris operamur, quanquam perlibenter vellent nobis otium imponere, ut ipſi quotidie ſacrificent, ſi poſſent. Poſt dierum diſpendia denorum nacti opportunum navigationi tempus ventis vela pandimus: Verum cum triremis Imperatoria ut aſſolet viam prima progrediens claſſi præmonſtaret, Imperator aliquantiſper inhibere curſum juſſit, dum nuntia adventarent, quæ Conſtantinopole brevi affutura audiverat. Et in exiguo tempore ventus reflans in adverſum ita portu incluſerat, ut egredi nequiret: Nos lentè curſum præoccupantes toto die navigavimus, & ad veſperam in portum quendam delati ſumus: Unde craſtino mane ſolventes, ad Oreum naves veſperi ſubduximus: ubi Imperatoris adventum expectavimus, de ejus abſentiâ gravati noſtram velificationem retardante nobis enim in Patriam revehendis commodior æſtus immitti nullus potuit: Sed præcipuè Mercatores nobiſcum in navibus vecti, animis penitus conciderunt, quando Capitaneo perſuadere non poterant, ad curſum continuandum: Varia enim in triremibus mercimonia apportârant, quæ morâ intempeſtivâ vel corrumpere vel amittere periclitabantur: Quare Proteſtationem Capitaneo promulgavere. ut ipſos indemnes præſtaret: ille Diploma oſtendit (commiſſionem vulgo vocant) à Magiſtratu Veneto, ipſi injungens, ne latum unguem ab Imperatore diſcederet, & ſic inani ſpe feſtinandi curſum ludificatos dimiſit.

Illic dum ad Anchoram ſiſtimur, Protecdicus occubuit, Dominus Georgius Cappadox Diaconus, diuturno confectus malo, & in inſula perexiguâ, templum Latinum exhibente D. Georgio martyri dicatum, ſepultus deconditur: Sed & dies ultrà decem inutiliter effluxere, nobis Imperatoris adventum fruſtra præſtolantibus: quare coacti puppes retro in Eubæam impulimus, eumque ibidem deprehendimus: Ubi

ἡμέραι παρῆλθον ἐπέκεινα τῶν δέκα καὶ οὐκ ἦλθεν ὁ βασιλεύς. διὸ καὶ ἀναγκασθέντες ὑπεστρέψαμεν εἰς τὴν Εὔβοιαν καὶ εὕρομεν αὐτὸν ἐκεῖσε. ἐπεγένοντο δὲ ἄνεμοι ἐναντίοι, ὄμβροι τε καὶ χιόνες καὶ παγετοὶ καὶ ἱστάμεθα αὖθις ἐκεῖ ἡμέρας ιε. τότε ἠκούσαμεν ὅτι ἐνόσει καὶ ἡ δέσποινα τὰ πρὸς θάνατον. παυσαμένου δὲ τοῦ χειμῶνος, καὶ ἑτοιμασθέντων ἐξελθεῖν τοῦ λιμένος τέθνηκε παλαιολόγος ὁ κασσανδρηνός. μηδενὸς οὖν τῶν ἡμετέρων, καταλιμπανομένου ἐπὶ τὸ τῆς κηδείας φροντίσαι τοῦ παλαιολόγου, δεδώκασιν ἔξοδον τῷ σεκουνδινῷ τῷ μεταγλωττιστῇ, ἵνα κηδεύσῃ καὶ ἐνταφιάσῃ ἐκεῖνον ἐντίμως.

Ubi cum venti flarent parum ſecundi, permiſtique imbribus, nivibus ac pruinis, alios quindecim dies conſumpſimus: Ac id tum primum audivimus, Dominam Imperatricem gravi morbo ad mortem decumbere: Remittente tempeſtate, cum è portu ſolvere pararemus, obiit Caſſandrinus Palæologus: Et cum noſtratium nemo relictus præficeretur exequiis Palæologi exornandis, nummos dederunt in impenſas funeris Interpreti Secundino, ut idoneis parentalibus Palæologum honorifice humaret.

τμήμ. ια. κεφ. θ.

Ἡμεῖς δὲ ἀναχθέντες ἐπλέομεν, Σκίαθόν τε παραμείψαντες, καὶ Σκῦρον, καὶ Σκόπελον εἰς τοὺς Διαδρόμους κατήραμεν. πάλιν ἐκεῖσε τοῦ ἀνέμου δεινῶς ἀντιπνεύσαντος ἀπεκλείσθημεν πολλὰς ἡμέρας. κατεδηδωκότες σιτία πάντα, καὶ οὐδὲ ὕδωρ εὑρίσκομεν. διὸ καὶ ἔστειλαν τὸ κάτεργον τῆς βίγλας εἰς τὸν Σκόπελον ἵνα φέρῃ σιτία, καὶ μεθ' ἡμέρας δύο ἐκόμισεν ἄρτους ιζ, καὶ ἕνα ἀγριόνον, σύβαριν τῶν κυνῶν. μεγάλη γὰρ φροντὶς ἐγίνετο αἰεὶ ὑπὲρ τῆς τῶν κυνῶν ἐπιμελείας. ἐσκέπτοντο οὖν ἵνα ἢ εἰς Εὔριπον αὖθις ὑποστρέψωσιν, ἢ εἰς Κρήτην, ἢ εἰς Μιτυλήνην ὁρμήσωσι. μόλις δέ ποτε εὐφόρου καιροῦ γενομένου αὖθις ἐπλέομεν καὶ τῷ λιμένι τοῦ Γυμνοπελαγησίου πλησιάζοντες εἴδομεν τὴν βασιλικὴν τριήρη πρὸς τὸ ἔνδον τοῦ λιμένος οἰακιζομένην. ὅπερ ἰδόντες οἱ τῶν λοιπῶν κατέργων ναυτικοὶ ἐδυσχέραινον καὶ κατεβόων. καὶ οἱ κόμητες, τῶν ἐν τῷ βασιλικῷ ἐφώνουν κόμητι, καὶ ταῖν χεροῖν ἔνευον καὶ ὡδήγουν ἄλλην βαδίζειν. ὁ δὲ νεύμασι τὴν αἰτίαν ἀνετίθει τῷ βασιλεῖ. καὶ ὅτι ἄκων εἰσῆλθεν εἰς τὸν λιμένα. ἠκολούθησαν δὲ ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ λοιπὰ κάτεργα, μὴ βουλομένων πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς. ἦν δὲ ἡ τοῦ λιμένος ἐκείνου εἴσοδος τοσοῦτον εὖρος ἔχουσα, ὅσον μόλις δίοδον τῷ κατέργῳ παρέχειν. ἐντὸς δὲ εὐρύχωρος μετρίως καὶ νηνεμίαν ἔχων πολλήν, μικρός τε ὤν, καὶ ὑπὸ ὑψηλῶν ὀρέων περικυκλούμενος.

Δυσχεραινόντων οὖν πάντων πῶς ἐκεῖσε εἰσήχθημεν ἔφη ὁ βασιλεὺς ταχὺ ἐξελευσόμεθα, καὶ μὴ ἀλγείτωσαν. ἀκούσας δὲ ὁ τοῦ κα-

Sect. XI. Cap. IX.

Nos vero ſublatis anchoris mari navigia commiſimns: Et Sciathum tranſvecti, Scyrum, Scopelumque ad Diadromos perferimur: Cujus in portu per multos dies à ventis plurimum obverſis, ab omni exitu ita præcludimur, ut conſumpto commeatu, nec cibus nobis, nec aqua ſupereſſet: Quare triremem Excubiarum, Scopelum miſimus, ad reportanda cibaria: quæ poſt bidui emanſionem rediit ad nos ſeptendecim tantum panibus locupletata, & onagro in dapes Vertraharum: Nam ut canibus bene ſit magna nos ſemper inceſſit ſollicitudo: Quocirca conſilia captabant an Euripum Eubææ, an Creten, an Mytelenen reverterentur: Interea mutante ſe in meliorem ſitum flamine, egreſſi curſum continuamus, & ad introitum portus Nudipelageſij appropinquantes, videmus triremem Imperatoriam ut portum ingrederetur gubernacula hac illic molientem: Quod ut cæterarum triremium nautæ animadverterant, quantum poterant vociferando revocabant: Quin & Imperatoriæ triremis Legati Comites, noſtrarum Comites, voce manuq; ne ſequerentur, monuerunt: culpam erroris in Imperatoris infortunium rejicientes, qui vel nolens in has ſyrtes raptabatur: Univerſæ autem triremes quadam neceſſitate, vectoribus vel invitis ac reluctantibus eo ſe præcipitarunt: Enimvero ingreſſus ſtationis tam ſtrictis utrinque rupibus arctabatur, ut uni vix triremi tranſitum coucederet, at introrſum portus mediocriter ſinuoſus, in ſpatium capacius ſe diffundebat, magnam præbens à tempeſtatibus ſecuritatem, & quod exiguus, & quod præfractis montium jugis in circuitu fortiter munitus.

Cum igitur omnes moleſtiſſimè ferrent, in hunc anfractum penetraſſe, Imperator ſuos ne dolore torqueantur juſſit, ex his Labyrinthis ſubito nos extricabimus: Verum id audiens Interpres navis Capitaneæ reſpondit: hac ſeptimanâ,

καπιτανικίου γραμματικὸς εἶπεν οὐκ ἐξελευσόμεθα ἐντεῦθεν εἰ μὴ μετὰ παραδρομὴν μιᾶς ἑβδομάδος καὶ μόλις. ὃ καὶ γέγονεν. ἐναντιουμένων γὰρ τῶν ἀνέμων τὴν ἐξέλευσιν ἱστάμεθα ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ ταλαιπωρούμενοι καὶ ἀλγοῦντες, καὶ μηδὲ ὕδατος ἐμφορούμενοι. οὐδ᾽ ὅλως γὰρ εὑρίσκεται ὕδωρ ἐν παντὶ τῷ νησιδίῳ ἐκείνῳ. μόλις δέ ποτε μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν τε καὶ ὥραν ἐνδόντος τοῦ ἀνέμου ἄραντες σὺν μεγίστῃ σπουδῇ καὶ ὁρμῇ καὶ βοῇ τάχιστα διεπερῶμεν τὴν δίοδον. τοῦ Καπιτάνου ὥσπερ ἐπιλαθομένου τοῦ ἑαυτοῦ γήρως, καὶ δίκην κόμητος ἐπὶ τοῦ κατέργου ἁλλομένου καὶ διατρέχοντος, καὶ τοὺς ναύτας ἀδελφοὺς ἀποκαλοῦντος καὶ διεγείροντος, καὶ δύο ἀμφορεῖς οἴνου ὑποσχομένου δοῦναι αὐτοῖς, καὶ δακτυλοδεικτοῦντος ἐφ᾽ ὕψους, καὶ διαπρυσίως κηρύττοντος. καὶ οὕτως ἐξῆλθεν ἡ καπιτανικὴ ναῦς μετὰ βίας μεγάλης. ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ λοιπὴ μετ᾽ αὐτήν. τοῦ Καπιτάνου αὖθις πρὸς αὐτὴν ἀποβλέποντος, καὶ νεύμασι καὶ σχήμασι καὶ φωναῖς ταύτην ἐφελκομένου. ὅτε δὲ καὶ αὐτὴν εἶδε, ἐξελθοῦσαν τὰς χεῖρας ἄρας δόξαν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀνέπεμψε. ἀλλ᾽ ἡ βασιλικὴ ναῦς κατόπιν ἐλθοῦσα ἐξελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, ἀντιπνεύσαντος τοῦ ἀνέμου καὶ σκληρύναντος τὴν θάλασσαν, καὶ κύματα ἐγείραντος τὴν ἔξοδον κωλύοντα. ἔμειναν οὖν ἐκεῖσε αἱ δύο τριήρεις ἡ βασιλικὴ, καὶ ἡ τοῦ δεσπότου. αἱ δὲ ἐξελθοῦσαι δύο ἔστησαν πρὸς τὸ ἕτερον μέρος τοῦ νησιδίου, καὶ διενυκτερεύσαμεν ἐκεῖ. ἡμέρας δ᾽ ἐπιγινομένης ἐξῆλθον ἐκεῖναι αἱ τριήρεις, καὶ ἡνώθησαν μεθ᾽ ἡμῶν. καὶ εὐθὺς τῆς λήμνου ἐπλέομεν καὶ ἐλθόντες ἔστημεν εἰς τὸν κότζινον ἡμέρας ε, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐσχόλαζεν ἐν κυνηγεσίοις. οἱ δ᾽ ἐκ τῶν Βενετικῶν κατέργων τὰ τῶν λημνίων ἐλῄζοντο καὶ μεγάλην φθορὰν ἐκεῖσε ἐποίησαν.

Ἐκεῖ ἠγγέλθη ἡμῖν καὶ ὁ θάνατος τῆς δεσποίνης κύρας μαρίας τῆς συμβίου τοῦ βασιλέως καὶ εὐθὺς ἀνεμνήσθημεν τῶν σημείων τῶν φανέντων ἡμῖν ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ. κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦ Μαΐου, καὶ τοῦ Ἰουνίου ἐφαίνοντο δύο ἄστρα ὀλίγον ἀλλήλων διϊστάμενα καὶ καπνὸν ἀποπέμποντα. τὸ μὲν μεῖζον καὶ πλείονα καπνὸν ἐκπέμπον, τὸ δὲ ἧττον καὶ ἧττον καπνίζον. ἀνεμιμνησκόμεθα

δὲ

non egrediemur, nec ſine difficultate quod factum comprobavit: Nam ventus ſpirans in ſtationis oſtia, omnem egreſſum prohibebat, ita ut intus in clauſtro premeremur, quaſi in carcerem aut compedes conjecti, afflicti ac ærumnoſi, nec aquâ ad ſedandam ſitim ſatiati: Nec enim ulla fluentium lympharum ſcaturigo, in totâ eâ inſulâ exundabat: Tandem autem poſt diem ſeptimum, miteſcente flamine vela pandentes, quantâ potuimus vi, impetu ac clamore, freti anguſtum curculionem perrupimus: Dum Capitaneus ipſe quaſi provectæ ætatis oblitus, velut alter comes, ſupremum triremis tabulatum inſiliens, & hac illac diſcurſans nautas celeuſmate animabat, blande eos fratres nuncupās, & binas vini generoſiſſimi hydrias pollicitus: & à ſublimibus tranſtrorum ſuggeſtis digito monſtrabat, & hortabatur voce elatâ, ac perceptibili: Atque ita navis Capitanea prima exiit, magnâ violentiâ iter impellens: Pone quam & ſecunda conductititia crebro reſpiciente Capitaneo, ipſamque à tergo, nutibus, verbis, indiciis quaſi remulcante: quam ubi in apertum mare ſe vindicaſſe vidit, ſublatis in cælum manibus, gloriam Deo & immenſas gratias perſolvit: At triremis Imperatoria, veſtigia ſecundæ premens viam perfringere nequaquam poterat: nam ventus adverſus æquor efferabat, egreſſumque omnem intumefactis fluctibus præpediebat: quare intus permanebant triremes binæ, imperatoria & Deſpotica: At quæ evaſerant duæ, in oppoſitum Inſulæ latus circumvectæ ſe firmabant anchoris, ibidemque pernoctavimus: Ut dies illuxit, etiam & iſtæ duæ exitum eluctatæ ſe nobis adjungunt: Et mox relictâ Lemno, velificati ulterius, ad Cotzinum conſtitimus diebus quinque: Ubi in ſolitam venandi voluptatem Imperator feriabatur: At Venetis è navibus vectores more piratarum, Lemniorum bona diripiebant, ingenti ſtrage longe lateque omnia depeculati.

Illic nobis primùm annuntiata mors eſt Imperatricis Dominæ Mariæ Conjugis Imperatoriæ, ſtatimque in memoriam revocavimus prodigia in cælis, quæ Florentiæ nobis ante annum apparuere: Circa Maij Menſem aut Junij, duo aſtra viſa ſunt, aliquantulum ab invicem diſtare, & utraque accenſa fumum ſpargere: ſed illud grandius, majorem evomere nubem, hoc exilius minus fumare: Quin & eodem tempore etiam meminimus iſtius terribilis Cometæ, qui latâ fuligine cælum obſcurabat, paulo ante captum extinctumque Amurathidem Bajazethem: atque ut iſte Cometa ejus mortem anteceſſit, ita & hæc duo aſtra tum conjecimus quorundam principum illuſtrium fatis præludere: Et certiores facti de Domina Maria extinctâ, & Do-

Domina

δὲ καὶ τοῦ μεγάλου ἄστρου τοῦ καπνίζοντος ἐπὶ πλεῖστον, περὶ τῆς ἁλώσεως καὶ τοῦ θανάτου τοῦ Παγιαζίτου ἀμηρᾶ. ὅπως προεδήλωσε τὸν θάνατον ἐκείνου, καὶ ἐλέγομεν ὅτι ταῦτα δηλωτικά εἰσι θανάτων αὐθεντικῶν ἀκούσαντες δὲ τὸν θάνατον τῆς δεσποίνης, εἶτα καὶ τῆς δεσποίνης κύρας Εὐγενίας, ἔτι δὲ καὶ τῆς Βασιλίσσης τῆς τοῦ δεσπότου συζύγου, εἴπομεν ὅτι τοῦ θανάτου τούτων ἦσαν δηλωτικὰ τὰ καπνίζοντα ἄστρα ἐκεῖνα.

Ἔστειλαν δὲ πλοῖον ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἔγραψαν, ἵνα εἴπωσι τῷ βασιλεῖ ἐκεῖσε περὶ τοῦ θανάτου τῆς δεσποίνης, γενομένης δὲ βουλῆς ἐνενόησαν, ὅτι εἰ ἀκούσει τοῦτο ἐνταῦθα ὁ βασιλεὺς λυπηθήσεται, καὶ πενθήσει ὑπὲρ τὰς ιε ἡμέρας. καί τις καταπείσει αὐτὸν ἐξελθεῖν ἐντεῦθεν, καὶ ἄλλα πολλὰ εὑρόντες δι' ἃ ἐφάνη βέλτιον, ἵνα μηδαμῶς εἴπωσι τῷ βασιλεῖ περὶ τούτου, ἐφύλαξαν αὐτό.

mina Eugenia, etiam & de Reginâ Deſpotæ uxore, diximus earum immaturos interitus ab iſtis fumantibus Cometis tunc præmonſtratos fuiſſe.

Miſerant autem à civitate ſcapham cum litteris, quæ mortem Conjugis Imperatori ſignificarent: Verum conſilium ineuntibus proceribus, ſatius viſum eſt hæc reticere: ne Imperatorem mæror à navigando interrumperet, ultrà quindecim dies: quibus etiam conſumptis, vel quamdiu ipſi placuerit reditum abnegare quis ei perſuadebit ut portu egrederetur, aut vela comitteret ventis? Propter hæc, & alia iſtiuſmodi argumenta, ne ea triſtia ad aures Imperatoris pervenirent, ſedulo caverunt.

τμήμ. ια. Κεφ. ι.

Μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι αὐτοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι τῶν λημνίων λαφύρων, ἄραντες ἐκ τοῦ Κοτζίνου, καὶ μικρὸν παραπλεύσαντες ἐν τόπῳ γενόμενοι οὗ ὁ Σωτὴρ καλεῖται κλύδωνι αὖθις περιπεπλώκαμεν δεινῷ, καὶ τότε τῷ ὄντι τελείως ἀπηλπίσαμεν ἑαυτούς. ἠγγέλθη δὲ ἡμῖν καὶ τότε παραμυθία ἡ ἐν τοῖς τοιούτοις κινδύνοις φαινομένη γλυκυτάτη θεία φωταγωγία ἣ καὶ τότε ἡμῖν ἐπεφάνη. γενομένης δὲ ἡμέρας ὁ ἄνεμος ἡμερώτερον ἔπνει. καὶ οἱ μὲν Βενέτικοι πλέειν ἐβούλοντο. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν τὴν θάλασσαν κυμαινομένην ἐδειλία καὶ ἵστατο. παρελθούσης οὖν τῆς ἡμέρας ἐκείνης, σὺν τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἰδόντες τὸ πνεῦμα πρᾳότερον λύσαντες ἀνηγόμεθα καὶ τὸ βόρειον μέρος τῆς νήσου παραμείψαντες, καὶ τοῦ πελάγους ἁψάμενοι, νότῳ ἐνετύχομεν βιαίῳ. ἡ γὰρ νῆσος πρότερον ἀπεῖργεν αὐτόν. ἐφέροντο οὖν αἱ νῆες βιαίως πάνυ.

Ἐν τούτοις δὲ ὁ ἱστὸς ἐτετρύγει, καὶ δραμόντες οἱ ναυτικοὶ εἶδον αὐτὸν κάτωθεν ἀρξάμενον ῥήγνυσθαι. καὶ ἡμεῖς ἐνομίσαμεν, ὅτι βούλονται χαλάσαι τὰ ἱστία. οἱ δὲ ἀναβάντες εἰς τὸν ἱστόν, ἐν τοσαύτῃ βίᾳ καὶ σφοδρότητι τοῦ ἀνέμου, καὶ σχοίνους μεγίστους τοῦ ἱστοῦ ἐξαρτήσαντες ἐν τρισὶ τόποις ἀπὸ τῆς κορυφῆς, καὶ κατωτέρω εἰς τὰ μέρη τῆς πρύμνης τούτους ἐδέσμευσαν. εἶτα στρέβραις αὐτοὺς συστρέψαντες, καὶ ἐντείναντες κατωχύρωσαν, καὶ ἀσφαλῶς πλέειν παρεσκεύασαν. ἐν τέσσαρ-

SECT. XI. CAP. X.

Poſtquam vero prædones iſti è navigiis Venetis, ſe Lemniorum ſpoliis ſatiaſſent, ſolventes è Cotzino aliquantulum promovimus in locum quem Salvatorem nuncupant: ubi rurſum tam ſæva in nos ingruit tempeſtas,ut revera ſpes omnis incolumitatis conſervandæ nobis adimeretur: At aliqui tum commemorabant, ſingulare ſubſidium illic in iſtis periculis adeſſe ſolitum, & nos ex inſperato invenimus, dum dulciſſima Dei illuminatio, noſtros errores colluſtrans, exoptatiſſima apparuit: Exorto die, flavit aura mitior, ut Veneti vela ſuaderent expedire: Sed Imperator metuens à turbulento, fluctibuſque agitato mari, inhibuit permanſitque, Igitur toto eo die, ac inſequenti nocte præterlapſis, cum poſtridie ventus faveret clementior, evehimur in mare, & boreale latus Inſulæ prætervecti, dum à littore in altum liberius effundimur, nos vehemens invaſit Auſter, quem Inſula prius à nobis diſtinuit; at nunc in aperto mari, navigia mirificis jactata fluctibus aquas ſulcabant.

Interea ſuperior carbaſorum retinacula, incondito ſtridore mugiebant: & nautæ accurrentes animadvertebant à Carcheſio eadem cæpta morderi atterique: Et nos arbitrabamur eos laxata vela in tabulatum demiſſuros: At illi Antennam occupantes, quamvis tot fortiſſimis ventorum flatibus impeterentur, funes à ſublimi grandiuſculos ſuſpendebant, & in tribus diverſis partibus infra alligabant ad puppim: ſic flexuoſis aliorum funium implicationibus convolutos, ut vela contrà quaſcunque flaminum vires obfirmata, & ſecura ad navigandum redderentur: Quatuor igitur horarum velificatione,

τέσσαρσιν οὖν ὥραις ἐκ τοῦ λιμένος ἐφθάσαμεν εἰς τὸ στενὸν, οὗ καὶ εὕρομεν νῆα στρογγύλην φορτηγὸν ἐξελθοῦσαν ἐκ τῆς Βενετίας ιε ἡμέρας πρότερον ἡμῶν. εἰς ἣν εἰσῆξεν ὁ βασιλεὺς ἀνθρώπους τινὰς καὶ λέοντας καὶ κύνας, ἵνα διακομίσῃ αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν. ἐκεῖ δ' ἐνεχέθη πέτρᾳ ὑφάλῳ καὶ ἐκάθητο ἀκίνητος. ἡμεῖς δὲ μικρὸν παραδραμόντες αὐτὴν ἐκεῖσέ πη ἐμείναμεν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἡμέραν τε καὶ νύκτα διαγαγόντες. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἄραντες ἐπλέομεν, καὶ ἐν τῷ παραπλέειν ἡμᾶς τὴν Καλλιούπολιν, ἔστειλεν ὁ τῆς Καλλιουπόλεως ἄρχων ἕνα ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ἀνθρώπων Ἀγαρηνῶν προσφέροντα τῷ βασιλεῖ. προσεκαλέσατο γὰρ δι' αὐτοῦ τὸν βασιλέα διαμηνυσάμενος ὡς εἴπερ ὁρίζει, ἵνα ἀναπαύσηται εἰς τὸ κάστρον, ἢ εἰς τὸν τόπον τοῦ Ἀμηρᾶ, ἔστιν εἰς τὸν ὁρισμὸν αὐτοῦ. ἀπεδέξατο δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔστειλεν αὐτῷ δῶρον μαστραπᾶν ἀργυροῦν μετὰ τοῦ Λάσκαρι τοῦ Μάμαλη. ἔκτοτε οὖν δευτεραῖοι πρὸς ἑσπέραν παρεπλέομεν τὸ προάστειον τῆς πόλεως τὸν Θεολόγον. ἔνθα ἡ κεφαλὴ τῆς πόλεως ὁ Ἀσὰν κῦρος Παῦλος μετ' ὀλίγων πάνυ ἐλθὼν προσεκύνησε τὸν βασιλέα. καὶ περὶ δευτέραν ὥραν τῆς νυκτὸς, κατελάβομεν τὴν χρυσείαν πύλην, καὶ ἔστημεν εἰς τὴν λεγομένην ἐξάρθησιν. οὗ ἦλθον πολλοὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ προσεκύνησαν τὸν βασιλέα.

Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἥτις ἦν α τοῦ Φεβρουαρίου τῆς γ ἐπινεμήσεως, ἡμέρα δευτέρα τῆς τυροφάγου ἅμα πρωῒ ἦλθεν ὁ δεσπότης κῦρος Κωνσταντῖνος μετὰ κατέργου εἰς ὑπαντὴν τοῦ βασιλέως, καὶ ἕτεροι πολλοὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν Γενουιτῶν, καὶ τῶν Βενετικῶν. καὶ ἐπεὶ οὐκ ἔδοξε καλὸν τοῖς πρότερον βουλευσαμένοις, ἵνα εἴπωσι τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ θανάτου τῆς δεσποίνης, διὰ τοῦτο οὐδὲ τότε ἔδειξάν τι λυπηρὸν, ὅθεν καὶ προπέμποντες καὶ δορυφοροῦντες μετὰ κρότων τῶν σαλπίγγων καὶ παιάνων ἀπέσωσαν αὐτὸν εἰς τὸν αἰγιαλὸν τοῦ Κυνηγοῦ. ἐξελθόντες οὖν τῶν νηῶν ὁ βασιλεύς τε, καὶ ὁ δεσπότης κῦρος Δημήτριος, προηγουμένου καὶ τοῦ δεσπότου κύρου Κωνσταντίνου ἀπήρχοντο εἰς τὰ βασίλεια ἔφιπποι. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ὡς φθάσας, καὶ μαθὼν τὸν θάνατον τῆς βασιλίσσης, οὐ μὴν δὲ τὸν τῆς δεσποίνης μὴ ὁρῶν σημεῖα τινὰ χαροποιὰ εἰς τὰς τῶν βασιλείων ὑπανοίξεις, ἐνόμισεν ὅτι γίνεται τοῦτο διὰ τὸν θά-

ne, progressi in fretum angustum, incidimus in navem onerariam, compactam & rotundam, quæ nostrum à Venetiis cursum quindecim diebus anteverterat, & Imperator aliquot hominibus, leonibus canibusque onerârat, Constantinopolin devehendis: At nunc scopulo latenti, ac surdo allisa, immobilis hærebat: Nos eam paululum prætervecti, non procul inde Anchoras projecimus, totâque eâ die, ac posterâ perstitimus: perendie levatis anchoris vela tendimus, & dum Calliupolin præterlabimur, præfectus urbis misit quendam è suis Hagarenum, qui Imperatorem ad ipsum invitaret: Ut si Imperatori alluberet quiescere parumper, caputve maris circumactum incommodis componere, vel in castello, vel quovis alio loco, sub Amurathis imperio, paratum se ad Imperatorem recipiendum, aut alia ejus jussa quævis obeunda. Id civiliter Imperator interpretatus grati animi ergò, situlam ei argenteam remisit dono, Lascaris Mammalidæ, seu Philometoris per manus: Illinc secundani, seu ante biduum civitatis suburbanum prætervehimur, quod Theologicum dici consuevit: Quo prætor urbanus, Dominus Paulus Asanes, stipatus aliquam paucis descendit in occursum Imperatoris, eumque adoravit: Et ad primum conticinium assequimur portam deauratam, ibique in propinquo consistimus ad locum quem Elevationem nuncupant, quo procerum plurimi adventantes Imperatorem sunt venerati.

Dieque crastino, qui fuit ipsissimus Calendarum Februarij Indict. tertiæ, feria secunda, seu dies Lunæ Septimanæ Tyrophagi, summo mane Do. Despota Constantinus, trireme vectus, se obviam dedit Imperatori, & proceres alij permulti, plurimique Genevenses & Veneti è Peræâ: Ac quemadmodum prius consultantibus visum fuit intépestivum Imperatori carissimæ Conjugis mortem propalare, ita nec hi nobiles tristitiæ quidquam vultibus monstravere, sed stipatum satellitibus, clangentibus tubis, tympanisq; & civibus, Jo Pæan jubilantibus, ad Cynegi littus deduxerunt. Descendunt igitur è trireme Imperator, ac Despota Demetrius, & præeunte viam Despotâ Constantino, equitantes palatium subeunt: Atque Imperator ut primus intraverat, ac de Reginâ mortuâ nonnihil, sed de propriâ conjuge sublatâ nondum audiverat, cum nulla hilaritatis indicia ad reseratas palatij fores repperisset, putabat omnia intus ad mæstitiam composita, propter obitum Reginæ: è contra Demetrius frater de Dominæ Imperatricis fato acceperat, sed de suâ Regina nihil: Ita ut alteruter morti Conjugis fratriæ luctum omnem imputaret, de propriâ securus: Sed ubi triclinia subintrarunt Impera-

θάνατον τῆς βασιλίσσης. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δεσπότης προμαθὼν μὲν τὸν θάνατον τῆς δεσποίνης ἀγνοῶν δὲ τὴν ἑαυτοῦ χηρείαν. ὅθεν καὶ ἑκάτερος τῇ τοῦ ἑτέρου χηρείᾳ τὰ λυπηρὰ ἀπένεμεν. ὅτε δ' ἐντὸς τῶν βασιλικῶν κελλίων παρεγένοντο εὑρέθησαν καὶ ἄμφω χηρεύοντες τῆς μητρὸς αὐτῶν τῆς ἁγίας τῆς δεσποίνης ἀναγγειλάσης αὐτοῖς ὁμοῦ τὸ συμβάν. καὶ ἐπένθησαν ἑκάτερος τὴν ἰδίαν λύπην. οὕτω μὲν ἐπανήλθομεν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν μετὰ πολλῶν κόπων καὶ κινδύνον καὶ ταλαιπωρίας μεγίστης. καὶ ταῦτα τῶν καιριωτέρων μνησθέντος τοῦ λόγου, καὶ καταλιπόντος τὰ μερικώτερα. ὀλίγα δέ τινα τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς ἐνδημίας ἡμῶν προσθεὶς, τὴν φίλην ἀσπάσεται σιωπήν.

peratoria, viduitatem uterque suam intellexit, à matre utriusque, flebiliter narrante quidquid utrique contigisset: & tum uterque utriusque, & sui ipsius proprij dolorem strenuè luxit: Ita jam tandem Constantinopolin remeavimus, multis laboribus, periculis miseriisque maximis perfuncti: Et cum opportuniora tantum, & summè necessaria memoriæ literarum mandaverim, omissis particularium superfluis narratiunculis quæ legentibus fastidium ingenerare possent, perpauca nunc adjiciam, de adventus nostri in Patriam primordiis, & taciturnitati in posterum æternè litabo.

HISTORIA CONCILII FLORENTINI.

SECTIO XII.

Ἐν ᾧ ὅπως ἐβουλεύσατο ἡμῖν ὁ βασιλεὺς ἑνωθῆναι μετὰ τῶν καταλειφθέντων ἐνταῦθα συγκληρικῶν ἡμῶν, καὶ ὅπως ἐποίησε πατριάρχην τὸν κῦρον Μητροφάνην. καὶ ὅπως διέστημεν ἡμεῖς ἀπ' αὐτοῦ, ἰδόντες ὅτι οὐ φροντίζει ὑπὲρ διορθώσεως τῆς ἐκκλησίας. καὶ ὅπως ἐσπούδασεν ὁ βασιλεὺς ..... τῶν ἑνωτικῶν. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐνεδώκαμεν ἀλλ' ἐκαθήμεθα ἰδιάζοντες. ἀπομνημονευμάτων ιβ.

In quâ hæc continentur: Vt nobis Imperator consuluit redire in fraternæ Caritatis societatem, & Communionem cum nostris conclericis, quos domi reliqueramus: Vt Dominum Metrophanem evexit in Patriarcham: Vt nos ab eodem discessimus, cum perspiceremus Ecclesiæ Reformationem quantum negligeret: Vt Imperator mediis Conciliativis Concordiæ magnopere studuit: cujus voto nullatenus cessimus, sed ab Ecclesiasticis, ad privatam vitam nos subduximus: Commentariorum è duodecimo.

τμήμ. ιβ. κεφ. α.

Ὁ Βασιλεὺς τοίνυν τῇ ἀνελπίστῳ λύπῃ καταχεθεὶς ἀπρόϊτος ἔμενεν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις οὐδ' ὅλως φροντίζων περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν. ἡμεῖς δὲ ὅσοι ἐκ τῶν ἀρχόντων τοῦ κλήρου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐτυγχάνομεν, μετὰ καὶ τῶν ὑφ' ἡμῶν συνηγόμεθα πάλιν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν. καὶ κατὰ τὴν πρώτην τῶν νηστειῶν ἑβδομάδα παρεγινόμεθα ἐν πάσαις ταῖς ἱεραῖς αὐτῆς τελεταῖς, κατὰ τὴν ἀρχαίαν τάξιν ἡμῶν. παρῆσαν δὲ καὶ οἱ ἐκ τοῦ κλήρου διαμεμενηκότες ἐνταῦθα. οἱ καὶ κατεῖχον τὴν ἐκκλησίαν καὶ ἀηδῶς ἐθεώρουν ἡμᾶς. ἐλθούσης δὲ τῆς ἑορτῆς τῆς ὀρθοδοξίας γνόντες ὡς εἰ θελήσομεν λειτουργῆσαι γενήσεται σύγχυσις, ἀπεχωρήσαμεν κατὰ τὸ σάββατον καὶ τὴν κυριακὴν ἐκείνην. εἶτα πάλιν συνηρχόμεθα κατὰ τὴν τάξιν ἣν εἴχομεν, οἱ δὲ πνευματικοὶ καὶ οἱ ἡγούμενοι, καὶ ἱερεῖς πάντες ἀπεσείοντο ἡμᾶς ὡς λατινίσαντας. μεταξὺ δὲ τῆς γ ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν μετεκαλέσατο ὁ βασιλεὺς ἡμᾶς τοὺς σταυροφόρους, καὶ ὤρισε, τίνος χάριν ἀμελεῖτε καὶ οὐ λειτουργεῖτε ὑμεῖς, λέ-

γω

Sect. XII. Cap. I.

Imperator igitur in tam immensum inexpectati doloris gurgitem abreptus, per multos dies in conclavi se occlusit, ablegatâ omni sollicitune rerum Ecclesiasticarum: Nos autem quotquot proceres Ecclesiæ, principem locum obtinuimus, cum inferioribus officiis juncti in eandem congregamur, circa primam Carnisprivij septimanam, ritibus Ecclesiæ sacrosanctis pro more consuetò, perfungendi: quibus cum unà advolarunt, quotquot Ecclesiasticorum in Civitate permanserant, Ecclesiæque munia impleverant: At nunc nos reversos oculis parum renidentibus contemplabantur: Verum cum festum Orthodoxiæ celebrandum recurreret, & satis intelligeremus sacrorum confusionem in Ecclesiâ suborituram, si sacra solennia administrare conaremur, nos Synodici istius Dominicæ, ac Sabbati præcedentis functionem de industriâ declinavimus: quibus tamen elapsis, ad magistratuum nostrorum officia remeavimus, ut uniuscujusque conditio exigebat: quando Pænitentiarij, sacrarum ædium præfecti, & omnes sacris ordinibus donati, nos quasi Romanâ superstitione imbutos contemptim repulere: Ac priusquam tertia carnisprivij septimana effluxisset, Imperator nos Crucigeros accersens, ad hunc modum increpuit, Quid vos ab officiis in

æde

γω, καὶ οἱ μεθ' ὑμᾶς εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν; οὐκ ἔστι καλὸν, οὐδὲ ἀποδέχομαι ἵνα ἀμελῆτε.

Ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς, ὅτι οὐ γίνεται ἡ ἀμέλεια ἀφ' ἡμῶν. ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τῶν καταλειφθέντων ἐνταῦθα, ἀποχωροῦμεν γὰρ ἀποσειομένων αὐτῶν ἡμᾶς. ἰδοὺ γὰρ τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας συνελειτούργησαν τῷ ἄρχοντι τῶν Μοναστηρίων, καὶ τῷ ἄρχοντι τῶν ἀντιμινσίων, ὡς μὴ δεξαμένοις τὴν ἕνωσιν, ἡμᾶς δὲ οὐκ ἐδέξαντο. διὸ οὐδὲ ἐλειτουργήσαμεν. ὥρισεν οὖν ὁ βασιλεὺς, καί τις ἐποίησε τοῦτο; καὶ εἶπε τῷ Σακελλίου. διά τι ἐλειτούργησαν οἱ δύο ἐκεῖνοι, οὗτοι δὲ οὔ; ἔδει γὰρ ἢ καὶ τούτους μετ' ἐκείνων λειτουργῆσαι, ἢ μηδὲ ἐκείνους. οὐ θέλω δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν γίνεσθαι τοιαῦτα. ἀλλ' ἑνώθητε καὶ λειτουργεῖτε. εἴπομεν οὖν καὶ πῶς λειτουργήσομεν ὁμοῦ ἐπεὶ αὐτοὶ φεύγουσιν ἡμᾶς; ὥρισε δὲ, ὅτι φαίνεταί μοι καλὸν, ἵνα ἴδῃ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ τινὰς ἐξ αὐτῶν τοὺς εὐκολωτέρους καὶ εὐπειθεστέρους, καὶ παραινέσῃ καὶ καταστήσῃ λειτουργῆσαι μετ' αὐτῶν ἐν μιᾷ κυριακῇ. ἐν ἑτέρᾳ δὲ πάλιν κυριακῇ ποιήσῃ τὰ ὅμοια μετ' ἄλλων, ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης, καὶ ἐν ἄλλῃ ἕτερος, καὶ οὕτως ἑνωθήσεσθε. ὅμως θαυμάζω εἰς αὐτοὺς ἐπὶ τίσι θαῤῥοῦντες ἐνίστανται. ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ στέργω τὴν ἕνωσιν, στέργουσι δὲ αὐτὴν καὶ οἱ ἀρχιερεῖς. καὶ μέλλουσι ψηφίσειν καὶ πατριάρχην ἐκεῖνον πάντως ὁ στέργει τὴν ἕνωσιν. ὅτε τοίνυν βασιλεὺς καὶ πατριάρχης καὶ ἀρχιερεῖς στέργουσι τὴν ἕνωσιν, τί κατορθώσουσιν οἱ ἐναντιούμενοι αὐτῇ; ὅμως ὑμεῖς ἐπιμελήθητε καθὼς εἴπομεν, καὶ λειτουργεῖτε εἰς τὴν ἐκκλησίαν. εἴδομεν οὖν καὶ εἰσηγήθημεν τινὰς, καὶ ἐπείσθησαν τὸ δοκεῖν. καὶ τῇ κυριακῇ τῆς σταυροπροσκυνήσεως, ἐλειτούργησεν ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, μετὰ καὶ ἑτέρων τῶν ὄντων μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ συνόδῳ. καὶ οὔτε ὁ ἐφημέριος, οὔτε ἄλλος τις τῶν δοξάντων πεισθῆναι ἐλειτούργησε. ἀλλ' ὑπεκρίθησαν μόνον εἶτα ἀπατήσαντες ἔφυγον. καὶ ἐκ τούτου παρῃτήσαντο τελείως τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐλειτούργουν οἱ μεθ' ἡμῶν.

Ἐποιήσαμεν δὲ καὶ τὰς ἑορτὰς τῆς μεγάλης ἑβδομάδος σὺν τοῖς μεθ' ἡμῶν. ἔκτοτε δὲ ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ καὶ ἐγὼ,

æde primaria præſtandis avertit, cæteroſque veſtrorum ordinum: Non laudo propoſitum, nec veſtram negligentiam ferre poſſum, aut approbare.

Cui reſpondimus: Noſtra hæc à nobis deſidia non naſcitur, ſed à proceribus hic relictis, cum peregrinaremur, qui nos exturbant: Ecce enim in Dominica Orthodoxiæ, ſacra officia Liturgiæ præſtiterunt, cum præfectis Monaſteriorum & Antemenſalium, qui ab unione confirmandâ abſtinuerant, at nos penitus à ſacris obeundis reſpuerunt. At quis ita vos tractavit? interrogavit Imperator: & converſus ad Magnum Saccellium dixit: Unde illis duobus officia præſtandi autoritas, his duobus repudiatis? aut enim hos cum iſtis operari oportuit, aut omnes quatuor ſimul abſtinuiſſe: Nolo in poſterum talia inter vos fieri, ſed in amoris vinculum conſociati, præſtandis Liturgiis ſedulo incumbite. At quomodo conſociabimur, diximus, cum hominibus noſtrum aſpectum defugientibus? Mihi videtur (inquit Imperator) via commodiſſima ſi Mag. Scriniarius inquirere vellet quos tractabiliores in iſtis hominibus judicet, aut magis obſequioſos, ſibique concedi facultatem, cum illis ſacra peragendi rogaret in Unâ Dominicâ: In aliâ Mag. Eccleſiarcha eundem ab aliis favorem impetret, & in tertiâ tertius, dum temporum aſſuetudine, in unum caritatis nexum, amotâ omni offensâ redintegremini: verumtamē admiror, iſti homines quo vento buccas inflant? cum & ipſe unionem confirmaverim, & omnes fere gentis noſtræ præſules, quin & Patriarcham ſuffragaturi ſunt, unioni neceſſario conſentientem. Cum igitur Imperator, & Patriarcha, totuſque Epiſcoporum cætus unioni applauſerint, quem ſibi proponunt fructum, qui eidem adverſantur? Vos autem, ut convenit, prudenter agite, & ſacris in Eccleſiâ patrandis invigilate: Quod illico præſtitimus, & quoſdam ſic inflexímus, ut viderentur perſuaderi: Ac in ſolenni feſto, ſanctiſſimæ Crucis adorationi deſignato, Mag. Scriniarius officium peregit Liturgicum, cum aliquibus noſtratium in Synodo conſortibus: Sed nec cui vices ordinariæ eo die peragendi ſacra obtigerunt, aut alter quilibet eorum qui perſuaderi videbantur, omnino nobiſcum ad ſacra patranda concurrerunt: ſed ficté tantum in ſe ſuſcipere ſimulabant: & cum tempus adveniſſet, nos ludificati in fugam ſe proripuere: & proinde Eccleſiam deſtituerunt vacuam nobis, iiſque qui Synodum nobiſcum frequentaverant.

Utcunque ſolennes ferias hebdomadis Magnæ nos ipſi ſupplevimus, ſacra operati cum noſtris Synodi commilitonibus: Et in futurum Mag.

ἐγὼ, ἐβουλόμεθα σχολάσαι ἐκ πάντων καὶ ἰδιάσαι. βλέποντες δὲ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅτι οὔτε ὁ πάπας ἐμνημονεύετο οὔτε ὁ ὅρος ἀνεγνώσθη, ἢ ἕτερόν τι ἐκαινοτομήθη συνηρχόμεθα καὶ ἐπεμελούμεθα τῶν ἀνηκόντων τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐλειτουργοῦμεν ὅτε ἀπῄτουν αἱ ἑορταί. λογιζόμενοι συμφέρον εἶναι τοῦτο ποιεῖν μέχρις ἂν γένηται πατριάρχης, νομίζοντες τότε ἴσως γενήσεσθαί τινα διόρθωσιν.

Mag. Scriniarius & ego, quod vitæ esset residuum in otio conterere decrevimus, ad vitam privatam remeaturi: præsertim cum cerneremus Ecclesiam tam raram & infrequentem cætibus popularium, quando nos operaremur, etiamsi omnem Papæ aut Unionis mentionem facere omiserimus, aut aliud quicquam præstare, quod innovatum in ritibus Ecclesiæ suspicaciores crederent: Convenimus tamen quotidie, & singula quæ pertinebant ad Ecclesiam munera diligenter obivimus, solenniterque sacra peregimus, ut festorum ratio postulabat: Id nobis conducere arbitrati, ut nos in Officiis contineremus dum novus Patriarcha eligeretur: Cujus suprema autoritas & hæc schismata auferret, & Ecclesiam in pristinum decus instauraret.

τμήμ. ιβ. κεφ. β.

Παρῆλθον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μῆνες, ὁ Φεβρουάριος, ὁ Μάρτιος, ὁ Ἀπρίλλιος. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἠμέλησε τῶν Ἐκκλησιαστικῶν. οὐδὲ γὰρ εἶπέ τι πλέον περὶ τούτων πρός τινα. οἱ δὲ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπιπλέον ἐσκιρίζοντο καὶ κατεφρόνουν τῶν ἐν τῇ συνόδῳ γεγονότων, καὶ παρεσιώπων τὸ μνημόσυνον τοῦ βασιλέως. καὶ ἡμεῖς ἐδυσχεραίνομεν, ὡς μὴ διαῤῥήξαντες ταχέως τὸν καθ' ἡμᾶς δεσμὸν τῆς ἑνώσεως. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναγκασθεὶς ἠβουλήθη ποιῆσαι πατριάρχην. καὶ πρῶτον μὲν παρήγγειλε τισὶ τῶν ἀρχόντων. καὶ εἶδον τὸν Ἐφέσου, καὶ ἠξίωσαν καὶ ἠνάγκασαν αὐτὸν, ἵνα κατανεύσῃ γενέσθαι πατριάρχης. ὡς δὲ εὗρον αὐτὸν μηδ' ὅλως παραδεχόμενον τοῦτο, ὥρισε γενέσθαι ψήφους.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ Ἐφέσου οὐκ ἐποιήσαντο λόγον ὅπως παραγένοιτο ἐν ταῖς ψήφοις, ἐπεὶ εὕρισκον αὐτὸν διϊστάμενον ἐκ πάντων τῶν ἐν τῇ συνόδῳ· τὸν δὲ Ἡρακλείας ἠνάγκασαν. ἐπεὶ οὐδὲ αὐτὸς ἐβούλετο παραγενέσθαι. ἔλεγε γὰρ πρός τινας τῶν ὁμιλούντων αὐτῷ, ὅτι τὸ γεγονὸς ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ κακόν ἐστι καὶ ὀλέθριον, καὶ φθορὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ ἐγένετο βιαίως. ἐποίησα δὲ καὶ ἐγὼ κακῶς ὅτι ὑπέγραψα, ἀναγκασθεὶς δὲ ὅμως. καὶ χρὴ ἵν' ἐκκοπῇ αὕτη ἡ χεὶρ ἡ ὑπογράψασα. καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγε πρὸς τοὺς φίλους αὐτοῦ. διὸ οὐδὲ εἰς τὰς ψήφους ἤθελεν ἀφικέσθαι. ὅμως δὲ ἠξίωσαν καὶ παρεκίνησαν αὐτὸν, καὶ μάλιστα ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ. αὐτὸς γὰρ συνεβουλεύσατο

ὅτι

Sect. XII. Cap. II.

In his turbis trium mensium spatia effluxerunt, Februarij, Martij, Aprilis: Imperatore omnibus negotiis Ecclesiasticis renuntiante: nec enim quicquam cuiquam de his ulterius disseruit aut præcepit: At Constantinopolin quot incolebant, in contemptum rerum à Synodo gestarum magis, magisque indies obduruere, & in vivorum recensione à diptychis, cepit etiam Imperatoris nomen reticeri: Nosque ægerrime tulimus, quod quanquam Unionis nodum in nullo articulo violavimus, tamen omnibus displicuimus: Imperator interea ut rebus subveniret ruentibus in deterius, ad constituendum Patriarcham se accinxit: Quod ubi quibusdam proceribus suis indicasset, illi in attollendo Ephesio studium omne collocabant: Eumque obtestati sunt, ut se Patriarcham renuntiari pateretur: à quo cum Ephesium aversissimum deprehenderent, Imperator ad ineunda Comitia, & priscum suffragandi ritum se convertit.

Et de Ephesio quidem nulla ulterior injecta est mentio, an debeat ad Comitia prodire, quem cunctis ab initio cæptis Synodalibus repugnantem satis intellexerant: Heracleensem tamen dandis suffragiis interesse compulerunt, & ipsum quodammodo alienatum & reluctantem: Dixerat enim nuper inter familiares aliquot, rem Florentiæ gestam pravam esse, & perniciosam Ecclesiæ, Orthodoxæ fidei corruptelam, & grassationibus violentis peractam: Nihilque mihi pejus contigit, quam quod eidem subscripserim, etiamsi vi adactus: Atque utinam hæc manus prius de brachio excidisset amputata, quam subscripsisset: Hæc & ad hunc sensum alia dicere inter amicos nec dubitavit quidem Heracleensis, nec vocibus pepercit: Quare comitiis omnino abfuisset, nisi aliorum precibus, & Mag. Scriniarij præcipuè delinitus concessisset:

ὅτι μᾶλλον ἐλθὲ, καὶ εἰπὲ πρὸς τὴν σύνοδον, ὅσα λέγεις κελλικῶς. καὶ συναχθέντων εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων; καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχιερέων ἐπὶ τῷ ψηφίσαι, ἐλθὼν καὶ αὐτὸς εἶπεν αὐτοῖς.

Ἐγὼ οὐκ ἦλθον ἐνταῦθα χάριν τοῦ ψηφίσαι, ἀλλ' ἵν' εἴπω ὃ βούλομαι πρὸς ὑμᾶς. λέγω τοίνυν ὅτι ἐγὼ εἰς τὰ γεγονότα ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ, οὔτε ἐν τῇ γνώμῃ μου συνεφώνησα ὑμῖν τοῖς στέρξασι τὴν ἕνωσιν, ὡς καὶ ὑμεῖς οἴδατε, οὔτε ἔστερξα τὸ γεγονὸς ὡς ὑγιές. οὔτ' ἐκ προαιρέσεως συνεθέμην. εἰ γὰρ καὶ μὴ θέλων οὐκ οἶδα δ' ὅπως ὑπέγραψα ἐν τῷ ὅρῳ, ἀλλ' οὖν ἡγοῦμαι τὰ ἐν αὐτῷ ἐναντία τῆς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παραδόσεως, καὶ ἀλλότρια τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν. καὶ ἔκτοτε τοῖς τοῦ συνειδότος βαλλόμενος κέντροις ἠνιώμην, καὶ ὡς ὑπὸ μεγίστου φορτίου πιεζόμενος ἐδυσχέραινον καὶ ἐζήτουν πῶς ἂν ἀποσεισαίμην αὐτό. νῦν οὖν εὐχαριστῷ τῷ Θεῷ ὅτι ἠξίωσε με ἰδεῖν ὑμᾶς συνηγμένους, καὶ εἰπεῖν ἅπερ ἐβουλόμην. καὶ ἐνώπιον ὑμῶν τὸ ἄχθος ἀποτινάξασθαι, ἤδη τοιγαροῦν λέγω ὅτι ἀποβάλομαι καὶ ἀποστέργω, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἔστερξα τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸν ὅρον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ὡς ἀσύμφωνα καὶ ἀπᾴδοντα τῇ ἀρχαίᾳ παραδόσει τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἡμῶν ἀποστρέφομαι. παρέχω δὲ ἐμαυτὸν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπεύθυνον ὡς ὑπογράψαντα ὃ οὐκ ἐξῆν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα εἰπὼν ἐσιώπησεν.

ſet, qui hoc argumento Heracleenſem permovit: æquum eſſe adire Comitia, ut dicta quæ in cubiculis uſurpârat, publicè profiteretur. Congregatis igitur in SS. Apoſtolorum Eccleſiam prælatis ad eligendum ſuffragiis Patriarcham, Heracleenſis advolavit, & his verbis uſus eſt.

In hæc publica hodie Comitia non prodij ut ſuffragarer, ſed ut ſenſa mentis læſæ liberrimâ Oratione proloquerer. Dico igitur quod ſingulis Florentiæ geſtis nec ipſe lubens aſtipulatus fui, nec vobis Unionem confirmantibus integrâ animi ſententiâ conſenſi, ut vos ipſi opinor mihi teſtabimini: Nec in quod conſenſi, id ſanum ac Orthodoxum credidi, aut cum libertate ſuffragandi confirmavi: Quanquam enim invitus & neſcio quo meo malo fato, Definitioni ſubſcripſerim: At nunc aperte profiteor quæcunque ea Definitio comprehendit, eſſe traditis à Domino noſtro JeſuChriſto præceptis contraria, & à noſtræ Eccleſiæ dogmatibus aliena: Quin & ex quo tempore ſubſcripſiſſe me contigit, internis conſcientiæ flagellis cruciatus uſque adeo vapulavi, cogitationum mearum gravedine obrutus, ut hac illac ſingultiens erraverim, quærens quibus me modis hac mole exonerarem: Nunc autem Deo gratias ago, qui mihi hanc benignam opportunitatem indulſerit, vos in hoc ſenatu contemplandi, eaque narrandi quæ liber animus ſuggerit, meamque ſarcinam Ætnâ graviorem, in conſpectu veſtro deponendi: Quocircà coram vobis hæc prædico, quod unionem rejicio, repudio, diſconfirmo, vel potius nunquam confirmavi quam confirmavi, una cum Definitione, & cuncta in eadem comprehenſa, ut Eccleſiæ Univerſalis Dogmatibus diſſona & diſſentientia, & ab Unione in perpetuum abſcedo: Sed & quod ſemel eidem ſubſcripſerim, cui non liceret, me reum, plectendumque quibuſcunque pœnis ad Eccleſiæ tribunal ſiſto. Hæc & alia iſtius commatis effatus, ultrò obmutuit.

τμήμ. ιβ. Κεφ. γ.

Ἤρξαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς ἐκλέγεσθαι, καὶ ψηφίζειν πρόσωπα, καὶ πρὸ πάντων ἠθέλησαν θεῖναι εἰς τὰς ψήφους τὸν Ἡρακλείας, ὁ δὲ οὐκ ἤθελε. πάντες γὰρ ἔλεγον, καλόν ἐστιν ἵνα τεθῇ καὶ τεθήτω. ὁ δὲ ἔλεγεν, ἄφετέ με παρακαλῶ ὅτι οὐ γενήσομαι. ὑμεῖς γὰρ στέργετε τὴν ἕνωσιν, ἐγὼ δ' οὐ στέργω αὐτήν. πῶς οὖν ἔνεστι γενέσθαι με πατριάρχην, ἐπεὶ οὐ στέργω τὴν ἕνωσιν; ὡς οὖν πολλάκις ἀξιώσαντες τὰ αὐτὰ ἤκουσαν παρ' αὐτοῦ εἶπεν ὁ Νικαίας,

SECT. XII. CAP. III.

At præſules in comitiis incipiebant perſonas efferre ac ſuffragari: ipſumque Heracleenſem præ omnibus ad calculum nominabant: ipſe vero protinus abnuebat: & quanqnam Univerſi in Synodo Patres vociferarent, id juſtum eſſe, ut inCatalogum prenſantium inſereretur, ipſe tamē omnino reclamabat: demittite me quæſo, inquiens, nec nomen meum inſcribite, nolo eligendis adnumerari: vos Unionem confirmatis: Ego Unioni valedixi: Et quæ me mala fors abhorrentem ab Unione, evehet in Patriarcham? Et cum Patres eadem ingerentes, repulſam ſemper reporta-

ας, καὶ ὁ Μιτυλήνης. ἐπειδὴ ἠξιώσαμεν αὐτὸν καὶ οὐ θέλει, ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἕνωσιν στέργει περιττόν ἐστιν ἵνα ἀναγκάζωμεν αὐτόν. ἔλθωμεν πρὸς ἐκλογὴν ἑτέρων προσώπων. καὶ ἐξελέξαντο τὸν Τραπεζοῦντος, τὸν Κυζίκου, καὶ τὸν προηγούμενον τοῦ Βατοπαιδίου τὸν Ἱερομόναχον κῦρον Γεννάδιον. ἐδέξατο οὖν ὁ βασιλεὺς τὰς ψήφους, καὶ οὐκ ἀπεδέξατο ὅτι οὐ τεθείκασι τὸν Ἡρακλείας, καὶ ἀνέφερον αὐτῷ ὅτι ἀπ᾽ ἐκείνου ἀπέμεινε. καὶ εἶπον ὅσα ἤκουσαν καὶ εἶπον.

Ὁ δὲ βασιλεὺς εἴρηκεν. οὐκ ἔδει κωλυθῆναι αὐτοὺς τοῖς λόγοις ἐκείνου. ἀλλ᾽ ἔδει ἵνα θήσωσιν αὐτὸν εἰς τὰς ψήφους, καὶ ἔμελλεν αὐτὸς φροντίσειν πῶς ἂν γένοιτο. εἶτα σκεψάμενος περὶ τῶν ψηφισθέντων, παρῃτήσατο μὲν τὸν ἁγιορείτην. ὑπέβαλε δὲ τόν τε μέγαν Πρωτοσύγκελλον καὶ κῦρον Γεώργιον τὸν δισύπατον, ἵνα δοκιμάσωσι τὸν Τραπεζοῦντος εἰ στέργει τὴν ἕνωσιν. ἦλθον οὖν καὶ εἶπον αὐτῷ λόγους πολλοὺς ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως, ὅπως τε ἐγένετο καλῶς, καὶ ὅτι ἐστὶν ἀναγκαία, καὶ χρεία ἐστὶν ἵνα στέργηται παρὰ πάντων, καὶ ὀφείλει ἵνα στέργῃ ταύτην καὶ αὐτός. καὶ ἐζήτησαν ἀπολογίαν εἰς ταῦτα. ὁ δὲ Τραπεζοῦντος κατὰ μέρος πρὸς τοὺς λόγους αὐτῶν ἀπολογησάμενος κεφαλαιωδῶς εἶπεν. ὅτι οὔτε καλή μοι φαίνεται ἡ ἕνωσις αὕτη, οὔτε καλῶς γεγονέναι. διὸ οὐ δύναμαι στέργειν αὐτήν. ὡς δὲ πολλοῖς λόγοις ἐπεχείρουν καταπείθειν αὐτὸν, καὶ προσετίθουν ὅτι εἰ στέργει τὴν ἕνωσιν, καὶ πληροφορήσει τὸν βασιλέα δι᾽ αὐτῶν, εὐθὺς ποιήσει αὐτὸν πατριάρχην ἀπεκρίθη, ὅτι εἰρηνικῆς οὔσης τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πάντων ὁμονοούντων, καὶ μηδεμιᾶς ζάλης, αὐτὴν ταραττούσης τότε μόλις ἂν ἐδεχόμην τὸ πατριαρχεῖον. νῦν δὲ ἐν τοσαύτῃ συγχύσει καὶ διχονοίᾳ τῆς Ἐκκλησίας ἀδύνατον ἐστὶν ἵνα δέξωμαι αὐτὸ κἂν εἰ τὴν γεγονυῖαν ἕνωσιν ἴσως ἔστεργον. πόσῳ μᾶλλον ὅτι οὐδὲ καλή μοι δοκεῖ, οὐδὲ εὐσεβὴς, οὐδὲ κατὰ θεὸν γεγενημένη αὕτη ἡ ἕνωσις, οὐδὲ στέργεται παρὰ πάντων οὔτε παρ᾽ ἐμοῦ. ταῦτ᾽ ἀπολογοῦμαι. καὶ ποιήσατε καθὼς χρήζετε, οὐδὲ γὰρ εὑρήσετε ἄλλο τι ἀπ᾽ ἐμοῦ.

Ὡς οὖν ἀνήνεγκαν ταῦτα τῷ βασιλεῖ ὥρισεν, ἵνα ἴδωσι τὸν Κυζίκου, καὶ ἐξετά-

tarent, Nicææ præſul ac Mitylenes cæteros monuerunt: Quando eum verbis plurimum incitavimus & renuit, nec amplectitur Unionem, ſuperfluum erit invitum ultrà impellere, ad alios nominandos deſcendamus: & in hæc tria nomina conſenſerunt, in Trapezuntium, Cyzicenum, & Batopædij præfectum Hieromonachum Dominum Gennadium: Et delata ſuffragia cum Imperator in manum accepiſſet, omiſſum Heracleenſem indigne tulit: Cumque illi culpam omnem vertiſſent in Epiſcopum, & quæ dixerant ipſi quæque audiverant, Imperatori fideliter memoraſſent.

At non debuit ejus ſermo, tanti apud vos valuiſſe (inquit Imperator) ut ab eo nominando vos averteret: Veſtrum erat eum calculis commendare, & cætera prudentiæ meæ diſpenſanda permittere: Deinde ubi in nomina deſignata inſpexiſſet, Sancti montis incolam Pædobatienſem diſpunxit: Mox & Mag. Primicerium, Dominumque Georgium Biſconſulem ſubornavit, ut Trapezuntij mentem explorent, an Unionem is confirmaret: Qui cum eo veniſſent, de unione multos ſermones proferunt, unionem laudant, ut facinus præclarum: multis nominibus neceſſariam, dignamque ab omnibus ſanciri, & quam ipſe Epiſcopus amplecti debeat, & promovere: ad hæc reſponſum efflagitarunt: Trapezuntius ad ſingula reſponſum tulit, quorum omnium huc ſumma rediit: Se Unionem nec rem eſſe laudabilem exiſtimare, nec viis laude dignis procuratam, quare nec à me id poſſum impetrare, dixit, ut eandem confirmem: Cumque illi inſtarent, multis argumentis eum ab hac opinione deducere, promitterentque ut illum Imperator ſine morâ ſubveheret in Patriarcham, ſi per ipſos Imperatorem faceret certiorem, firmum fide Epiſcopum unioni patrocinaturum: reſpondit Epiſcopus: Si Eccleſia tranquillitatem obtineret, & omnes Chriſtiani in gremio Concordiæ recumberent, ſi nulla tempeſtas Eccleſiæ pacem conturbaret, Patriarchale faſtigium vix conſcenderem: at nunc ubi tanta malorum agitatio Eccleſiam obruit, tot diffidia permiſcent & confundũt: impoſſibile eſſet ut Patriarchatum amplecterer, etiamſi Unionẽ procuſam tot pravis conſiliis defenderem, aut confirmarem: quanto magis, cum eandem abhominor ut impiam & nefariam, nec faventi numine initam, ideoque nec ab omnibus, ſed nec à meipſo ſtabiliendam: Hoc meum reſponſum ad Imperatorem deferte, & in cæteris progredimini ut viſum fuerit, ab hoc reſponſo me nihil unquam variare reperietis.

His ad Imperatorem nuntiatis, jubet ergo Cyziceni animum pertentare, & quem affectum in his profiteretur, qui ſtatim ac interrogatus re-

πάσωσι καὶ αὐτὸν περὶ τῶν τοιούτων. ὁ δὲ Κυζίκου ἀπεκρίθη, ὅτι ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν τὴν ἕνωσιν, ὀφείλομεν ἡμεῖς πρὸ πάντων στέργειν αὐτὴν, καὶ ἤδη στέργομεν. εἶτα εἶπον ὅτι πληροφόρησον ἡμᾶς, εἰ μέλλεις στέργειν αὐτὴν, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς. ὁ δὲ εἶπε καὶ εἰ οὐκ ἐμέλλομεν στέργειν αὐτὴν ἀεὶ, περιοσσὸν ἂν ἦν, ἵνα ποιήσωμεν ὅλως καὶ ἕνωσιν. τότε ἐπῄνεσαν αὐτὸν, καὶ ηὐχαρίστησαν, ὅτι ἀπεκρίθη πραγματικῶς καὶ καλῶς. εἶπον δὲ αὐτῷ ὅτι αὐτὰ ὅσα εἶπεν ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου πρέπει ἵνα γραφῶσι, καὶ ὑπογράψῃς αὐτά. ὁ δὲ εἶπε καὶ εἰ χρήζετε γράψατε ταῦτα. εὐθὺς οὖν ἔγραψεν αὐτὰ ὁ μέγας Πρωτοσύγκελλος καθὼς ἤθελε καὶ ὑπέγραψεν ὁ Κυζίκου. οἱ δὲ διεκόμισαν καὶ ἀνήνεγκαν τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ αὖθις μετὰ τὴν τοιαύτην ἐργασίαν, καὶ ἀποκαταστάσιν σκεψάμενος τὸ δοκεῖν προσέταξεν. ἵνα γένωνται κλῆροι, καὶ ἐποίησαν δύο. ἐν μὲν τῷ ἑνὶ γράψαντες τὸ ὄνομα τοῦ Τραπεζοῦντος ἐν θατέρῳ δὲ τὸ τοῦ Κυζίκου. ὡς δέ τινες εἶπον, καὶ ἐν τοῖς δυσὶ τὸ τοῦ Κυζίκου, γράψαντες ἐν μὲν τῷ ἑνὶ ὁ κύριος Μητροφάνης, ἐν θατέρῳ δὲ ὁ Κυζίκου, καὶ βουλλώσαντες ἔθηκαν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης. ἐλειτούργησε δὲ ὁ μέγας πρωτοπάπας, καὶ μετὰ τὴν λειτουργίαν, ἔλαβε τὸν ἕνα ἐκ τῶν κλήρων, καὶ ἔδωκεν, ἵνα διακομίσωσιν αὐτὸν τῷ βασιλεῖ. καὶ ἀνοιγέντος εὑρέθη τὸ ὄνομα τοῦ Κυζίκου τοῦ ὑποσχομένου στέργειν τὴν ἕνωσιν. εἶτα ἔλαβον καὶ τὸν ἕτερον βεβουλλωμένον. εὐθὺς οὖν διεμήνυσαν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἑτοιμασθῇ, καὶ δέξηται τὸ μήνυμα.

respondit: Quando unionem pepigimus, ante omnia eandem sancire tenemur, quam hactenus sanximus: sed dixerũt illi, An nos certos datâ fide præstes quod hæc tibi mens durabit in futurum? Et quidni? respondit Episcopus: Inutilis omnino fuisset, & supervacanea unio pacta ad momentum, & non perpetuanda in æternum: tum Episcopum collaudarunt, gratiasque dederunt, quod prudenter respondisset: Sed quoniam scriptis firmior fides solet adhiberi, quod eximia sanctitas tua proposuit verbis, oramus ut autographo suo obsignatum tradat: Quin immo, si vobis allubescat, molestiam scribendi subite, inquit: Scripsit itaque Primicerius prout placuit, & subscripsit Cyzicenus: confestimque ad Imperatorem reportarunt detuleruntque omnia: Imperator autem post hoc commentum, secum intus versans quid factu opus esset in cæteris, sortes fieri mandavit: & duas composuerunt, in una Trapezuntium, in alterâ Cyzicenum, inscribentes: vel ut alij perhibuere, in utrâque Cyzenum: In una Dominum Metrophanem, in alterâ Cyzici Episcopum, & utramque sigillis obsignatam in sacrâ mensâ posuere. Operabatur sacris Protopapa, Pænitentiariorum primus, quibus absolutis, sortem unam sublatam è mensâ Imperatori deferendam tradidit: Qui in reseratâ, Cyziceni nomen inscriptum perlegit, unionem confirmare promittentis: Secundam sigillo occlusam auferebant: Et tum Imperator Episcopo jussit indicari, ad primam hanc Renuntiationem se compararet, brevi ultimam recepturus.

τμήμ. ιβ. κεφ. δ.

Sect. XII. Cap. IV.

Ἐγένοντο δὲ καὶ οἱ κλῆροι καὶ ἡ πρὸς τὸν Κυζίκου ἀπόφασις τοῦ πατριαρχείου, κατὰ τὴν κυριακὴν τοῦ τυφλοῦ. συνέδραμε δὲ καὶ τόδε. ἀφ' οὗ ἐγένετο πατριάρχης αὐτὸς ὁ Κυζίκου, ὅτε πρώτως ἐχειροτόνησε μητροπολίτην, ὁ Χερσῶνος δὲ οὗτος ἦν, εὑρέθη ὁ ζυγός. τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται. καὶ ἐσημειώσαντο, καὶ τοῦτο τινὲς, καθὼς ἐσημειώσαντο καὶ τὰ ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ συμβάντα αὐτῷ τῷ Κυζίκου, ἃ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν ἐν ἀρχῇ τοῦ ια. ἀπομνημονεύματος. ὁ μὲν οὖν ὑποψήφιος ἡτοιμάζετο μετὰ σπουδῆς, ἤρξαντο δὲ πάντες προσέρχεσθαι αὐτῷ ὡς πατριάρχῃ.

Sed & sortium in sacrâ mensâ depositio, & prima Cyziceni renuntiatio in Patriarcham, utraq; incidit in Dominicam Cæci: quibus & tertium memorabile concurrit: Metropolitanus Chersonesi fuit omnium primus, quem sacris infulis induit Cyzicenus, ex quo Patriarchale solium conscenderat: Et cum Metropolitanus sacra Evangelia manibus Patriarchæ sibi tradita prehensaret, & casu librum aperiret, ut occurrentem fortuito versiculum pro more legeret, projecit in hæc verba: *Si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt*: Hæc observabant nonnulli, & in non minus dirum omen trahebant, quam quæ Cyziceno Florentiæ contigerant, ut in principio Commentariorum undecimi nos anteà memoravimus. At ille suffragiis Patriarcha declaratus, se ferre ut Patriarcham festinabat: nec

χῃ. προσήλθομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ὅτε μέγας Χαρτοφύλαξ καὶ ἐγὼ, καὶ εἴδομεν αὐτὸν ὁμοῦ. καὶ ἐδηλώσαμεν ὅπως ἀπεδεξάμεθα τὸ γεγονὸς εἰς αὐτὸν, καὶ εἴπομεν αὐτῷ, πολλά τε ἐπαινετικὰ, καὶ παρακλητικὰ ῥήματα, ἀναμνήσαντες αὐτὸν καὶ τῆς ἐκ προγόνων, καὶ γονέων φιλίας ἡμῶν. καὶ ὅτι μέλλομεν ἔχειν αὐτὸν, καὶ πατριάρχην, καὶ αὐθέντην, καὶ πατέρα καὶ φίλον ἡμῶν, εἴπερ ἐπιμελήσεται καὶ διορθώσει τὴν ἐκκλησίαν. καὶ τούτου γινομένου, ἐσόμεθα καὶ ἡμεῖς αὐτῆς πρόθυμοι ὑπηρέται, καὶ συνεργοί. ἄνευ δὲ τούτου ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἵνα ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ.

Ἀπεδέξατο οὖν ὅσα εἴπομεν αὐτῷ, καὶ ἐπῄνεσε καὶ τοὺς γονεῖς ἡμῶν, καὶ ἡμᾶς προσωπικῶς. καὶ τὸν σκοπὸν ὃν ἔχομεν περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διορθώσεως, περὶ ἧς εἴρηκεν ὅτι φροντίζω καὶ ἐγώ. καὶ προσκαλέσομαι καὶ τὸν Ἐφέσου, καὶ τὸν Ἡρακλείας, καὶ σκεψάμεθα ὁμοῦ, καὶ εἰ μὴ συμφωνήσομεν πάντες, καὶ ἑνωθῶμεν, καὶ λειτουργήσομεν ὁμοῦ, οὐδὲ ἐγὼ λειτουργήσω. καὶ πληροφορήθητε ὅτι οὐ ποιήσω ἄλλως εἰ μὴ καθὼς λέγω ὑμῖν. ηὐχαριστήσαμεν οὖν ἐπὶ τούτοις καὶ ἀπηλλάγημεν. ἀλλὰ καί τινες τῶν ἀρχιερέων, εἶπον αὐτῷ περὶ τούτου καθὼς ἡμεῖς, καὶ τὰ αὐτὰ ἀπεκρίθη κἀκείνοις. διὰ τοῦτο καὶ παρηκολουθοῦμεν αὐτῷ, ἐκδεχόμενοι τὴν διόρθωσιν. πλὴν οὐδέπω ᾔδειμεν, ὅτι ἔδωκεν ὑπόσχεσιν πρὸς τὸν βασιλέα, ἵνα στέργῃ τὴν ἕνωσιν. ὕστερον γὰρ ἠκούσθη τοῦτο μετὰ καιρόν.

nec minus alij ad ipsum tanquam ad Patriarcham accedere: Quos inter & nos duo, Mag. Scriniarius & ego, simul humaniter & officiose eum compellavimus, & quam gratum nobis esset, quod in Patriarcham promoveretur, omni indicio caritatis & obsequij palam fecimus: Et ei in memoriam revocavimus, quanta inter progenitores nostros, ac parentes amicitiæ jura intercessissent, & quam nos prompti essemus, progenitorum vestigia premere, in eodem amoris ac benevolentiæ curriculo, eumque ut Patriarcham, ut Dominum, ut parentem, ut amicum, omnibus nominibus colere ac venerari, modo Ecclesiam restituere, ac perpurgare conaretur: Et nostram operam obtulimus, in quæcunq; ministeria fidelissimos fore servos & adjutores: At si Ecclesiam posthaberet, impossibile esset eidem nos adjungeremus.

Ille vero quæ diximus singula blando satis vultu accepit: Multum laudavit nostros parentes, & nos ipsos à tam honesto stemmate nequaquam degenerantes: multumque approbavit nostram in Reformandâ Ecclesiâ laudabile studium: qnod & ipse (dixit) animo anteà præceperam: Quin & Ephesium mihi & Heracleensem in mutua consilia advocabo: & si poterimus in sensum unanimem convenire, & fraternam concordiam, sacra simul administrabimus, sin minus, & ipse à sacris peragendis abstinebo: Nec aliter me facturum spondeo, mihi credite, nihil me ab hac sententiâ dimovebit: Quare gratias egimus de tam pio proposito, ac discessimus: Sed & alij insuper Episcopi, eadem quæ nos illi inculcârant, & eadem ab illo responsa tulerant: Quamobrem nos Patriarchæ adhæsimus clientes, præstolati, quam reformationem inchoaret: Sed non tum intelleximus ut se anteà implicârat promissis ad Imperatorem de stabiliendâ unione: quod nobis posteà à temporis decursu innotuit.

τμήμ. ιβ. κεφ. ε.

Ἡτοιμάσθη τοίνυν ὁ Κυζίκου καὶ ἐδέξατο τὸ μήνυμα. προσεκαλέσατο δὲ καὶ τὸν Τραπεζοῦντος καὶ τὸν Ἡρακλείας παραγενέσθαι ἐν τῷ μηνύματι καὶ οὐκ ἦλθον. τῇ τετράδι οὖν, καθ' ἣν ἀποδίδοται ἡ ἑορτὴ τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, ἥτις ἦν καὶ τετάρτη τοῦ Μαΐου ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ προεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως πατριάρχης. παρῆμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐν τῷ μηνύματι, καὶ ἐν τῇ προβλήσει, καὶ προεπέμπομεν αὐτὸν εἰς τὸ πατριαρχεῖον. παρῆν δὲ καὶ ὁ τοῦ πάπα λατινεπίσκοπος ὁ Χρι-

Sect. XI. Cap. V.

Stabat autem procinctus jam Cyzicenus, acceptâ Renuntiatione postremâ: Quin & Trapezuntinum & Heracleensem accersiverat, ultimum enuntiato adesse, qui venire recusârunt: Die igitur septimanæ quarto, ac Mensis Maij quarto, quo solenniter proclamabant Sanctissimam Christi ascensionem crastino futuram: progressus ad aulam Imperatoriam, ab Imperatore inaugurabatur: Nos utrique & Renuntiationi adfuimus & inaugurationi, & in Patriarchale palatium deduximus: Sed & à Papâ Latinus Episcopus aderat Christoforus ille, & toto itinere conjunctissimus dextrum Patriarchę latus stipabat, ab eodem ne tantillum se removens:

Χριστοφόρος παρ' ὅλην τὴν ὁδὸν πλησιάζων τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ πατριάρχου. καὶ μηδόλως αὐτοῦ ἀφιστάμενος. τοῦτο δὲ καὶ πλείονα μέμψιν ἀπὸ τοῦ λαοῦ καὶ ἀποστροφὴν προὐξένει τῷ πατριάρχῃ, ὡς ἀποδεχομένῳ τὸν λατινισμόν. καὶ ἐδέχετο ὁ λαὸς τὴν εὐλογίαν τοῦ πατριάρχου λίαν ἀηδῶς. τινὲς δὲ καὶ ὑπεχώρουν, ἵνα μὴ θεωρῶσι τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ. προσθήσω δὲ καί τι μικρὸν ἀφήγημα πρὸς παράστασιν τοῦ πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν θερμοῦ ζήλου τοῦ εὐσεβοῦς καὶ Χριστιανικωτάτου τοῦ δὲ λαοῦ, καὶ ἄλλως χάριν.

Ἱερεύς τις ἠθέλησεν ἰδεῖν ὅπως γίνεται ἡ τοῦ πατριάρχου προβλησις. ὄνομα τῷ ἱερεῖ Θεοφύλακτος. ἐδανείσατο οὖν ἵππον, οὐδὲ γὰρ ἐκέκτητο. καὶ ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ἰδὼν τὴν πρόβλησιν ἦλθε μεθ' ἡμῶν μέχρι καὶ τοῦ πατριαρχείου. εἶτα ὑπέστρεψεν εἰς τὸ ἴδιον οἴκημα, καὶ κατὰ τὴν ὥραν τοῦ Ἑσπερινοῦ ἐσήμανεν. ἦν γὰρ ἡ ἑορτὴ τῆς ἀναλήψεως, καὶ οὐδεὶς ἦλθεν εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ. ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν ὄρθρον, καὶ οὐδεὶς ἦλθε. ἐξεδέχετο δὲ καὶ εἰς τὴν ὥραν τῆς λειτουργίας, ἵνα φέρῃ τις αὐτῷ λειτουργίαν, καὶ οὐκ ἔφερε. διὸ οὐδὲ ἐλειτούργησεν. ἀγανακτήσας προσῆλθε τοῖς εἰωθόσιν ἐκκλησιάζεσθαι ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἠρώτα τινὸς χάριν οὐκ ἦλθον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἑορτῆς οὔσης; οἱ δὲ ἔλεγον αὐτῷ. διότι ἠκολούθησας καί σὺ τῷ πατριάρχῃ καὶ ἐλατίνισας. ἔλεγεν οὖν ὁ ἱερεύς, καὶ πῶς ἐλατίνισα; ἐγὼ ἀπῆλθον ἁπλῶς ἵνα ἴδω τὴν τάξιν μόνην ἣν οὐδέποτε εἶδον, καὶ οὔτε ἐφόρεσα, οὔτε ἔψαλα, οὔτε τι ἱερατικὸν ἐποίησα. πῶς οὖν ἐλατίνισα. οἱ δὲ εἶπον, ἀλλ' ἀνεμίχθης, καὶ συνωδοιπόρεις μετὰ τῶν λατινισάντων, ἔμπροσθεν τοῦ λατινόφρονος πατριάρχου, καὶ ἔφθανε σοι ἡ εὐλογία αὐτοῦ. τότε ἠγανάκτησεν ἵνα δυσωπῇ αὐτοὺς μεθ' ὑποσχέσεων ἐνόρκων, ὡς οὐκέτι ἀπελεύσεται εἰς τὸν πατριάρχην, ἢ εἰς τοὺς πλησιάζοντας αὐτῷ. καὶ μόγις ἠδυνήθη καταπεῖσαι αὐτοὺς συνέρχεσθαι πάλιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. εἰ οὖν ὥσπερ ἥδυσμά τι προσετέθη τοῦτο τῷ λόγῳ. ἀλλ' οὖν καὶ ἐκ τούτου ἔξεστι τοῖς βουλομένοις τεκμαίρεσθαι ὁποίαν τινὰ διάθεσιν ἔχει Θεοῦ χάριτι περὶ τὰ ὑγιῆ τῆς ἐκκλησίας δόγματα ὁ Χριστιανικώτατος ὅδε λαός, καὶ ὅπως ἀποστρέφεται καὶ μισεῖ τὰ νόθα τε καὶ ἀλλότρια.

vens: Quod majorem invidiam in populo concitavit, & exoſum reddidit Patriarcham, quaſi Latiniſmo imbutum: ut vultibus valde averſis plebs obambulantis Patriarchæ benedictionem exaudierit: Et nonnulli retro ceſſerint, ne vota ſpargentem in vulgus contuerentur: Quin ut hujus pientiſſimi, Chriſtianiſſimique populi zelum, conſtantiamque comprobem, ergà antiqua & puriora dogmata, narrationem adtexam haud invenuſtam.

Quidam ſacerdos, nomine Theophylactus, libidinem concepit in civitatem excurrendi, ut ceremonias intelligeret, quibus inauguratio Patriarchalis præſtaretur: Aſturcone igitur conducto, cum de ſuo non poſſideret, ad aulam Imperatoriam rectà provolat, & viſa celebritate, nobiſcum in turba, ad Patriarchale palatium proficiſcitur: unde mox ad ſuam ſe recepit domum: Et inſtante veſperarum horâ pulſans campanam gregem ſuum ad Eccleſiam invitavit: Nam Craſtinus erat Chriſti aſſumptionis in cælos dies: Sed nemo venit eâ veſperâ, nec inſequenti mane: Expectavit in horam miſſæ, ut acceptâ oblatione ſacram menſam inſtrueret: at nemo obtulit: unde nec ſacrificavit: quo ſtomachatus adiit ſuos parochiales qui frequentare Eccleſiam ſolebant: interrogavitque, quid rei gereretur, quod nemo ſacris intereſſet, in die tam feſto, ac ſolenni? illi reſponderunt, quia tu Patriarcham ſecutus es, Romanâ novitate imbutum, & nos te eâdem Latiniſmi leprâ contactum ſuſpicamur: At quo Latiniſmo, refert ſacerdos? tantum eo conceſſi, ut Methodum inaugurandi Patriarcham contemplarer quam nunquam videram: nec cum aliis ſolenniter proceſſi, nec jubilantibus accinui, nec quid mei muneris proſtitui, in quem igitur Latiniſmum incidi? At (inquiunt) te ſaltem turbæ immiſcuiſti in Latina dogmata degeneranti, coram Patriarcha Romani Pontificis aſſeclâ, cujus etiam te inter cæteros afflavit benedictio. Tum ille intimum doloris ſenſum exprimens, coactus eſt eos ad meliorem de ſe opinionem revocare, crebris pollicitationibus ac juramentis, quod numquam in poſterum adibit Patriarcham, aut ad quemlibet accedet, venientem in conſpectum Patriarchæ, Et vix demum his perſuaſionibus populi mentem delinivit, ut Eccleſiam poſtmodum frequentarent: Et licet hæc à nobis adjecta ſunt in condimentum ſermonis, ex iis tamen conjicere licet, quantâ cum animî ſynceritate, populus hic Chriſtianiſſimus dogmata ſana ac incorrupta amplexetur, ſpuria vero ac peregrina quanto odio, ac deteſtatione defugiat.

τμήμ. ιβ. Κεφ. ϛ.

Ὁ δὲ πατριάρχης ἐκάθητο εἰς τὸ πατριαρχεῖον. καὶ προσηρχόμεθα καὶ ἡμεῖς αὐτῷ κατὰ τὴν τάξιν ἣν καὶ πρότερον εἴχομεν. ὅτε δὲ ἤγγιζεν ἡ ἑορτὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος καὶ ἡτοιμάζετο λειτουργῆσαι, ἰδόντες ἡμεῖς ὅτι οὐ φροντίζει περὶ διορθώσεως καθὼς ἔλεγεν, ἀπέστημεν ἀπ᾽ αὐτοῦ. ἐλειτούργησεν οὖν κατὰ τὴν κυριακὴν τῆς πεντηκοστῆς, καὶ οὔτε ὁ Τραπεζοῦντος, οὔτε ὁ Ἐφέσου, οὔτε ὁ Ἡρακλείας συνελειτούργησαν αὐτῷ. ἐβούλοντο δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀρχιερέων μὴ συλλειτουργῆσαι αὐτῷ. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ βασιλεύς, φθάσας μετεκαλέσατο, καὶ λόγοις πολλοῖς ἐδυσώπησεν αὐτούς, καὶ ἐλειτούργησαν. κατ᾽ αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν ἀπέδρα καὶ ὁ Ἐφέσου, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Προῦσαν καὶ ἐξ αὐτῆς εἰς τὴν Ἔφεσον. ὁμοίως καὶ ὁ Ἡρακλείας, ἐξελθὼν ἐκ τῆς χρυσείας πύλης, νύκτα καὶ ἡμέραν περιπατῶν, οὐκ ἔστη που ἕως οὗ ἔφθασεν εἰς τὴν Τζουρολόην. ἡμᾶς δὲ μετεκαλέσαντο εἰς τὰ βασίλεια μετὰ τὴν λειτουργίαν, ἰδόντες ὅτι οὐκ ἐλειτουργήσαμεν. ἐτύχομεν δὲ καὶ ἄμφω κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν φαρμάκου ποσεὶ καθαρθέντες. καὶ οὔτε ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ ᾔδει περὶ ἐμοῦ, οὔτ᾽ αὖ ἐγὼ περὶ ἐκείνου. ὅμως δ᾽ οὖν οὕτω συμβὰν οὐκ ἀπήλθομεν. τῇ δὲ δευτέρᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἅμα πρωῒ ἀπελθόντες, εὕρομεν ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐξῆλθεν εἰς κυνηγέσιον· ἐνετύχομεν τῷ μεσάζοντι τῷ Καντακουζηνῷ, καὶ μαθόντες παρ᾽ αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς προσκλήσεως ἡμῶν εἴπομεν καὶ ἡμεῖς πῶς ἐκωλύθημεν ἀφικέσθαι διὰ τὴν φαρμακοποσίαν. περὶ δὲ τοῦ πράγματος εἴπομεν αὐτῷ οὕτως.

Ἡμεῖς ἐκληρώθημεν εἰς τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ ἐδουλεύσαμεν καὶ αὐτῇ, καὶ τοῖς πατριάρχαις κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν. ἠκολουθήσαμεν δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ ὅσους μὲν κινδύνους καὶ ταλαιπωρίας ὑπέστημεν παραιτούμεθα λέγειν. ὅμως κἀκεῖσε ἐσπουδάζομεν ὅσον οἷόν τε ἦν ἡμῖν ὑπέρ τε τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν, καὶ τῆς πατρίδος καὶ τοῦ γένους ἡμῶν, ὄντες καὶ ὑπήκοοι καὶ εὐπειθεῖς εἰς τοὺς ὁρισμοὺς τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου. ὅτε δὲ εἴδομεν τοὺς ἡμετέρους παρασαλεύοντας, ἑκουσίως τὴν δόξαν τῆς ἐκκλησίας ἡμῶν, καὶ τὸ ταύτης καθαρὸν ὕψος καθαιροῦντας

συν-

SECT. XII. CAP. VI.

Patriarcha jam Patriarchæum quietus occupabat: Et eo nos ſæpenumero contulimus, pro muneris noſtri ratione quo prius fruebamur: Sed cum annua Spiritus Sancti ſolennia appropinquarent, pararetque Patriarcha ſacra celebrare, nos eum ſupinum animadvertentes in Eccleſiâ reformandâ ut promiſerat, ab ejus conſortio deſtitimus: Igitur in Dominica Pentecoſtes, ad Liturgica ſe accingebat: At nec Trapezuntis, nec Epheſi, nec Heraclææ præſules eidem in ſacris ſubſidia ferebant: quin & alij inſuper Epiſcopi ſe ſubtrahere ſatagebant: Quod ubi Imperator intellexit, ad ſe vocatos graviter objurgavit, & ſacra cum illo peregerunt: Eadem vero Dominica Pentecoſtes, fugâ ſe abripuit Epheſius, ad Pruſam primo, & exinde in Epheſum: Pari modo & Heracleenſis, per auream erumpens portam, dies noctesque curſum continuavit, nec ullibi permanſit dum Tzuroloen perveniſſet: Nos autem Imperator, finitis diei ſacris, cum percepiſſet à Liturgicis abſtinuiſſe, ad aulam citavit: At noſtrum uterque Scriniarius & ego, medicinæ potionibus noſmet expurgabamus: nec M. Scriniarius ſciebat, quid à me ageretur, aut ego quid ab illo: Sed id cum forte contingeret, aulam vocati non adivimus: Craſtino qui fuit dies ſecundus in feſtis Pentecoſtes ad aulam feſtinamus, ſed Imperatore venatum egreſſo, offendimus Dominum Sequeſtrum Cantacuzenum, qui cum nobis citandi rationem expoſuiſſet, abſentiam excuſavimus, ab hauſto medicamento: Sed de negotio reſponſum in hæc verba dedimus.

Ad ea munera, quibus nunc in Eccleſiâ ſanctiſſimâ perfungimur ſortito fuimus allecti: cui Eccleſiæ, & Patriarchis, pro noſtrâ tenui facultate fideliter inſervivimus: Quin & in Italiam comitati, quot miſerias & pericula pertulimus, non eſt noſtrum prædicare: Veruntamen nos quo valuimus ingenio, Eccleſiæ noſtræ utilitati, Patriæ commodo, ac gentis honori incubuiſſe, profitemur: ſubmiſſeque ac obedienter Imperatoris & Patriarchæ mandatis omnibus obſecundaſſe: Et cum nonnullos noſtratium videremus ſponte Dogmata Eccleſiæ violare, ejuſdem gloriam peſſundare in contrarium nixi, omni marte depugnavimus: ne in eandem cum illis urnam ſuffragia projiceremus qui Patriæ libertatem prodiderant: Quare Imperator nos jure ſuffragandi in poſterum privavit, & noſtrorum hominum è concilio expunxit: Cum vero jam peractis omnibus Definitio veniret ſubſcribenda, Haud ſcimus quo faſcino autoritatis Imperatoriæ Philanthropinus nobis impoſuit, ut nos etiam ſubſcriberemus: Ac ut mul-

ta

ἀνθιστάμεθα καὶ οὐκ ἐνεδίδομεν, οὐδὲ σύμψηφοι τοῖς προδιδοῦσι τὰ ἡμέτερα ἐγινόμεθα. διὸ καὶ ἐξεβλήθημεν παρὰ τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν συλλόγων. μετὰ οὖν τὸ συμπερᾶναι πάντα καθὼς ἐβούλοντο, καὶ τὸν ὅρον ἐκθεῖναι, οὐκ οἴδαμεν ὅπως ἐπετέθη ἡμῖν ὁ φιλανθρωπινὸς ὁρισμῷ βασιλικῷ ἵνα ὑπογράψωμεν, καὶ ἵνα τὰ πολλὰ παραλείψωμεν, ὅσα τε εἴπομεν καὶ ἀνηνέχθησαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ὅσα πάλιν ἠκούσαμεν, τοσαύτην ἐπίθεσιν εὕρομεν ὅτι καὶ ἄκοντες ὑπεγράψαμεν. ἔκτοτε οὖν πλήττει ἀεὶ ἡμᾶς ἡ συνείδησις, καὶ ἐβουλόμεθα ἰδιάσαι. παρηκολουθοῦμεν δὲ τοῖς πράγμασιν ἐπεὶ οὔτε ὁ ὅρος ἀνεγνώσθη, οὔτε ὁ πάπας ἐμνημονεύθη, ἐκδεχόμενοι γενέσθαι καὶ διόρθωσιν τινὰ ἐκκλησιαστικήν. νῦν δὲ μηκέτι δυνάμενοι φέρειν τοὺς τοῦ συνειδότος ἐλέγχους παρῃτησάμεθα καὶ τὴν τάξιν ἣν εἴχομεν εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ τὴν ἐκ τούτου τιμήν τε καὶ πρόσοδον, καὶ εἴ τι ἄλλο περιήρχετο ἡμῖν ἀλλαχόθεν. καὶ ἀργίᾳ αὐτοὺς ὑποβάλλομεν, ἵν' οὕτως ἰδιάσαντες δεώμεθα τοῦ Θεοῦ, ὅπως ἐπιβλέψῃ ἵλεως ἐφ' ἡμᾶς, καὶ συγχωρήσῃ ἡμῖν τοῦτο τὸ μέγα σφάλμα, καὶ δεινὸν πτῶμα. εἰς ὃ καὶ μὴ βουλόμενοι περιπεπτώκαμεν. ταῦτα εἰσὶ τὰ καθ' ἡμᾶς, ἅπερ ἀναγγελοῦμεν καὶ τῷ αὐθέντῃ ἡμῶν τῷ βασιλεῖ ὅταν ὁρίσῃ, ὡς καὶ νῦν ἀνηγγείλαμεν τῇ σῇ ἐνδοξότητι, καὶ ἔργοις βεβαιώσομεν ταῦτα, ὡς ὁ καιρὸς μαρτυρήσει. ὁ μεσάζων δὲ ἐπαχθῶς ἤκουσε ταῦτα, καὶ παυσαμένων ἡμῶν ἔφη

Μετὰ ἀληθείας πάνυ λυποῦμαι τὸ μὲν, ὅτι ὑπάρχετε ἀναγκαῖοι ἄνθρωποι καὶ λόγιοι καὶ χρήσιμοι καὶ καλοὶ, καὶ εἰ τηρήσετε ἅπερ λέγετε ζημιωθήσεται ὑμᾶς ἡ ἐκκλησία, καὶ ἡ πολιτεία, καὶ ἔνι βαρὺ πρᾶγμα. τὸ δὲ ὅτι μέλλετε ἐμβαλεῖν καὶ τοῖς πράγμασι σύγχυσιν καὶ βλάβην μεγάλην. καὶ ἐπλατύνθη σφόδρα εἰς τὰ περὶ τῆς συγχύσεως, καὶ τῆς ἀδυναμίας τῆς πόλεως, καὶ ἐσπούδασε κωλῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ σκοποῦ οὗ προεθέμεθα, καὶ τελευταῖον προσέθηκεν. ὅτι σκέψασθε καλῶς, προσέχετε, μήποτε ποιήσητε τι ῥᾴθυμον, ἢ ἀσυμβούλευτον, καὶ ὕστερον μεταμεληθῆτε. ἡμεῖς δὲ εἴπομεν. πρὸ πολλοῦ καιροῦ ἐσκεψάμεθα καλῶς, καὶ οὐ μεταμελησόμεθα, ἀλλ' ἐσμὲν ἕτοιμοι ὑπομεῖναι καὶ δήμευσιν καὶ περιορισμὸν καὶ ἐξορίαν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐὰν ὁρίσῃ ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεύς. ὁ δὲ πάλιν εἶπεν ἡμῖν πολλά τινα ἐπιχειρήματα συμβουλευτικῶς πρὸς ἐμποδισμὸν καὶ οὕτως ἀπηλλάγημεν.

ta in medio prætermittamus, & quæ nos Imperatori diximus, ad eum relata, & quæ ab Imperatore audivimus: eam vim ſenſimus nobis intentari ut fateamur nos non aliter quam potenti imperio coactos ſubſcripſiſſe: Attamen ex eo tempore conſcientia nos diris vulneribus ſauciavit, ut magnopere expeteremus ad vitam privatam revolvere: Sed huc uſque neceſſitati temporum obſecuti ſumus dum nec Definitio publicè perlecta fuerit, nec Papæ nomen è Diptychis commemoratum: ſperantes fore ut aliquando Eccleſiæ Reformatio daretur. At nunc ulterius cum perferre vulneratæ conſcientiæ aculeos non poſſemus, abrenuntiavimus Magiſtratui, quem in Patriarchæo obtinuimus modo, omnemque cum illo honorem ac proventum, aut ſi quod aliunde emolumentum in nos redundavit: ac ad vitam umbratilem remeamus, Dei Miſericordiam precibus imploraturi: ut is vultu benigno ac clementi nos dignetur intueri, & hoc grave facinus, crimenque flagitioſum condonare, in quod inviti pertrahebamur: Hæc ea ſunt quæ in noſtris præcordiis fiximus narranda noſtro Domino Imperatori quandocumque libuerit, quemadmodum ſingula tuæ Celſitudini perſtrinximus, quæ præſtare tandē decrevimus, ut tempus patefaciet: Moleſtè admodum hæc audiit Cantacuzenus, & nobis loqui deſinentibus ſic effatus eſt.

Ex intimis revera doleo, Primo quod vos ipſi perneceſſarij, ac prudētes, percommodi Eccleſiæ honeſtiſſimis moribus præditi ſemper extitiſtis: & ſi in conſilio perſeverabitis, detrimentum ingens tam Eccleſia quam Reſp. patietur: & dura eſt provincia: Secundo veſtra abdicatio inſignem confuſionem rebus nuperrimis creabit, & quicquid à nobis geſtum eſt, à fundamentis convellet: Et ſe immenſum dilatavit in hoc confundendi argumento, ac in Civitatis impotentiâ depingendâ, ſi nos eximeremur, ut nos à propoſitâ ſententiâ abduceret, tandemque in hæc verba concluſit: Quare perpendite vobiſcum ſerio, ac revolvite, ne quam cogitationem temerariam animo oſcitanti obrepentem conceperitis, cujus vos poſtmodum pænitebit: At nos negotium hoc diximus à longo tempore, & ſat deliberata conſultatione prævisum à nobis, cujus nunquam nos pænitebit, quicquid obtingat: Sumus enim parati graviſſima quævis ſupplicia ſubire, bonorum confiſcationem, carceris illuviem, exilium, aut ſi quid tetrius nobis noſter Dominus Imperator inflixerit: Ille vero cum paria prioribus nonnulla cumulaſſet argumenta, per modum adhortationis & Conſilij, quibus nos à præcipiti propoſito ad officia revocaret, invicem diſceſſimus.

τμήμ. ιβ. κεφ. ζ.

Τῇ δ' ἐπιούσῃ ἤλθομεν καὶ εἰς τὸν πατριάρχην καὶ εἴπομεν αὐτῷ. ἡμεῖς καὶ πρώην, ἐξυπηρετοῦμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ὅσον ἀνῆκεν ἡμῖν. καὶ μετὰ τὸ ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἐπεμελούμεθα κατὰ τὸ δυνατὸν, καὶ παρεβιαζόμεθα καὶ τὰς ἡμετέρας συνειδήσεις καὶ συνήγομεν καὶ τοὺς λοιποὺς, καὶ ἐπληροῦμεν τὰς τελετὰς τῆς ἐκκλησίας, ἵνα μὴ ἀργήσῃ παντελῶς. ἐξεδεχόμεθα δὲ καὶ τὴν διόρθωσιν καθὼς ἀνεφέρομεν τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ σου, πρὸ τοῦ δέξασθαί σε τὸ μήνυμα τοῦ πατριαρχείου. καὶ ἀπεδεχόμεθα, ἵνα διορθώσεως γινομένης εὑρισκώμεθα πάλιν καὶ ὡς ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὡς υἱοί σου, καὶ ὡς φίλοι σου, καὶ διενεργῶμεν καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ, καὶ τὰ τῆς μεγάλης ἁγιωσύνης σου πολλῷ πλέον καὶ κρεῖττον ἢ πρότερον. νῦν δὲ ἐπεὶ οὐκ ἐγένετο διόρθωσις, οὐκέτι δυνάμεθα συλλειτουργεῖν, καὶ συμπράττειν τοῖς στέργουσι τὴν ἕνωσιν. διὰ τοῦτο παρῃτησάμεθα πάντα, καὶ οὔτε εἰς τὴν ἑορτὴν ἤλθομεν, οὔτε εἰς τὸ ἑξῆς ἐλευσόμεθα, ἀλλ' οἴκοι μένουμεν ἰδιάζοντες, ἵνα καὶ τοῦ Θεοῦ δεώμεθα πρὸς ἐξιλέωσιν τοῦ σφάλματος ἡμῶν, καὶ μηδενὶ προσκρούωμεν μέρει. ἤδη οὖν ἤλθομεν, ἵνα σε προσκυνήσωμεν, καὶ ἀναφέρωμεν ταῦτα, καὶ ὑποχωρήσωμεν.

Ὁ δὲ πατριάρχης βαρέως ἐδέξατο ταῦτα. καὶ εἴρηκεν, ὅτι οὐ δοκοῦσί μοι καλὰ ἅπερ λέγετε. διὰ τί γὰρ παραιτεῖσθε τὸν κλῆρον, καὶ τὴν τάξιν ὑμῶν; οὐκ ἔστι τοῦτο καλόν. καρτερήσατε, προσμείνατε εἰς τὴν τάξιν ἣν ἔχετε. ἀποβλέψατε πῶς παρακολουθήσωσι τὰ πράγματα. ἐγὼ θέλω ἵνα ἔχω ὑμᾶς πλησίον μου ὡς καλοὺς ἀνθρώπους, ὡς χρησίμους, ὡς τιμίους, καὶ πληροφοροῦμαι τὴν γνῶσιν καὶ τὴν συνείδησιν ὑμῶν, καὶ τὴν πεῖραν ἣν ἔχετε εἰς τὰ πράγματα πλέον ἤπερ τῶν ἄλλων. καὶ μεθ' ὑμῶν ἔχω θάρρος, ἵνα πράττω ἅπερ ἀπαιτεῖ ἡ τάξις τοῦ πατριαρχείου. εἰ οὖν οὐκ ἔχω ὑμᾶς πλησίον μου, τί μέλλω πράττειν οὐκ οἶδα. διὰ τοῦτο ζητῶ καὶ ἀξιῶ ἵνα σκέψησθε, καὶ βουλεύσησθε κρεῖττον, καὶ μηδὲν ἀποστῆτε ἀφ' ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ εἴπομεν, ὅτι καλῶς ἐβουλευσάμεθα, καὶ μετὰ πολυημέρου σκέψεως προεστήσαμεν ὅπερ ἀνεφέρομεν, καὶ οὐ ποιήσομεν ἄλλως. τότε εἶπεν ὁ πατριάρχης. λοιπὸν ἔδει ἵνα εἴπητε,

SECT. XII. CAP. VII.

Craſtino die Patriarcham adeuntes his verbis allocuti ſumus. Nos Eccleſiæ Dei operam navavimus jam olim, quantum noſtra officia exigebant: Et poſtquam ex Italia huc reduces permeavimus, quâ potuimus diligentiâ officiis noſtris invigilavimus, noſtras conſcientias nonnihil vi detorquentes ad noſtra munia obeunda: Quin & alios exemplo noſtro ad præſtanda officia induximus, dum nos viderent ſedulo Miniſteria in Eccleſia implere, ne deſpectus jaceret Dei cultus, aut ſacra ſpernerentur: Intereà Reformationem expectavimus, ut tuæ Eximiæ ſanctitati ſignificavimus, antequam ullam ad inaugurandum Renuntiationem accepiſſet: Nec non ut Reformatione adornatâ, nos in eandem loci eminentiam aſciti, ut proceres Eccleſiæ, ut tui Filij, ac amici Eccleſiaſticis noſtris muneribus, & ſanctitatis tuæ negotiis, majori quam unquam antehac alacritate perfungeremur: Nunc quando in caſſum cecidit ſpes noſtra, nec ulla ſecuta eſt Reformatio, non poſſumus ulterius collegas nos addere, aut in ſacris peragendis concurrere, cum iis hominibus qui Unionem confirmant: Quocirca abdicavimus omnia, nec ad feſtum præteritum venimus, nec ad ullum futurum veniemus: Sed ædibus concluſi noſtris in receſſu, ac privati otij umbrâ conſidebimus, ut pro delicto noſtro Dei miſerationem exoremus, & neutri parti offendiculum præbeamus: Et huc hodie non alia fine conceſſimus, quam ut his narratis, manus tuas exoſculati ad noſtra actutum redeamus.

Patriarcha dicta à nobis graviter ferens, hæc enuntiavit: Nec decora mihi videntur quæ affertis, nec approbanda: Quorſum enim ordinem ſacerdotalem aut dignitatem quâ potiti eſtis repudiaretis? quis hoc veſtrum inſtitutum laudabit? Fruimini veſtris provinciis, & ſpartas quas nacti eſtis exornate: Saltem aliquantiſper ſpectate, dum negotia turbida deferbuerint, poſuerintque hæ tempeſtates: Interea vos mihi intimos adjungam, ut viros admodum præclaros, Eccleſiæ ac Reipublicæ perutiles, multaque veneratione præcinctos: quorum ſingulari in prudentiâ, integritate, rerumque adminiſtrandarum peritiâ majorem colloco fiduciam, quam in omnium aliorum hominum: Etenim veſtro adjutus conſilio, quicquid in meâ ſublimitate Patriarchali obtingat, confidenter præſtabo: at ſi vos mihi non habeam faventes & prope me in gremio, quo me convertam, neſcio: quocirca vos oro atque obteſtor, ut adhibitâ maturiori deliberatione rem altius perſcrutemini, neque nos utcunque tam abrupte deſeratis: Nos ſatis eſſe perpenſum diximus,

εἴπητε καὶ ἐμοὶ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς. εἰ γὰρ ᾔδειν τοῦτο, ἐκαθήμην ἂν καὶ αὐτὸς εἰς τὸ κελλίον μου. ἔφημεν δὲ ὅτι ἡ μεγάλη ἁγιωσύνη σου οὐκ ἔμελλες ἐμποδισθῆναι δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅμως ἡμεῖς ἀναφέρομέν σοι τοῦτο πρὸ τοῦ δέξασθαί σε τὸ μήνυμα.

Ὡμολόγησεν οὖν ὁ πατριάρχης ὅτι εἴπετέ μοι περὶ τούτου, πλὴν οὐκ ᾔδειν ὅτι εὐθὺς παραιτήσεσθε ἡμᾶς. νῦν δ' ἐγὼ οὐ παραιτοῦμαι ὑμᾶς, ἀλλὰ λέγω καὶ ζητῶ ἵνα ἔρχησθε ἐνταῦθα, κατὰ τὴν τάξιν ἣν εἴχετε. εἰ δ' οὐκ ἔρχεσθε ἐγὼ οὐκ ἐάσω ὑμᾶς, ἀλλὰ διαμηνύσομαι, καὶ προσκαλέσομαι ὑμᾶς, καὶ δὶς καὶ τρὶς καὶ πολλάκις, καὶ θαῤῥῶ ὅτι πάλιν μεθ' ἡμῶν ἔσεσθε. ἦν δ' ἑσπέρα τῆς τρίτης, ὅτε ταῦτα ἡμῖν ἔλεγε. καὶ τῇ τετράδι πρωΐ, ἅμα τῷ καθίσαι ἐν τῇ συνόδῳ εἶπε, ὅτι ὀψὲ ἦλθεν ἐνταῦθα ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ, καὶ ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης καὶ παρῃτήσαντο τὴν τάξιν αὐτῶν. διὰ τοῦτο εἴ ἔρχεταί τι ἐνταῦθα ὅπερ ἀνήκει εἰς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ μεγάλου Χαρτοφύλακος, ὑπηρετεῖτε ὑμεῖς τοῦτο. ἀπέβλεπεν οὖν ὁ μέγας Σακελλάριος πότε ἂν τελειώσῃ ὁ πατριάρχης τὸν λόγον, καὶ εὐθὺς εὐχαριστήσῃ καὶ δέξηται αὐτό. προέλαβε δὲ ὁ μέγας Σκευοφύλαξ. οὔπω γὰρ ἐτελείωσε καλῶς τὸν λόγον ὁ πατριάρχης, καὶ εἶπεν αὐτός. εἰς τὸν ὁρισμόν σου δέσποτά μου ἅγιε, πολλὰ τὰ ἔτη σου, ἐγὼ ὑπηρετήσω ταῦτα. ὑπέγραψεν οὖν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην διαζύγια δύο. ἡμεῖς δ' ἔκτοτε ἀπέστημεν καὶ ἠργήσαμεν ἐκ πάντων. ηὐχαριστοῦμεν δὲ κατὰ τοῦτο μόνον τῷ πατριάρχῃ, ὅτι ἀπήλλαξεν ἡμᾶς λόγων, καὶ ἐνστάσεων, καὶ ἀπολογιῶν. ἐπεὶ οὐδ' ὅλως ἐμνήσθη ὧν πρὸς ἡμᾶς ἔλεγεν. οὐδ' ἠξίωσεν ἡμᾶς ψιλοῦ ῥήματος.

ximus, quod facturos proponimus, idque diuturnâ ac multiplici conſideratione mentibus noſtris increviſſe: nec in aliud jam conſilium noſmet inflectere valeamus: Atqui utinam (inquit Patriarcha) hæc ab ovo nos condocefacere ſtatuiſſetis, tum & ego forſan privatæ pariter vitæ cellâ occluſus indulſiſſem: At nos (reſpondimus) tuis rebus nullum obſtaculum injecimus, qui te multo citius de hac re commonuimus, quam tibi ſignificata eſſet Electionis Renunciatio.

Et faſſus eſt Patriarcha, nos anteà de eâdem nonnihil diſſeruiſſe, ſed non putarat nos tam præpropere abdicaturos: Nunc igitur, inquit, veſtra determinata refellere non conabor: Sed id unum liceat impetrare, ut me aliquoties inviſere dignemini, eodem perfuncti ordine quem olim tenuiſtis: vel ſi de veſtra indole in nos non poſſit hæc proficiſci humanitas, ego vos non permittam ſic otia carpere, ut bis terve ac ſæpenumero ad me non invitem, & ſpes adhuc animo inſidet, fore ut revertatis, æternum nobis non ſic valedicturi: Veſpera erat diei tertij, ſeu Martis à Pentecoſte, & die quarto ſeu Mercurij, ad Auroram, ſimul ac ſua Synodo conſederat, ſuis dixit: Heri ad veſperam Magnus Scriniarius, Magnuſque Eccleſiarcha huc venerunt, & ſeipſos dignitatibus exautorarunt: quare ſi quid tranſigendum occurrat quod Mag. Scriniarij manum poſtulat, vos ſuccurrite: Mag Saccellius expectabat dum Patriarcha peroraret, ut actis gratiis illius officij munia ad ſe raperet: Verum Magnus Scenophylax antevertit, & adhuc loquente Patriarcha: En tibi, mi ſanctè Domine, obſequioſum famulum, inquit: Deus te perpetuet, vitamque in annos Neſtoris producat, hæc ego adminiſtrabo: Duo itaque ſimul divortia ſubſcripſit, mihi, magnoque Scriniario: qui ab eo die abſceſſimus in otium, omni opera ac Magiſtratu defecti: de hoc uno Patriarchæ multum gratulati, quod ab ulteriori ſermocinatione, poſtulato, aut reſponſo liberrimos dimiſit: Nec enim quicquam meminerat eorum quæ de nobis ad ipſum accerſendis promiſerat: Nec in poſterum, aut unam nudam ſyllabam ad nos unquam protulit.

τμήμ. ιβ. κεφ. η.

SECT. XII. CAP. VIII.

Μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας διεμηνύθημεν ἡμεῖς οἱ δύο ὁρισμῷ βασιλικῷ, καὶ ἀπήλθομεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ παραλαβόντες ἡμᾶς οἱ μεσάζοντες ἐν ἰδιάζοντι τόπῳ εἶπον ἡμῖν, οὐκ ἔστι καλὸν ὅπερ ποιεῖτε καὶ ἀφίστασθε ἀπὸ τοῦ πατριάρχου, καὶ παρῃτήσασθε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὴν τάξιν ὑμῶν.

καὶ

Interjectis aliquot dieculis, Imperatoris mandato nos duo accerſiti ad aulam properavimus, ubi Sequeſtri in privatum nos locum abductos ita ſunt allocuti: Non eſt laudabile quod facitis, qui Patriarcham deſeritis, veſtras dignitates abdicatis, alioſque in veſtrum errorem inducitis, quantum ad Unionem, quam vos ipſi fabricaſtis, & definitioni ſubſcripſiſtis: Et jam

opor-

καὶ σκανδαλίζετε καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσον πρὸς τὴν ἕνωσιν. ὑμεῖς γὰρ ἐποιήσατε ταύτην. ὑμεῖς ὑπεγράψατε καὶ τὸν ὅρον, καὶ ὀφείλετε στέργειν ταῦτα. καὶ ὁδηγεῖν καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ προθύμους ἐργάζεσθαι πρὸς τὸ στέργειν αὐτά. εἰ δὲ λέγετε, ὅτι οὐκ ἐγένετο καλῶς ἡ ἕνωσις, ἐκεῖ ἔδει λέγειν ὑμᾶς τοῦτο πρὸ τοῦ γενέσθαι αὐτήν, καὶ ἀγωνίζεσθαι ὅπως ἂν καλῶς γένηται, γενομένης δὲ αὐτῆς ὡς ἐγένετο, καὶ διακομισθείσης ἐνταῦθα, τί ἔχετε λέγειν ἢ ὑμεῖς ἢ ἕτεροι εἰς αὐτήν; διὰ τοῦτο πρέπει, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὡς φρόνιμοι καὶ ὡς καλοὶ ἄνθρωποι, ἀποβλέψητε πρὸς τὸ συμφέρον τῆς πατρίδος, πρὸς τὴν τιμὴν τοῦ γένους, καὶ παραιτήσησθε τὰ σκάνδαλα, καὶ ὑπάρχητε εἰρηνικοὶ καὶ ἡνωμένοι μετὰ τοῦ πατριάρχου. εἶπον δὲ καὶ ἄλλους πολλοὺς λόγους πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν συντείνοντας. ἀπεκρίθημεν δ' ἡμεῖς, οὔτε τὴν ἕνωσιν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, οὔτε τὸν ὅρον συνεθήκαμεν. ἐποίησαν δὲ ταῦτα ἐκεῖνοι οἵτινες ἀπεδέχοντο τὸν λατινισμόν. καὶ ἡμεῖς ἐξεβλήθημεν κελεύσματι βασιλικῷ, καὶ ὡρίσθημεν σιωπᾶν. καὶ διηγησάμεθα πῶς ἐκεῖσε παρηκολούθησεν εἰς ἡμᾶς ὅσα καὶ προείρηται. διὸ ἔφημεν οὐδὲ ἐνεχόμεθα ἡμεῖς στέργειν τὴν ἕνωσιν, οὐδὲ ὑπὲρ τῶν γεγονότων ἀπολογεῖσθαι. ἀποβλέπομεν δὲ πρὸς τό, κατὰ τὴν ψυχὴν συμφέρον ἡμῖν. καὶ τούτου χάριν ἐξελεξάμεθα τὸ ἰδιάσαι, καὶ καθ' ἑαυτοὺς ζῆν.

Εἶπον δὲ οἱ μεσάζοντες. ἰδοὺ γεγόνασι τὰ ἐκεῖ ὡς ἐγένοντο, καὶ οὐδὲ ἡμεῖς λέγομεν ὅτι γεγόνασι καλῶς. πλὴν ἐπειδὴ ἀπήλθετε ἐκεῖ, ἀνάγκη ἦν ἵνα γένηταί τις συγκατάβασις καὶ οἰκονομία, δι' ἧς ἔχρην εἶναι ἡμᾶς ἡνωμένους. εἰ οὖν ἐκεῖ οὐκ ἐγένετο καλῶς, σκεψώμεθα νῦν ἡμεῖς ἐνταῦθα πῶς ἔδει γενέσθαι. καὶ σπουδάσωμεν εὑρεῖν τὸν κρείττονα τρόπον ὃν ἂν καὶ ἐκεῖνοι ἴσως ἀποδέξωνται. καὶ εἰ τοῦτον εὕροιμεν, ἐσόμεθα καὶ μετ' ἐκείνων εἰρηνικοὶ καὶ ἡνωμένοι. ζητοῦμεν οὖν ἵνα εἴπητε καὶ ὑμεῖς κατὰ συμβουλήν, τρόπον τινὰ δι' οὗ δυνησόμεθα καλῶς ἑνωθῆναι. ἡμεῖς δὲ εἴπομεν ὅτι ἐπεὶ παρῃτησάμεθα πάντα, καὶ ἰδιάσαμεν, οὐδὲ περὶ οὗ ὁρίζετε ἔχομεν εἰπεῖν. εὑρήσουσι δὲ οἵτινες φροντίζουσι περὶ τῶν τοιούτων. οἱ δὲ μεσάζοντες εἶπον, μὴ λέγετε οὕτως, οὐ γάρ ἐστε οἱ τυχόντες ἀλλ' ἐστὲ καλοὶ ἄρχοντες καὶ χρήσιμοι,

καὶ

oportet vos confirmare & aliis exemplo præire, & propensos reddere ut confirment: Quod si objicitis, procuratam fuisse viis illegittimis: Illic opportunius afferri ista debuere, antequam unio prodiret in effectum, & vos tum contendere oportuit, ut honestioribus modis prodiret: At nunc utcunq; facta & nobiscum in Patriam reportata, quid vos aut alij contra unionem poteritis comminisci quod non importunum judicabitur? Quocircà existimationi vestræ plurimum conducet, si vos ut viri prudentiâ ac virtute præditi, ad utilitatem Patriæ ac honorem gentis respiciatis, & ut scandala vitetis, redeatis in gratiam cum Patriarchâ: & multa alia verba huc spectantia elocuti sunt. Nos respondimus, nec unionem nos fabricasse, nec consarcinasse Definitionem: utramq; opus esse eorum, qui Latinorum novitatem affectarunt: Nos autem quia huic causæ contradiximus mandato Imperatoris, ejecti fuimus nostrorum è Consilio, ac jussi obmutescere. Tum prædicta omnia recensentes, quæ nobis obtigerunt, affirmavimus, nec obligari nos ad unionem confirmandam, nec ad respondendum de rebus in Synodo gestis, nec tam de utilitate Patriæ, quam de nostrarum animarum salute sollicitari debere, quarum solam in gratiam mundi curis valedicere, & privatim silentio quod reliquum est vitæ transigere elegimus.

At Sequestri dixerunt, ecce illic facta fiebant ut potuere, neque nos ipsi multum comprobamus: Sed postquam illuc migravimus, aliqua humanitatis ac concordiæ ratio erat temperanda, quæ nos cum Latinis conjungeret: quæ si commentis, non usque adeo intemeratis processit, jam hic videamus, quibus debuit processisse, & rectiorem expiscemur modum, quem illi sic amplectentur, ut eandem nobiscum unionem inviolatam colant: Rogamus igitur, si nobis consulendo vos viam commonstrare noveritis, quâ, cum omnium approbatione Latinis uniamur? Quibus respondimns: quando omnia abdicaverimus; vitam umbratilem negotiosæ præferentes, nihil in promptu nobis est de his postulatis dicere: forsan invenient, quibus hæc curæ sunt: Tum Sequestri rejecerunt, nolite tam male augurari: Nec enim vos estis viri vulgares, sed Amplissimi Proceres: viri Reip. perutiles, optimi Patriæ cives, rerum peritissimi, & in ordine Ecclesiastico summi, quos maxime oportet de his impensius cogitare, ut etiamsi negotiis exonerati tamen in medium proferre debeatis, si quid Ecclesiæ commodum, aut Reip. intelligitis: Dicite igitur de iis quæ proposuimus, quid potissimum sentiatis: nos respondimus, nullum modum honestum scimus, nos cum Latinis conjungendi: Verum si quis alter modum commentabitur, qui nobis arrideat, nostramque conscientiam tranquillet, homi-

mi-

καὶ πολῖται καὶ πρακτικοὶ, καὶ πρῶτοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, καὶ ὑμεῖς μᾶλλον ὀφείλετε φροντίζειν περὶ τῶν τοιούτων. εἰ γὰρ καὶ παραιτεῖσθε πάντα, ἀλλ' ὀφείλετε συμβουλεύειν, ὅπερ ἂν νοήσητε συμφέρον τῇ πατρίδι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ. εἴπατε οὖν τί δοκεῖ ὑμῖν περὶ ὧν λέγομεν; εἴπομεν δὲ ἡμεῖς, οὐ δυνάμεθα εὑρεῖν τοιοῦτον τρόπον καλὸν ἑνωτικόν. εἰ δὲ εὕροι τις, καὶ ἀκούσομεν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀρκεσθῶμεν εἰς αὐτὸν, ἐροῦμεν ὅτι καλὸς τρόπος ἐστί. τότε εἶπον οἱ μεσάζοντες, ἐπεὶ ὑμεῖς οὐ λέγετέ τι, λοιπὸν ἐροῦμεν ἡμεῖς ὅπερ νομίζομεν καλὸν καὶ ἀβλαβές. περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅρου οὐ λέγομέν τι. κεῖται γὰρ ὡσανεὶ ἀργός. περὶ δὲ τοῦ μνημοσύνου λέγομεν. οὐ δοκεῖ ὑμῖν καλὸς τρόπος, εἰ μνημονεύεται μόνον ὁ πάπας, καὶ διὰ τοῦ μνημοσύνου ὑπάρχωμεν ἡνωμένοι; λόγος ἐστὶ μόνον τὸ μνημόσυνον, καὶ λέγει τοῦτον ὁ διάκονος, καὶ διὰ τοῦ λόγου τούτου ἐσμὲν καὶ ἡνωμένοι, καὶ οὐδὲ παρασαλεύομέν τι τῶν δογμάτων, ἢ μεταποιοῦμέν τι τῶν ἐθίμων ἡμῶν. ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς, πολύς ἐστιν ὁ περὶ τοῦ μνημοσύνου λόγος. ἐκεῖνοι γὰρ μνημονεύονται ἐπ' ἐκκλησίαις, ὅσοι εἰσὶν ὁμόδοξοι καὶ κοινωνικοὶ πρὸς τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν. οἱ δὲ ἀκοινώνητοι οὐδὲ μνημονεύονται, οὐδὲ ἔχει ἄδειαν τις τῶν Ἱερωμένων εὔχεσθαι ἐπ' Ἐκκλησίας ὑπὲρ ἀκοινωνήτου. ὁ δὲ πάπας ἐστὶν ἀκοινώνητος. πῶς οὖν μνημονευθήσεται ὁ ἀκοινώνητος μετὰ τῶν κοινωνικῶν; τότε εἶπεν ὁ μεσάζων ὁ νοταρᾶς ὅτι αὐτὸ τὸ τοῦ πάπα οὐδὲ μνημόσυνόν ἐστιν, οὐδὲ γὰρ εὔχονται ὑπὲρ ἐκείνου, λόγον δὲ λέγει μόνον ὁ διάκονος, τὸ Εὐγενίου τοῦ μακαριωτάτου πάπα, καὶ οὔτε ἐκεῖνος εὔχεται, οὔτε ἀπαιτεῖ παρ' ἄλλων εὐχὴν ὑπὲρ τοῦ πάπα.

Ἔφην δὲ ἐγὼ ὅτι τὸ τῶν διπτύχων μεῖζόν ἐστι παντὸς μνημοσύνου. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἀπαιτοῦσιν εὐχὴν παρὰ τῶν ἀκροωμένων, καὶ τῶν ἔξω τοῦ βήματος. τὰ δίπτυχα δὲ οὐκ ἀπαιτοῦσιν εὐχὴν παρὰ τῶν ἐξωτερικῶν. ἀλλ' αὐτὸς πρῶτον ὁ πατριάρχης λέγει μνήσθητι κύριε πάσης ἐπισκοπῆς ὀρθοδόξων, τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας. ὥστε εὔχεται πρῶτον ὁ πατριάρχης ὑπὲρ τῶν ὀρθοτομούντων. εὐθὺς δὲ διαδεξάμενος τὸν λόγον ὁ διάκονος κηρύττει διαπρυσίως τινὲς

minem de invento laudabili celebrabimus: At quando (subinferunt Sequestri) vos nihil dicitis, nos modum eruemus, quem honestum arbitramur, omnisque culpæ expertem: De Definitione autem nihil memorabimus, quæ jam pæné cessat & in oblivione volvitur, sed de recitatione nominis Pontificij: An non censetis modum honestum fore si à Papæ nomine commemorato uniamur? commemoratio mera est dictio, quam Diaconus profert, tamen ab istâ dictione in unum coalescemus: nec interea aut dogma vetus corrumpimus aut ritum immutamus: At (nos respondimus), à simplici istâ dictione multiplex pendet ratio: sola celebrantur in Ecclesiis virorum nomina, qui in eodem cultu eandem participant communionem cum Ecclesiâ quæ commemorat: Nec enim fas excommunicatum quempiam memorari, nec audet sacerdos vota fundere pro excommunicato, aut viro diversæ communionis: Papa nostræ non est communionis particeps: Quo igitur pacto heterodoxus, & communionis diversæ, cum viris ejusdem communionis commemorabitur? Sed non est talis hæc commemoratio, replicuit Sequester Notarius: Nec enim votum funditur pro Papa, sed nudum recitat nomen Diaconus Eugenij Beatissimi Papæ, & nec ipse comprecatur, nec alios ad comprecandum invitat.

At Diptychis inscribi, inquam ego, omni commemoratione majus est: In aliis preces fundere poscunt tam pro auditoribus, quam qui extrà Ecclesiam degunt: At è Diptychis nunquam rogant pro externis: Sed sic Patriarcha inchoat: Memento Domine omnium inspectorum gregis tui ac Episcoporum Orthodoxorum, qui rectè verba veritatis tuæ dividunt: adeo ut Patriarcha primum precetur pro recte dividentibus: Cui statim succedens Diaconus clarâ voce enuntiat, qui sint hi rectè dividentes: & nostrum Patriarcham recenset & reliquos Orientis: Nam rectè dividere, est spuria à Legitimis abscindere, ut id Chrysost. definit: Papa autem non abscindit, sed spuria magis aggregat: Si igitur inter Orientales Patriarchas Papæ nomen pædicaretur, alterutrum ex his duobus necessario sequeretur: Aut Papam rectè dividere, quando à Papâ differunt in Processione Spiritus Sancti, primario fidei Christianæ articulo, & nunquam in eadem Opinione cum Papâ convenerunt, aut Orientales rectè dividere, Papam non rectè dividere: Quam igitur nefarium esset ac detestandum, in sacrâ synaxe celebrandâ, dissentientes ut concordes memorare, jungere ac unire? Sed quod magis

νὲς εἰσὶν οἱ ὀρθοτομοῦντες. ἀπαριθμεῖ οὖν τὸν ἡμέτερον πατριάρχην, καὶ τοὺς τῆς ἀνατολῆς ὡς ὀρθοτομοῦντας. ὀρθοτομεῖν δέ ἐστι τὸ τέμνειν τὰ νόθα ὡς φησὶν ὁ θεῖος χρυσόστομος. ὁ δὲ πάπας οὐ τέμνει ἀλλ᾽ εἰσάγει μᾶλλον τὰ νόθα. εἰ οὖν κηρύττοιτο τὸ ὄνομα τοῦ πάπα, μετὰ τῶν τῆς ἀνατολῆς πατριαρχῶν, ἓν ἐκ τῶν δύο ἐξ ἀνάγκης συναχθήσεται. ἢ ὅτι ὀρθοτομεῖ ὁ πάπας καὶ οἱ ἀνατολικοὶ οὐκ ὀρθοτομοῦσι, ἐπεὶ διαφέρονται εἰς τὸ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἄρθρον ὅπερ ἐστὶν ἓν τῶν ἄρθρων τῆς πίστεως, καὶ οὐ συμφωνοῦσι μετὰ τοῦ πάπα, εἰς τὴν δόξαν, ἣν δοξάζει περὶ τούτου ὁ πάπας. ἢ ὀρθοτομοῦσιν οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ ὁ πάπας οὐκ ὀρθοτομεῖ. πῶς οὖν ἐστὶν εὐσεβὲς ἢ ἄλλως εὔλογον ἐπὶ τῆς θείας μυσταγωγίας μνημονεύειν, καὶ συνάπτειν καὶ ἑνοῦν τοὺς ἀντιφάσκοντας ὡς συμφωνοῦντας; τὸ δὲ μεῖζον καὶ φοβερώτερον, ὅτι καὶ ὁ ι΄ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φησίν. εἴ τις ἀκοινωνήτῳ κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξεται, καὶ οὗτος ἀφοριζέσθω. ὁ οὖν πατριάρχης οὐ συνεύχεται, ἀλλ᾽ ὑπερεύχεται τοῦ πάπα. καὶ σκοπεῖτε ὅσον διαφέρει τὸ ὑπερεύχεσθαι τοῦ συνεύχεσθαι. μέγα ἐστὶ τοῦτο καὶ πάντη ἀλλότριον τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν ἐκκλησίας. εἶπεν οὖν ὁ νοταρᾶς. Μακάριον ἂν ἦν εἰ προειδήμεν ταῦτα, καὶ ἤργουμεν παντελῶς τὰ δίπτυχα ἀπὸ τῆς λειτουργίας, πρὸ τοῦ ἑτοιμασθῆναι ἡμᾶς ἀπαίρειν πρὸς τὴν Ἰταλίαν. εἶτα καὶ ἄλλα πολλὰ εἰπόντες ἡμῖν παρακινητικὰ πρὸς τὸ συνέρχεσθαι εἰς τὴν προτέραν τάξιν ἡμῶν καὶ εὑρίσκεσθαι μετὰ τοῦ πατριάρχου. τελευταῖον προσέθηκαν. ἀξιοῦμεν ἵνα σκέψησθε, καὶ εὕρητε τρόπον καλὸν δι᾽ οὗ ἐσόμεθα ἡνωμένοι. διαμηνυθήσεσθε γὰρ καὶ ἐλεύσεσθε πάλιν ἐνταῦθα. καὶ ἐπὶ τούτοις διελύθημεν.

gis dirum eſt ac terribile Decimus Canon, Sanctorum Apoſtolorum apertè pronuntiat : Si quis vel in eâdem domo cum excommunicato oraverit, ipſe excommunicetur : Patriarcha vero qui Papam commemorat, non modo cum Papa orat ſed & pro Papa orat : Et vos ipſi perpendite quanto gravius eſt pro orare quam cum orare : Ingens certe crimen hoc, & omnino abhorrens à ritibus Eccleſiæ noſtræ Orthodoxæ : Utinam hæc nobis præviſa fuiſſent, ſubjungit Notarius Sequeſter, ante conſtitutum iter in Italiam : diptycha omnino è Liturgiis miſſa feciſſemus. Et cum iſtiuſmodi alia multa cumulaſſent, quibus nos inſtigarent ad priſtinam conditionem revertere, & ineundam cum Patriarcha reconciliationem, in hoc brevi corollario deſiere: Obnixe vos rogamus, ut aliquem conſiliis veſtris modum exquiratis, quo cum Latinis pacificè uniamur : Nam de hoc negotio rurſus vocati ad aulam remeabitis : & ſic digreſſi ſumus.

τμήμ. ιϐ. κεφ. θ.

Ἡμέραι παρῆλθον ἐπέκεινα τῶν δέκα, καὶ διαμηνυθέντες αὖθις ὁρισμῷ βασιλικῷ παραγινόμεθα εἰς τὰ βασίλεια, καὶ παραλαβόντες ἡμᾶς οἱ μεσάζοντες, καὶ ἰδίᾳ καθίσαντες πρῶτον μὲν ἠρώτησαν, εἰ εὕρομεν καλόν τινα τρόπον πρὸς τὴν ἕνωσιν; καὶ ἀκούσαντες ὅτι οὐχ εὕρομεν, εἶπον πολλοὺς λόγους συμβουλευτικοὺς καὶ θελκτικοὺς πρὸς τὸ στέρξαι τὴν ἕνωσιν, καὶ περὶ τοῦ μνημοσύνου εἶπον, ὅτι καλόν ἐστι καὶ οὐκ ἐπιβλαβὲς ὡς ὑμεῖς λέγετε. ἐσκεψάμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς περὶ τούτου, καὶ εὑρίσκομεν ὅτι οὐ βλάπτει ἡμᾶς οὐδὲ τὸ τυχόν. ὡς δὲ εὗρον ἡμᾶς μηδόλως ἐνδιδόντας πρὸς τὸ αὐτῶν θέλημα, ἀλλὰ καὶ ἐναντιουμένους μάλιστα, ἐσκληρύνθησαν πρὸς ἡμᾶς εἰπόντες καὶ τραχυτέρους λόγους. ὠνείδισάν τε ἡμᾶς περὶ τῆς ὑπογραφῆς τοῦ ὅρου, καὶ πλέον ὁ Καντακουζηνὸς ἐμυκτήριζε

SECT. XII. CAP. IX.

Decem dies excurrerant & ultrà, quando mandante Imperatore accerſiti, rurſus ad aulam proficiſcimur : Et Sequeſtri nos privatim aſſumptos, & ſedibus repoſitos primum interrogarunt : An aliquem modum reppeririſſemus ſtabiliendæ Unioni? Et cum nihil nos de eo negotio laboráſſe à nobis didiciſſent, ſermonibus variis permulcent & adhortantur, ut unionem amplecteremur: Et de commemoratione (dixerunt) nominis Pontificij, eam credimus licitam eſſe & non nocivam, ut vos affirmaſtis : Poſt varia enim conſilia agitata in hoc negotium inſpeximus, & ne minimo nos damno affecturum exploravimus: Ut autem nos perceperunt nihil eorum arbitriis concedere, ſed omnibus nervis ſicut anteà adverſari, duriora in nos verba evomuere, ſubſcriptionem Definitionis cum probro objectantes, ac præcipuè Cantacuzenus, naſo ſuſpenſo falsè nos irriſit, ac ſubſannavit: Nos reſpondimus, Deus novit quibus modis, & à quibus viris hæc perpetrata prodiere, qui fuere

τήρειζε καὶ ἔσκωψεν ἡμᾶς. ἀπεκρίθημεν δὲ ἡμεῖς, οἶδεν ὁ Θεὸς ὅπως ταῦτα καὶ παρὰ τίνων ἐγένοντο, καὶ τίνες ἦσαν οἱ συνεργοὶ τῆς ἐπιβλαβοῦς ταύτης ἑνώσεως, καὶ τίνες ἀπεσείοντο ταύτην, ἀντιπράξαι δὲ οὐκ ἴσχυσαν. καὶ ἀποδώσει κατ' ἀξίαν τοῖς πράξασι, καὶ πρώτοις ἡμῖν εἴπερ ἐσμὲν αἴτιοι. ὅμως δὲ λέγομεν ὅτι ἐποιήσαμεν κακῶς, καὶ παρέχομεν ἑαυτοὺς ὑπευθύνους καὶ εἰς δέσμευσιν καὶ εἰς περιορισμὸν, καὶ εἰς ἐξορίαν, καὶ εἰς ὅτι ἂν ὁρίσῃ ὁ βασιλεὺς ὡς αὐθέντης. εἶπον δὲ ὅτι καταλείψατε ταῦτα. οὐδὲ γὰρ ὁρίζει ὁ βασιλεὺς τοιαῦτα οἷα ὑμεῖς λέγετε, ἀλλ' ἀποδέχεται ἵνα ἦτε εἰρηνικοὶ, καὶ ἡνωμένοι μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ μετ' ἀλλήλων. τοῦτο γάρ ἐστι καλὸν καὶ συμφέρον, καὶ πρέπει ἵνα ἀποβλέψητε καὶ ὑμεῖς πρὸς αὐτό. ὡς δὲ οὐχ εὗρον ἀφ' ἡμῶν τινα συγκατάβασιν, ἀφῆκαν ἡμᾶς, καὶ ἀπήλθομεν εἰς τὰ ἴδια. καθήμεθα δὲ ἔκτοτε σχολάζοντες ἐκ πάντων, καὶ ἀργίᾳ συζῶντες, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ διόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ αἰτοῦντες καὶ ἐκδεχόμενοι.

re præcipui auxiliatores & Miniſtri damnoſæ Unionis: & qui eandem excutere deſiderantes, repugnando præſtare nil valuerunt: Et pro demeritis uniuſcujuſque rependet iram, & nobis ipſis præ aliis omnibus, ſi ejuſdem autores deprehendimur: Nihilominus nos peccaſſe confitemur, ideoque nos ſubmittimus quovis ſupplicio plectendos, vinculorum, relegationis, exilij, aut ſi quod majus intolerabile Imperatori, ſupremo noſtrum Domino adjudicandum videbitur. At illi reſponderunt, Mittite hos inanes metus, nec enim tale quid Imperator in vos determinat, ſed id tantum cupit, ut in gremium pacis ac concordiæ redeuntes, fraternum amorem invicem exerceatis, & cum Patriarchâ: Hoc enim duntaxat eſt præclarum, honeſtum, ac utile, cui vos decet omnem ſenſum advertere. Ut vero in nobis nullam perſpiciunt obſtinatæ mentis remiſſionem, nos dimiſere, & ad noſtra nos recepimus: Ubi ab eo die exuti publicis negotiis conquievimus, noſtra otia libere carpentes, & à Deo Reformationem Eccleſiæ ſuæ aſſiduis poſtulantes precibus & expectantes.

τμήμ. ιϐ. Κεφ. ι.

Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν τῶν φίλων ἀξίωσιν τάτε περὶ τῆς συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ συνόδῳ ἐν Ἰταλίᾳ γεγονότα, ὡς ἐνῆν μοι διηγησάμενος, καὶ ὀλίγα τινὰ τῶν μετὰ τὴν ἐπάνοδον εἰπὼν, ἤδη πέρας ἐπιτίθημι τῷ συντάγματι. χάριν ὁμολογῶν τῷ Θεῷ, ὑπὲρ ὧν ἀληθῶς καὶ ἀρκούντως εἴρηταί μοι, ὡς ἀπομνημονεῦσαι τε καλῶς, καὶ γραφῇ παραδοῦναι ταῦτα μοι δωρησαμένῳ. ὑπὲρ δὲ τῶν ἐλλιπῶς τε καὶ ἀφελῶς εἰρημένων συγγνώμην παρὰ τῶν φίλων αἰτῶν, ὡς οὐκ οἴκοθεν, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν πολλάκις παρακληθεὶς, καὶ τοῖς λόγοις αὐτῶν πεισθεὶς κατετόλμησα τῆς τοιαύτης συγγραφῆς. διὸ καὶ ὀφείλουσι συγγνῶναι, καὶ χάριν ὧν ἐπιλέλησμαι καὶ παρέλειψα, καὶ ὧν μοι ἐν τῷ παρόντι ἡμάρτηται. καὶ μάλιστ' ὅτι οὔτ' ἐν ἅπασιν ἐξῆν μοι παρεῖναι, οὐδὲ ἐνῆν μοι πάντα τῇ μνήμῃ παρακατέχειν. τὰ δέ γε ἀναγκαιότερα ὅμως καὶ καιριώτερα ὁ λόγος οὐ παραλέλοιπεν.

Εἰδου

SECT. XII. CAP. X.

Ego vero votis amicorum obtemperans, cum, & quæ ante Synodum, & quæ in ipſa Synodo geſta ſint Italiæ, pro meâ tenui minervâ explicuerim, adjectis etiam nonnullis, quæ nobis in Patriam reverſis obtigerunt, huic volumini ultimam manum impono, ſoli Deo gratias effundens, ob cuncta à me tam verè quam abundanter expedita, qui mihi memoriam ſuppeditavit, mentemque hæc litteris commendandi: Si vero quid à me aut omiſſum fuerit, aut frigide expreſſum, ut æqui bonique conſulant, amicos rogo, quorum crebris efflagitationibus, precibuſque victus, & non ex propriâ indole ſum auſus hos hiſtoriarum commentarios pertexere. Quare mihi debent hanc veniam concedere, ſive quid oblivione prætermiſerim, ſive quid in præſentibus peccaverim: præſertim cum nec omnibus negotiorum momentis mihi licuit intereſſe, nec omnia contigit memoriâ fideli retinere: utcunque ſat ſcio maximè neceſſaria & opportuna narrationis noſtræ filo, oratio noſtra dicere non diſſimulavit.

Nec mirandum ſi de meipſo ſæpius loquar, quando rerum agendarum, dicendarumque ratio

Εἰ δὲ καί τινα διέξεισι τῶν κατ' ἐμαυτὸν, οὐδὲν ἀπεικός. ἡ γὰρ ὕλη τῶν πράξεων καὶ τῶν λόγων ἀπήτησε τοῦτο, ἐπειδὴ μέρη εἰσὶ καὶ αὐτὰ τῶν καθόλου πράξεων καὶ συμπεπλεγμένα πως τοῖς τε ἡγουμένοις καὶ τοῖς ἑπομένοις. ἐν δὲ τοῖς τοιούτοις τὸ προηγούμενον ἐφέλκεται τὸ ἑπόμενον, κἀκεῖνο αὖθις τὸ μετ' αὐτό. καὶ ὁ μέρος ἐκ τούτων παραλιπὼν τὴν καθόλου πραγματείαν λυμαίνεται. ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐνταῦθα γεγονότα πολλά τε ὄντα καὶ ἀναγκαῖα διεξελθεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ εἰσὶν οἱ ταῦτα εἰδότες, ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα ἐπράχθησαν, καὶ ὀλίγοι δέονται τῆς ὑπομνήσεως τούτων, εἰσὶ δὲ ὅμως οἱ καὶ πολλῷ κρεῖττον ἐμοῦ δυνάμενοι ταῦτα συγγράψασθαι, παρίημι τοῦτο τοῖς δυναμένοις.

tio id poſtulaverit: quæ ut partes univerſa negotia comprehendunt, & præteritis futura adſuunt: Nam in illis partibus continuandis, quod antecedit, à tergo attrahit quod ſequitur & illud etiam quod ſibi proximò adnexum eſt in perpetua ſerie, ut particulam omittens, totam catenam diſperdiderit: Sed & aliqua etiam hic à reditu geſta manebant perſcribenda, quæ forte nec pauca ſunt, nec ſcitu minus neceſſaria: Sed quando ea permultis innoteſcant, utpote ante omnium oculos perpetrata, & pauci admodum eommemorari cupiunt, quin & multi hodie ſuperſunt qui mihi palmam in hac arte præripiunt, iſtarum rerum faſtidia cuilibet ſcribere affectanti relinquam.

τμήμ. ιβ. κεφ. ια.

Τοῦτο δὲ προσθήσω μόνον τῷ διηγήματι ὡς ἀγαθήν τινα προαναφώνησιν καὶ οἱονεὶ κορωνίδα τοῦ λόγου. ἐλπίζω εἰς τὰ φιλανθρώπινα σπλάγχνα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι συστησαμένου τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἄσπιλον καὶ ἀκηλίδωτον, καὶ διατηροῦντος αὐτὴν μέχρι τοῦ νῦν καθαρὰν καὶ ἀνωτέραν πάσης τῆς κατὰ καιροὺς ἀναρριπισθείσης λύμης, πέπεισμαι ὡς οὐ περιόψεται ὁ πανοικτίρμων καὶ εὔσπλαγχνος τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, κλυδωνιζομένην καὶ κινδυνεύουσαν, ἀλλὰ διορθώσει ταύτην, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν στηρίξει καὶ βεβαιώσει κρεῖττον ἢ πρότερον. ἔτι θαρρῶ ὅτι οὐδὲ τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς ἀληθῶς, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγωνιζομένους ἐάσει ποτὲ καταδικασθῆναι, καὶ εἰς πειρασμὸν ἐμπεσεῖν, ἢ παθεῖν τι κακωτικὸν, ἐν ὅσῳ ὑπὲρ αὐτοῦ καλῶς ἀγωνίζονται, καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ συνιστῶσι διδασκαλίαν. καὶ ταῦτα πληροφοροῦμαι, ἐξ ὧν καὶ πρότερον μὲν πολλὰ κωλύματα ἐπήγαγεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸ μὴ γενέσθαι τὴν σύνοδον, εἴπερ ἤθελον προσέχειν τούτοις καὶ οἱ ἡμέτεροι. καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι δὲ ταύτην περιέκοπτεν ὁ Θεὸς καὶ ἀφῄρει τὰ συντείνοντα πρὸς τὴν τῆς ἑνώ-

SECT. XII. CAP. XI.

Id unicum tantum narrationi noſtræ adjiciam, tanquam fauſtam prælibationem fini ultimo, aut poſtremam ſermonum meorum Coronida: quod ſpero in viſceribus miſericordiæ ac caritatis, quibus Dominus noſter Jeſus Chriſtus humanum genus ſemper dilexit, qui & Eccleſiam ſuam venerando ſanguine ab omni macula lavit puram & intaminatam: atque in hunc uſque diem ab omni ſuppullulante in ſecula illuvie ac contagione victricem & triumphantem conſervavit: & ſpero & firmiter credo, quod ille clementiſſimus, & ſummè miſericors Deus, non ſinet Eccleſiam ſuam, tot jactatam fluctibus, tot periculis perfunctam, deprimi in æternum, ſed eandem eriget in priſtina fundamenta, & majore quam unquam antehac gloriâ reſtitutam decorabit: Quin & confido inſuper, quod nec eos qui totius animæ ſyncero ac pio affectu vitam diſcriminibus objiciunt, permittet condemnatos funditus interire, aut tentamentis diaboli à veritate abduci, aut alio quovis pernitioſo incommodo infeſtari, eo quod pro ipſius veritate tam animosè contendunt, & doctrinam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti tam fortiter vindicant: & ſi alia deeſſent ad fidem faciendam argumenta, poſſem Dei in hoc ipſo negotio providentiam atteſtari: qui tot impedimenta injecit ne Synodus fieret, ſi noſtra gens læva animum advertere voluiſſet: Et Synodum jam congregatam tot modis accidit, & quæ tendebant ad unionem confirman-

ἑνώσεως σύστασιν. καὶ πρῶτον μὲν θανάτῳ παρέδωκεν ἐν Ἰταλίᾳ τὸν πατριάρχην κῦρον Ἰωσὴφ στέρξαντα μὲν καὶ αὐτὸν καὶ ἀποφηνάμενον γενέσθαι τὴν ἕνωσιν, μετ' ὀλίγον δ' ἀναρπασθέντα, καὶ μήπω φθάσαντα ὑπογράψαι καὶ συμφορέσαι. ὅστις βαθύνους ὤν, καὶ πολὺ τὸ αἰδέσιμον καὶ φοβερὸν ἔχων εἰ περιῆν μεγάλην ἂν κἀκεῖσε παρεῖχε σύστασιν τῇ ἑνώσει. καὶ ἐνταῦθα εἰ ἐπανήρχετο, πάνυ ὀλίγοις ἂν ἐξεγένετο ἀποστῆναι τῆς κοινωνίας ἐκείνου.

Δεύτερον ὁ θάνατος τῆς δεσποίνης, ὑφ' οὗ τῇ λύπῃ συσχεθεὶς ὁ βασιλεὺς ὑφῆκεν ἀνειμένως φέρεσθαι τὰ τῆς ἑνώσεως. καὶ ἐκ τούτου ταῦτα μὲν ἠλαττοῦντο. οἱ δὲ τοῦ ὀρθοδόξου καὶ πατρίου ἀντεχόμενοι δόγματος ἐβεβαιοῦντο μᾶλλον καὶ ἐστηρίζοντο.

Τρίτον, ἡ λαθραία ἐξέλευσις τοῦ Ἐφέσου, καὶ τοῦ Ἡρακλείας. καὶ τοῦτο γὰρ δειλίαν ἐνέβαλε τῷ κρατοῦντι, μήποτε εἰ βουληθῇ βιάσασθαί τινας πρὸς τὴν ἕνωσιν καὶ ἕτεροι ἀποδράσωσι.

Τέταρτον ἡ ἐντεῦθεν ἀποδημία τοῦ δεσπότου κυροῦ Δημητρίου, καὶ ἡ διένεξις ἣν εἶχε μετὰ τοῦ βασιλέως, δι' ἣν καὶ μάχη ἐμελετᾶτο. καὶ ἡ ἔνστασις ἣν εἶχεν αἰεὶ ὁ δεσπότης, ὑπὲρ τοῦ ὀρθοδόξου καὶ πατρίου δόγματος. ἃ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἀνεχαίτιζον ὁρμὴν, πρὸς ἅπερ ὤφειλέ τε καὶ ἀπῃτεῖτο πράττειν εἰς σύστασιν τῆς ἑνώσεως.

Πέμπτον ὅτι ἀγανακτήσας ὁ πατριάρχης, ἐπεὶ ἱκανὸς παρῆλθε καιρὸς, καὶ οὔτε τὸν λατινισμὸν ἠδύνατο συστῆσαι ὡς ἀπεδέχετο, οὔτ' ἀνατρέψαι αὐτὸν, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ πατριαρχείου, καὶ ἐκάθητο εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ. παρήρχετο οὖν ἡ μεγάλη τεσσαρακοστὴ, καὶ ἔλεγον αὐτῷ πολλοὶ τῶν ἀρχόντων, ἵνα ἀπέλθῃ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ὡς ἂν μὴ ἵσταται ἡ ἐκκλησία ἀργή. ὁ δὲ ἔλεγεν· εἰ μὴ διορθώσει τὴν ἐκκλησίαν ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐλεύσομαι εἰς τὸ πατριαρχεῖον. ἔλεγε δὲ διόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖνος τὴν δεφένδευσιν τοῦ λατινισμοῦ. ὡς δὲ ἔφθασεν ἡ μεγάλη ἑβδομὰς διεμηνύσατο αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἀπέλθῃ εἰς τὸ πατριαρχεῖον. ὁ δὲ ἀν-

mandam amputavit: Primo: immaturâ morte abripuit Josephum Patriarcham in Italiâ, suffragantem quidem nostratibus, & unionem manifesto consensu declarantem, sed aliquanto prius præreptum fatis quam aut Definitioni subscribere posset, aut ejusdem celebritatem præsentia sua cohonestare: qui vir profundæ mentis ac experientiæ, plurimumque venerationis ac reverentiæ sibi attrahens à longâ gubernandi consuetudine, & in Italiâ unioni stabiliendæ quam maximum momentum præbuisset, & huc si superstes remeasset, mortalium paucissimis licuisset ipsius communionem defugere.

Secundo: Mors Dominæ Imperatricis, tam alto mæroris vulnere Imperatorem afflixit, ut susque deque Unionem, quo vellet cardine volvi revolvique pateretur: unde ejusdem introducendæ spe indies imminutâ, qui Orthodoxam, patriamque relligionem tuebantur, in majorem quotidie autoritatem, ac robur crescebant.

Tertio: Clancularia Ephesij & Heracleensis fuga, Magistratui cunctationem & formidinem incussit, ne si vim renuentibus intentarent, cogerentque Unionem admittere, Episcoporum exemplo se dominantium imperio subducerent.

Quarto: Domini Demetrij Despotæ hinc in suam ditionem profectio, & molesta controversia quam cum fratre Imperatore alebat: unde & civile bellum metuebatur: ejusdemque Despotæ vehemens studium, in retinenda relligione Patriâ & Orthodoxâ, ita impetum Imperatoris revellebant, ut quod debuit, & ex animo desideravit, præstare non potuerit in unione confirmandâ.

Quinto: quod indignatus Patriarcha novus, idque ad afflictam valetudinem, tantum temporis effluxisse, quo Romanam novitatem nec stabilire poterat, nec evertere, relicto Patriarchæo in cellam se abdidit privatam: dum forte magnâ recurrente Quadragesimâ, varij proceres ei suaserunt, ut relictâ solitudine in Patriarchæum reverteretur, ne Dei cultus cessaret, aut officiis destituta Ecclesia. At ille respondit, nisi Ecclesiam reformabit Imperator, non revertam: Vocabat autem ille Ecclesiæ Reformationem, Latinismi confirmationem. Adventante vero Septimana magna misit Imperator, ut rediret in Patriarchæum: Ille autem Imperatori jussit renuntiari: Immo Ecclesiam prius tua Sancta Majestas in solidum reponat, & recedam in Ecclesiam, aliter nolo: Tum Imperator misit Sequestros, his instructos man-

datis:

ἀντεμήνυσεν ὅτι πρῶτον διορθωσάτω ἡ ἁγία βασιλεία σου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τότε ἀπελεύσομαι εἰς αὐτήν, ἄλλως δὲ οὐδαμῶς. εἶτα ἔστειλε τοὺς μεσάζοντας, καὶ ἐμήνυσεν αὐτῷ μετ' αὐτῶν ὅτι ἄπελθε κατὰ τὸ παρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν σου, καὶ τέλεσον τὰς ἑορτάς, καὶ μετὰ τὸ πάσχα εὐθὺς φροντίσω περὶ ἧς λέγεις διορθώσεως τῆς ἐκκλησίας. ἦλθον οὖν οἱ μεσάζοντες καὶ εἶπον ταῦτα τῷ πατριάρχῃ. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς πρῶτον διορθώσατε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εὐθὺς ἀπελεύσομαι. οἱ δὲ εἶπον, νῦν ἐστι μεγάλη ἑβδομάς, καὶ πάντες σχολάζουσιν εἰς τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησίας. οὐκ ἐγχωρεῖ οὖν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις γίνεσθαι συνόδους καὶ συζητήσεις. ἀλλ' ὁρίζει ὁ βασιλεύς, καὶ ὑπισχνούμεθα σοι καὶ ἡμεῖς ὅτι μετὰ τὴν κυριακὴν τοῦ πάσχα τῇ δευτέρᾳ καὶ ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, οὐκ ἔσται ἄλλο τὸ ἔργον τοῦ βασιλέως εἰ μὴ ἡ τῆς ἐκκλησίας διόρθωσις. ἀξιοῦμεν οὖν, ἄπελθε εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τέλεσον τὰς ἑορτάς, καὶ μετὰ τὴν λαμπρὰν κυριακὴν εὐθὺς ὄψει καὶ ἀρκεσθήσῃ εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ βασιλέως, ἣν ποιήσει ὑπὲρ διορθώσεως τῆς ἐκκλησίας. πεισθεὶς οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ πατριάρχης καὶ ἀπελθὼν ἐτέλεσε τὰς ἑορτάς, καὶ ἐκηρύττετο πανταχοῦ ὅτι ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὸ πάσχα πᾶσαν ἀνάγκην ἐπάξει συστῆσαι τὴν ἕνωσιν. καὶ ἀπειλαὶ καὶ φόβοι ἐπεσείοντο ἡμῖν τοῖς ἀνθισταμένοις παρὰ τῶν στεργόντων τὴν ἕνωσιν.

Κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν τοῦ μεγάλου Σαββάτου μικρὸν πρὸ τῆς ἑσπέρας ἀπέδρα τῆς πόλεως κῦρος Παῦλος ὁ Ἀσάν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ συνεπαγόμενος, ἣν καὶ πρὸς τὸν δεσπότην κῦρον Δημήτριον ἀγαγὼν εἰς γυναῖκα νόμιμον αὐτῷ συνέζευξε. ἐντεῦθεν οὖν σύγχυσις ἐγεγόνει μεγάλη, καὶ ἐπελάθοντο τῶν περὶ τὴν ἕνωσιν ὑποσχέσεων, καὶ τῆς προθεσμίας. εἶτα ἐγένετο καὶ μάχη μετὰ τοῦ δεσπότου, ἢ καὶ ἐποίησεν ἐξίτηλον τὴν δεφένδευσιν τῆς ἑνώσεως.

Ἕκτον, ὅτι μετὰ τὴν διαλλαγὴν καὶ ἀγάπην τὴν πρὸς τὸν δεσπότην, ἐπεὶ παρέδραμε πολὺς καιρός, καὶ ὁ πατριάρχης ἀεὶ ἐζήτει τὸν βασιλέα ποιῆσαι τὴν διόρθωσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἠμέλει. ἀγανακτήσας πάλιν ὁ πατριάρχης προσῆλθε καὶ ἐπε-

datis: Age in hoc temporis articulo Ecclesiam repetas, & festa cures suis sollennibus celebrari, statimque à finito Paschate, ei quam appellas Reformationem Ecclesiæ sedulo incumbam. Quæ cum Sequestri Patriarchæ significassent, respondit ut prius, Instauretur Ecclesia & remeabo: At illi, En magna septimana adest quando omnes sacris vacant Ecclesiasticis: In his feriis, nec cogere Synodos, nec ventilare quæstiones convenit: Sed hoc tibi spondet Imperator, diemque præstituit, & nos tibi ejus nomine pollicemur, quod à feria secunda post Dominicam Paschatis, aliud negotium Imperator non suscipiet, quam instaurationem Ecclesiæ: Quare te plurimum obtestamur, in Ecclesiâ tuam ascendere, & festis celebrandis fidam operam accommodare: Peractâ semel hac splendidâ septimanâ, videbis & satiaberis curâ Imperatoris ac diligentiâ, quam in reformandâ Ecclesiâ collocabit. His delinitus Patriarcha in Ecclesiam ascendit, festa debitis sacrificiis excoluit: Et fama undique percrebuit, quod statim à finito Paschate, omnem vim adhibebit Imperator ut unionem introducat: & in nos adversarios Unionis multa verba terrifica, & minarum plena vibrabant illi qui unionem propugnabant.

In ipso autem Magni Sabbathi die, paulo ante vesperam, aufugit è civitate Dominus Paulus Asanes, secum ducens filiam, quam desponsatam Despotæ Demetrio, in legitimam uxorem tradidit: unde res ita denuo sunt conturbatæ, ut pollicitationum de Unione stabiliendâ, & de præstituto die Reformandi plane obliviscerentur: quin & bellum contrà Despotam denuntiari ortum, omnem memoriam Unionis promovendæ fecit exolescere.

Sexto, quod post reconciliationem inter fratres, & caritatem cum Despotâ redintegratam, licet Patriarcha variis cum opportunitatum, tum temporum dispendiis, Instaurationem Ecclesiæ ab Imperatore efflagitaret, Imperator tamen semper neglexit: Adeo ut Patriarcha rursus infremens impatientiâ, Imperatorem semel adortus precibus cum vehementer premeret, apertè professus fuerit: non discedam ab tuis liminibus, dum à te certam fixamque determinationem Reformationis impetrabo: Itaque ab aulâ in propinquum D. Joannis Baptistæ Monasterium recessit, unde in aulam Imperatoris quotidie recurrebat: Similiter & qui à Patriarchæ partibus pendebant, aulam cum illo frequentantes indies stabiliri unionem postulabant. Tum jubente Imperatore & nos etiam accersiti, venimus in utriusque conspectum: Ac primo qui-

ἐπετέθη λίαν τῷ βασιλεῖ καὶ ἔλεγεν, οὐκ ἀποστήσομαι τῶν βασιλείων μέχρις ἂν λάβω ἀπόφασιν διορθώσεως. ἀπήρχετο οὖν εἰς τὴν μονὴν τοῦ προδρόμου, καὶ αὖθις προσήδρευεν εἰς τὰ βασίλεια. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ συνήρχοντο καὶ ἐπείθοντο ἵνα συστήσωσι τὴν ἕνωσιν. τότε ὥρισεν ὁ βασιλεὺς, καὶ συνήλθομεν καὶ ἡμεῖς ἐνώπιον αὐτοῦ, παρόντος καὶ τοῦ πατριάρχου. καὶ πρῶτον μὲν ἔσκωψε καὶ ὠνείδισε ἡμᾶς ὡς μὴ στέργοντας τὴν ἕνωσιν. εἶτα ὥρισε. ὅτι ἐγὼ οὐδὲν ἀποδέχομαι, ἵνα παρέρχωνται τὰ τῆς ἐκκλησίας οὕτως ὡς ἔδραμον. ἀλλ' ἤθελον, ἵνα μετὰ τὴν ἐξ Ἰταλίας ἐπάνοδον ἡμῶν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν γένηται ἡ διόρθωσις. ἐκωλύθημεν δὲ πρὸς τοῦτο, ὑπό τινων συμπτωμάτων, καὶ ὑπὸ τῆς μάχης. νῦν οὖν ἐπεὶ τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ ἐξέλιπον τὰ κωλύματα, καὶ οὐκ ἔχομέν τινα ἐμποδισμὸν, θέλω ἵνα ἀπὸ τῆς σήμερον μέχρι καὶ ἡμερῶν πέντε καὶ δέκα γένηται ἡ διόρθωσις τῆς ἐκκλησίας. ἀνάγκη ἐστὶ λαβεῖν τὰ σκάνδαλα καὶ πέρας. ἡμεῖς δὲ ἀπεκρίθημεν ὅτι μόνοι οὐ δυνάμεθα λέγειν ἄλλο, εἰ μὴ ἵστασθαι εἰς τὴν ἀρχαίαν δόξαν τῆς ἐκκλησίας, καθὼς καὶ ἱστάμεθα Θεοῦ χάριτι. εἰς ὅπερ δὲ ὁρίζει ἡ ἁγία βασιλεία σου δέον ἐστὶν ἵνα συναχθῶσιν οἱ ἀρχιερεῖς ὅλης τῆς ἐπαρχίας, καὶ τότε, ἵνα γένηται καθὼς ἂν φανῇ κοινῶς πᾶσι καλόν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἔφη μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς. ὑμεῖς αἰεὶ χωρεῖτε εἰς ἀναβολὰς καὶ ὑπερθέσεις. διὰ τοῦτο λέγετε καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς τῆς ἐπαρχίας. τίνες δὲ ἐλεύσονται; οὔτε ὁ Θεσσαλονίκης ἐλεύσεται; οὔτε ὁ Σερρῶν, οὔτε ὁ Ἀδριανουπόλεως, ἀλλὰ καὶ εἴπερ ἤρχοντο, ὀλίγον ἂν συνεβάλοντο εἰς τὴν παροῦσαν χρείαν. οἴδαμεν γὰρ τὴν δύναμιν τοῦ λόγου ἐκείνων. ὅμως ἐστὶ καὶ ὁ Μεσημβρίας καὶ ὁ Ἀγχιάλου. καὶ εὔκολον ἔνι, ἵνα ἔλθωσιν αὐτοὶ ἐντὸς τῶν ιε' ἡμερῶν. καὶ ὥρισε πρὸς τοὺς μεσάζοντας, ὅτι εἴπατε, ἵνα γράψωσιν αὐτοῖς, καὶ στείλατε καὶ στρατιώτην, ἵν' ἀπέλθῃ, καὶ φέρῃ αὐτοὺς διασυντόμως. ἐγὼ γὰρ θέλω ἔφη, ἵνα ἐντὸς ἡμερῶν ιε' γένηται τέλος εἰς τὴν διόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας. ὥρισεν οὖν ταῦτα μετὰ θυμοῦ καὶ

quidem Imperator nos graviter & probroſe deriſos increpuit, quod Unionem non amplecteremur, & mox in hæc verba prorupit: Non poſſum inquit æquo animo pati, negotia Eccleſiæ ſurſum deorſum ferri, agi, ut jam longo tempore percepi: Volui equidem perlibenter intra pauciſſimos dies à noſtro reditu ex Italiâ ut Eccleſia Reformatione inſtauraretur, ſed aliquot caſus acerbiſſimi, & bellorum ſcintillæ noſtra conſilia everterunt: Nunc vero, ut iſta obſtacula Dei ope ſubmoventur, nec aliunde quid laceſſens nos ab eo propoſito abſterreat, volo ut ab hodierno die, ante finem quindecim ſubſequentium, integra Eccleſiæ Reformatio ſarciatur: Oportet ut hæc infauſta ſcandala finem obtineant. Cui nos reſpondimus: Nihil aliud nos ſinguli in promptu dicere habemus, quam retinenda nobis eſſe antiqua Eccleſiæ dogmata, eâ fide ac conſtantiâ quâ retinemus, Deo gratias: Sed ut plena Eccleſiæ reſtituatur integritas, oportet in quemcunque locum tua Sancta Majeſtas indixerit, omnes præſules totius Provinciæ ac Juriſdictionis congregari, & tum ſanciri quod maximè congruum videbitur univerſis. Ad hæc Imperator ira & furore percitus: At vos, inquit, ſemper recurritis ad procraſtinationes, ideoque vultis, univerſos præſules Provinciæ noſtræ ac juriſdictionis congregari: Sed qui tandem venient ut ſuadetis? Nec Theſſalonices, nec Serrorum Epiſcopus, ſed nec Hadrianopolitanus: Et ſi veniſſent, ſymbolam conferrent in noſtrum uſum ac propoſitum parum commodam: Novi quibus valeant lacertis eloquentiæ: Et tales omnino ſunt Meſembrinenſis & Anchialius: Sed nec huc tam longum iter in quindecim dierum ſpatio conficere poterunt: Tum Sequeſtris mandavit: Jubete, ut litteræ mittantur venturis ad Synodum Epiſcopis, per manum militis deferendæ, qui vadat, eoſque reducat, curſu quam incitato poſſit: Volo enim, inquit, ut intra quindenos dies Reformatio Eccleſiæ finem ultimum ſortiatur. Hæc cum ſeveritate ac iracundiâ imperavit, ut ſedulo procurentur. Nos cum iterum mordaciter ſubſannaſſet, foras prorupimus. At fefellit iſte etiam terminus ſpem mortalium; priuſquam decimus quintus dies adveniſſet, quindenorum decimus tertius deſtinatam Reformationem antevertens, Patriarcham abſtulit: Nam ſtatim ac ab aulâ in Patriarchæum repedavit, cœpit cum morbo conflictari, & in ipſiſſimis Calendis Auguſti, Indictionis ſextæ, Anni à Mundo condito ſexies Milleſimi Nongenteſimi quinquageſimi primi expiravit, cum Patriarchatum geſſiſſet tribus

καὶ αὐστηρότητος ἵνα γίνωνται σπουδαίως. καὶ πάλιν ἔσκωψε καὶ ὠνείδισε, καὶ ἐξήλθομεν μετὰ βάρους. ἀλλὰ πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν προθεσμίαν τῶν πέντε καὶ δέκα ἡμερῶν προέλαβεν ἡ ιγ΄ καὶ ἀνήρπασε τὸν πατριάρχην. αὐτὸς γὰρ μετὰ τὸ ὑποστρέψαι ἐκ τῶν βασιλείων εἰς τὸ πατριαρχεῖον, εὐθὺς περιέπεσε νοσήματι, καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγούστου τῆς ϛ ἐπινεμήσεως τοῦ ϛϡνά ἔτους ἐτελεύτησε. πατριαρχήσας κακῶς δὲ ἔτη γ΄ καὶ μῆνας γ. κἀντεῦθεν ἔμεινε πάλιν ἀργὴ ἡ προορισθεῖσα διόρθωσις ἐλθόντων καὶ τῶν δηλωθέντων ἀρχιερέων.

Ἕβδομον, ὅτι ἐλθόντος ἐνταῦθα τοῦ λεγάτου, καὶ ἀνεψιοῦ τοῦ πάπα Εὐγενίου μετὰ κατέργων κέ, ἐφέροντο καθ' ἡμῶν μετὰ μεγάλης ῥύμης οἱ τὴν ἕνωσιν στέργοντες. καὶ ἐπέσειον ἡμῖν φόβους καὶ ἀπειλὰς πλείστας. οἰόμενοι ἐν χεροῖν ἔχειν τὴν διόρθωσιν τῆς ἑνώσεως τετελεσμένην. ἀλλὰ τὸ ζήτημα ὅπερ ἐζήτει ὁ λεγάτος, ἵνα ἀνερχόμενος ἔφιππος εἰς τὰ βασίλεια πεζεύῃ ἔνθα καὶ ὁ βασιλεύς, καὶ ἡ πρὸς τοῦτο ἔνστασις τοῦ βασιλέως, ἀφ' ἧς καὶ πολὺς καιρὸς ἐπλημμέλησεν εἰς τὸ προσελθεῖν τὸν λεγάτον τῷ βασιλεῖ, ἤμβλυνε καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ λεγάτου, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἀντιποιουμένων τῆς ἑνώσεως. καὶ κατέστησε καὶ τοὺς ἡμετέρους ἰσχυροτέρους πρὸς τὴν ἔνστασιν. καὶ μετὰ ταῦτα εἰς λόγους ἐλθόντες, οὐκ ἠδυνήθησαν συστῆσαι τὴν ἕνωσιν ὡς ἤλπιζον οἱ ὑπὲρ αὐτῆς σπουδάζοντες. καὶ ταῦτα μέν εἰσι τὰ μείζονα καὶ κεφαλαιώδη κωλύματα ἃ ἐγίνοντο, ὁσάκις ἂν ἐβουλεύοντο, καὶ ἐπεχείρουν συστῆσαι καὶ δεφενδεῦσαι τὴν ἕνωσιν. ἐγίνοντο δὲ καὶ ἄλλα μεταξὺ τοῦδε τοῦ καιροῦ καὶ εἰς ὕστερον ἐλάττονα μὲν ὡς πρὸς τὴν φήμην, πολλὰ δὲ ἄλλως καὶ λόγου καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα, ἃ δὴ πάντα θελήματι τοῦ Θεοῦ ὡς οἶμαι ἐγίνοντο ἐξ ὧν πέπεισμαι, ὡς οὐ παραχωρήσει ποτὲ ὁ Θεὸς συστῆναι τὴν Φλωρεντιακὴν ἕνωσιν. οὐδὲ ἐάσαι πειρασμοῖς ἐμπεσεῖν τοὺς διὰ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, καὶ μόνον κατὰ τὴν ἀποδοχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἀγωνιζομένους. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ καλῶς διορθώσει, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτῆς, καὶ πάτριον ἡμῶν δόξαν ἀπο-

annis, & tribus mensibus, sed male: Unde & rursus frustatui est habita tam sæpe expetita, & sæpe determinata Reformatio, quamvis prædicti præsules in urbem convolaverint.

Septimo, quod adventante Eugenij Papæ Legato ac Nepote cum classe viginti quinque triremium, unionistæ vehementi impetu in nos illati, terrores quamplurimos, minasque spargebant, rati jam triumphi exoptatum diem illuxisse, & Unionis æternum firmandæ occasionem se in manibus prehendisse: Sed postulatum Legati, ut equo vectus aulam Imperatoriam eo usque conscenderet, quo Imperator ipse solet, & adversum illud Imperatoris acris contentio, tam larga temporis spatia infructuosè detrivit, ut diutinum effluxerit antequam Legatus ad Imperatoris colloquium accederet: quod & Legati impetum multum infregit, & consilia Unionem propugnantium, nostrisque robur ad resistendum indidit: Et cum posteà ad mutuos sermones convenirent, Unionis patroni omni quo valebant marte ac industriâ unionem ut sperabant, introducere ac confirmare non poterant. Et hæc præcipua sunt & capitalia impedimenta, quæ se in medium intrudebant, ut quoties cuperent ac conarentur, frustrati spe, nec unionem valuerint defendere, nec propagare. Sed & alia erant hujus generis sufflamina, inter hæc tempora, & quæ in futurum prolabebantur, minoris quidem illa notæ, si fama spectetur, & hominum æstimatio, sed revera, & pondere & numero prioribus superiora, quæ nobis opinor Dei providentia injecit: & quæ omnia mihi hanc fiduciam ingenerant, quod nunquam permittet Deus Florentiacam Unionem hic radicari: neque sinet diaboli tentationibus illaqueari quos propter suam bonitatem, & solo ipsi complacendi studio novit pro afferendâ Ecclesiæ suæ gloriâ fortiter dimicasse: sed & Ecclesiam insigniter reformatam, ad antiquos ritus, & Patria dogmata restituet, & ejusdem propugnatores non modo firmiter stabiliet, sed & laureolis præcinctos ut victores coronabit: unionemque hanc fucatam ac fictam abolebit & destruet: Ecclesiamque figet in fundamentis pacificis ac imperturbatis, & in æternum conservabit noster Dominus & Deus: Atque ab externis quæ nobis intentantur malis ac periculis averruncabit, incolumesque proteget ut

ἀποκαταστήσει. καὶ συνὸν ὑπὲρ αὐτῆς, ἀγωνιζομένους στηρίξει καὶ βεβαιώσει, καὶ νικητὰς ἀναδείξει. καὶ τὴν δοκοῦσαν μὲν μὴ οὖσαν δὲ ὅμως ἕνωσιν ἀληθῶς διαλύσει καὶ ἀνατρέψει. καὶ εἰρηναίαν καὶ ἀστασίαστον τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ καταστήσει τε καὶ διατηρήσει ὁ κύριος ἡμῶν καὶ Θεός. καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν ἐπισειομένων ἡμῖν φόβων τε καὶ κινδύνων ἀπαλλάξει, καὶ ἀβλαβεῖς διαφυλάξει καθὼς ἐποίησε πολλάκις, καὶ ποιεῖ πάντοτε ὑπὲρ ἡμῶν τε καὶ τῆς πόλεως ταύτης, διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα

ut ſæpe antehac præſtitit, & nunquam non præſtabit nobis, & huic civitati, propter ejus ineffabilem caritatem, & miſericordiam infinitam.

NOTÆ
IN
HISTORIAM
CONCILII FLORENTINI.

NOTAE IN HISTORIAM CONCILII FLORENTINI.

In Caput primum Sectionis secundæ.

Multa desunt in principio, quinque vel sex folia ad minimum, & priora duo Capita plurimis scatent lacunis.

Pag.1.l.1. *ad Athyram subsistere*: hujus loci fit mentio postea.

Pag. 1.lin.6. ὁ μεσάζων, quem nos Sequestrum interpretamur: Erat in aulâ Constantinopolitanâ eximia & illustris dignitas, Imperatori semper præsens, ut loquitur Crusius, Annot.p.61. διοικητής, μεσάζων, μελεδωνός: Machmetes cum regnum Trapezunticum diriperet, duos tantum primores in navem conjectos Byzantium deportavit, Protovestiarum, seu Imperatorij fisci præfectum, & Magnum Μεσάζοντα, quasi in illis duobus tota regni securitas & gloria ante eam cladem recumberet: Laonicus illum ἁρμοστὴν Imperatoris non inepte nuncupat, lib.8.pag.262.quod minus apte vertit Tigurinus *Præfectum*, voce nimis generali: nulli siquidem provinciæ, aut officio particulari præficiebatur, sed causas componebat, quæ ad vulgaria judicum fora minime pertinerent: idque sine litigio: maxime in quibus autoritas Imperatoris aut Patriarchæ ambigua, in sensum dubium vocabatur: Quod & hic videre est, in his primis hujus Historiæ verbis & in ultimis ejusdem, quando Historiæ nostræ Autor, cum Balsamone Scriniario decreta hujus Concilij penitus abjudicarunt, pacificationibus Ecclesiarum renuntiantes: In utroque loco Sequestri multum pulveris excitant, ut Patriarcham hic, & nostrum illic Autorem ad sententiam æquiorem deducerent: sed frustra. Per omnia tempora hujus Joannis Octavi bini Sequestri eminebant, & fortasse nunquam erant hi Magistratus plures, paucioresve, Cantacuzenus frater Mariæ quam sibi Joannes in tertiam conjugem sociârat, & Sequester peculiari voce officij dictus Notarius: quanquam & paulo postea ad initium capitis tertij fit mentio alterius Sequestri Demetrij Chrysoloræ: sed duo primi præcipui erant & autoritate suâ, & Principis gratiâ: Quin & uterque Demetrio fratri Joannis hujus, tum mortui, obstitit, sibi male successionem ad principatum vendicanti: ut narrat Chalcochond.lib.7. non procul à fine: Sed uter duorum Moldoblachiensi apud Patriarcham invidè vapulanti hic patrocinabatur, an tertius ille, haud obvium fit conjicere, nec fortasse est operæ pretium.

In Caput secundum Sect. secundæ.

P.1.l.13. Τον Μηδείας ἐκεῖσε, Ex Episcopatibus Heraclæensi subditis, Metropolitæ facti sunt, Episcopi Madytorum, Mediæ, & Prusæ: Cod. Curopal. lib. 18. quanquam est & aliud Μηδαῖον, vulgo Midelli, in Phrygia Salutari, cujus ex Episcopis Epiph. subscripsit in Concilio Chalced. & Joannes sub Agapeto & Menna.

P.1.l.18. ἢ ἁπλῶς ἐλθεῖν κ. &c. Verba ut potui correcta contexui, sed membris Absyrti in tot frusta laniati recolligendis quæ medicina sufficit? tota pagina est obeliscis & interpunctionibus lacerata, nihil fermè cohæret.

P.1.l.30. lege κατα γοῦν τὸν ὅμιλον, & fortè nihil deerit.

P.1.l.33. καὶ πρὸς, supple τὸν αὐτὸν πατριάρχην.

P.1.l.30. *Quamplurimos ex diverſis gentibus.* Argumentum tritiſſimum, ſed invalidum: Ita enim in more poſitum eſt humano, ut religioſi cujuſcunque cultus, majorem benevolentiam & favorem exhibeant Paganis & Ethnicis, quam profitentibus eandem fidem, eodem Baptiſmi lavacro donatis, ſi ab illis vel unum apicem religionis diſſideant: Quod nos Reformati ſenſimus, per omne hoc tempus erroris noſtri ex Angliâ, à ſuperciliofis Jeſuitis, & Pontificijs, Montanis latronibus, aut Barbaris, qui Scythiam incolunt, vel Troglodytin magis ingemuiſſent quam nobis, & eorum miſerias expeditius ſublevaſſent.

P.2.l.15. τὰ προῤῥηθέντα. At quænam erant illa prælibata? Interiere cum præcedentibus amiſſis: At eadem ſunt, quæ in fine hujus capitis dicuntur ζητηθέντα quæſita: & utrumque vocabulum eadem ratio obſcuritatis involvit: Nec in promptu eſt expedire cujus erant generis aut argumenti: Niſi fortaſſe aliquot Pragmaticæ Sanctionis articuli, de quibus Imperator cum ſuis Eccleſiaſticis ſerram reciprocabat: ut, An Imperatori ſit jus ſummum & abſolutum, quemlibet ad quamcunque libeat dignitatem promovendi, vel invito Patriarchâ & clero? Secundo, An liceat Imperatori vel in causâ ſuâ ſenatum Eccleſiaſticum Laicis ſuffragiis redimplere? Prior Articulus elucet ex hujus Moldoblachienſis electione, quem vel aulæ Tropicis innutritum, vel hæreſeos veneno contactum, vel quocunque modo ſibi & Eccleſiæ impoſitum, Infulis condecorare, aut omnino ad conſpectum admittere Patriarcha indignabundus recuſabat: Alter ex ſequenti capite apparet, ubi Eccleſiaſticis quærentibus, quod Patriarcha ſuo deſtituti, nec Synodum convocare, nec Synodicas quæſtiones ventilare, multo minus decernere debeant, reſpondent illi viri primarij ab Imperatore ad Concilium miſſi, totum negotium à nutu Imperatoris pendere, ut quandocunque vellet Concilium Eccleſiaſticum convocet, & quodcunque vellet, proponat ac definiat: Quæ duo Eccleſiam in ævo omni peſſumdederunt: Nam hinc ambitioſæ prenſationes indoctorum hominum, & Simoniaca pacta originem traxerunt: Illinc effrænata licentia quidvis in legem condendi, contra ritus Eccleſiæ antiquos.

In Caput Tertium Sect. Secundæ.

P.2.l.42. ὁ Γουδέλης Δημήτριος: Ne quis hic tria diverſa nomina, trium perſonarum poni exiſtimet, Gudelam Sequeſtrum, cum duobus Demetriis: id concipi non patitur κῦρος. Epitheton, bis duntaxat repetitum: quod ſingulis ſeorſim, aut ſanguine, aut officio illuſtribus, ſic præfigi ſolet, ut interea ultimis ordine non attribuatur, præcedentibus omiſſis: quod hic neceſſum ſequeretur, ſi tria nomina ponerentur: ſunt tantum duo, Demetrius Chryſoloras, qui & Sequeſter, & Gudelæ Dominus, & alter Demetrius Philommata. Et tamen de priori haud immerito dubitari poſſit, an debeat Demetrius appellari, quem alij fortaſſe Manuelem nuncupant, virum Byzantinum & Conſiliarium Conſtantini ultimi Græcorum Imperatoris: Et veniſſe in Italiam prædicant, capta à Turcis Conſtantinopoli ad ann. 1453. Et Florentiam ſe contuliſſe litteras Græcas profiteri deliberantem: Hæc Henricus Stephan. teſtatur in Dialogo, de inſtituendis Linguæ Græcæ ſtudiis p.112. Paulus Jovius eum primum Græcas literas variis barbarorum irruptionibus expulſas poſt ſeptingentos annos in Italiam reportaſſe ſcribit: Et Byzantio emiſſum ab Joanne Imperatore, ut totius Europæ reges ſollicitando, pereunti Græciæ maturam opem imploraret, ſic officium impleviſſe ut in Italiâ ſubſtiterit, Græcia præſenti metu liberatâ cum Tamerlanes Bajazetem, à terribili impetu, & celeritate Fulguris nomen adeptum, vivum cepiſſet: Ac primum quidem Venetijs, mox Florentiæ, Romæque, ac domum Ticini Galeacio principe ingentibus præmiis eum evocante, ſic Græcarum litterarum ſtudia excitaſſe, ut ex ejus ſcholâ nunquam interituræ laudis ingenia prodierint, Leonardus Aretinus, Philelphus, Guarinus, Pogghius, aliique:

que: Sed an unus idemque fuerit ille Manuel, qui captâ urbe profugerit in Italiam, & ille qui in Italiâ ſubſtiterit cum Lælaps caperetur à Tamerlane, non minus dubito, quam an unus idemque ſit, qui hic Demetrius dicitur & alibi Manuel: Cum à capto Lælape ad urbem captam, 55. ad minimum numerantur anni, quibus eum jam virum conſiliis aptum, & præclarum eruditione ſingulari perdurare oportuit: Sed ut omne dubium tollatur, ecce poſt unum Caput noſter Manuelem Chryſoloram planè nominat, & negotiantem in Italia, & utcunque plures eſſe Manueles poſſent, ab hoc Demetrio diverſum, de Emmanuele quæ diximus videnda eſt præfatio noſtra ad Lectorem.

Lin.ult. *Etiam & aliquot Epiſcopi:* ſcilicet qui partes Imperatoris amplexi, immunitates Eccleſiæ eidem prodere ſatagebant.

In Caput Quartum Sect. Secundæ.

Hoc caput continet cenſuram autoris de Joanne Imperatore octavo: Et Electionem Joſephi ſecundi qui Florentiæ diem clauſit ſupremum: Et Joſephus primus in conſimili temporis articulo floruit, nempe ſub Michaele Palæologo, & Concilio Lugdunenſi ſecundo: ſed juramento ſe obſtrinxerat, nunquam Romam proficiſci, aut dogmata religionis ſuæ dimittere: unde coactus à Michaele, Becco Patriarchalem ſedem reſignavit, ut Byzantini ſcriptores memorant.

P.3.l.40. Ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. Præpoſitio σὺν in hac compoſitione, nihil aliud notat quam binos erigi thronos, tam in palatio, quam in Eccleſiâ, unum Imperatori, Patriarchæ alterum, ut in electione Patriarchæ ſatis copioſè Codinus diſſerit, cap. 20. de Officiis: è duobus Patriarcha ſuum conſcendit.

In Caput Quintum Sect. Secundæ.

In hoc & ſequentibus capitibus autor redit ad ſuperiora tempora unde narrando diverterat: Negotiatio Joannis Endæmonis & Andreæ Rhodij circa pacem, non Romæ ut noſter, hîc, ſed Florentiæ peracta, ut teſtatur Platina, in vita Martini quinti: quamvis & Oratorum nomina ſubticet, quæ hinc promi poſſunt: & ſub ultimis tẽporibus Manuelis, ut hæc tabella indicabit huic hiſtoriæ perutilis & neceſſaria.

Michael in quo uno, utraque ſtirps Laſcarum & Palæologorum coaluit, Latinis eripuit Conſtantinopolin, & imperium retinuit, quo jure, quave injuriâ ab anno 1260 ad an. 1282. eique ſucceſſit filius

Andronicus Senior, ſeu avus in hiſtoriis, ab anno 1282 ad 1324. Succeſſit huic

Andronicus Junior ſeu nepos ab anno 1324 ad 1343. quo defuncto, ſuccedunt

Cantacuzenus, & Calojoannes Andronici filius ab anno 1343 ad 1354. Hos ſecutus eſt

Andronicus tertius Calojoannis filius ab anno 1354 ad 1391. cui alter filius Calojoannis, Manuel, & Andronici tertij frater ſucceſſit ab anno 1391 ad 1421. cujus ſub Imperio medio Bajazethes, Ilrim ſeu Lælaps ferreâ crate incluſus circumraptabatur à Tamerlane.

Cum Manuele duo Joannes coregnarunt, non ſimul ſed duobus diverſis trienniis, Joannes ſeptimus Andronici tertij filius, triennio cum Manuele peregrinationes obeunte ab anno 1392 ad 1395. Et Joannes noſter octavus, ipſius Manuelis filius, triennio cum patre hemiplegia laborante, ab anno 1418 ad 1421, quando patre mortuo ſolus ſibi imperium vendicavit: Ergò ad primum Manuelis morbo decumbentis, referenda ſunt Martini Electio, Concilii diſſolutio, Eudæmonis legatio, vel ex legatione harum Epiſtolarum reportatio.

In Caput Sextum Sect. Secundæ.

Pag. 4. l. 43. *Vt comitarentur, Papa fecit*, ἐνέδωκε ἐνταυθα ἐλθεῖν. Hunc locum illustrat Gregoras, lib. 6. & cum nostro convenit sensu & voce: De Irene Andronici senioris conjuge alterâ, dum ait, eam missam ex Hispaniâ Constantinopolin, inconsulto Papa, contrà Veterum Latinorum morem, qui filias nuptum elocare exteris, non nisi Papa assentiente consueverunt: μη κηδεύειν, πρὶν ἀν ἐνδόσιμον εἰληφέναι παρὰ τοῦ πάπα: Noster habet νυμφὰς γὰρ ἐνέδωκε: ipsam radicem nominis ἐνδοσίμου in Gregora. Quæ non est vox mere annuentis, aut civilem præbentis assensum, ut male vertit Gregoræ interpres, sed paciscentis, & jure suo intervenientis, ac tradentis de manu in manum, quasi in Papa resideret conciliativa autoritas, & is esset omnis matrimonij & affinitatis contrahendæ cum exteris causa primaria, & causa sine qua non: Et nulla res Papale culmen, seu universalem jurisdictionem auxit magis firmavitque, quam illa ἐξουσία ἐπιτροπευτική. Sed earum prior quæ nupsit Joanni Imperatori nostro, erat Ducis Montisferrati filia: quæ vero Theodoro fratri, Ducis Urbini Malatestana: Laonicus lib. 4. & Crusius annotationum in Histor. Polit. p. 48. testantur: quamvis posteà, dum illa Sophia Imperatoris satis proba & pudens moribus, sed facie invenustâ ad patriam patremque se recepit marito invisa, Joannes filiam Ducis Russiæ, in secundas nuptias sibi jungi procuravit: Cui tertiam superinduxit Mariam Cantacuzenam, Calojoannis Imperatoris abneptem, ut creditur, & Cantacuzeni Sequestri sororem, quam præ omnibus caram habuit constanter usque ad mortem.

Lin. 43. ὑπὲρ δε τῆς ἑξαμιλίου: De Hexamilio Crusius pag. nuper citatâ notat, è libro vulgaris Idiomatis quem ἄνθος appellat: Anno 1414 venit Imperator Dominus Manuel, & incepit hexamilium condere: Biennio post venit Domina, Regina Cleopha: Tunc cœpit condi, sed quando cœpit dirui? Prima ejus muri demolitio fuit temporibus Papæ Martini, & ad initia regni Joannis nostri diu ante Concilium Florentinum: & ad initia Imperij Amurathæ secundi, Machometis secundi genitoris, qui Amurathes solus Imperatorum Ottomannidarum, in hac nostra historia memoratur, & ab ann. 1419, quo Manuel ἡμιπληγεὶς decubuit ad ann. 1450. Turcicæ genti imperavit: Eundem vero murum ut maximum Græciæ propugnaculum, præcipuè Peloponnesi, Ægæum mare Jonio jungentem, Veneti quindecim dierum spatio, ex iisdem quibus anteà constabat lapidibus quadratis instauravere, triginta millibus hominum, & eo amplius, isti operi destinatis, scribit Jovius in vita Mahometis secundi: At posteà idem Amurathes, eundem murum dejecit, & Imperatoris fratrem, qui ea loca cum præsidiis tutabatur, & quem noster hic Demetrium Despotam sæpe vocat, cum toto Græcorum exercitu fudit, totamque Peloponnesum subegit: 14. Decembris, Sabbato, anni à Christo nato 1446. testatur Crusius Hist. Polit. p. 58. hoc est quatuor annis ante mortem Amurathæ, & octo post finitum Concilium Florentinum: adeo bis hunc murum expugnavit Amurathes, quod observari oportet: Nam si Crusius Joviusve hanc expugnationem factam quadriennio ante extinctum Amurathem putant fuisse primam, uterque errat, & à nostro historico hic confutatur: Sed quod nullo modo debet prætermitti è verbis Crusij, ait Reginam Cleopham venisse post biennium: Quam ille suspicatur fuisse Emmanuelis uxorem, & ego Imperatoris nostri matrem: Utcunque nomen Cleophæ fæmininum haud temere reperies apud Græcos veteres seu recentes, nisi de aliquâ forsan in Cleophæ prosapiâ loquantur, quem in sacris literis Josephi fratrem, & Zebedæi vitricum fuisse constat.

In Cap. Septimum Sect. Secundæ.

P. 5. l. 23. *Literas misit duas.* Ad utrumque regem, nempe Manuelem & Joannem octavum, qui juncti regnarunt, pater & filius, dum patre mortuo filius solus potiretur.

Tertiam

Tertiam ad Patriarcham Calixtum nempe, cui mortuo suffectus est Euthymius Monachus ad ann. 1419. qui rursum ad ann. 1421. tertio nempe Joannis Octavi Josepho cessit, Florentiæ defuncto.

P.5.l.41. *A diebus siquidem Urbani Papæ*: nempe Urbani sexti, creati triginta aut circiter annis ante inchoatã Eudæmonis Legationem; idque in fædo schismate quod Pontificum autoritatem diu, multumque labefactavit, dum alij Papæ Romam, alij Avenionem, Cathedram Petri circumferrent, quamvis si tela historiæ præ manibus, vel argumenti ratio spectaretur, hæc magis Urbanum secundum attinerent, qui Concilium Barense celebravit ann. 1097. in quo noster Anselmus tunc exul Angliæ, ut nos hodie fidei ac religionis ergo, Græcis multa obstrepentibus de Spiritus sancti processione graviter restitit, & immortalem ex illo theatro gloriam reportavit: ut ab ipso Papa Romano, alterius orbis Papa diceretur: quemadmodum duo Monachi testatum reliquerunt, Malmesburiensis lib. primo de gestis Pontificum Anglorum, & Eadmerus Novorum 2. p. 49. qui tunc ad scabellum Archiepiscopi decumbebat, cum ille se ad disputandi palæstram, hortante Urbano Papa accingeret:

In Cap. Undecimum Sect. Secundæ.

P.8.l.14. *Rex interea in gravem paralysin incidit.* Compara initium 5. Capitis de Papæ Martini inauguratione, & initium 7. de literis ad utrumque regem allatis, cum iis quæ in hoc capite perscribuntur, de morbo Manuelis triennali, & coregno Joannis, & ipsa luce clarius liquebit ad ann. 1418. hæc de Eudæmone figi oportere: ut anteà diximus.

P.8.l.25. Τὴν τόρια pro Doria τὸ ἐντερία: ν & τ sonant δ in initio: ν mitigante asperitatem τοῦ τ: Et hunc Auriam generum Manuelis esse arbitror, cui data fuit Zampia, filia Manuelis spuria in uxorem: Histor. Turcog. lib. 1. p. 2. mater illius sponsæ quæ Mustaphæ nupsit, & hic ejusdem pater, Zampiæ maritus, qui rebus male ominatus in fugam se conjecit, cum Demetrio affine.

In Cap. Duodecimum Sect. Secundæ.

P.8.l.49. *Relicta urbe viam ingreditur.* Nempe Joannes noster, immo & peregit quidem ad extremam metæ lineam: ut ipse non semel fatetur in hoc opere, & luculenter enarrat, quid dictum factumve contigerit, in colloquiis inter ipsum & Sigismundum supremos rerum dominos, & hæredes solos antiquorum Cæsarum & Constantini: Sed hæc in Manuscripto fusius depingi vetuit lacuna altioris fortasse voraginis, quam gurges ille qui Marcum Curtium, armatum ac insidentem equo Romano in circo deglutivit: Nam ab Imperatoribus Byzantinis, de Concilio Constantinopoli habendo sollicitis, sine medio subsultat, ad Romanam papæ Curiam, & consessum Cardinalium super eâdem re, sed diversâ fine consultantium, distantiâ intercapedinis non minoris, quam ortus ab occasu distenditur.

P. 9. l. 41. *Sed pio Regi, & sanctissimo Patriarchæ significabimus.* Ergo hos legatos Romam ipse Joannes Imperator direxerat, vel ante susceptum in Germaniam iter, vel quod multo verisimilius est, post reditum, quando Sigismundi consiliis, ad unionem cum Romanis ineundam, sic visus est animari, tanquam ad rem solam, quâ victoriam ab hostibus, gloriam, tranquillitatem, & orbis imperium lucrari posset, ut postea patebit: Et hæc prima fuit Imperatoris nostri ad Romam Legatio.

In Cap. Quatuordecim Sect. Secundæ.

P.11.l.17. *Quin & Imperator* &c. Nõ quod palinodiã cecinerit, aut refrixerit in causâ unionis, quam desiderio tam vehementi, & tanto ardore animi concitati, ad finem

usque prosequebatur: non enim erat desultoriæ indolis, aut variabilis ingenij Joannes, sed constantis, sagacis, versuti: Verum cum Andræas civili saltem cultu, & vivendi ratione peregrinus totius negotij inter Imperatorem & Papam promus condus haberi voluit, ut omnia arcana in ejus sinum derivata recumberent: Imperator ut ei hanc opinionem eriperet, decrevit alium & suum his negotijs innectere, ne fidei temerariæ, ac uni nimium addictæ det pænas, aut consilij sui inops aut prolixioris clientelæ.

In Cap. Decimum quintum Sect. Secundæ.

P.12.l.3. Τὸν ἰάγαρην. Secunda legatio Imperatoris ad Papam, per Generalem copiarum omnium ducem τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην: Magnus hic inseritur nota differentiæ non vanitatis, ut dux generalissimus, & summæ autoritatis Dictator in exercitu à minus generalibus distinguatur: Stratopedarchas quinque describit Meursius ex Codino, sed nimis succinctè & imperitè: primum appellant τῶν Μονοκαβάλλων, militum nempe, qui equis insidebant, nec stratis, nec frænatis ut veteres olim Numidæ, collocati ante primam equitum aciem, ut ad primum tubæ clangorem spicula eminus ejacularentur, & prælium inciperent: Secundus erat τῶν τζαγγρατόρων Sagittariorum, qui in peditatu Monocaballis respondebant: ac in prima pedestri acie velitabant, ut olim principes apud Romanos: tertius τῶν μυρτάτων de quibus inter omnes Criticos profunda lethe ac silentium: sed veterani sic vocabantur, Emeriti, Primipilares ac Triarij, coronis myrteis capita redimiti, posteaquam de hostibus triumpharent: Myrtus etiam se bellicis rebus inseruit, triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus, primus omnium ovans urbem ingressus est, optabilemque arborem etiam hostibus fecit: Plin.lib.15.cap.29. unde nostris Byzantinis, qui novæ Romæ Romani, antiquis Romanis æmulabantur, usuvenit, ut milites omnes, cujuscunque meriti aut stationis, qui victoriam ab inimicis reportarunt, coronâ saltem ovantium myrteâ præcingerentur: Quartus Tzaconum, sive Laconum mercenariorum non civium: His omnibus quintus ὁ μέγας supereminebat, ac universo exercitui: In tantum ut sæpe affinitatem contraxerint cum ipsis Imperatoribus: in lib.1.& cap.17.Joannis Cantacuzeni, Manuel Tagaris magnus Stratopedarcha legitur duxisse Theodoram Asaninen Imperatoris consobrinam, quod Meursius etiam commemorat: Verum quidni noster hic Jagaris, & Cantacuzeni Tagaris, sit unum, idemque nomen duorum virorum, uno eodemque officio stratopedarchæ gaudentium? ⁊ littera in Longum exarata, & ι in formâ non multum abludunt: Τάγαρις, ἰάγαρις: & in utroque nomine utra deberet inesse litera facillimam esset reperire, si primi Codices MS consulerentur.

In Cap. Decimum sextum Sect. Secundæ.

Continet hoc caput legationem ad Papam tertiam, quam ut mandatis ornet ac instruat, senatum cogit noster princeps Joannes Palæologus: & quamvis senatus sit ex parte Semiamiricus & muliebris præsidente matre, qualis prioribus forsan Imperatoribus infrequens & inauditus: tamen non erit injucundum ex hoc loco senatus Ecclesiastici, in re Ecclesiasticâ ordinem & situm observare. Juxta Patriarcham duo Metropolitani accumbunt: Heracleensis, cui primatum in omnibus Græciæ Episcopis detulerunt varia Imperatorum indulta privilegia, Severi, Constantini Magni &c. & Monembasianus totius Peloponnesi Metropolita. His proximi duo sedent è quinque sensibus Patriarchæ, Magnus Saccellius, Magnusque Sceuophylax, qui principes ac senatores primi, cunctis consiliis Patriarchalibus semper interfuerunt: è quorum quinque numero, historiæ nostræ autor fuit unus, ut postea liquebit: Hos infrà duos Monachos collocat, non quoslibet è toto grege asceticorum, sed titulo donatos

donatos illustri, ac immunitate ad Concilium accedendi, Doctorem unum, alterum Pneumaticum, qui conscientias confessionibus expurgat, crimina diluit, hominesque ad meliora per pœnitentiam revocat: Sed huic etiam Doctor Monachus longe præfertur, non ob doctoralem eminentiam, aut Academicam promotionem, quam Græci fortasse nunquam agnovere, in Lycæis & Peripatis, sed à docendi munere ac officio: Et quatuor reperio Constantinopoli Doctorum genera: primum Evangelij, secundum Apostoli, tertium Psalmorum, quibus sua cuique provincia incubuit, Evangelia, Sancti Pauli Epistolas, Psalmos Davidis enarrationibus perpolire ad populum, ac interpretari: Quartum addunt Cedrenus, Zonarasque Oecumenicum & Universalem: Quem ideo fortasse Codinus omisit è quarta pentade, quia non ad solum Patriarcham pertinebat, sed philosophiæ deditus, & exotericis disciplinis, ad alia atque alia suas circumferebat curas: Verum hoc unum privilegium omnibus quatuor Novella Alexij Comneni indulget, μετὰ τοὺς ἄρχοντας ἵστασθαι τῷ πατριάρχῃ ἐμπροσωποῦντας αὐτῷ: post quinque sensus assidere Patriarchæ, cumque facie ad faciem contueri: ut hic graphicè depictum cernis: post Saccellium & Sceuophylacem sedet Doctor Monachus sed è quatuor hic quis fuerit, an Oecumenicus, an Evangelij interpres &c. quærant id quibus est otium.

In Cap. Decimum octavum Sect. Secundæ.

P. 14. l. 44. *Ab illis non videbitur durum, si rex detrahat duo millia nummorum:* Ita nos reddidimus, pro eo quod scriptum est in Codice Florenorum: Notandum enim est in his summis Patriarcharum Orientalium, σφάλμα γραφικὸν, contradictionem implicare: Ait enim illos Sultano persolvere mille florenos ut fiant Patriarchæ: Ergo æquum esse ut Imperatori præstent duo millia florenorum, Sic Codex MS, quod longe absurdissimum est, & non sequitur: duo millia florenorum duplicant, quicquid ullus antecedens Metropolitanus, impertire expectabatur vel Russiæ vel Iberiæ: nam viginti aspra haud multum excedunt florenum unum: nos reposuimus pro φλωρία ἄσπρα in versione Latinâ: sed magis notanda venit, & deploranda Byzantinorum Imperatorum, & nostri Joannis miserabilis conditio: Ante annos plus minus centum totam Asiam amiserant, & insulas in Ægæo mari, unde Imperatoribus proventus maximus: Ita ut nunc circumstrepentibus Turcarum armis, in metas arctiores coacti, nec propriis reditibus Concilium vel instruere vel sustinere valerent: Poterantne igitur sumptibus alienis ac mutuatitiis ut hic noster discurrit Patriarcha? Quanta fuit hæc summa de quâ tam subtiliter, & Trapeziticè disputat? Græci recentes non per majores nummos, sed per minima κέρματα numerabant, quemadmodum hodierni Hispani per Maravedis: Christianus sub jugo Turcico, filiam marito elocans, non profitebitur se daturum in dotem ducentos Imperiales, sed quatuor millia Asprorum, quæ idem fermè valent, cum unus Imperialis quadraginta aspra in se contineat: 100000 Aspra quæ hic cavillat Patriarcha, vel 2500 Imperiales, nondum assurgunt ad septingintas libras Sterlingicas: Et an tanta nummorum erat annona, in illo penultimo seculo; & rerum necessariarum vilitas, ut 700 sterlingicæ libræ tot Episcoporum agmina, ab omni cardine Christiani orbis, cum servis, equis, & comitatu confluentium, biennio integro, (tamdiu enim duravit Synodus Florentina ad minimum) sustentarent? nugæ: delirabat Senecio, cujus vanitatem non semel contempsit Eugenius emunctæ naris Papa: tamen in hoc calculo qui Patriarcham redarguit ut vanum, ipse vanus est, fungus & larva: Nam redacti ad pudendam paupertatem Græci Byzantini, teruncium pro Imperiali, assem pro aureo coronato habebant, ut nunc eorum posteri Græcorum mendicabula, pensante monetarum & valorem & genera insigni ubique & ineffabili penuriâ.

In Caput Decimum nonum Sect. Secundæ.

P.15.l.17. *Certiores facti de morte Martini Papæ* πεύμναν ἀνέκρουσαν : Ergo ad annum 1431. hæc tertia Jagaridis legatio pertinet, cujus mense Februario occubuit Martinus, & Martio creatus fuit Condelmerius Eugenius 4.

Ultima verba hujus capitis, primam denuntiationem Synodi Græcorum in Italiam convocandæ exhibet: anno 1. Eugenij 4.

In Caput Vicesimum Sect. Secundæ.

P.17.l.1. τοῦ δερμοκαίτου, Per quendam Imperatoris Cubicularium seu libertum: δερμοκαίτης aliquoties in hac historiâ occurrit, & alibi haud temerè reperies apud quempiam Byzantinum: Meursius & omnes Lexicographi omisere: Conjicio unum esse è cubiculariis intimæ admissionis, quia jungitur τῷ κελλιώτῃ, quod cubicularium significat, in palatino sensu, & Monachum in Ecclesiastico: sonat autem δερμοκαίτης si licet hariolari in voce longe difficillimâ, quia rarâ, cubicularium sternendis tapetibus, qui ex corijs pretiosissimis ferarum constabant præpositum, in interiori forsan Imperatoris Larario seu Musæo, quo pauci pervenerunt, sine Imperatoris bonâ gratiâ: δέρμα est corium, & κεῖμαι vox passivæ inflexionis, sed activæ significationis, jacio, sterno, compono:

In Caput Vicesimum primum Sect. Secundæ.

Anni 1431 vicesimo Februarij Martinus moritur, quinto Martij Eugenius 4 eligitur: Julij 17 ejusdem anni patres Basilææ consederunt: à quibus post mensem unum aut alterum Græci ad uniendas primum Synodos, deinde Ecclesias invitantur.

P.17.l.44. *In Barathrum Cardinalium*: mira vox, Cardinales Romæ ad infernum ablegans: sed puto Græcos recentiores, omne secretius Capitulum quo Ecclesiarum Magnates privatim convenirent ad consultandum, βάραθρον appellasse: quanquam & hic rursum silent Lexicographi: Ego rotam Cardinalium perlibenter interpretarer; nolui tamen voculam amittere, quam noster usurpaverat, qui & ipse Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus quodammodo respondebat in Constantinopolitanâ; nam unus erat è quinque Patriarchæ principibus, quod suo loco videbimus.

In Caput Vicesimum secundum Sect. Secundæ.

Prima Legatio Eugenij ad Imperatorem Constantinopolitanum.

P.18.l.39. Παρόντος ἐνταῦθα καὶ τοῦ Βιγιλλίου: Quam ergo ridiculam nobis finxit Epistolam Eutychij ad Vigilium Binnius: quæ dextram manum Papæ ultrò cedit, si advenire dignaretur: Justinianus tum terrarum orbem sic continebat in officio, ut ipsum Papam mandata recalcitrantem, in exilium ejecerit, longe secius quam noster Joannes, qui omnia Papæ pedibus substernit, verna Pontificius: Sed nodus hic erat in temporum serie notabilis: Nunquam anteà duo Soles paralleli in eodem hemisphærio occurrerant; duo Patriarchæ de primatu sedis invicem digladientes. Et huic nodo cuneus erat admovendus, Papæ ultro offerri prioritatem à Patriarcha debitam: At quid postulat Eugenius quod Vigilius accepisse potuit ut proprium? aut quid hic recusat Josephus quod sponte obtulit Eutychius? quis non videt hæc commenta male procedere, & mendacia quæ mortalium generi jam diu illuserunt?

σταυροφόροι, ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας, & ἐξωκατάκηλοι, sunt tria nomina idem significantia, in hac historiâ, & in Ecclesiâ Constantinopolitanâ, quod posteà suo loco patebit.

In

In Cap. Vicesimum septimum Sect. Secundæ.

P.25.l.16. Ἡμᾶς τοὺς σταυροφόρους. Ergo noster autor fuit unus τῶν σταυροφόρων, quod hic primo notandum ipse prodit: inter præcipuos Patriarchæ consiliarios, & Ecclesiæ principes, qui quinque tantum numero,quinque sensibus Patriarchæ sunt comparati,ac alio nomine dicti ἐξωκατάκηλοι, ut paulo anteà subinnuimus,& dicemus prolixius cum erit perventum ad locum in quo noster autor jus suum eleganter & perspicuè disputat.

P. 25.l. ultimâ. Μετὰ τὴν παρασκευήν: παρασκευὴ est omnis dies Veneris, παρασκευὴ τοῦ ὅλου χρόνου ut Græci loquuntur, at cum adjuncto μεγάλη dies Dominicæ passionis καὶ μέγας ἐκκλησιάρχης,qui fuit noster autor,ut postea constabit: Hic senatus constituitur ad examinandum decretum.

In Cap. Vicesimum octavum Sect. Secundæ.

Pag.27.l.40.*Georgius Scholarius*,qui & postea Patriarcha dictus Gennadius, cujus laudes ininitio historiæ Patriarchicæ prædicantur.

Græci multum indignantur ad hæreseos nomen:Nam qui hæc tria observassent, patrum traditiones, Conciliorum Canonas, & super omnia Apostolorum scripta pro hæreticis olim non habebantur,ut ex eorum verbis colligitur: At nunc alia ratio initur:ut qui non à veritate fidei Christianæ,sed à privilegijs Pontificiis, immunitatibus Ecclesiæ Romanæ, & jurisdictionibus Papæ abscedunt, hæretici à Romanis censeantur: Verum ut hic Græci à Romanis hæretici sunt judicati, ita talionem rependit Marcus Eugenicus Ephesi præsul, ad finem hujus historiæ, qui Romanam Ecclesiam hæreticam, Papamque cum omnibus Cardinalibus libere pronuntiavit, reclamantibus Latinis, & plerisque Græcis, præcipuè Isidoro nostro Russensi, & Bessarione Nicæno,duobus Cardinalibus Græcis, sed à Papa posteà creatis.

In Cap. Tricesimum quartum Sect. Secundæ.

Quod noster Palæologus Sigismundum adierit,patet ex cap.12. hujus Sectionis, sed totam historiam hiatus absorpsit, cui hic locus est referendus.

In Cap. Tricesimum quintum Sect. Secundæ.

Græci requirunt à Legatis Concilij, præsentiam Papæ ad Synodum, Synodique concordiam cum Papa, & salvum conductum sibimetipsis diversas regiones transituris: quibus postulatis humaniter assentiunt Latini.

In Cap. Primum Sect. Tertiæ.

L.2. *Celeberrimus Imperator*: nempe Manuel:
L.5. *Noster Palæologus*: nempe Joannes.

In Cap. Secundum Sect. Tertiæ.

P.44.l.39. Κανίσκια donaria significant, seu munera, πρυτάνεια olim Græcè, σπόρτουλα Latinè,quod etiam nomen in Græciam translatum est: Imperator suos legatos instruit nummis à Synodo acceptis, sed valde tenuibus, nempe aliquot florenis.

L.penultima. *Moldoblachiæ Metropolitano*; In primis capitibus superioris Sectionis ejus historia quodammodo adumbratur.

P.45.l.8. *Russiæ Metropolit.* nempe Isidoro, cui Cardineum pileum donavit Papa Romanus cum Bessarione.

In Caput Tertium Sect. Tertiæ.

P.45.l. ultimâ. *Per Magnum Scriniarium & meipsum*: Scriniarius hic seu Chartophylax unus è quinque Crucigeris Michael Balsamon, autori nostro per omnia sodalis conjunctissimus extitit: per quos Patriarcha indignabundus dolorem suum Imperatori exponit, quod se inscio Episcopi Græci, Patriarcharum vicarij à Patriarchis deligerentur.

P.46.l.42. *Sed quod graviori censura*: Diplomata vicariatuum non debent restringi, sed esse liberrimà: quâ de re plura in sequenti cap.

In Cap. Quartum Sect. Tertiæ.

P.48.l.14. *Defensor Fidei Palæologus*, qui tamen autori nostro semper displicuit, ut Latinismi ultrà modum studiosus.

In Cap. Sextum Sect. Tertiæ.

Coactâ Synodo seu senatu particulari, Græci inter se agitant, quâ Methodo, ac ordine disputandi, cum Latinis congrediantur.

Georgius Scholarius post Cantacuzenum suam mentem explicat, idem qui captâ Constantinopoli primus fit Patriarcha, dictus Gennadius, de quo videndus Crus. in Hist. Ecclesiast, statim ab initio, & nostra etiam præfatio ad lectorem.

In Cap. Septimum Sect. Tertiæ.

P.51.l.4. *E sancto monte.* Sic nominabatur Athos, in quo Monasteria duo ác viginti florebant, & in iis circiter quatuor millia Monachorum, ut tradit Theodos Zygomala: ingens numerus ac pænè incredibilis, in singulis præterpropter ducenti cucullati habitabant, si justum computum, & æquale omnibus inire liceat: Ut hic illud poetæ referri posse videatur- *Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax- Audet in historiis*: Erant tamen maximâ ex parte omnes singularis sanctimoniæ, & majoris autoritatis quam alij quicunque Monachi per totam Græciam: quia strictiorem rituum & ceremoniarum observantiam retinebant: Unde Nilus iste à Palæologo Joanne repudiatur, quasi minus flexibilis futurus ad suum quem pro virili satagebat Latinismum: quod acriter perstringit in Palæologo noster autor ad ultima verba hujus capitis: Cæterum alter Tarchoniata prænomine Marullus, haud multum infrà hæc tempora, celebre nomen inter Latinos poetas promeruit: Et diu floruit in Italiâ homo græcus, Angeli Politiani æmulus & coætaneus, cum quo maledicentissimas aliquot Epistolas reciprocabat: Cujus etiam extant elegantissimi Epigrammatum libelli: Et plura etiam fortasse edidisset nobilissimi ingenii monumenta, nisi eum amnis quidam in Italiâ solito auctior in vada abreptum undis suffocasset.

In Cap. Octavum Sect. Tertiæ.

P.51.l.43. *Et præcipui vectabantur.* Lacuna est in MS: è quâ parum aut nihil deest præter unum illud Episcopi tertij nomen.

Ibid. l. 45. *Constantinus*, qui Joanni mortuo successit ultimus Imperator Græcorum.

P.52.l.11. *Iosephus Monachus*: Joannes Cantacuzenus.

Ibid.l.28. *Sed filium*: nempe nostrum Joannem Octavum, qui revera septimus fuit ejus nominis Imperator, siquidem Joannes 7. filius Andronici solus non imperavit, sed triennio cum Manuele patruo.

In Cap. Decimum Sect. Tertiæ.

P.53.l.35. *Tum & ipſe bis terve.* Ergo noſter autor Magnus fuit Eccleſiarcha: In hoc capite de ſeipſo plane & amoto velo agit, & commonſtrat quantum ab Italicâ peregrinatione, & Synodo abhorruerit.

In Caput Vndecimum Sect. Tertiæ.

P.54.l.25. *Condelmerius*, Franciſcus: docet nos Platina, quem etiam prodit creatum Cardinalem cum Angelotto Fuſco autore pacis inter Papam & Columnenſes: ac dein Camerarium, cum Sigiſmundus Italiam veniret à Papa coronandus: quod factum fuit Romæ ſexennio ante mortem Sigiſmundi, anno Eugenij vel primo deſinente, vel ineunte ſecundo: & Chriſti 1432. triennio plus minus antequam hic Franciſcus triremibus præficeretur: Nam dum Græci Italiam verſus navigarent, de morte jam Sigiſmundi fama cepit percrebeſcere.

P.54.l.44. *Adeo omnia erant pro veris &c.* quam bene etenim Papæ conveniebat cum Synodo, quando Synodales Papæ nepos cum Papæ diplomate, ad pugnam navalem laceſſeret!

In Cap. Duodecimum Sect. Tertiæ.

P.56.l.33. *Quin & Synodales.* Synodici cum Papales in munificentiâ multis paraſangis ſuperarent, ut ex antecedentibus hujus capitis palam fit: tamen ubi animadvertunt Græcos in Papam magis inclinare, illi ſententiæ applaudunt, quæ neutram partem adire ſuadebat: ne Synodici ſoli vapulent, à Græcorum contemptu pariter ac ingratitudine.

In Cap. Decimum tertium Sect. Tertiæ.

Suadent Synodici, Frater Joannes, etiam & Sigiſmundus, ne Imperator noſter & Patriarcha iter in Italiam ſuſciperent, at illi aures obſtruunt: Unde autoris gemitus ſequitur in ſequenti capite.

In Cap. Decimum quintum Sect. Tertiæ.

In hoc capite continetur Catalogus præſulum qui Florentinam Synodum conſtituêre: Et autoris noſtri manifeſtiſſimum indicium à ſeipſo prolatum. Et quando Marcus Eugenicus, & Beſſario creati ſunt Epiſcopi: alter Epheſi, Nicææ alter: nempe poſt diſceſſum triremium ſynodalium, quod ni fallor contigit ad an. 1436. exeuntem.

In Cap. Decimum ſeptimum Sect. Tertiæ.

Tres in hoc capite voces occurrunt admodum difficiles: *Raſa* p.61. l.28. *Ripidion*, p.62. l.23. & *Dibambylon* ibid.l.31. Cruſius vertit Raſum cucullum, propter adſutum in ſuperiori parte capitis tegmen: Sed reverà interius velamen corporis erat, cui toga talaris ſuperinduebatur: Monachis, ſacerdotibus, etiam & militibus, ſed abſque cucullis, commune veſtimentum: Conſtantinus in Tacticis, vetuit milites Raſa nimis ſtricta geſtare, ne à liberâ equitandi facultate præpediantur: Et Jeremiam Patriarcham narrat Cruſius Eccleſ. Hiſtoria lib.2.cap.21.morti jam proximũ in habitu Monachali expiraſſe, quod ille μέγα σχῆμα nuncupat: Idem & de Manuele Comneno Imperatore ad annum 1180 memorat Nicetas Choniata, εὑρόντες μοναχοῦ ἐσθῆτα &c. nacti Raſum Monachale detractis veſtibus Imperatoriis ac mollibus aſpero ſago induunt: quaſi ſcenâ vitæ finitâ in mutatoriis, hypocritarum more, quam in propriis ſanctiores coram Deo judice eſſent appariturі: Et ſalus æterna in

his ſcenicorum ludibriis conſiſteret, aut ullo alio indumento, quam ſolo ſanctitatis ac juſtitiæ Chriſti veniret comparanda.

P.62.l.32. *Tres forte pyxides*: Sequitur locus totius libri longe difficillimus: quam niſi quis oculis perſpicaciter intentis animadvertit, neutiquam comprehendet: Nos ut potuimus periphraſe quemadmodum alibi etiam in hoc libro, explanavimus: ῥιπίδιον, apud veteres Græcos proprie ſignificabat flabellum carbonibus excitandis: Sed in ſenſu Eccleſiaſtico, & tunc, pyxidem velandis hoſtiis conſecratam, cujus & forma & officium hic depinguntur: Forma fuit Cherubinorum cum ſex alis: officium περικαλύπτειν καὶ ῥιπίζειν, quod idem ſonat, obtegere, obvelare: utrunque in textu adeo graphicè, ut me ipſius autoris verba in hanc interpretationem impulerint: etiamſi omnes Lexicographi tam veteris quam novæ linguæ de hac voce altum ſileant.

Ibid.l.42. *Tres pyxides in unum, ſed eandem & geminam Ampullam prodiere*: Dibambylon vox omnium difficillima, etiamſi de eadem multi multa garriant: Latina vox Ampulla eſt ejus radix, cujus π mediâ litera in β molliorem degenerante fit Ambulla, & in priorem ſyllabam, geminationem reflectente bambulla: & Dibambylum dictum fuit, quod gemino ore, ſeu epiſtomio ſupernè hiaret: ut videmus in quibuſdam vitreis vaſibus, oleum ex uno, acetum ex alio effundentibus: Ampullam ego biguttarem appellarem, aut intergerinam, propter interiorem parietem, utramque alvum Ampullæ diſcriminantem: Monobambylon, eſt ſimplex Ampulla uno ore, & alvo contenta: Tres illæ pyxides reformatæ fuerunt in unum Dibambylon: Id clarum in textu: Delirant igitur Meurſius, Juniuſque, qui pro conclavibus interiori ac exteriori Monobambylon ac Dibambylon accipiunt: An reformari aurifabri operâ in Conclavia pyxides potuere? an conclavia aris, ſacriſve menſis admoveri? Errat etiam Gretſerus Jeſuita, lib. Comment. in Cod. 3. cap. 1. p. 217. dum Dibambylum cum Lampade confundit: Hic plane λαμπαδοῦχον diverſum eſt à Dibambylo, nam lampas dum aræ ampullam admovebat, utraque ruinam traxit: Unde noſter utriuſque Lapſum Eccleſiæ interitui comparat: Et utriuſque naturæ explicandæ, vix tota Græcia exhibet luculentius caput: Sed nec impar caſus fortuitus in Hadriani ſexti Pontificis Maximi vitâ memoratur: quem in Hiſpaniâ electum ac declaratum Pontificem, cum deſiderium inceſſiſſet Divi Lamberti cadaver relligiosè inviſendi, è quo mandibulam miſſam paulo ante accepiſſet: in ipſo templo ſtantem ante aras Pontificem, alioſque Lampas Cryſtallina ſubito effracta oleo fœdiſſimè perfudit: quod in malum omen interpretari non dubitarunt Harioli, & Pontificem brevi moriturum: Et propter effractam Lampadem, & quod primum opus Pontificis à renuntiatione, fuit cadaver inſpectum. ἀπελασείσης, Legendum ἀπελασούσης, vel forſan ἀπελασθείσης.

In Cap. Decimum octavum Sect. Tertiæ.

Continet hoc 18. Cap. Imperatoris immane ſacrilegium ad inanem gloriam explendam: Photius fuit is cui ſucceſſit Iſidorus Cardinalis: qui Photius moriens magnam legaverat auri ſummam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, quam hic in profanos uſus ſuos Imperator Joannes convertit.

In Cap. Decimum nonum Sect. Tertiæ.

P.65.l.2. Ἐμιμουμένους. *In Scena aut pro publico ludionum &c.* Corruptiſſimus locus ſi quis alter in toto Codice. In Originali Manuſcripto habetur ἐμιμοῦ tantum, transſcriptor addidit μένους terminationem participij, quanquam non video in quem uſumfructum: μιμοῦ in vulgari linguâ ſimiam ſonat, & quia copulatur cum σκηνῆς & ἀγορᾶς, quamvis mihi non ſatis conſtat de ſyntaxi, ſic ut vides tranſtuli: quaſi

Canta-

Cantacuzenus dixiſſet, ſeipſum non decere in theatro morionem agere, & Patriarcham perſtrinxiſſet, quod infra dignitatem ſuam deſcenderet, hæc Imperatori objiciens: qui novit meliora, afferat, & ſibi habeat hircum.

In Cap. Viceſimum Sect. Tertiæ.

Cap.65.l.27. *Nam qui ultrà mille aſpros annuatim &c.* Eſtne credibile Epiſcopum diteſcere potuiſſe ex mille aſpris annuatim receptis ? quanta eſt hæc ſumma? 4000 Aſpri 200 Imperiales conficiunt ſecundum Cruſium p.287. circiter 50 libras Sterlingicas : Ergo 1000 Aſpri quinquaginta Imperiales. i. duodecim tantum libras Sterlingicas cum ſemiſſe : At nunc in Anglia multa ſacerdotia ex decimarum proventu plus valent vicies: nec quod ſciam ulla infra hanc ſummam 12. librarum conſiſtunt : Sed jam iſti perfidi Puritani ablatis decimis omnia ad ſteriles penſiones redegerunt: Ita ſemper vapulat Eccleſia, & ſemper vapulabit, *Rumpe miſer calamos* : Quin & tota hæc largitio Papalis florenorum decem & quinque millium, unum mille & quingentas libras ſterlingicas non excedunt : Miſella ſummula pro ſeptingentis hominibus ut in decreto, pro Imperatore, Patriarchâ, tantâ multitudine Epiſcoporum, & præſulum, & ſervorum, à remotiſſimâ Græciâ ad Italiam pervehendis: Sed ante ducentos annos, mira pecuniæ annona, nec minus mira tunc Papæ parſimonia.

P.65.l. ultimâ. *Gregorij pænitentiarij* : hic eſt ille quem electum Patriarcham in defuncti Joſephi locum autumant : de quo plura vide in noſtrâ præfatione ad lectorem.

P.66.l.17. *Chartophylacem ſeu magnum Scriniarium*: Codex habet ἐμῶ τε ϗ χρυσοκεφάλυ per me & eũ qui caput geſtat auro redimitum: & primo quidem dubitavi an eſſet nomen proprium an adjunctum. Tandem repperi Epitheton eſſe Scriniarij Magni ex Balſamonis Scholio ad Tit.8. Photij Nomoc. & cap.1. Nam licet omnes quinque exocatacæli ſeu proceres Eccleſiæ quaſi Patriarchici Cardinales cluebant, in quorum cenſu Chartophylax numerabatur, tamen à cæteris in duobus præcipuè differebat: Patriarchalem equum ſolus Chartophylax jus habuit conſcendendi, in quibuſdam ſupplicationibus, & auream tiaram capite geſtandi, quam apud ſe in ſolennitates reſervabat: unde χρυσοκέφαλος & χαρτοφύλαξ eadem ſonant : ut memini me antea alicubi obſervaſſe.

In Cap. Primum Sect. Quartæ.

Cap. 1. l. 2. Magnam huic ſupputationi lucem affert Cruſius Annot. in Politic. Hiſtor. p.44. nam ſi 6900 Mundi, faciunt Chriſti 1391 ut ille aſſerit, adde è noſtro autore 46 annos, & tum 6946 Mundi, erunt Chriſti 1437, quando noſter Palæologus Joannes triremem conſcendit Romam navigaturus: Et omnino 46 anni intercedent inter patris Manuelis primam cum Latinis negotiationem, & filij Joannis occæptum cum Latinis negotium : quod eſt luculentum, & notabile: alter alterum mirificè confirmat Cruſius & noſter.

In Cap. Tertium Sect. Quartæ.

Cap.3.l.1.p.69. *At Callipolin* : Duæ civitates in hoc capite memorantur Callipolis in Thraciæ Cherſoneſo, hodie Geliboli Turcis, teſtatur Ortelius ex Leunclavio: altera Madytos ſub Metropoli Heraclæa, non procul inde diſtans: utraque tum temporis à Turcis habitata & Barbaris: Nam anno 1363 Amurathes cum 60000 Turcarum Helleſpontum trajiciens Callipolin expugnavit, & Hadrianopolin, in quâ ſedem Imperij, relictâ Aſiâ fixit: i. ſeptuaginta plus minus annos ante hanc in Italiam

liam expeditionem : & in tantas anguſtias imperium Conſtantinopolitanum redegerat, ut fermè ad portas ipſius civitatis Conſtantinopolitanæ, omnia late occuparet: quæ ſola ratio hunc Imperatorem permovit, ſeipſum, ſuamque gentem proſtituere, ut opem à Latinis imploraret, & nullam acciperet: diſtat Callipolis Conſtantinopoli 36 Leucis, ſi fides Itinerarijs.

P.70.l.29. *Summum inter Barbaros Magiſtratum quem Supaſin vocant*: Non eſt civilis hic Magiſtratus, togæ, ſed militaris ac belli, & Centurioni ſeu Capitaneo noſtro reſpondet : cui hujus loci ſub ditione tum Turcicâ præfectura mandabatur, fortaſſe cum aliquot militum præſidio : quod me docuit diſertiſſimus hiſtoriarum ſui temporis ſcriptor Epiſcopus Nucerinus lib. 14. his verbis. Bellerbecho parent Sanzachi, Latinè alarum ſigniferi, Sanzachis Subaſi obediunt, qui centenarias turmas ductant: Ergo Bellerbechus eſt equitum præfectus , Sanzachus tribunus vel Colonellus, ut peditum Phacraſa vidend. in Sect. 7. de Cantacuzeno Phacraſa: at Supaſus equitum eſt Centurio, vel ſi cum Romanis loquimur decurio.

In Cap. Quartum Sect. Quartæ.

P.70.lin. 50. *Vix in Lemni portum quem Mydrum appellant* : Lemnos Inſula olim Vulcano ſacra : & μυδρὸς candens ferrum ſignificat : fortaſſe portus non longe aberat à Vulcani officina: unde nomen acquiſivit: uti Inſula tota ab illo portu *Stalimine* vulgo dicta, cujus incolæ σίντιοι vocantur ab Homero, ut rectè notat Ortelius ex Euſtathio.

P.71.l.49. *Ad Conchream enavigaſſe Imperatorem:* Centhræa eſt navale Corinthiorum ad ſinũ Saronicum, ſacris à literis clara Act. 16.16. Sed hic eſt Inſula in mare exporrecta, è regione navalis, à quo nomen fortaſſe accipit: Cujus inſulæ pauciſſimi meminere præter Plin lib. 4. cap. 12. à quo noſter hic mirifice illuſtratur. Nam ſi hæc inſula non fuiſſet, quo pacto triremis Imperatoria ab uno latere, Catelanicæ ab alio in conſpectæ invicem delituiſſent?

P.71.l.51. *Methones ſinum intravimus* : Methone civitas primaria in Meſſeniâ Peloponneſi, cujus Epiſcopus inaugurationem ſuam à Papa Romano derivavit, de quo plura vide in præfatione noſtrâ ad lectorem.

Μετὰ λιτῆς: poſtrema verba capitis: in quibus Lacunam ſubinnuit transſcriptor, ubi fortaſſe nulla eſt, niſi in illâ ſolâ dictione , quæ debet legi λειτȣργίας, aut quid iſtiuſmodi. Sed poſteà λιτῆς etiam legitur in Corcyrenſi.

In Cap. Quintum Sect. Quartæ.

P.73.l.32. Πεσεντζαρίζειν vox barbara ſignificans per anſas utrinque librare , cujus hic illuſtre exemplum habetur in Patriarcha à duobus Epiſcopis deducto.

P.74.l.8. Τὴν συνήθη συναπτὴν λέγων, recitans aſſuetam pro more Collectam: ut Latinis Collecta à colligendo, ita Græcis συναπτὴ à connectendo: tamẽ diverſum fuiſſe & uſum & rationẽ utriuſque in utraque Eccleſiâ ſatis intelligit qui Liturgica Caſſandri cum Gloſſario Meurſij comparabit: In Græcâ Eccleſiâ duæ erant Collectarum ſpecies, Pacificæ duæ & Petitivæ: Pacificæ tantum Collectæ Major & Minor: In tertiâ Majoris clauſulâ verba habentur, quæ ineptè à Diacono uſurpata hic in quæſtionem veniunt: ὑπὲρ τȣ̃ ἁγίȣ οἴκȣ τȣ́τȣ &c. τȣ̃ κυρίȣ δεηθῶμεν: pro hac ſacra æde, & ſingulis eam intrantibus comprecemur, Dominum: At quod grave flagitium Diaconi ſi ſic oraverit? nempe quod pro ſacra æde preces fuderit in profano præſidis palatio: & vel totam clauſulam, vel vocem ἁγίȣ ſaltem omiſiſſet: nec alium ſenſum admittit paragraphus, notabilis in ſe, nec minus in Gregorij pœnitentiarij nimis ſedula ſatagentiâ , qui acerrimus fuit ardelio in his inutilium ceremoniarum minutiis exigendis, ut ex hoc loco apparet.

In Caput Sextum Sect. Quartæ.

P.76.l.5. Et rursus l.10. ἐὶς λιμένα τὸν ναβαρῖνον : *ad portum promovimus Navarrinum:* Novum nomen, veteris loci: Et Pylum olim Nestoris sedem hodie Navarrinum, Junco portui impositum appellari, nos docet elegantissimus historiarum sui temporis scriptor Paul. Jovius lib.8. Decadis primæ in Epitome, singulari Chartulâ totius libri superstite, quem Herrara in clade urbis inutiliter dissipavit, ut ipse autor narrat: Infortunium vel eo magis nunc etiam deplorandum, quo nobis penitiorem notitiam hujus mutationis abstulit, vetustissimi Pyli, in hodiernum Navarrinum: Nam id P. Jovio in præcipuum laudis encomium debet ascribi, quod præter historiarum munus inæstimabile, per totum fere terrarum orbem accuratissimè, provinciarum, urbium, Insularum, portuum, fluviorumque antiqua nomina, sive corruptá ævo, seu penitus extincta, sic novis adjunctis illustrat, ut quid olim, quid nunc singula dicantur, lectores scientifici intelligant: At illud manifestissime liquet, ex eo quod remanet libri perditi Argumentulo, perspicacissimum historiographum, in loci designatione distinguere: & ipsam arcem Navarrenam, portum arci pertingentem Juncum appellare: illam forte à quodam Veneto substructionis artifice, hunc à Juncorum multitudine, in ripa nascentium: siquidem utrumque à Venetis tum abstulit Turcarum Cæsar terrâ marique Victor Bajazethes: At noster communem loquendi normam secutus, & minus exactam, utrumque, turrim, portumque in ejus crepidine uno nomine Navarrinum nuncupat: Quanquam nec id dissimulabo, si Strabonem sequimur, mereri potius quemlibet Pylum ferre portus nomen, quam Nestoris Triphyliacum, seu Lepreaticum, cum alij omnes Pyli ad maris Littora jungerentur, & Nestorius triginta stadijs à mari distaret: Verum ista facile diluitur objectiuncula: Potuit Jovius quemlibet Pylum Nestori assignari, propter ejus nobilissimi ac prudentissimi Principis traductam ab historiarum origine, per omnia secula existimationem ac gloriam, vel ipsa ditio Nestoris, ad Alphei ostia, qui ejus terras omnes alluebat, ut refert Strabo, & portum, arcemque Navarrenam excurrere.

In Cap. Septimum Sect. Quartæ.

P.76.l.13.*Joannina* Ortelius dubitat an non sit Joannipolis Bulgarorum, quæ olim Parastlaba dicta, mutavit nomen in Joannipolin, à Joanne Zimisca Imperatore expugnata: At Moscovitæ multis parasangarum millibus hinc distabant: rectius in Epiro locat Sophianus, ac prius Cassiopen appellatam affirmat:

L.29.*Pitzcardius*: ubi sit ille Pitzcardius quærant quibus est otium, & fortasse eorum præcordia crepabunt, antequam repperient.

In Cap. Octavum Sect. Quartæ.

P.77.l.7. *Interea Sunis.* Sunis est Latina vox ni fallor, in Græcam transiens, dicta à specie rostri porcini, quam in Antenna exhibet rudens, dum eam mediam interscecat ad Carchesium.

In Cap. Nonum Sect. Quartæ.

P.79.l.prima. *Ragusium sinum trajicere*: Epidaurus olim in Dalmatia, Ragousi Europæis, Turcis Dobronichi, ῥαγούσιον Cedreno nuncupatur: Ortelius.

L.12.*Corcyram Melænam.* Multum differt κερκῦρα μέλαινα in Ptolomæo, à κερκύρα simpliciter dicta: Prior sita est in Adriatico, nunc Cursoli, vulgo, ut hic à nostro: Secunda in Jonio aut Mediteraneo, nunc Corfu.

In ultimâ l. cap.9. p.79. *Sigismundi de morte*: Sigismundus obijt 9. Decembris asserit Petavius in Ration. ex Platinâ, Cuspin: & Onuphrio: Græci 25. ejusdem

 mensis

menſis & anni Nativitatem Chriſti ſolenniter Methonæ celebravere , & inde ad Corcyram, à qua ad aliam ejus nominis Corcyram navigavere: ita ut totidem dies interceſſiſſe oporteret antequam fama mortis Imperatoriæ , ad eos perveniret de loco in locum migrantes.

In Cap. Decimum Sect. Quartæ.

P.79.l.antepenultima. *In Parentζϋ ſtatione*: Ab hoc Parentzio Græca inchoant concilia hactenus edita omiſſis omnibus quæ noſter ante memoravit: de tractatione, & Baſileenſium, & Papæ cum Græcis: de Decreto &c. Et quæ hinc ſequuntur in iis Concilijs utinam tam eſſent fidei indubitatæ quam in noſtro: Veritas tandem ſeipſam comprobabit: At ubi terrarum hoc Parentzium? Ptolomæus, Plin. Steph. Ortelius & Leander, in Iſtriâ ponunt oppidum maritimum; immenſa intercapedine à noſtro aberrantes: Longe diverſum oportet eſſe locum, forte majori fama non aliunde celebrem quam à Græcorum appulſu, in utroque Concilio tam edito quam hoc Manuſcripto.

In Cap. Vndecimum Sect. Quartæ.

P.80.l.penultima. *Omnino ad formam Antemenſalium*: τὸν ἀντιμινσίων ὁμοίως ἐπιλαβομένων ita Manuſcriptus Codex; ſed cum ω Legendum τῶν: Venetiarum Dux Legati, ac Senatores, manus manibus intexebant ad inſtar Antemenſalium, cum ſe corā menſa Domini, in latitudinem expandebant communicaturi: Hic eſt loci ſenſus, nec alium ferre poteſt: Quo non datur alter in hac hiſtoria, aut celebrior, aut dignior animadverſione, ad Antemenſalium ritus demonſtrandos novitios an vetuſtos dicam haud conſtat, & fortaſſe perinde eſt ſcire, cum quando in Eccleſiam Græcam irrepſerint, nemo prodiderit: Certum eſt temporibus antiquorum patrum D. Baſilij, Chryſoſtomi &c. talis conſuetudo nondum invaluerat, vel nomen ipſum indicat μίνσα, vox à Latinis mutuata, cum illi ſacram Domini menſam ἱερὰν τράπεζαν ſemper appellaverint: Multum ſe fatigat Jacobus Gretſerus ad ultimum verſiculum Pentadis 5. Codini, ut τὰ ἀντιμίνσια explicet: pleno notarum plauſtro è trivijs & Barbaro Meurſij gloſſemate, petito: Ut Jeſuitæ ſemper ſolent in omnia antiquitatum monumenta animadverſionum gerras quam plurimas comportare: Quin & alio convitiorum plauſtro invehitur in Doctiſſ. Junium: quod is vel mutire auſus ſit de Antimenſalibus, ipſumque Junium, ut contemptibilem & ἀπαίδευτον proſcribit, ac Junij commentaria ut Æſopi fabulas: Sed quid? an Junius plus minuſve dixerit, quam ipſe Codinus? Cujus hæc ſunt verba: ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς ἁγίαν μετάληψιν: inducit præfectus ad ſacram communionem adventantes: Quid igitur nobis cum Antemenſalibus pannis, in fruſta diſſectis, operimentis altarium? Quin & ipſe Gretſerus fatetur in fine Capitis Antemenſiorum præfecto etiam hoc incubuiſſe, ut corpus Domini accepturos, ad communionem induceret ſeu deduceret: At hoc tantummodo debuit Gretſerus explicuiſſe, ſi Codinum rite illuſtraſſet, cujus totus textus in hoc unum recumbit: nihil ille de fragminibus panni, de altaribus conſecratis, vel non conſecratis: Sed ad rem: Uterque erroris eſt manifeſtus: Junius putavit præeunte præfecto hos Antemenſales ad menſam explicari: cum hic planè contrarium cernitur: non præivit præfectus Antemenſijs, ſed in eodem agmine ſtans medius ut hic Dux inter ſuos, omnes ſimul in latus diſpoſiti, gradatim ad menſam proceſſerunt: Gretſerus vero errat multipliciter: primo, quod putet ea quæ deſcripſit Antemenſia, ad illius præfecti curam pertinuiſſe, quod eſt falſiſſimum: Omnia ornamenta Eccleſiæ ſub cuſtodiâ Magni Sceuophylacis reponebantur: Secundo, Gretſerus confundit duo vel tria nomina, quæ invicem ne referuntur quidem: ὁ ἀντιμίνσιος, τὰ ἀντιμίνσια, οἱ ἀντιμίνσιοι, primus erat

præfectus

præfectus ille, cujus totum officium communicantes ad Euchariſtiam diſponere, ut illic in Codino & hic in noſtro: οἱ ἀντιμίνσιοι qui ſic ab illo præfecto diſponebantur: at τὰ ἀντιμίνσια res penitus diverſa, opercula altarium ut Citrius, Cabaſilas, Balſamon: Ergo hic τῶν ἀντιμινσίων fit à Nominativo ἀντιμίνσιοι, in noſtro pariter ac in Codino, & non ab ἀντιμίνσια ut Gretſerus voluit: Nam & Codinus mirificè noſtrum illuſtrat, & noſter Codinum.

In Cap. Duodecimum Sect. Quartæ.

P.82.l.7. Πεζικὰ proprie ſunt aviculæ ſtercorariæ, quæ alis minus utuntur, ut Gallina, pullus: &c. idem quod frequentius uſurpatum à Græcis barbariſantibus πεζένια: ἀηδόνιον νεοσσός, πεζένιον.

In Cap. Decimum ſextum Sect. Quartæ.

P.87.l.32. *Quæ cuncta noſtris è fanis expilata:* Omnes pretioſos Lapillos in Imagine D.Marci è quodã Monaſterio Conſtantinopolitano abreptos fuiſſe cum urbs caperetur à Latinis noſter hic affirmat: Dandulum quidẽ Venetorum Ducem cum Balduino conſpiraſſe contra Alexium tum temporis Imperatorem proditum eſt: ſed an is hæc opulenta κειμήλια abrepta Græcis Venetias comportarit nec ne, ſcrutandum relinquo, quibus eſt otium.

In Cap. Decimum ſeptimum Sect. Quartæ.

P.88.l.ult. *Adeo ut ſi noſtri ordinis tres:* Magnus nempe Scriniarius Balſamo primus, ſecundus Bullota ſeu Sigilli cuſtos, tertius noſter Eccleſiarcha Magnus, omnes tres infenſiſſimi ſemper Latinis & rebus Papalibus.

P.89.l.23. D.Georgij Martyris manum ut genuinam Venetijs monſtrabant Monachi, cum ipſe Martyr vivicomburio perierit: O quæ nunc ut olim iſtiuſmodi præſtigiæ ac ludibria relliquiarum, per totum Chriſtianum orbem oſtentantur!

In Cap. Decimum octavum Sect. Quartæ.

In duos Magnates ſeverè detonat Patriarcha, quod appropinquantes ad altare, pileos juſſi capitibus non auferrent, inſipidorum rituum nimium pertinax: & illi non minus juſtè ferociam Patriarchæ retundunt, & benedictionem ſpernunt.

P.90.l.30. Καὶ τὴν γλόντζαν παραμείψαντες. Glontza eſt vox citerioris Græciæ ſatis barbara, vel forſan ipſius italiæ, nec minus tamen degenerans ac impura: Gheluzza Veneti abyſſum appellant: Et non eſt dubitandum quin noſter autor per hoc nomen ſignificare voluerit, quod vulgo dicunt Golfo di Venetia.

In Cap. Decimum nonum Sect. Quartæ.

P.91.l. antepenultima. *Pro dimidio divitiarum &c.* Hic Patriarcha philodoxus, & rerum ſuarum plus æquo æſtimator, præfert aliquot pateras & candelabra mediæ opulentitati Venetiarum: quo fortaſſe dicto potuit illud Poetæ occinere. *Sic magnis componere parva ſolebam ſtultus ego*- Notanda tamen venit elegans phraſis, & Demoſthenis ævo non diſconducens: ὁ βίος μου χρήζει τὸ ἥμισυ τῆς Βενετίας, Mea ſupellex caret dimidio Venetiarum, ad verbum, Ergo uni dimidio ſufficienter æquivalebat alteri deficiebat: Et χρήζω quod careo ſonat proprie, hic habere ſignificat ex conſequenti, dum caret uno dimidio, habet alterum; & ſenſus revolvitur ab eo quod non habet ad id quod habet.

P.92.l.16. *Angarium conſpicimus:* Nos Angarium ſeu curſorem publicum expoſui-

posuimus quod in textu habetur καρχινόν : de qua voce omnes ad unum lexicographi silent, stupentque: at καρρέχιν habent pro eodem : sed ab Idiomate Hispanico, unde citeriores Græculi suum καρχινόν tanquam diminutivum proculdubio deflexerunt.

L.22. *Ejusque pedem exosculetur:* De pede Papæ exosculando discursus hic incipit, per aliquot capita prolixè continuatus, sed nec lectu indignus, nec inconcinnus.

L.34. *Ita ut cum adhuc Venetijs moraretur:* Patriarcha hæc dixit cuidā Papæ intimo amico, æqualitatem fastigij cum Papa sibi inaniter somnians: sed longe hominem fefellit ratio: nec enim multo majorem dignationem à Papâ est sortitus, quam ab heris emptitij vernæ : Vel ut in suâ facultate exemplum proponam : quam illi Episcopi titulares, quos omnibus bonis exutos Turcæ ab Oriente mendicatum indies transmittunt in Europam.

In Cap Vicesimum Sect. Quartæ.

P.94.l.35. *At Bisconsules statim insecuti oscula libavere:* Hic duo se offerunt notanda: Primū, Episcopos Magnatibus Laicis semper præferri: Episcopi à Patriarcha Legatis Imperatorijs præcedunt: primi intrant, salutant, exosculari etiam rogantur Episcopi, sed negant: Secundum, Quod Episcopi renuerunt obstinatè, id admiserunt Magnates Laici, fortasse in odium ipsius Patriarchæ , cujus anteà benedictionem levi objurgatione contacti spreverant : ut suprà : Sed multo magis ob æmulationem & invidiam ergà collegas Episcopos: ut diversi judicio ab Episcopis videantur. Nam hoc certissimum est: Citius undis ac igni conveniet, quam Laicis Magistratibus ac Ecclesiasticis: Vidimus nuper in Anglia, & vidimus & sensimus, tremendo & fatali exemplo, nostrorum Trojugenarnm odia in sacras infulas.

In Cap. Vicesimum secundum Sect. Quartæ.

P.96.l.ultimâ. *In summitate coccineis capitellis ad instar pileorum &c.* χάσδεον seu χασείδιον est pileus qui non exurgit in cacumen ut galerus : qualis fuit καταῖτυξ in militiâ Homericâ, depressum genus galeæ, & sine cristâ: φακεώλιον surrexit in turbinem vel elatum fastigium, plane contrarium χασδίῳ, quod nihil ultrà capitis peripheriam efferebat in sublime : Insignis est locus in Achmetis Onirocriticis cap.226. ad utriusque differentiam monstrandam, de quo vide Meursium in φακεώλιον: Hic mirificè exprimitur χασδίου forma, dum pro capitellis in summo vertice baculorum ponitur, humilibus, rotundis, & ad naturam pileorum depressis.

P.97.l. penultimâ. *Nostra suppedanea,* σωπέδιον vel σουππέδιον, Latina vox, scabellum pedum significat: In Synodo Florentina quæ extat: ἐκαθισεν ἐν σωπεδίῳ, ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς, κυρις δημήτριος, εἶτα οἱ ἄρχοντες οὐκ ἐν σωπεδίοις, ἀλλ' ἐν τῷ πατώματι: Concessum fuit Imperatoris fratri Despotæ Demetrio in Suppedaneo sedere, dum alij Principes in pavimento discumberent: Et ferme perinde erat in pavimento sedere ac in Suppedaneo, sellâ tam vili, abjectâ & humi depressâ : aliâ voce dicebatur ποδαρούλιον, cujus etiam meminit Eustathius.

In Cap. Vicesimum quartum Sect. Quartæ.

P.99.l.27. *Æstivus papilio:* καὶ τὸ Διβάμβυλον: multa in superioribus de hac voce, & à vera radice derivavimus ampullæ : plurimi tamen malunt à velo quasi dibamvelum, in quibus Meursius, si in quavis aliâ conjecturâ in hac quam maximè delirus & infælix : at in hoc loco omni dubio procul velum significat umbratile: non quod ab illâ origine deducitur, sed propter similitudinem : illud enim velum, dum ut umbram arceat, à conto longiori supra capitis fastigium explicatur , incurvum

vum & cameratum fornicem repræſentat, dum rurſus ad contum reducitur, ventroſam lagunculam aut ampullam.

In Cap. Viceſimum quintum Sect. Quartæ.

Deſcriptionem ſuggeſtuum, & throni papalis hoc ac ſequens capita continent.

P.101.l.17. Οὐρανὸν καμουχέινον: dictio barbara & abſtruſa, rara, incognita: καμοῦχα eſt proprie pannus à pileo Patriarchæ per ejus dorſū defluens: ipſe pileus καππάσιον vocabatur: pannus ſeu ſericū ab interiori pilei parte, ad inſtar veli muliebris dependens καμοῦχα & aliâ voce καμιλαῦκο ut vult Cruſius ſtatim ab initio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ: hinc καμουχέινος adjectivum : tanquam Camucha vel ad inſtar Camuchæ à ſummo laqueari deorſum fluitans in incertum ac indeterminatum.

In Cap. Triceſimum Sect. Quartæ.

P.108.l.1. *Sed & hic ſummam occaſionem &c.* Crucigeri quorum è numero noſter autor unus erat, in hoc Capite, primò ſedis prærogativam, deinde & ſuffragia ferendi facultatem ſibi ademptas conqueruntur: Patriarcha paſſim ſuo jure emunctus, facilius in ſuorum privilegijs, ſe imminutum pati potuit: Homo nihili ac fungus, & ad Patriarchale faſtigium, non alia de cauſa evectus ab Imperatore, nil niſi Latiniſmum ſomniante quam ut ductulis eſſet, in quamcumque formam, Imperator ipſum tunderet: Verum hic longe maxima & ſuprema autoritas conſiliariorum Patriarchæ depingitur : Qui quinque tantum numero ſedebant ante Archiepiſcopos & Metropolitanos, Patriarchæ proximi : & his tribus nominibus gaudebant, ἀρχόντων, σταυροφόρων, ἐξωκατακοίλων : quæ omnibus quinque communia idem ſignificant: Crucigeri ſunt dicti non à conſuetudine geſtandi crucem in miſſis ſolennioribus, ſed ob crucem veſtimentis adſutam honoris cauſa, & ut ab aliis Canonicis diſtinguerentur, ut nos antea diximus alicubi : At major difficultas latet in voce ἐξωκατακοίλων: de qua multi multa, ſed pauci rem acu tangunt: alij quod in vallibus urbis habitarent ἐν ταῖς κοιλάσι, alij quod Patriarcham monitis permulcerent à verbo κατακηλεῖν: Gretſerus quaſi ἐξω κατακοίτους dici vult, quod extra dormiunt & non in Patriarchæo: meræ conjecturæ & inſomnia : primitivum nomen ab initio fuit ἐξωκατακέλλιοι, cujus terminatio jam eſt corrupta in κοίλοι vel κῆλοι à barbaris, & vulgo Græcorum: Ἔξω quod extra thronum Patriarchæ ſederent, ſed omnino primi & proximi: & κατακέλλιοι Reſidentiarios ſignificat, κέλλη & κελλίον ſedes domuncula, unde κατακελλίοι ut dixi Reſidentes aut Reſidentiarij. Canonici Reſidentiarij Magnæ Eccleſiæ, Patriarchæ præſto à Conſiliis, & proximi loco: Quin ut in noſtris olim Cathedralibus Eccleſijs , certus erat Canonicorum Reſidentium numerus, ita hic Conſtantinopoli, licet non idem qui hic, nec idem in omnibus noſtris: Atque ut in noſtris inferiores præbendæ aliquando eligebantur , ad ſupplendum numerum Reſidentiariorum ſi qua occaſione vacaret, ita hic uſuvenit: Manifeſtum habetur exemplum Protecdici in hanc claſſem electi à Georgio Xiphilino Patriarchâ, ſub imperio Alexij Comneni : Quæ ſola ratio eſſe perhibetur, cur Codinus in primâ Pentade ſex numerat, reſpiciens ad antiquum numerum, non ad hunc novum à Xiphilino introductum : Nec minus luculentum eſt hoc ſecundum in noſtro autore exemplum, qui Eccleſiarcha cum tantum eſſet ultimus quinarij Penultimi, ad primum quinarium, & ordinem exocatacelorum aſcitus eſt: Non quaſi tum ſex aut ſeptem eſſent, nam exocatacceli quinarium numerum nunquam ſuperabant , ſed unum aliquem , cui vacuus fortaſſe locus magis ex legibus Eccleſiæ debebatur, præteribat Patriarcha quiſquis ille fuit , cum noſtrum eo dignitatis evocaret : Et unus ex iis ſpe deciderat & voto, cum Protecdicus eligeretur : Quare certum eſt Codinum non rite animadvertiſſe quid ſcriberet, cum ſex pro quinque Reſidentia-

 rios

rios Patriarchales numeraret: Nec minus certum eſt hunc Patriarcham ut ignavam beſtiam de honore ſuo ac dignitate infinitùm cecidiſſe, cum conſilij intimi jura ac privilegia, tam antiqua, ſancta & veneranda, à Græcis pariter & Latinis corrumpi permitteret atque abrogari.

In Cap. Triceſimum primum Sect. Quartæ.

P.109.l.16. *Quin & hoc inſuper adjecit memorabile dictum*: nempe Gregorius pænitentiarius, & dictum exhibet Reformatis apprimè animadvertendum: qui miſſificationibus intereſſe, hoſtias elevatas geniculando adorare pro nihilo ducunt: In templo pro Pontificijs, extrà templum pro Reformatis haberi volunt: quod ſi non ſit flagitium ſummè Idololatricum, larvatam eſſe hypocriſin ac diſſimulationem Deo hominibuſque abhominandam nemo denegabit: At hic noſter bonus Gregorius, qui nunc Chriſtum noluit in templis Latinorum colere, poſteà totus tranſijt in Latinum, peritiſſimus diſſimulandi artifex, & promus condus Unionis, una cum conterraneis Beſſarione Nicæno, & Iſidoro Roſſenſi.

P.110.l.19. *In quarta feriâ Magnâ*: τετρας ſive τετράδα in Nominativo feria 4. nempe dies Mercurij in ſingulis ſeptimanis per annum integrum, quâ jejunabant Orientalis Eccleſiæ viri, ut in Veneris quam παρασκευὴν vocabant: εἰ ἐςὶ τετράδα ἢ παρασκευὴ, in Canonibus: at ſolus Mercurius ipſum Paſchatis diem antecedens, τετρὰς vel τετράδα μεγάλη nuncupabatur.

In Cap. Primum Sect. Quintæ.

Metropolita Sardium Ferrariæ moritur & ſepelitur: à quo moribundo cum vicariam poteſtatem, quam ab Hieroſolymitano ſolus acceperat, Græci obtinuiſſent & tradidiſſent Monembaſio, acquievit Cyzicenus, quia tum Monembaſius locum non anticipavit Cyziceno, vicarius tantum ultimi Patriarcharum.

In Cap. Secundum Sect. Quintæ.

P.114.l.22. *Modo duo curaret præſtari: expungi vocabulum &c.* An hæc duo levia putas Marce Eugenice, & factu facilia? Citius Pontifex Maximus tiaram triplicem ipſe amitteret, citius te tuumque omne genus, æternis tenebris damnatum cuperet quam alterutrum concedere.

In Cap. Tertium Sect. Quintæ.

P.116.l.2. Ἰάγαριν, ὡς καὶ συνέρχωνται καὶ ἄλλοι: Fortaſſe hic unum nomen omittitur alterius Nobilis: aliter pluralis numerus cum hoc uno Jagari non ſatis bene convenit.

In Cap. Quartum Sect. Quintæ.

P.117.l.9. *Nonnulla media excogitarunt*: Fortaſſe hæc hiſtoria eruendi media ad quam collimat Cardinalis, ab aliquot ſuperioribus ſeculis petenda eſt. Michael Palæologus, ut Pontificis ope Gallorum arma averteret, quos contrà ipſum Balduinus concitârat, ſcripſit ad Papam, de uniendâ Græcorum cum Latinis Eccleſiâ, ſub tribus capitulis quæ narrat Gregoras lib.5. ſub initio: Erat tum Chartophylax Beccus, vir magnæ æſtimationis: quem cum Michael in ſuam ſententiam pertrahere cuperet, miſit ei jam in carcerem conjecto ſcripta Blemmydæ, ad dogmata Latinorum confirmanda: quibus ſerio perpenſis Beccus à relligione Græcorum in Pontificiam migravit: An hæc ſcripta Blemmydæ & Becci intellexerit Cardinalis, concordiæ futura nunc media haud ſcio: Sed quam male ceſſerit Michaeli negotiũ, & ſuis, qui deſiderant ſcire conſulant Gregoram fuſius, noſtramq; præfationem.

In Cap. Decimum Sect. Quintæ.

P. 125. l. 31. Ἀπελέγοντο τὴν ζωὴν: ita Thucidides lib. 1. animum desponderunt, & omnem melioris conditionis spem: Græci in Italiâ, famâ Amurathis Constantinopolin obsessuri perterrentur. Cujus filius Mahometes post quindecim aut circiter annos, circà eandem anni tempestatem civitatem expugnavit:

P. 126. l. 6. Ἔστειλε τὸν Φιλανθρώπινον τὸν δισύπατον: Notandum hunc dictum fuisse Alexium Lascarim Philanthropinum, cui librum de Synodi Florentinæ successu, & de processione Spiritus Sancti, Græce Latineque conscripsit Bessario Cardinalis, ut hoc semel in universum observemus:

In Cap. Vndecimum Sect. Quintæ.

P. 127. l. 22. Πεντήκοντα ἄσπρους: O profusam Liberalitatem! 40. aspri unum Imperialem seu Thalerum æquabant: 50 Aspri Thalerum unâ quinta parte superabant, & circiter tres florenos conficiebant: Ergo periclitanti de summâ rerum patriæ, quatuor Archiepiscopi Græci, triremibus instruendis & conscribendis militibus in subsidium non ultrà 12. florenos, aut 5. Imperiales poterant simul elargiri: Nec tamen id eorum parsimoniæ, aut avaritiæ, sed inevitabili paupertati attribuendum fuit: Verum de eadem re audiendus Bessario Nicænus, cujus verba mox sequuntur, obstupescenda magis, an non credenda nescio.

P. 127. l. 26. Ἠγὼ δὲ ἐδούλευσα τῷ καλογήρῳ μου: Meo Monacho i. mihimetipsi ut Monacho subservivi, vel meo Monachatu perfunctus sum: Modus loquendi elegans & Metonymicus: de se uno, tanquam de se & alio: & sensus est: Cum Monachus vixissem annis ter septenis, sacris ordinibus imbutus, & Confessionibus audiendis adhibitus, repperi me in tanto spatio ultra quadraginta florenos nihil lucratum: Cajetanus igitur jure optimo in historiâ Concilij Tridentini Luthero adblandiens Bessarionem ex paupere Calojero, factum Cardinalem asserere potuit: Quam vocem Caloiero in Italico textu, noster vulgaris translator Brentius, cum non satis intellexisset, reliquit omnino intactam, nec exposuit: Utcunque ex hoc loco nostri autoris dictum illud Cajetani illustrationem accipit, & lucem multiplicem: Primo si tam diu vixit Monachus, tum bene provectæ ætatis erat, cum Italiam adiret, inter cæteros patres Synodi Florentinæ: Et tamen duravit ad Xysti quarti papatum, intervallo quod ejus tria septennia ferme duplicavit: si vera sint quæ de Bessarione memorantur: Nempe Paulo secundo mortuo ad annum 1471. cum tres summæ autoritatis Cardinales mitterentur ut Bessarionem Pontificem salutarent, prohibitià Nicolao Perotto Siponti Archiepiscopo, retro abiere stomachabundi, statimque suffragia Xysto detulere: Quo repente renunciato, adoratoque Bessarionem dixisse ferunt: Hæc tua Nicolae intempestiva sedulitas & tiaram mihi, & tibi galerum eripuit: Secundo, etiamsi tam diu vixerit abjectæ conditionis Monachus, nihilominus posteà ad invidendas opes, & honores aspiravit, evectus ab Eugenio in Cardinalem, & post Paulum proximus electioni in Papam.

L. 36. Κούπα potest etiam fortasse pro Calice sumi: Sed Bessarionem haud quaquã putarem, nec Monachum, nec Episcopum tot calicibus abundare, virum sobrium, ac alijs opibus destitutum: Satius mihi visum est, ad propriam vocis significationem respicienti, κούπας doliola, vel vasa rerum necessariarum vestiumque reconditoria interpretari.

In Caput Duodecimum Sect. Quintæ.

P.128.l.26. *Ἁρματώσωσι* vox eſt barbara,& citerioris ævi: *ἀρματοῦν* eſt armare, à Latino Arma.

P.129.l.46. *Diripique permiſit à Nicolao Picennino*: Hæc omnia aliter Platina in vitâ Eugenij dum narrat, confundit & multipliciter peccat: Primo trepidatum à Papa ob hujus Picennini violentam graſſationem Romæ, ad exordium papatus ſui, nempe ad Chriſti 32 vel 33 ſuprà quadringenteſimum & milleſimum, diu ante vel Ferrarianum vel Florentinum Concilium, atque à Româ Piſas ac inde Florentiam aufugiſſe Papam: Secundo captum Forum Livium,Imolam,Ravennam, Bononiam, non antequam Florentiam Papa Concilium tranſtuliſſet, eoque veniſſet ſeſſum ut apertè pronuntiat: quod huic noſtro planè adverſatur: Platinam autorem ſiccum & ſtrigoſum,ſæpe verba, ſæpe ſenſus, multoties rerum experientia, nonnunquam integritas deſtituunt: Et quod magis miremur, nunquam lapſus eſt gravius quam in Eugenij vitâ, ſub cujus temporibus floruit, carus Beſſarioni & Nicolao Sipontino: Nam in Paulo ſecundo,quarto Pontifice ab Eugenio Platina ceſſit foro: Cujus hallucinationes in Eugenio poſteà prodibunt in lucem.

In Cap. Decimum tertium Sect. Quintæ.

P.131.l.31. *Ioannem Hiſpanum*, Joannem de Raguſio ordinis prædicatorum, in Sanctâ pagina Magiſtrum Cruſius vocat pag.185. Nos alicubi anteà Scriniarium Apoſtolicum appellavimus, cujus frequens apud Binnium mentio.

P.131.l.penultimâ. *Nam ut tua ſublimitas articulum enodavit*: Hic Cardinali videtur cedere Epheſius,ut anteà ejuſdem rogatu ſcripſit ad Papam: qui nihil unquam per totam Synodum Latinis ceſſit aut conceſſit, rupe durior ac ſilice.

In Cap. Decimum quartum Sect. Quintæ.

P.133.l.1. *Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως*: Non vult de ſacro Conſiſtorio Gretſerus intelligi, ſed de neſcio quâ ſacrâ ſtatione: quaſi inter *στάσιν* & *κατάστασιν* nulla eſſet differentia Byzantinis: Lingua Græca non exhibet aliam vocem quæ Conſiſtorium ſignificantius exprimit, quam *κατάστασιν*: At quicquid dixerit Junius verum vel falſum, Gretſerus inſtituit lacerare, quaſi nihil ultrà penſi ſibi propoſuiſſet, quam Junium confutare, de ipſo Codino illuſtrando ſupinus admodum ac negligens: Verum advertendum imprimis multum intereſſe inter *τὸν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως*, quē Junius & poſteà Gretſerus explicant ultimum in Codini tertiâ Pentade,& hunc *χαρματικὸν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως*: Prior præfectus Conſiſtorialis, ſeu Capitularis cluebat, ubi ſenatum Patriarcha ſuum celebrabat, monebat adeſſe Conſiſtorio qui debuere, & alia procurabat ad Conſiſtorium Patriarchale ſpectantia: etiam & juxta altare ſtrepitibus compeſcendis præponebatur, dum Miſſa fieret,ut illic Codinus: nam quamvis Conſtantinopoli Eccleſiaſtica officia, ad mirabilem ambitionem multiplicarentur, tamen uni ſæpè officiali duo vel tria in locis diverſis præſtanda incubuere: At noſter hic Grammaticus tantummodo erat iſtius Conſiſtorij Notarius publicus,cui deſcribendum fuit, quicquid ibidem Patriarcha ſuis dictaret aut injungeret:

P.133.l.40. *De Sancto Macario qui Cranium aridum*: Subſtiti aliquantiſper cogitabundus, & in hac hiſtoriâ miratus ſum duo: Primo quid M.Epheſino conduceret confutanti Purgatorium, Cranium à mortuis loquax, cum eandem hiſtoriam Romani afferant ad Purgatorium ſtabiliendum? Hiſtoria proculdubio ab utrâque parte poſſet applicari, ſi his anilibus ulla eſſet adhibenda fides: Et Epheſij ratio fundata eſt, in valde ſubtili Argumentatione: Nam utrique tam Græci quam Latini vivorum preces aliquo modo defunctis prodeſſe putaverunt: Et in hac opinione mul-

tifarius est Patrum consensus, à sola caritate ergà suos, quibus post mortem omnia fausta voverunt profectus: Sed mortuis in genere tam in regnum cælorum subductis, quam damnatis in Inferno, ut istud Cranium S. Macario garrire visum est: Putas filium tuum maculis inquinatum decessisse? da ipsi sua ut se detergat; Putas in justitia abiisse, præbe tua ad retributionis adjectionem: inquit Chrysost. Homil. 33. in Matth. Et Augustin: Euchiridio ad Laurentium Cap. 110. Sacrificia altaris pro valde bonis, gratiarum sunt actiones, pro non valde malis propitiationes, pro valde malis non ut sit plena remissio, sed tolerabilior damnatio: Cum igitur apud omnes tam Græcos quam Latinos opinio reciperetur pro mortuis in genere, vivorum suffragia valere, tam in cælis quam in inferis, & tantum in cælis quantum in inferis (hoc est nihil omnino ut existimo ego) noster Ephesius exinde ivit probatum, non dari locum apud inferos à damnatis distinctum, quod Purgatorium dicitur: Voluit istos parietes intergerinos, & fictas Concamerationes, inter tormenta sperantium demoliri: idque merito: Nam si in genere tantum valere antiqui patres censuerunt, de Purgatorij conclavibus, aut animabus redimendis nunquam ne somniarunt quidem: Secundo, miratus sum cur Imperator id suadeat Ephesio, ejiciendam esse è scripto suo Sancti Macarij historiam ut non satis probatâ autoritate subnixam, quando eam Joannes Damascenus commemoret in sermone de mortuis adjuvandis: An Damascenus Græcis contemptibilis tanquam malæ fidei vadimonium, cesserat foro? aut Imperator in Damasceni paginis non esset admodum versatus? Sed quare tum Imperatorem Ephesius in lucem clariorem non revocavit? Proculdubio nullus unquam vixit inter Græcos Damasceno celebrior: Sed hinc libet conjectare, quod mihi nunc venit in mentem: Tractatum istum Damasceni de mortuis, inter cætera ejus opera non fuisse receptum in usum Orientalis Ecclesiæ, quamvis magni faciant Romani ut fœtum verum & genuinum. Et hæc de Sancti Macarij Cranio.

In Cap. Primum Sect. Sextæ.

Capite primo Græci circumscribuntur captivi. Secundo Imperator feras venando captat, in Monasterium extrà urbem digressus, & Patriarcha interea ad Pontificem cum suis invitatus lautitie fruitur Papali.

In Cap. Secundum Sect. Sextæ.

P. 143. l. 31. Ἀσημοχεράφου καθημάδους &c. ἄσημον est argentum non signatum, nec receptum ut Moneta in usum publicum: quod & nomen ipsum indicat: at ἀσημοχεράφος, haud temerè leges alibi, vide locum difficilem & perpende: ἄσημα hic sunt omnia vasa argentea, quibus Papæ famulabantur domestici, & in abaco Papali, ad magnificentiam reposita: & ἀσημοχεράφος, cui ea custodiendi cura præficiebatur, ut puto. Ταλιέρη vel ταλιερίον, quadra vel Orbis ab Italico, tagliere: κουφέτα Confecta, vox plane Latina, quam Meursius in Glossario non aliâ autoritate dilucidat, quam nostræ Synodi Florentinæ vulgaris, & in eodem argumento Papæ tractantis Græcos: καὶ ἐποίησεν διάκρισιν ἡμῖν κουφέτα, adeo à nostro non discessit Concilij vulgaris autor, dum veritati studuit.

In Cap. Quartum Sect. Sextæ.

Totum hoc caput longiusculum nihil aliud complectitur præter insignem nostri Palæologi tergiversationem ut nimio deditus venatui suorum monita spreverit, ad Synodalia adhortantium: Cujus alia ratio reddi non potest quantum auguror, nisi quod mente ancipiti, inter duos Papas raptabatur: Primo enim

Basileensem Synodum abjudicârat, ut Papæ adhæresceret, & nunc cui se potius adjungeret non poterat non dubitare: Cum ejusdem anni eo ipsissimo mense, quo suis cum Græcis triremem conscenderat petiturus Italiam, Basileenses alium Papam elegerint, Amadæum Sabaudiæ ducem: qui & sequentis anni, eodem mense quo Joannes exijt in Monasterium coronatus fuit, instigante plurimum Basileenses Philippo Genuæ Domino, ob singulare odium Eugenij, & amorem soceri sui Amadæi, ut Platina refert: Et Amadæus novenni Pontificatu potitus Eugenium biennio supravixit, à Nicolao 5. Eugenij successore, in purpuratorum procerum ascriptus ordinē: Ita ut quis legittimus pontifex Eugenius an Fælix, aut cujus causa potior, aut quo sua incæpta verterentur, aut quid fieret in tanto Latinorum schismate, de Græcorum cum Latinis unione, sæpenumero secum proculdubio ambigeret: Quanquam etiam in gravissimis negotijs, noster Palæologus soleret, animi laxandi gratiâ, voluptates intemperantius admiscere, & per intervalla quandoque indebita: Vir egregiæ indolis ac Minervæ, strenuus in bello, si quando Marti vacaret, sed præceps in suam sententiam, & inter voluptates consiliorum incapax: Ante aliquot annos Mustaphæ partes contrà Amurathem Joannes noster foverat: Et dum Præconnesi in Propontide nescio quas copias pro Mustapha conscriberet, in turpissimum amorem incidit Virgunculæ, filiæ cujusdam sacerdotis: ibidemque cum novâ Amasiâ tam diutinum tempus trivit, dum Mustaphæ spes & res funditus interirent: καὶ οὐκ ἐν δέοντι παρεγένετο inquit Chalcocondylas lib. 4. ab initio: Sed ea erat Joannis in illicitos amores proclivitas, ut omnem maluerit fidem violari, cælum terramque confundi, quam ut non indormiret alienis amplexibus, oblitus juris humani ut loquitur Petronius, sed à Joanne ad Eugenium in sequenti Capite revertamur.

In Cap. Septimum Sect. Sextæ.

Heracleensis in hoc capite, Nomophylax cum fratre Ephesio infamis otij pertæsi, & tergiversationis Imperatoriæ venatibus enormiter prolixæ, se subducere in patriam cogitabant, & ab ipso littore naves jam conscensuri revocabantur.

In Cap. Nonum Sect. Sextæ.

Nihil potuit ingeniosius excogitari, ne à multitudine suffragiorum in generali Concilio obruerentur, quam quod hic proposuere Græci: ut partis unius in suâ gente & apud se suffragia acciperentur, & alteri in suâ gente æquivalerent: & non simplicis numeri, aut singulorum capitum, sed totius partis seorsim ratio proportionis iniretur: Quantum enim incrementum rei Pontificiæ & orbi Christiano detrimentum pepererint in Synodo Tridentinâ novæ subinde Episcoporum subvectiones, & suffragantium creatorum ascititia multitudo, nemo non vidit qui istorum temporum historiam, à patre Paulo literis insigniter consignatam, vel primis labris degustavit: Ar noster Palæologus fraudulentus, & in ruinam suæ gentis præceps, cum Papâ nihil super hac re communicavit, ut post unum aut alterum capitulum sat evidenter patebit: Et tamen ut concessam sibi à Papâ autoritatem usurpavit, sed in suorum omnium perniciem: Suos enim in omni articulo dirimendo ad suffragia sic coegit, ut ad Latinorum dogmata pertraheret: Et si quis ferre suffragium renuisset, prout ille destinârat, ad Latinorum opinionem amplectendam, vel mulctavit suffragandi jure in posterum, ut nostrum autorem, cæterosque Crucigeros, vel odio plus quam Vatiniano prosecutus est, quod per totam hanc abundè & multifariè liquebit.

In Cap. Decimum Sect. Sextæ.

Hæc Confabulatio Gemistij cum Imperatore in Insulâ Peloponneso referenda est ad hujus historiæ primordia quæ extant, nempe ad quartū caput Sectionis secundæ,

vel

vel potius primæ quam habemus , ubi de Imperatoris è Peloponneſo reditu fit mentio.

P.156.l.14. *Quod facere inſtituimus Imperatori non arridebit:* Egregiè hic cum noſtro autore diſſimulavit Patriarcha, quaſi Imperatoris invidiam in ſe concitaret, quod Archiepiſcopos ad conſilium intimum accerſeret, & Imperator nollet: Cum revera in hoc conventu cum ſuis, nihil præter utriuſque infamiam agitur : Etenim & Imperator & Patriarcha magnificâ celebratione rerum ab ipſis nunquam geſtarum cætum ſuorum ludificant.

In Cap. Vndecimum Sect. Sextæ.

Inſignem fraudem, & plus quam Sycophanticam nequitiam Imperatoris ſimul & Patriarchæ hoc ſequens capitulum produnt.

In Cap. Decimum tertium Sect. Sextæ.

Ad finem πρεβεντζιάλιος ὁ Ἰωάννης noſter hic habet , at fortaſſe rectius cum ομικρὸν: Synodus Florentina de eodem: ἐξελεξάμεθα τοὺς παρόντας δύω διδασκάλους τόν τε προβεντζιάλιον φρὰ ἰωάννην, καὶ τὸν φρὰ Ἀμβρόσιον.

In Cap. Decimum quintum Sect. Sextæ.

Δερμοκαίτης, de quo nomine videnda quæ notavimus ad caput viceſimum primæ Sectionis quæ extat, vel ſecundæ in ordine.

In Cap. Decimum ſextum Sect. Sextæ.

P.165.l.29. Τζόχαις πρασίνοις, gemmis viridibus , quod non de veris gemmis debet intelligi, nec enim putarem totum triclinij pavimentum Smaragdis aut ſimilibus magni pretij lapillis inſterni, ſed de Metaphoricis, & veras gemmas virore repræſentantibus, ut ſunt floſculi vel artis vel naturæ , aut deciſa ramorum germina, quemadmodum ſumus interpretati.

In Cap. Decimum nonum Sect. Sextæ.

P.162.l.30. Membrana illa ſeptimi Concilij Acta continens , & interpolatam vocem τοῦ υἱοῦ habere memorans Symbolum Nicænum, à Juliano citatur in hactenus editâ Synodi Florentinâ : & hinc liquet quantum Latini vetuſtioribus Membranis aſcripſerint, licet anteà nihil habuerint præter ſcripta Membranacea: Etiamſi hoc fere anno, circa Chriſti quadrageſimum , poſt milleſimum quadringenteſimum ars Typographica Moguntiæ primum inventa, brevi poſteà Alpes pervolavit Neapolin uſque, & Romam: ſed de intercalatione hujus vocis in ſeptimâ Synodo, nonnulla animadvertenda forte quæ in præfatione ad Lectorem ſcripſimus.

In reſponſione Gemiſtius Aquinatem citat, vir in Latinis pariter ac Græcis verſatiſſimus, & Beſſarioni multum familiaris, omnibuſque eruditis percarus.

In Cap. Viceſimum Sect. Sextæ.

P.171.l.ultimâ. Ἀπολογίας ἢ μᾶλλον μακρολογίας vertimus ut potuimus reſponſionem vel potius expanſionem &c.

In fine Capitis Nicænus objurgavit noſtrum autorem , nunquam enim Nicæno, & autori noſtro bene convenit, propter Latiniſmi ſtudium, cui nimium erat addictus Nicænus.

In Cap. Vicesimum primum Sect. Sextæ.

P.175.l.34. Πρεσβεῖς ἦλθον τοῦ ῥῆγος &c. noster Regem appellat, Ducem Burgundiæ, ut omnes ferme in absoluta autoritate infrà Imperatorem suum, quem solum βασιλέα nuncupant Græci: sed erat hic Burgundiæ Dux Philippus Caroli Audacis pater:

In Cap. Vicesimum secundum Sect. Sextæ.

P.176.l.6. Καμίσιον λευκὸν ἐνδεδυμένος, indusio amictus candido, non quod reverà indusium esset id genus vestimenti, sed simile indusio, consutum, clausumque in summitate ac relicto foramine, quod caput admitteret, quoties indueretur: Indusium proprie subinduitur ad cutem, Lineæ vestes sub laneis: at hoc καμίσιον laneis exterius superinjicebatur: ideo à Codino ἐπιρριπτάρια dicta sunt.

In Cap. Vicesimum tertium Sect. Sextæ.

P.177.l.31. Τῶν ἀπροΐτων μοναχῶν, ἀπρόϊτοι & ἀπρόσιτοι quodammodo contrarium sonant: ἀπρόϊτοι qui domibus nunquam egrediuntur: ἀπρόσιτοι ad quorum domos alij non accedunt: primi non exeunt ad alios, secundi alios non admittunt: Sed quicunque erant hi Anachoretici cucullati ab Aulicis Papæ severe objurgantur, ut sequitur.

Ἀλλ᾽ ἐνταῦθα χρὴ καὶ το ποικίλον: Elegans autoris excursio, ad indolem Pneumatici Gregorij describendam: quam qui attentè perlegerit fortasse temere fidem non adhibebit iis quæ ad finem Concilij Florentini hactenus editi de hoc Gregorio adtexuntur. Ut Patriarcha fuerit in defuncti Josephi locum evectus, & post mortem miraculis inclaruerit, de quibus vide quæ in præfatione notavimus.

In Cap. Tertium Sect. Septimæ.

P.188.l.15. Ἄρχοντες οἱ τῆς γ πεντάδος tertiæ Pentadis seu quinarij proceres: Novem fuisse Pentadas, seu classes Officialium Ecclesiasticorum Constantinopolitestatur Codinus. Unaquæque Pentas quinque Officiales continebat, unde nomen: Ita ut 45 diversis Officialibus Ecclesiasticis, sub uno Patriarcha, tota amplitudo secundæ sedis Patriarchalis steterit. Unaquæque Pentas priori erat subordinata, & in eadem Pentade Officiales singuli superioribus: Et omnes Patriarchæ non tam subordinati quam subditi: Adeò ut nihil mirabilius excogitatum fuerit ad magnificentiam ullius Ecclesiæ Christianæ commonstrandam, quam primaria istorum ordinum officialium constitutio: Et qualem Romana Ecclesia nunquam poterat ostentare: Quanquam Gretserus Jesuita, qui parum in illius Ecclesiæ ordinatione, aut recensione Codini intellexit, hæc vocat non tam officiorum indigitamenta, quam inanium titulorum crepitacula p.n.139. Sed quare hic præ cæteris tertiæ Pentadis Officiales Patriarcham in se suscipiunt commonefaciendum? Quia officiorum suorum ratio id exigebat; ut in quibusdam Patriarchæ indigitent quid præstandum sit, non autoritative sed directive, ut cum Scholasticis loquar. Prima Pentas intimum Patriarchæ consilium complexa est: 2. quæ ad Patriarchæ judicialia fora pertinebant: 3. quæ ad ipsius personam: 4. ad sacram scripturam: 5. ad curam Monasteriorum & pauperum. Sexta ad negotia templi: 7. ad sacra solennia, & binæ sequentes.

P.190.l.9. Ὁ οὖν πρόθυμος εἰς θεράπειαν βασιλεύς. Fortasse Trapezuntius ideo podagram ante simulabat ne adiret Imperatorem, & cum cæteris Archiepiscoporum coryphæis vapularet: quod satis perspicue prænoverat Patriarcha, & cum Imperatore præstruxerat, tanquam nasus mollioris ceræ semper circumducendus quo vellet Imperator, ut se suosque clericos ludificaret, omnium quotquot unquam sederint Constantinopoli inertissimus ac insulsissimus Curculio.

In Cap. Sextum Sect. Septimæ.

P.194.l.15. Ἀπεκρίνατο ὁ βασιλεὺς, τὶς εἶπεν ἐκείνοις βουλεύεσθαι. Longe majori libertate gavisa est Ecclesia Romana: Sed hæc omnia innovata erant à nostro Joanne Palæologo, qui Ecclesiam Constantinopolitanam, plus quam omnes ejus proavi, in imum servitutis barathrum detruserat: ut noster docet ab historiæ vestibulo, usque ad totius operis calcem:

In Cap. Octavum Sect. Septimæ.

P.197.l.45. Ὁποῖον σοὶ δοκεῖ ἀληθέστερον τούτων. O præclaram Patriarchæ fidem, omniumque Martyrum testimonijs longe præferendam! Sed parem Imperatoris in fine Capitis animadverte, dum vult suos Græcos, accedere ad Synodum tanquam abrasas tabulas, & nec suas opiniones ac dogmata constanter retinere, nec alienas præsumere, dum à Synodo definiantur: Ita fides Imperatoris Patriarchæ fidei non tam similis erat quam eadem: Uterque venit in Italiam, non ut relligionem suam Latinis comprobarent aut defenderent, sed sub præcone & hastâ venundarent, quam reverâ neuter habebat, secundum præclaram Gemistij sententiam de ambobus in hoc Capite, satis superque contestatam.

In Cap. Nonum Sect. Septimæ.

In hoc Capite, quo haud scio an sit insignius in omni Sectione, noster autor prudenti & generoso consilio instruit aliud animal amphibium in fide, Herculem in bivio stantem, Heracleensem Archiepiscopum, primum totius Orientis Metropolitam infra Patriarcham, & proxime cum Patriarchâ, & Imperatore suo, in sacris de relligione opinionibus propugnandis facilem, & turpiter fluctuantem: Τί οὖν ἐροῦμεν ἡμεῖς εἰς ταῦτα; Nefas esse putabat movere, quicquid aliæ potestates quacunque de causâ posuerint, aut forti animo, impijs aliorum destinatis obsistere: Et hoc est illud Carcinoma Magistratuum Ecclesiasticorum quando vel utilitati propriæ, vel tranquillitati studentes, quid de privilegijs Ecclesiæ fiat susque deque habent: dum vel deformi obsequio parata præmia consectantur, ab iis qui ex usu dominandi omnia dant, omnia eripiunt: Vel non satis animosi instant ut sua jura tueantur, aut ulciscantur odia in eos qui dignitatem Ecclesiæ pudendis obterunt contumelijs: Et qui cedunt Imperatoribus quando non debeant, cedere cogentur cerdonibus quando non velint.

In Cap. Decimum Sect. Septimæ.

Totum hoc prolixum Caput in suffragijs ferendis consumitur. Utrum Græcis expediret, ulterius persequi articulum de Additamento, in quo suarum assertionum maximum robur ac firmitudinem sitam esse credebant? An eo cassato, ad disceptandum de primario Dogmate sese converterent: Vel ut verius dicam, an Latinis id obnixè postulantibus gratificari deberent. Et ad hunc modum totum negotium unionis & concordiæ inter Latinos & Græcos peractum fuit: Nam Latini ad suffragia nunquam descenderunt, nec inter se, nec cum Græcis; sed ipsi Græci totum opus pertexuere, ut singula dogmata ad Latinorum opiniones efformarent: Ita Græcorum suffragari nihil aliud erat uno verbo, quam explorare quinam inter Græcos pro Latinis, & contrà Græcos maximè militarent: quibus omnibus præerat ut officio, & dignitate, ita singulari addictione in Latinismum noster Joannes Imperator: non quasi Romanam relligionem in præcordijs ac interiori sensu præferret proprie, sed ut votis potiretur, & speratis auxilijs, quibus tamen eum Pontifex egregie emunxit, ut in subsequentibus liquido constabit.

In Cap. Decimum tertium Sect. Septima.

In ultimis verbis P.209.l.6. Ἀλλ' ἀμφιασομένους τὰς ἀλλαγὰς : Difficile est hoc Gemistij dictum, cujus præcipuus nodus latet in voce ἀλλαγή , quam nos infulas, seu ornamenta Episcopalia interpretamur: ἀλλάσσεσθαι , Græci recentiores simpliciter dixerunt, pro vestem induere, & ἄλλαγμα & ἀλλαγὴν vestem simpliciter, sine ullâ relatione ad ea verba in veteri Græciâ quæ mutationem sonant, quamvis contrarium futiliter somniat Gretserus commentans in Codinum: sensus est quem reddidimus περιφραστικῶς ut aliquando libertatem usurpamus in locis obscurioribus transferendis : Sed & gestaturi legendum pro gestatura, ex sphalmate Typographico.

In Cap. Secundum Sect. Octava.

Per totum hoc caput Græci inquietantur, quæ responsa afferant Latinorum patrum autoritatibus in Synodo allatis: Ephesius, ut molestiam omnem simul, & semel amoveret, omnes Latinos patres , eorumque sententias & dicta tantum non eliminat & proscribit, qui in hoc negotio, si in ullo alio insigniter tergiversatur.

P.218.l.47. *Dictum Magno Primicerio placuit.* Hic Gregorius Pœnitentiarius in antecedentibus appellatur sectionibus, in sequentibus semper Protosyncellus, seu ut nos transtulimus Mag. Primicerius, promotus ad eam dignitatem ab Imperatore, ut paulo anteà dictum, de quo vide plurima in nostrâ præfatione ad Lectorem.

In Cap. Tertium Sect. Octava.

Cantacuzenus phacrasa seu tribunus, φάκρα cohortem significat, unde φακράσης tribunus. Videndus Meursius.

In Cap. Quartum Sect. Octava.

Ab hoc capite incipit omnis nequitiarum moles dum ablegatis disceptationibus, se medijs eruendis ad pangendam unionem Imperator applicuit , & tres tantum Consiliarios adhibuit, Gregorium Primicerium, Isidorum Rossensem , & Cardi: Bessarionem, ut deinceps luculentissimè patebit.

In Cap. Quintum Sect. Octava.

P.221.l.41. Δεφένσωρ τῆς ἐκκλησίας & δεφένσωρος ἔργον τὸ δεφενδεύειν: Vocabula plane Latina: Et quando primum ex Latiali solo in Græciam immigrarunt, difficile est conjectare: Gretserus cum in Codinó legisset protostratorem δεφένσωρα τῶν κυρσεύοντων nuncupari: in eo figit vocis significationem , nec ultrà militarem disciplinam, & castra extendit: κυρσεύοντες proprie sunt equites levioris armaturæ , qui prædatum excurrunt, Latini pabulatores appellant, veteres Græci προνομεῖς , & δεφένσωρ, eorum dux est seu primipilaris : At hic ad Ecclesiastica referri quis non videt? & titulum ab Imperatore sibimetipsi vendicatum : Ut noster Henricus Octavus gloriosæ memoriæ Rex, non fuerit primus fidei defensor, cum omnem fidem ac relligionem decoxisset , ut nonnulli Anglicani nominis hostes futiliter blaterarunt: Imperatores olim Romani hoc titulo gaudebant vel re vel sensu:à quibus posteà in Constantinopolitanos transvectus est : Quare nec vera sunt, nec admittenda, quæ Gretserus in alio loco canit, commentans in Codini Cap. 20. pag. Commentariorum 276. Postquam inquit Græci à Communione sedis Apostolicæ sejuncti , omnem potestatem Ecclesiasticam in suos Imperatores transtulerunt: &c. At quomodo se à sede Apostolicâ segregarunt, qui nunquam doctrinam à Christo & Apo-

& Apostolis acceptam variarunt? quod sæpe in hac Synodo prædicant Ephesius, aliique: Aut quomodo in suos Imperatores transtulerunt, quod Imperatores sibi, à suo jure & prærogativâ principali semper retinuerunt? Papa quidem cum jugum Imperiale excussisset, solus Romæ fastigio potitus, se pro capite gessit, cum aliud caput non esset cui subjiceretur: At noster Joannes gentis suæ supremus Dominus fidei se Defensorem nuncupat, nullo à Papa mutuato jure, nec à Patriarchâ, sed à Deo qui hoc promisit Ecclesiæ suæ, ac ut legem tradidit æternam: *Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ*: quam male tamen meritus est hoc nomen noster Joannes, Ecclesiastici sui, in hoc capite, & per totam hanc historiam, Latinorum libidini fæde prostituti, & privilegia Ecclesiarum sacerdotalia domi forasque nefariè proculcata, terrarum orbi clamant.

P.223.l.50. Καὶ ὦ δέσποτα πόθεν ἔχεις. Acerbissima Oratio Imperatoris, quâ Heraclææ præsulem increpat, vel potius terribilis procella jurgij ac rixæ, quæ magis Pannuciam Baucin ut loquitur poeta, aut λεκιθόπωλιν Aristophanæam quam Romanorum Imperatorem decuisset.

P.225.l.17. Πρόεδρος τῶν ὑπερτίμων in ultimis hujus Capitis verbis, Præsidem omnium prælatorum noster appellat, Heracleensem antistitem: Sic & Meursius fere iisdem verbis, sed pluribus è Codino citatis: ὁ ἡρακλείας πρόεδρος τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἔξαρχος πάσης τῆς θράκης καὶ Μακεδονίας: quod & Crusius comprobat subscriptione Philothei Histor. Ecclesiast. pag. 191. Præ omnibus Metropolitanis totius Orientis eminuit omnino primus Heracleensis, & Patriarcham Constantinopolitanum ordine planè secutus proximo: ὑπέρτιμος peculiaris habebatur Metropolitanorum titulus, quibus omnibus viam præoccupavit, & sedem Heraclææ præsul, non minus dignitate, ac loco illustris, quam potestate & jurisdictione, & ut πρόεδρος & ut ἔξαρχος: prius vocabulum est fastigij, posterius latæ potentiæ. Omnes Metropolitani erant ὑπέρτιμοι, nonnulli etiam & ἔξαρχοι: At nemo πρόεδρος inter prælatos nisi solus Heracleensis: Cujus primatus ratio ab eodem fonte petenda venit quo sibi Romam vendicat Papa: nempe à Donatione Constantini: Severus Imperator olim Byzantium fame expugnârat, & erutum à fundamentis tradiderat in servitutem Perintho vico haud ita nobili, quæ posteà dicta est Heraclæa: Constantinus vero Magnus cum Imperij sedem transtulisset Byzantium, & Constantinopolin ab ipso nominasset, & Patriarcham multis cumulatum privilegijs in immensum culmen erexisset, quia civitas olim sub jugum missa fuit Heraclææ, voluit ut Episcopus earum partium esset Metropolitanus, & quia prior Patriarcha esse non potuit, ut subsequeretur ab eodem secundus in orbe suo Orientali: ad hunc sensum rem explicat Crusius loco citato.

In Cap. Sextum Sect. Octava.

P.225.l.46. Τὰ ἱερατικὰ αὐτοῦ ἐπιμανικὰ, προσκυνῆσαι τὸ ἐπιμανικὸν τοῦ χωρεπισκόπου: Causa à Latinis prætexebatur, quod Imperator venerari Imaginem Christi, in dextrâ Manicâ Chorepiscopi intextam, recusasset: quæ verba ut Meursius citat ex Chronico Constantinopolitano, ita ipsissima reperiuntur in primâ pag. Historiæ Turco-græcæ de Manuele Imperatore nostri Joannis patre, sacerdotem Romæ solenniter missificantem adorare renuente: Quod autem idem citat ex Chrysostomi Liturgiâ multum dubito an sub temporibus Chrysostomi istiusmodi armillas gestandi invaluerat consuetudo: Quare fictam credo istam Liturgiæ formulam, consarcinatam à quibusdam citerioris ævi Legendarijs, qui Chrysostomum nunquam viderant, uti nec Chrysostomus Liturgiam.

In Cap. Sextum Sect. Octava.

P.227.l.1.& 11. Σάβας bis in hoc paragrapho occurrit, & alibi quantum scio

vix ſemel, ſed vox eſt triumphantis cum lætitia, applaudentis,approbantis: ab σάβοι & σαβάζιος, quam affert in prima ſcena Veſparum Ariſtophanes : Et Thracicam vult eſſe ejus Scholiaſtes : de qua regione noſter hic Saccellius erat forte oriundus, dum viveret Conſtantinopoli: multa diximus ad ejus vocabuli explicationem cum iſtam Comædiam antiquiſſimi poetæ publicè interpretaremur : cujus editionem temporum ſævitia invidit, quamvis ut ingenuè fateor , in meis nugamentis parum aut nihil amiſit reſpublica literaria.

In Cap. Decimum Sect. Octavæ.

P.232.l.25. Ἦν θέων πεζὸς πρὸς λύδιον ἅρμα. Proverbium, quod hic uſurpatur in diminutionem Imperatoriæ eloquentiæ, cum Julianæâ collatæ : At illud Pindari contrarium ſonat, παρὰ λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνεύων , qui pedum velocitate currum Lydium exæquat: Ita & hoc , & alia multa proverbia contrarios ſenſus induunt, pro perſonarum ratione, & occaſionum quibus applicantur.

Julianus in hoc Capite continuandis diſputationibus ſtrenuè patrocinatur , nec cauſæ veritati, nec ſuæ virtuti diffidens , inſignis vir , & Latinorum fortiſſimus Promachus: Imperator è contrà interrumpendas eſſe contendit , abductus in ſecretiora, dicturus eram nequiora conſilia , & tandem ſucceſſit, quod Imperator voluit.

In Cap. Vndecimum Sect. Octavæ.

Imperator in hoc capite conſilium infame ac tetrum comminiſcitur,Generalem Synodum contrahendi in conclave Papæ: quæ non modo hujus, ſed aliarum omnium forſan ſola extitit atque unica corruptela : Sed an hæc cum vulgatis Binnij Concilijs conſentiant, videndum.

In Cap. Duodecimum Sect. Octavæ.

P.235.l.3. Ἄνδε πρὸς το κέρδος ἀποβλέψωμεν. En Vænalem relligionem , & in atrijs auctionarijs ſub haſtâ propoſitam : Ut laboranti patriæ triremes aliquot in ſubſidium è manibus Papæ proliceret, dogma ſuæ relligionis antiquiſſimum , & ſuæ gentis diſcretivum, exhibet promercale: O præclarum Patriarcham ! Petebant olim Arriani unicam tantum litterulam , in mediam vocem inſerendi veniam , in reliquis omnibus cum Orthodoxis conſenſuri: ut Chriſtum ὁμοιούσιον profiterentur, non ὁμοούσιον, conſimilis ſubſtantiæ , non ejuſdem cum patre: quanquam eorum nonnulli, fædiſſimi porci, ac latrinæ impietatum , omne ſimile & omne idem cum patre, Chriſto abjudicarent, unde ἀνόμοιοι ſunt appellati : At illam intrudendi ἰῶτα facultatem, nunquam poterant ab Athanaſio extorquere : Etiamſi centum quinquaginta Synodis poſt Nicænam conflandis, tot vehiculorum , jumentorumque poplites ſuccidiſſent. Retinenda ſunt minima fidei ac relligionis puncta & apices , ad ſpiritum extremum: Ut ille generoſus Athenienſis, cui cùm ambæ manus eſſent præciſæ, dentibus navem cohibuit in portu , & caput etiam amputandum obtulit: Et certe neſcio an magis laudanda ſit, an vituperanda in hac re Romana Eccleſia: quod ſemel promulgant, nunquam dimittunt: ſit fas , ſit nefas, ſit contrà Dei, hominumque leges ac impendia, perinde eſt illi pertinaciſſime fovent , & ſe à relligione hoc facere prætendunt. Quod ſi noſter Joannes Palæologus, Patriarcha Joſephus, cæterique Græculi papaverum capita & cucurbitarum,tempeſtive præſagijſſent, nunquam cum ſuis mercimonijs , tanquam circumforanei Agyrtæ in Italiam properaſſent, ad eos homines, qui cuncta pretio emercari ſolent , nulla venundare.

In Cap. Decimum quintum Sect. Octavæ.

P.239.l.11. *Quod Nicænus declinavit.* Quam inconstans sibi Nicænus deprehenditur? autor fuit in Conclavi Papæ, ut ex sola istius Epistolæ approbatione unio procuraretur, nunc ut imperfectam repudiat, in illo ipso articulo, in quo firmandam unionem suasit.

In Cap. Decimum sextum Sect. Octavæ.

P.240.l.30. *At inquit Nicænus &c.* Discursus elegans inter Nicænum, & nostrum autorem, quanti æstimari debeant concessiones, ac suffragia hominum pro tribulibus delegatorum, qui causas tantum proponere, maturare, digerere, referre possunt, non etiam determinare, ac definire, absque universorum consensu: Secius fit apud nos, in trium ordinum senatu primario: ubi de omnium hominum capitibus & fortunis libere pronuntiant majori cum autoritate, & arbitrio, quam illi quorum personas repræsentant, dare, aut ipsi capere queant: Sed hæc omnia sunt novæ tyrannidis à populo inchoatæ vestigia ac fomenta, ab ambitiosissimæ arrogantiæ civibus primum usurpata, & indies aucta.

P.241.l.3. *In hoc semper fundo constiti*: Locus luculentus ad exprimendam Ephesij mentem, omniumque verè Græcorum: Violatam communem fidei Christianæ tesseram, adjectâ voce ad Symbolum *Filioque*: illam additionem necessario eluendam esse, quæ symbolum polluebat, priusquam unio conciliaretur: quod fieri non posse credebant, nisi ipsâ Opinione de processu Spiritus Sancti non modo collabefactâ, sed penitus abrenuntiatâ, quam in illa additione fundatam, & non in dogmate Ecclesiæ universalis prædicabant. Sed de hoc additamento aliquam multa diximus in præfatione ad Lectorem.

P.241.l.40.&c. *Cujus autor Beccus.* De Becco Gregoras lib.4. multa, & de Michaele Palæologo qui eundem constituit Patriarcham in locum Josephi primi, & à Græco in Latinum commutavit: Et certe quam opinionem de Becco omnes Græci foverint, ex hoc loco autoris nostri facile est conjicere, quamvis Gregoras Beccum multis laudibus extollat, ejusdem forte opinionis assertor: Adeo dolendum est nostrum Rossensem, potiori autoritate destitutum, ad Becci scrinia confugere voluisse, pro articulis Fidei Græcorum efformandis, quem omnes agnoscunt à Græcis ad Latinos transfugam: Scripsit autem Beccus de Spiritus Sancti processione commentarium pro Latinis contrà Græcos, è quo forsan Rossensis paucula quæ hic habentur desumpsit: Beccum post annos quinquaginta quam scripserat Gregorius Palamas Episcopus Thessalonicensis confutavit, Palamam Bessario noster, quæ Romæ à Petro Arcudio sunt publicata, sub titulo, Opuscula aurea Theologica.

In Cap. Primum Sect. Nonæ.

Cujus in initio tres Crucigeri suffragandi facultate privantur, quod eandem tam liberè contra Imperatoris mentem licet justè usurpaverint, M. Scriniarius, noster autor & Protecdicus: Sic progreditur ut occæperat suorum præstantissimorum civium libertatem accidere, privilegia attenuare, immanissimus tyrannus.

In Cap. Primum Sect. Nonæ.

P.251.l.5. Τὸ ψυχικὸν τȣ̃ πάπα: Vox barbara τὸ ψυχικὸν, inter vulgaris linguæ dictiones à Crusio enumerata, Turco-græcæ p.208. sed à primigeniâ deducta τῆς ψυχῆς, in utroque sensu tam animæ dantis quam recipientis: Eleemosyna enim est animæ recipientis in solaminis incrementum, dantis in meritorum & repensationis divinæ: Nimis tamen hic insolenter usurpatur à Cardinale Condelmerio: Sed neque primùm hic exorbitavit procax linguæ Camerarius, inferre probra & jocos nimium doctus, qui sæpe redeunt in projicientium damna: Nam ante aliquot annos, cum Nicolaus Picenninus agrum Romanum infestis armis occuparet, & crebræ querimoniæ de abactis prædis ad Eugenium Papam deferrentur (utar ipsius Platinæ verbis in vitâ Eugenij) Pontifex tum temporis consilij expers, & bonæ valetudinis ad nepotem Franciscum Camerarium remittebat, qui otio & voluptatibus diffluens, nil aliud respondebat, quam eos nimiam spem in pecoribus collocare, Venetos sine gregibus & jumentis longe urbaniorem vitam ducere: Hæc mordax nepotis cavilla, Papæ caro stetit: fugâ, sub habitu ementito, & monastico cucullo, & decennali absentiâ, à primariâ sede Petri, Româ. Propudiosa & infamis res est in Magnate subsannandi intemperans libido, & à quovis principe præ omnibus alijs vitijs quam maximè detestanda.

Ibid.l.14. Καὶ σαȣλὰν, ἤτοι ἀγχόνην δεῖν: De Saula barbarâ voce Christophori in contumelia, qua Ephesium perspersit, non est nimis anxiè laborandum, cum noster autor optimus dictionum suarum glossographus per ἀγχόνην interpretatur, quam non Marci Ephesij similibus, sed Christofori paribus Sycophantis, æternum comprecabor salarium & ἀντάλλαγμα.

In Cap. Tertium Sect. Nonæ.

In hujus Cap. initio usque ad finem autoris nostri sententia ab ipsius ore depingitur de fide Latinis scriptoribus adhibenda, qua nullus in toto Codice reperitur ad istiusmodi propositum discursus, aut opportunior, aut doctior, aut verior.

P.253.l.12. Euthymius dicitur de Chrysostomicorum synceritate sæpe dubitasse: Sed an hic Patriarcha fuerit Zigabenus ille scripturarum expositor,& in Chrysostomi libris tam benè versatus, dubitari potest: Zigabenum Sextus Senensis figit sub Alexio ad annum 1180. Euthymium Patriarcham Baronius sub Leone ad ann. 900. aut circiter.

In Caput Quartum Sect. Nonæ.

P.254.l.15. Τῶν προλαβȣσῶν ζ οἰκȣμενικῶν: Septem tantum Oecumenicas numerat Joannes Imperator, quibus hanc ut Octavam successisse autumat, abrogatâ quam appellant Latini Octavam contra Photium, ut Marcus etiam Ephesius disputat Concilij Florentini Sessione sexta, de cujus abrogatione, & duarum aliarum Photianis sub temporibus nonnulla scripsimus in Prolegomenis ad Lectorem, sed an nostra hæc in Latinorum abrogatæ locum substituenda veniat, nec scire, nec affirmare multum interesse unquam existimavi, modo inter Oecumenicas numeretur, quod nemo inficias eat.

Ibidem l.43. Ἐλευθέρωσε τȣ̃ λέγειν: Quanta fuit hæc injuria nostrum cum Crucigeris suæ partis, qui non minus liberam suffragationem in Synodis obtinebant, quam ipse Patriarcha cui erant à secretioribus nunc ea facultate fraudari? quemadmodum & anteà in conventu superiori: Et tamen ad postremam subscriptionem cogi, cui nunquam consenserant, ut liquet ex Binnianis: Cujus eos posteà quam maximè pænituit, nosterque intimè deplorat per totum qui sequitur hujus historiæ contextum:

P.255.

P.255.l.20. Τῆς ἐν τῷ λουγδούνῳ συςάσης ἑνώσεως : In Lugdunensi secundâ, quæ fuit ordine 14. Generalium, sub Gregorio Decimo, & Michaele Palæologo, cujus Legati Lugdunum appulerunt, ut nos in præfatione diximus : Contrà istam unionem & transfugam Beccum Tomus iste detonuit, qui utinam nunc extaret : Sed frustrà à nobis desideratur, qui nisi raro Græcorum manibus teri consuevit, tum cum extaret, ut noster hic testatur autor.

In Cap. Sextum Sect. Nonæ.

P.257.l.6. Θεόδωρον τὸν ςουδίτην. Haud scio an ad historiam Theodori Studitæ noster Ephesius alludit, sed arbitror, quæ sic se habet : Theodorus ac Plato duo nobiles Studitæ, à Communione Tarasij Patriarchæ, ejusque successore Nicephoro, recesserant, ob duplicem in utrumque causam : Primo quod Tarasius cuidam Josepho Abbati, qui junxerat in matrimonium, Constantinum Irenes filium, cum Theodotâ Cubiculariâ connivisset, veritus ne libidine efferatus juvenis Imperator Idolorum cultum restitueret, quod ille minabatur : Ac deinde eundem Josephum Tarasij successor Nicephorus ad Communionem adhibuisset : Secundo quod ex Laicis utrique facti essent Patriarchæ : Quibus de causis Theodorus cum collegâ Platone, ejusque & fratre, alio Josepho Thessalonices Episcopo relegati sunt anno 809 per Imperatorem Michaelem Curopalatem, cui cognomen erat Rencabe : ut refert Theophanes, cujus historia desinit post quadriennium, anno nempe 813 cum istius Imperatoris infælici exitu, & haud multo fæliciori principatus exordio Leonis Armenij: Sed Theodoro relegato aliquis præfectus potuit polliceri, si ad Patriarchæ Communionem redire vellet, fore ut non modo ad libertatem, sed ad locum inter Studitas revocaretur : Et licet haud multum posteà eodem anno id factum contigit, per eundem Michaelem triennio antequam imperium abdicasset, Theodorus tamen Præfecto tum respondere maluit, prout hic habetur in textu, de capite auferendo, ut se insigne exemplum constantiæ præberet.

In Caput Septimum Sect: Nonæ.

P.258.l.41. *Sed fraudulenter, & malâ fide:* si Græci ut hic Nicænus corrumpere patres Græcos poterant in gratiam Latinorum, quanto magis Latini in gratiam suam : Et sane hunc Epiphanium de processione Spiritus Sancti, tot diserta testimonia perhibuisse asserit Petavius Lib.7. de Trinitate Cap.3. ut nemo dilucidius patrum Latinorum locutus fuerit : Et tamen Exercitatorem quendam agnoscit Petavius, qui in notis ad Corinth. Epiphanium de illâ σχέσει ne cogitasse quidem autumaverit, sed ex solo patre procedentem cum suis Græcis dixisse : Nempe alio modo Epiphanium legerat Petavius, alio exercitator: Et multa in Epiphanio interpolari potuisse hinc judicet lector.

P.259.l.40. Frustra quæritur quis hic σηλυβρίας χορεπίσκοπος, fuerit Nicæno notus & nemini forsan prætereà. Nec minus obscura est hominis patria: cujus nudam simplicemque mentionem facit Strabo semel tantum : Eamque in Illyria collocatam Selym proprie vocat, cum adjectione τῆς βρίας in fine, quæ oppidum in linguâ Thracicâ significat : ut illic Strabo aliquot exemplis probat : Mesembria, Menebria, Selybria vel Selymbria, Poltiobria. Certe si Strabonis sub ævo urbs ea steterit, nunc per mille incursiones Barbarorum, & nomen amisit & entitatem : Et Linguam Thracicam ab omnibus puræ Græcæ dialectis discrepare, per aliquot voces in hac historiâ didicimus.

In Cap. Octavum Sect. Nonæ.

Per totum hoc caput, maxima impietas, summa nequitia tam Imperatoris quam

Patriarchæ, & Romaniſſimi Iſidori Ruſſiæ, in pervertendis Epiſcoporum ſuffragijs detegitur.

P.260.l.22. Καὶ καθήρωμεν αὐτοὺς, ſæpe ſæpius noſter truculentus traditor Cromwellius in ordinibus Parlamentarijs vel eximendis ut res erat, vel expurgandis, ut ipſe cum noſtro loquebatur, ad imminuendum adverſantium ſibi numerum hoc commentum uſurpavit.

P.261.l.44. Ἐξ ἀμφοῖν, idem hic quod Epiphanius in Ancorato παρ' ἀμφοτέρων ſi credimus publicanti Petavio: ſed tum nullus in verbis Melenicij jocus, nec quid deriſione dignum: quare hunc ſenſum eliciendum arbitror; quaſi Roſſenſi non rite intellecto, Melenicius profiteretur Spiritum Sanctum ab utroque procedere, & tamen non à Filio, ab utroque nec diſtinctè, nec conjunctè, ſed confusè; ut olim abſurdiſſimus hæreticorum Sabellicus. Sed alterum Dramæi ſuffragium, jocus eſt toto theatro exſibilandus.

In Cap. Nonum Sect. Nona.

P.102.l.32. In Patriarchæ ſuffragio inſignis eſt λογομαχία: Nam ſi unum idemque ſonant A & Per, quid opus eſt utrumque uſurpari, in tanti momenti articulo? Et ſi patrem & filium unum idemque principium ac cauſam volunt exiſtere, quid ita hærent in præpoſitionum duplicitate? Cur iſta unitas unitate vocis non exprimeretur? Quanquam enim ἐκ & διὰ cum genitivo idem omnino ſignificent, vel D. Baſilio teſtante, in lib. de Spiritu Sancto, Cap. ſecundo, tamen in ipsâ vocum diverſitate, ut ut idem ad omnia ſignificantium, ineſt diſcrepantia quædam conſentiendi cum Latinis, identitatem omnino vetans & amovens: & ab ipſa contentione diſcrimen averſante, diſcrimen vel maximum enaſcitur.

P.263.l.37. Ὅτι εἰσιν ἀχειροτόνητοι: Ergo nulli in Concilijs ſuffragandi jure potiebantur, præter χειροτονουμένους i. ſacris ordinibus donatos: non quod omnes iiſdem donati hoc privilegium ſibi vendicarent: quemadmodum in Synodo Baſileenſi huic noſtræ Florentinæ, coætaneâ & corrivali, cum Epiſcoporum paucitate laborarent, ingentem presbyterorum multitudinem invexerunt, contrà omnem omnium Conciliorum conſuetudinem, ut non Epiſcoporum, ſed presbyterorum Synodus diceretur: Et non dubium ſit, quin noſtra Florentina ſit illa Generalis multis paraſangis Baſileenſi anteferenda. Verum præterquam ſolis Epiſcopis primum, & poſteà Abbatibus conſecratis, hoc jus à primâ Conciliorum inſtitutione, nullis mortalium ex uſu Eccleſiaſtico debebatur: At quibus primum initiis ſacrarum ædium præfecti hanc jurisdictionem nacti ſunt Epiſcopis æquam, non eſt curioſè nimis inquirendum: uti nec quo pacto hi Græci Hegumeni eadem nunc exuti ſunt per Imperatorem ſimul & Patriarcham, quos per omnes vias, & conatus injuſtiſſimos, ſycophanticos, clancularios, tyrannicos, penetraſſe ad ſuos fines ſatis abunde liquet ex hac hiſtoriâ. Notandum eſt autem χειροτονεῖν vocem eſſe ambiguam, & aliquando ſumi pro ipſa electione, vel deſignatione hominis ad ſacra munia, ſed multo ſæpius ad ordinationem, initiationem in ſacris & inaugurationem referri: Unde Zonaras in prima verba Canonum Apoſtolicorum ſubtiliter obſervat: Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι, λαχόντος τελεσιουργία, πάλαι δὲ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο. Nunc Chirotonia appellatur quando conſecratur, is qui ad ſacros ordines inſtituendus deſignatur: Eo quod Epiſcopus manum extendat dum conſecrato benedicit, olim ipſa electio Chirotonia cluebat.

In Cap. Decimum Sect. Nonæ.

P.264.l.22. Μεχρὶ καὶ τῶν ῥουχαρείων· τὰ ῥοῦχα. Simon Portius exponit omnem ſupel-

ſupellectilem, alio vocabulo κατζίβελα, πάντα τὸν ἐπίπλουν: at το ῥοῦχον tunica, pallium, vel quodvis veſtimentum laxius, & corpori minus affibulatum: τὸ ῥουχαρεῖον iſtiuſmodi veſtium repoſitorium: Synodus Florentina edita, ἐν τῷ ῥουχαρείῳ τοῦ βασιλέως: & ο ῥουχαρεῦς, qui veſtibus illic recondendis præficiebatur Πρωτοβεστιάριος λαμβάνων ἀπὸ τῶν τοῦ ῥουχαρείου ὑπηρετῶν, & hic μέχρι τῶν ῥουχαρίων de hominibus intelligendum, non de repoſitorijs. Meurſius utrumque locum citat, ſed indiſtinctè: ſic quæ ſequitur vox: κουβούκλιον Cubiculum, κουβουκλίσιος, cui mundandi Cubiculi cura incumbit: Uterque & ῥουχαρεῦς, & κουβουκλίσιος infimi cuſtodum vel præfectorum, quales Conſtantinopolitanâ in aulâ multi titulis turgidi, re inanes ac ſupervacui: ad quæ loca ſeu munia vernarum ſæpe viliſſimi atque abjectiſſimi admittebantur: ut hic Cretenſem quendam hoc munere fungi noſter autor non tam ingemiſcit, quam in dandi ſuffragij prærogativa ſibi præferri, cui ex conſuetudine Eccleſiaſtica, par erat jus, ſi non ſuperius, Archiepiſcopis ac Metropolitanis.

Tria ſequuntur in hoc capite notatu digna, Imperatoris ſuffragium, Infallibilitas Eccleſiæ Catholicæ, & lepidum canis venatici ingenium occinentis ad Imperatoris ἐνδόσιμον.

In Cap. Duodecimum Sect. Nonæ.

Inſigne caput de duobus Legatis Iberorum, ne ſubſcriberent unioni, in fugam ſe conjicientibus: continetque alterius colloquium cum Papa de Pontificis primatu, & ſententiam de Ariſtotele non uſurpando in concionibus ſacris.

In Cap. Decimum tertium Sect. Nonæ.

P. 271. l. 12. Παπαδοῦρα Papæ diminitivi & ὑποκοριστικοὶ ſed in malum ſenſum.

In Cap. Decimum quartum Sect. Nonæ.

Reſponſum Autoris noſtri conſenſum abnuentis, ejuſque ſuper ea re cum Patriarcha peracrem diſputationem continet hoc caput.

De Epiphanio locus eſt aliquanto obſcurior, niſi quis verbis animum advertat: ſed ſenſus eſt: Epiphanium in aſſenſu cum Latinis de proceſſione Spiritus Sancti tam manifeſtum eſſe, & diſtinctum præ cæteris Græcis patribus, ut de omnibus magis liceat dubitari quam de Epiphanio: nec ipſe Patriarcha, aut quilibet alter, eo uſque in ea opinione procedere cupiebat aut poterat quo Epiphanius.

In Cap. Decimum quintum Sect. Nonæ.

Caput facetum & joculare, in quo autorem noſtrum abſurdiſſimus Primicerius nequitiarum omnium & nugarum futilium opifex deludit, ut diſputaturientem retro ageret, ac averteret: non multum vero abludit ab illa ſcena Ariſtophanis, in qua toties repetit ληκύθιον ἀπώλεσε.

In Cap. Primum Sect. Decimæ.

P. 278. l. 9. 10. Μηδὲν εἰδυίας τῆς ἡμετέρας συνόδου: Quatuor graviſſima capita, nempe de Additamento, de Sacramentali fermento, de Purgatorio, & primatu Papæ in privatis colloquiis inter Imperatorem & Cardinales confirmantur, tota Græcorum Synodo quid ageretur neſciente: Et bone Deus quam pauca in ipſa generali Synodo legittimè ſunt ventilata vel dirempta! & quantum hæc à Binnianis diſcrepant!

In Cap. Tertium Sect. Decimæ.

P. 271. l. 30. Εἰ ποιήσει τὶ παρείσακτον ὁ πατριάρχης ἢ ὁ βασιλεύς: Non eſt mirandum,

dum, ſi hic noſter Joannes Palæologus infremuerit, nutante adeo Imperatoriæ prærogativæ culmine, & periculoſiſſimam ruinam trahente: Nam ultimam Appellationem deferri ad Papam, & Zonaras concedit & Balſamon, alter in Sardicenſe Concilium ſcribens, in Antiochenum alter: ſed ſub duplici conditione: primo, ut ſit hominum ejuſdem ordinis ac facultatis, Epiſcoporum ad Papam, tanquam ad primarium Epiſcopum. Secundo, ut ſit tantum Epiſcoporum ſub papali juriſdictione, ut aperte Zonaras Canonem quintum iſtius Concilij interpretatur: Cæteri Patriarchæ ſuis gaudebant privilegijs æquè ac Pontifex Romanus: Vel ſi ab uno Patriarcha alium liceret appellare, ab inferiori ſuperiorem, ut videtur etiam Balſamon aliquo modo aſtruere, tamen id ſemper cautum erat ut libertas appellandi in orbe ſuo ſiſtatur: Et cum Orientalis Eccleſia contradiviſa ſteterit Occidentali, ab Hieroſolymitano Antiochenum, ab illo Alexandrinum, ab Alexandrino Conſtantinopolitanum fas & ſolitum erat appellare: Sed non à Conſtantinopolitano Romanum: quia hoc fuiſſet in alium orbem ac ditionem exerrare: Vel ſi etiam Romanum, Papa in Epiſcopos tantum, ſed jus non habuit, quale hic ſibi arrogat, ad rationem reddendam, Imperatorem cogendi: hoc enim fuiſſet, non in alium orbem aut juriſdictionem excurrere, ſed in alium ordinem & præeminentiam: Ipſe Patriarcha Imperatori ὑπεύθυνος à Balſamone pronuntiatur, qui & ipſe fuit Patriarcha: Et proculdubio quamdiu Romanos Papas Romæ, Romani Imperatores dederunt, eadem ratio obtinuit Romæ: Noſtri in Angliâ Epiſcopi quotieſcunque Monarchis noſtris iraſcerentur, ad Papas illico quærimonias deferebant, quam conſuetudinem, ſibi ingratam, ſuæque autoritati iniquam noſtri reges de die in diem paulatim ad omnes arreptas occaſiones attriverunt: At nunc Cacodæmones Puritani, & Cromwelliſtæ, utrumque ordinem, Eccleſiaſticum & civilem ſic in nihilum redegerunt, ut nobis nec ſacerdos nunc relinquatur, qui appellet, nec Rex qui appelletur.

In Cap. Quartum Sect. Decimæ.

Hoc caput monſtrat ingentem paupertatem, ſordes, & avaritiam nonnullorum Græcorum, unde natum proverbium φλωρία ἔλαβεν, καὶ ὑπέγραφον, quod noſter autor explicat, & à ſuis culpam amovet.

In Cap. Quintum Sect. Decimæ.

Caput 5. tria complectitur: ut Epheſius fulmen papale metuens, ad Imperatoris patrocinium confugit, mediante Deſpotâ: An ἀφορισμὸς & ἀνάθεμα, definitioni ſint inferenda. Et inſignem ſimultatem inter Roſſenſem & Primicerium.

In Cap. Sextum Sect. Decimæ.

Quintus Julij Definitioni ſubſcribendæ indictus: & noſter autor oſtendit prolixo diſcurſu per totum fere caput, quam difficulter ipſe, & ſui commilitones ejuſdem ordinis, à Laſcari Philanthropino permoti ſubſcripſerint.

P.287.l.31. Φορέσητε αὔριον, καὶ εἰς τὴν ἕνωσιν: Φορεῖν verbum naturæ mediæ inter recentem & veterem linguam, ſignificationem obtinet omnino recentem: Proprie & in ſenſu laxiori nil aliud ſonat, quam adeſſe, & ea afferre, quæ rei cuilibet adminiſtrandæ conveniunt: ut hic, jubenter adeſſe, in habitu ad dignitatem proprio, & ſuâ præſentiâ inter reliquos, unionis celebritatem cohoneſtare: Vel in pompâ ſolenni perſonam gerere, per peculiaria indumenta, faſtigij ſui ſignificativam: Ad ſacra ſi referatur, ſignificat ad altare accedere veſtitum quibus decet ſacris ornamentis, ut capis, ſuperpellicijs &c. forſan & elementa ad ſacram menſam afferre, ſacerdoti ſacrificanti aſſiſtere, cum animo ad ea quæ ſacerdos dicit aut præſtat conſentiente: φορὰ, προσφορὰ, συμφορὰ idem nunc quod olim προσκομιδή: Honorius qui

qui vixit ad an.1120. presbyter,& ſcripſit ut vere Monachus,narrans unde primùm verba conſecrandi, ſecreto, & ſub linguâ miſſificantis immurmurarentur, fabulam affert paſtorum quorundam in agro , qui verbis Sacramenti prolatis panem & vinum, in veram carnem & ſanguinem mutaverint, miſereque perierint: & hæc inter cætera exhibet: Poſteà ſynodi decreto ſub Anathemate præceptum fuit, ut nullus Canonem dicat, niſi è libro, & in ſacris veſtibus : i. εἰ μὴ φορεσάμενος: Sed hæc petenda non ſunt ex vocabulariis aut recentiorum commentariis: Quid ſit φορέσαι ex hoc uno Capite autoris noſtri magis apprehenditur, quam ex omnibus Lexicographis, qui de linguâ Græcâ ſcripſerunt à mundo condito.

P.288.l.38. Οὐ κατέπεισαν ἀλλὰ κατεπάτησαν , ludit noſter autor in affectatâ Paronomaſiâ , quam ut potuimus exprimere conati ſumus per aliam non minus abſurdam permunxiſſe, & permulſiſſe.

In fine Capitis, Magnus Scriniarius Balſamon συνέθετο ὑπογράψαι μονον οὐ μὴν δε φορέσαι: autor noſter φορέσαι οὐχ ὑπογράψαι: quod ille ſubſcriptionem minus malum exiſtimaret, hic præſentiam & ſolennitatis condecorationem. Ut vero ambo utrumque præſtiterint, in capite ſequenti oſtenditur.

In Cap. Octavum Sect. Decimæ.

P.292.l.47. Ἔχομεν καὶ εἰς τὴν φακὴν στίχον: proverbium odioſum, quaſi Epiſcopum non pluris quam unius lenticulæ leguminis omnium viliſſimi æſtimaret: Omnia ab hac voce derivata proverbia contemptum inducunt : propter grani contemptibilitatem: Lente nihil deſpicabilius: μύρον ἐπὶ φακῆν , balſamum odoratum in lentem effundere, de ſordidè prodigo, & eo qui vaſtas effundit impenſas , in res putidas nulliuſque momenti: φακὴν κόπτειν , qui operam ludit ſuperfluam & inanem: & eis φακῆν στίχον cohortem alere, pro una lente demetenda: Et in alio ſenſu forſan ſed remotiori non abludit à Latino, fefellit ridica vitem.

P.294.l.8. Ἱερουργίαν ἣν ὅτε μέγας Βασίλειος &c. Ergo diverſus eſt Canon tam D. Baſilij, quam D. Chryſoſtomi à Canone Romano, ut noſter hic autor & omnes viri cordati ſentiunt; diverſum etiam Græcorum Sacramentum à Pontificio, vel in duobus ex hoc loco patet : primo Græci de Tranſſubſtantiatione nunquam cogitarunt ne per inſomnia quidem : operati ſemper Sacramentum in pane vulgari ac fermentato: Nec ipſi Pontificij altius rem intellexerunt, ante Idololatricum ἄζυμον: Hoſtia ſine fermento primitus Tranſſubſtantiationem peperit, & illa hoſtiam ſtabilivit: *Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me:* Hæc eſt nuda, ſimplexque veritas, licet Bellarminus in contrarium volvat, ut olim Gigantes Pelion in Oſſam, rationes & argumenta ultrà cacumina montium in Lunâ: Secundo non à verbis Dominicis cujuſcunque ore prolatis vis conſecrandi pendet, aliter paſtores ovium poſſent eſſe paſtores animarum, ſed à ſacerdote ſolo, verba Dominica cum Oratione ſupplice & votis pronuntiante: Sacerdos miniſtrat, ſacerdos conſecrat, nullus ſacerdos, nullum Sacramentum: notabilis locus.

In Cap. Decimum Sect. Decimæ.

Continet hoc caput ut definitione ſubſcriptâ Papa ſacris ſolenniter operabatur: ut ſacramentum ſumpſit, & è calice ſacro vinum hauſit per tubum : in quo capite aliquot nomina veniunt interpretanda, primum.

P.296.l.28. Ἔδωκαν αὐτῷ δύω μεγάλα χέρνιβα: χέρνιψ propriè aquam ſignificat, qua manus abluuntur, τὸ χέρνιβον ſeu χερνίβιον vas in quo lavantur: malluvium pro manibus, pelluvium pro pedibus: Græci utrumque unâ voce complectuntur, χέρνιβον, nec habent aliam reor, Latinis raro in multiplicatis vocibus anguſtiores, quanquam Lycophron ipſum vas, & non aquam χέρνιβα appellet, de quo conſulendus Tzetzes; Sed mirum eſt noſtrum hic mentionem non facere gutturnij, ſed duorum

malluviorum, quod est minus his temporibus usitatum, cum προχοΐδος sit longe antiquior usus in Xenophontis Cyrop. 8.

P.297.l.2. Μετὰ καυστρίου εἰς σχῆμα ἀκατίου: quemadmodum hic noster thuribulum ἀκατίῳ προσεμφερὲς describit, ita Eustathius ipsum ἀκάτιον φιάλῃ πλοιοειδεῖ, quam forsan propria voce κονδὺ vocant: unde Veneti suum Gundelo derivant.

In Cap. Duodecimum Sect. Decimæ.

In hoc capite tria postulat ab Imperatore Papa. Ephesium judicari, Divortia Reformari, Patriarcham inaugurari, quorum duobus negando respondet Imperator.

P.299.l.26. Ὑμεῖς δ' ἀδεῶς διαζεύγνυτε: eleganter nam διαζύγιον proprie divortium sonat, jugi maritalis divulsio, distractio: quamvis Balsamon in Phot. Nom. titul. de Laicis cap. 30. illud διαζύγιον solummodo ad sponsos raptat, ante peracta matrimonij solennia: & διέσιον de divortio junctorum matrimonio usurpare mavult: Sed mirabilis est quintus Canon Apostolicus Ἐπίσκοπος &c. Ergo Episcopis licitum fuit matrimonium, licitum etiam & divortium, cum justa ratio emergeret, quâ de re consulendus Zonaras.

In Cap. Decimum quartum Sect. Decimæ.

Petunt in hoc capite Græci ut suæ Ecclesiæ liberarentur ab Episcopis autoritate Papæ sibi superinductis: Et sane maxima tyrannis est ac usurpatio, vel Episcopos multiplicare in unam, eandemque sedem, vel unum Episcopum in sedem indebitam & alienæ subjectam jurisdictioni inaugurare: Utrumque turpissima Canonum cassatio: Sed Romani dicunt, Patriarchis singulis suas deberi ditiones ac territoria, in universum orbem Papæ Romani jurisdictionem extendi: quia Sextus Canon Nicænus nullos fines Papæ assignat, à quo primum incepisset si ullos assignare aut voluisset aut debuisset: quia primus est in orbe Christiano Patriarcha: Sed quam facile est hoc argumentum proterere: Græci patres in Nicænâ Synodo sua procurantes, Papam suis consiliis dimiserunt, quem norunt sedulum satis & satagentem, in suis immunitatibus vindicandis: quod optime his verbis exprimunt: τὸ συνηθὲς τοῦ τῆς ῥώμης Ἐπισκόπου: ac si dixissent: Nos hic orbem Orientalem in Diæceses distribuamus, & orbi suo Pontificem Romanum relinquamus, cui assuetum est sua minimè negligere privilegia.

In Cap. Decimum sextum Sect. Decimæ.

Caput hoc 16. agit de Patriarcha substituendo in locum Josephi demortui: & totum negotium est vortex nequitiarum. Papa ne cogeretur, Gregorium primicerium optimè de se meritum pileo donare Cardinalitio, (cum binos anteà donaverit Isidorum Rossensem, & Nicænum Bessarionem,) eum Imperatori tacitè commendat, in futurum Patriarcham: Gregorius quamvis ambitiosè prensaret, suis tamen diffidens viribus, cum in Synodo Græcorum Isidori Rossensis clientes prævalere, & numero & autoritate animadverteret, ne Isidorus potiretur quem cane pejus & angue oderat, Imperatori hic consulit ut nullus potiretur: Et omnes in unâ spei frustratæ rotâ circumvolvuntur, nullusque voti compos evasit: Papæ non satis fit: Imperator qui rem differre constituebat, ad matrem sive ab affectu filij in parentem, sive ut tum tempora requirebant imperio Græcorum misere attrito, ut munera acciperent, dantibus forsan graviora, quam Mahometica postmodum Peschesia: rediit quidem, sed ad matrem nunquam detulit, ut patet in hujus historiæ fine. Gregorij Consilium seu ad supplantandum rivalem, seu seipsum promovendum, nihil profecit, cum Imperator ex se ea præstare anteà decreverit: Sed quid his dicent Annalistæ & Synodorum scriptores, qui hunc Gregorium suffectum prædicant in Patriarcham? qui error ab uno in alium sic repsit, ut factus sit Latinorum Universalis: de quo vide nostra ad Lectorem prolegomena.

In

In Cap. Decimum octavum Sect. Decima.

Noſtri autoris acerrimum judicium, ſive cenſuram ſuper totam materiem tam Definitionis quam Unionis, totum hoc caput complectitur.

P.307.l.27. Ἐκ τῆς ἀγκλιτέρας: Itali Inghilterra dicunt, cum I in initio: Sic & poſteriores Græci ἰγκλίνως & ἰγκλινιςὶ λαλεῖν, vel ἐγκλίνως & ἐγκλινιςὶ, quod Paulo Jovio magis convenire aſſerit Meurſius ab Hengiſto Saxonum duce Etymon derivanti: In quo Meurſius fallitur, & P. Jovium mentitur multifariè peccans: Nec enim Angliam ab Hengiſto duce, ſed ab Hengiſti patriâ Angliâ Saxoniæ provinciâ deducit Jovius: Nec eſt illud Chronicon quod citat Meurſius, P. Jovij, ſed noſtratis Gulielmi Lilij: πολυχρονίζυσιν οἱ βαράγγοι, κατὰ τὴν πάτριον γλῶτ]αν, ἤγυν ἐγκλινιςὶ vel ἰγκλινιςὶ, Codinus de Barangis Anglis verba faciens, quos diu in principali ſatellitio Imperatoris Conſtantinopolitani viguiſſe aſſerunt quamplurimi ſcriptores Byzantini: eorumque præfectum ἀκόλυθον dici, quod proximus Imperatoris perſonam ſubſequeretur: quale munus Scoti mei conterranei apud Regem Galliæ obtinent: Quinam autem hi fuerint Legati, quibus Philippus Diaconus cum ſuis occurrêre, fruſtra erit operoſius inquirere: aut quid Rex noſter Henricus ſextus, in cujus tempora utriuſque Synodi, Baſileenſis ac Florentinæ celebratio inciderit, à Papa poſtularit: forte poterat Rex Henrico V. patre pientior, & ſuperſtitioſior, ſed bello minus clarus, legatos eo demandare ut Papæ fidem, opemque ſuam promitteret, ſi quid inexpectatum ingrueret, à refractariis Baſileenſibus, qui ſe tardius in iter conjicientes, hoc proverbium implevere, μετὰ πόλεμον συμμαχία.

In Cap. Primum Sect. Vndecimæ.

P.313.l.36. Ἑορτῆς τῆς κοιμήσεως: Ergo fuit hic dies 15. Auguſti, quo tam Romana quam Orientalis Eccleſia hunc feſtum celebrant: quem Latini ſæpius Aſſumptionem vocant, Græci dormitionem, ut plurimi patrum antiquorum orationes in eundem teſtantur: Etiamſi in Græcis Menologiis utraque & κοίμησις & μετάςασις legatur: quod eodem die mortuam & aſſumptam in cælos, B. Virginem credebant, vel ſaltem referebant ad eundem diem.

In Cap. Secundum Sect. Vndecimæ.

P.314.l.44. Ἐκ τῆς γλόντζης ναυμαχήσαντες: Fruſtrà quæres hanc vocem γλόντζη à noſtris Barbaro-lexico-graphis: ut nec multa alia vocabula in hoc autore. Significat autem ipſum maris verticem, ac ſummam extremitatem, ſeu ſinuoſam deſinentiam, qualis eſt Tyrrheni maris infrà Genuam, à linguæ exertæ ſimilitudine oblongâ, rotundâ & incurvatâ: idem fortaſſe qui ὀμφαλὸς θαλάσσης Homero dicitur: Debet autem hæc Naumachia quam noſter Sylveſter commemorat referri ad ea verba Platinæ, in vita Eugenij quarti non procul ab initio: Dum hæc Romæ agerentur, Florentini ac Veneti elatiores facti, quod & Philippum Genuæ Dominum, claſſe, in littore Genevenſi ſuperaſſent: Nam & tempora optime conveniunt, navium in ſeptennium reſervatarum: Si à primo Eugenij vel anno 1431. quando hæc navalis pugna fuit commiſſa, ad hunc annum quo ad ſua revertebantur Græci exactè numerentur: At qui ejus rei pleniorem ſcire hiſtoriam cupiat, alium conſulat, quam iſtum Platinam, in rebus enarrandis ſcriptorem maxima ex parte ſtrigoſum ac ſterilem.

In Cap. Quartum Sect. Vndecimæ.

P.318.l.26. Ἐλεητευγήσαμεν εἰς ἡμέτερον ἀντιμίνσιον, In hoc capite defuncto Patriarchæ parentatur, Venetijs in Latina Eccleſia, & cum noſter autor unus fuerit è numero ſacra peragentium, excuſat facinus: Quanquam, inquit, in Latinâ Eccleſia ſacra fecimus, non tamen ut Latini, aut cum Latinis relligione juncti: ſed noſtros

ritus, nostraqne sacra retinuimus: ἀντιμινσιον nihil hic aliud significat, quam sacrum instratū, aut linteamen altare Dei opperiens: quodque aræ superpositum à Græco, discrimen præbebat essentiale inter sacra Latina, & Græca: Et dum super hoc operabantur sacris Græci, quamvis in Ecclesia Latina, & ara Latina utraque à Latinis consecrata, non magis relligione se Latinos exhibuere, quam cum in profanis Latinorum domibus idem insternerent, ut privatam Missam familijs suis adornarent: His instratis in aliena qualicunque Ecclesiâ suam fidē retinuerunt, nihil à pristinis immutati, & Latinorum altaria, ut ut consecrata, Græcis profana habebantur, nisi ipsorum Anteminsijs decorarentur: quæ profanum quemcunque locum consecratum reddidere, & Latinorum quemcunque consecratū ut profanum æstimabant in suos usus antequam his instruerentur. Gretserus cap. nono commentans in Codini Caput 1, Sectione 6. hæc affert è Joanne Citrio, an Antemensalia valeant in alijs provincijs ac diæcesibus? an solum in provincijs Episcopi Anteminsia consecrantis? Et responsum esse ait: Valere ubique & semel consecrata sanctificationē ubique exerere. Sed si in Latinis provinciis etiā & ad Latinos ritus consecrata à Græco Episcopo valere vult Gretserus, multum errat: vel ex hoc loco constat: Græci ordinare ad Latinos ritus nec poterant, nec volebant, & Latinorum ordinationem nihili æstimabant: nunquam de sacris participabant, aut Sacramentis, aut quid commune habebant cum Latinis plus quam cum Paganis aut Turcis, vel ante unionem, vel post, exceptis paucis aliquot proselytis. Quid autem de alio genere Antiminsiorum diximus, ad sacram synaxin coeuntium, videndum suprà.

In Cap. Quintum Sect. Vndecimæ.

Hoc in capite nonnulla vocabula occurrunt semilatina, tota barbara, ut ῥόγα, ῥογεύειν ab erogando erogare. βαντα, malus vexillifer. De Capha, olim Theodosia dicta, videndus Crusius. p. 59.

In Cap. Septimum Sect. Vndecimæ.

Venetijs Ragusium distare 100. milliaribus Germanicis, Ragusio Corcyram 60, Corcyrâ Methonen alijs 60, habet Crusius in Turcog. pag. 323.

In Cap. Nonum Sect. Vndecimæ.

Tres habuit uxores noster Palæologus, Italam Montisferratensis filiam, nomine Sophiam, probam quidem, sed facie invenustam: quæ contemptui habita à marito, cum ad parentes revertisset, aliam duxit Joannes Russiæ principis filiam, quam hic noster Eugeniam appellat: Cui & tertiam addidit Mariam Cantacuzenam, omnium trium longe carissimam: Eugeniam & Mariam mortuas nunc amittit, cum quibus unà moritur Demetrij Despotæ Regina.

In Cap. Decimum Sect. Vndecimæ.

P. 328. l. 11. *Dum Calliupolin prætervehimur.* Calliupolis in ipsis fere faucibus Constantinopolis à Turcis tum occupabatur: in tam strictos gyros Imperium Constantinopolitanum tum cogebatur.

In Cap. Primum Sect. Duodecimæ.

P. 330. l. 46. Ἑορτὴ τῆς ὀρθοδοξίας: Instituta fuit hæc prima solennitas à Michaele Balbo, temulento, & Patriarchâ sanctissimo Methodio ad ann. Christi 842. aut circiter, in qua memoria Orthodoxorum Imperatorum, & Patriarcharum, celebrabatur: Unde noster, suique synodici hanc commemorationem defugiunt, tanquam Orthodoxiæ decoctores: Quod Grægoras lib. 8. ἧκε τὸ τῆς πρώτης ἑβδομάδος, τῆς τεσσαρακοστῆς σάββατον, ὁπότε δὴ καὶ ἔμελλε τῇ ὑστεραίᾳ κηρύττεσθαι. δημοσίᾳ, τῶν ὀρθοδόξων ἡ μνήμη βασιλέων ὁμοῦ καὶ πατριαρχῶν. Et sæpe alibi: dies vero Dominicus primam septimanam carnisprivij claudens, huic festo solenni designabatur.

INDEX.

INDEX

In Hiſtoriam Concilij Florentini.

R

S

Ex

Errata Typographica sic corrigat Eruditus Lector.

In Græco Textu.

PAg. 14. lin. 10. pro πλησίους, leg. πλουσίους. p. 20. l. 30 pro φλωρία η, le. φλωρία η χ, p. 40. l. 41. pro σῆλαι, στῖλαι, p. 69. l. 5. leg. πεφορτισμένας, p. 73. l. 36. leg. πεζεντζαρίζειν, p. 76. l. 17. leg. σταφεισῶν, & ejusd. p. l. 20. leg. καιροῦ, & ejusd. p. l. penult. pro λασόμενοι le. λαβόμενοι, p. 87. pro διὰ νιμμον, le. διάνιμμον, p. 92. l. 13. le. ἔφιππον, p. 93. l. 42. leg. ἑτοιμασθῆτι, & ejusd. p. l. 45. le. συμφωνηθέντα, p. 95. l. 15. le. ἐξελθόντων, p. 98. l. 34. pro διαπηροῦντες le. διατηροῦντες, p. 99. l. 8. pro παρέκουσιν le. παρέλθουσιν, p. 100. l. 18. le. δικανίκιον, p. 104. l. 6. le. τῶν γραικῶν, p. 112. l. 3. le. ἀνακηρύξεως, p. 119. l. ult. ταμιευσάμενος, p. 131. l. 44. pro ἡμετέρα, ὑμετέρα, p. 172. l. 6. le. τωλέτῳ, p. 178. l. 41. le. ταλαιπωρούντων, p. 180. l. 13. le. πληροφορηθῆ, & l. 36. pro ἐστὲ, le. ἐστὶ, p. 182. pro ἐσκώτιε, le. ἐσκώπτε, p. 186. l. 7. pro ὠσθενείας, le. ἀσθενείας, p. 188. le. τινὸς, p. 193. l. 1. le. εἶπον, p. 199. l. 21. l. ἀντιπαλαίειν, p. 217. l. 17. le. παλαὶ, p. 218. l. 14. le. δηλωθέντων, p. 223. l. 6. pro εἶπο νῶς, le. εἶπον ὡς, p. 229. l. 14. le εὑρεθήσεται, p. 250. l. ult. le. μέγας Πρωτοσύγκ. p. 254. l 14. le. pro ἤφουμαι, ἤγουμαι, p. 256. l. 13. delenda est vox superflua γίνονται, p. 259. l. 17. pro λήγιοι, λόγιον, p. 260. l. 19. le. εἰσι, p. 272. l. 29. le. ἄλλῳ, p. 273. l. antepenult. le. ἄλλους, p. 275. l. 24. le. ἄλλοτε δὲ ἂν ἔλθωσι, p. 277. l. antep. le. συνεφώνησαν, p. 278. l. 2. le. συμβόλῳ, p. 280. l. 3. le. ἐάσαντες, & l. 16. leg. προσπίπτεται, p. 282. l. 5. le. πρὸς, & l. 19. le. ἀποδοχὴν, & l. 35. pro ἀποτελέσαι ut in Manuscripto l. ἀπολέσαι, p. 284. l. 41. pro ἀφιερισμὸν le. ἀφορισμὸν, p. 299. l. 6. le ἁμαρτάνοντες, p. 301. l. 14. le. τὸν ὀφθαλμὸν, p. 313. l. 5. le. ἀπωλέτο, p. 323. ὡράθησαν vox barbara in Manuscripto codice habetur, pro quâ ὤφθησαν substituenda, p. 317. l. antep. στρεβρεαῖς in Manuscripto pro quo στρέβλαις legen. p. 329. l. 11. le. κινδυνῶν, p. 332. l. 28. le. εὗρον, p. 333. l. 32. le. ὑπογράψαντα p. 343. l. 27. leg. ὅσοι.

In Latina Translatione.

PAg. 10. lin. 11. pro diversis inaurari, legendum divitiis inaurari, p. 23. l. 27. leg. postridie, p. 67. in argumento libri l. ult. pro narrationes 4, leg. narrationum 4°. ejusdem p. li. antep. leg. in portu. p. 72. l. 14. pro in illis in illâ, p. 74. l. 34. pro ut veat, leg. ut caveat, p. 86. l. 42. pro unica, leg. unciâ, p. 89. l. 28. leg. asseveranti, p. 92. l. 2. pro cuicunque denuo, leg. cumque denuo, p. 93. l. 10. leg. à portu applicata, & ejusd. p. l. 13. leg. in eam formam salutandi Papam, p. 96. l. 6. leg. perfunctorie, & ejusd. p. l. ult. leg. pileorum, p. 97. l. 20. leg. ab utroque latere oppessulatis, p. 98. l. 20. leg. Patriarcham, p. 99, l. 34. pro præferunt leg. præferant, p. 100. l. 44. leg. quo te situ ac ordine, p. 101. l. 12. pro Gregorium, leg. Georgium, p. 107. l. ult. pro Ancyram leg. Ancyrani, p. 110. l. 38. leg. sublimius scamnum, p. 114. l. 51. pro conciare, le. concitare, p. 115. l. 44. pro nustrorum, le. nostrorum, p. 117. l. 38. le. pro promitte, promite, p. 121. l. 13. poposcit. 128. l. 15. pro fecies leg. fecius, & l. 17. le. munificentiæ, p. 133. l. 36. le. laudem, p. 137. l. 8. pro captatus, raptatus, p. 142. l. 1. pro narravimus leg. narrabimus, p. 144. l. 20. le. oblivioni, p. 145. l. 16. moreretur, p. 151. l. 32. pro elequentiæ, eloquentiæ, p. 154. l. 25. le. supereffluit, p. 156. l. 21. le. quibus libet, p. 156. l. 26. pro doctrinæ, doctrina, p. 162. l. 26. le. pro nuginamini, muginamini, p. 164. l. 2. pro æquumque, le. equumque, pag. 169. l. 32. leg. & in comitatu aliquot Episcopi Latini, p. 162. l. 5. le. annuentibus, p. 173. l. 11. leg. dehonestamentum, p. 175. l. 14. pro studium, stadium, p. 176. l. 4. leg. missos, p. 180. l. 40. leg. meminerint, p. 182. l. 22. le. infinitum, p. 186. l. 17. le. receperint, p. 189. l. 43. le. vos, p. 193. l. 10. totus locus sic legendus est: per internuntium significemus quod nostri homines à plurimis Conciliorum Actis, sanctorumque patrum testimoniis demonstraverint, nefarium fuisse ad symbolum adjicere, p. 194. l. 31. pro nostrisne, nostisne, p. 196. l. 9. pro at, ut, pag. 201. l. 51. leg. sibi adblanditi, p. 204. l. 34. le. in Dogma ratiocinationes, p. 206. leg. perferetis, p. 209. l. 6. pro gestatura, gestaturi, p. 214. l. 32. le. pro sole, solo, & l. 37. pro Asturionum, leg. Asturconum, p. 215. l. 3. aduniendi, & l. 30. le. primum pro prima, p. 216. l. 3. le. ut jam illi gaudeant, p. 218. l. 45. le. genuina, p. 219. l. 29. le. rostratas, p. 220. l. 11. le. perfunctoria, & l. 30. le. sermonibusque, p. 224. l. 16. le. huic negotio, p. 225. l. 34. le. pollentem pro pollenter, p. 226. l. 32. verteret pro veteret, & ejusd. p. l. 51. saginatum, p. 227. l. 31. le. & ego præ omnibus, p. 229. l. 1. pro morti ta sis leg. morti sis, p. 23. l. 3. pro inimitam leg. initam, p. 257. l. 22. libido, p. 258. l. 32. deleatur de: p. 259. l. 5. leg. vos, p. 264. l. 9. le. Sacrarum pro Sacratum; p. 265. l. 4. proposita pervestigationi leg. propositas pervestigationi quæstiones, p. 266. l. 30. pro canimis leg. caninis, p. 273. l. penult. le. Epiphanio: p. 277. l. 3. leg. petierunt, l. 4. De unionis formulâ seu Definitione compaginandâ, ut primo fuerat subscripta, ac postridie, l. 7. ut Imperator, pro At Imperator, p. 279. l. 39. leg. committuntur, p. 280. l. 28. le. legati, p. 282. l. 5. pro pollicere le. pellicere, p. 288. pro omni, le. omnium, p. 294. l. 23. le. analogium, p. 295. l. 30. le. meditullium, p. 307. le. sociatæ, p. 313. l. 47. le. solenniter, p. 315. l. 37. le. supinum, p. 320. l. 38. le. insperato, p. 325. l. 16. le. commisimus, p. 329. l. ult. le. æternæ, p. 333. l. 30. le. animus, p. 350. l. 29. le. conarentur.

F I N I S.